


This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>





6

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ.

ARISTOTELES.

PARISIS. — EXCEDEBANT FIRMIN DIDOT FRATRES. VIA JACOBE. 56

Aristoteles 10

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ.

ARISTOTELIS

OPERA OMNIA.

GRÆCE ET LATINE

CUM INDICE NOMINUM ET RERUM

ABSOLUTISSIMO.

VOLUMEN SECUNDUM

CONTINENS ETHICA, NATURALEM AUSCULTATIONEM, DE COELO,
DE GENERATIONE ET METAPHYSICA.



Digitized by Google

PARISIIS,

EDITORE AMBROSIO FIRMIN DIDOT,

INSTITUTI FRANCIE TYPOGRAPHO.

M DCCC L.

YET
THE
THE
THE

PRÆFATIO.

In hoc volumine comprehensorum operum non exstabant translationes latinæ recentiores, neque adeo veterum ulla nostri aut superioris sæculi studiis castigata, si Lambinianam Nicomacheorum excipias a Zellio « passim (inquit) emendatam ». Hinc quantum laboris partum sit nobis, facile intelligitur. Quanquam enim translationum illarum nonnullæ ab hominibus acutis et aristotelicæ philosophiæ innutritis confectæ sunt, qui multis in locis velut divinatoria quadam vi mentem Magistri perspexerunt, (inter omnes autem eminet admirabilis vir Besarion, Metaphysicorum interpres:) plures tamen erroribus et vitiis omnigenis laborant. Nos sedulo latina nostra græcis aptare studuimus, præter locos valde dubios aut corruptos, in quibus veterum interpretum verba consulto retinuimus. Hoc sæpius quam alibi factum est in EUDÆMIS Moralibus.

Corruptissimi hujus operis, quod jam Lascaris πάνυ δυσέρετον dixit (v. Iriart. Codd. Matrit. p. 228), perpauca codices exstant; duos magno fructu adhibuit BECKERUS; post quem SPENGLIUS et BONITZIUS permultis locis lucem et integritatem attulerunt, ille in *Commentariis Academiæ Monacensis*, a. 1841, vol. III, 2, p. 437 seqq., hic in *Observationibus criticis* Berolini editis a. 1844. Quorum virorum doctrina et sagacitate factum est ut non pauca spissis olim tenebris obruta in nostra primum editione legi et intelligi possint. Sed supersunt etiamnum obscura et depravata multa in hoc egregio peripateticarum quæstionum monumento. Quare vel tenuissimam hanc observationum symbolam afferre non erubui, obolum quidem ubi talentum exigitur, lætus si ditiores invitavero ut drachmas suas atque minas afferant.

EUDÆMIORUM lib. I cap. 5, l. 45 scrib. καὶ δ λαβὼν ἂν τις, quomodo ap. Duval. editum video. — Cap. 8, l. 45 perperam edebatur οὐ τὸ ἀγαθὸν εἶναι pro τοῦ. Turbata quædam in fine libri, cujus postrema quinque vocabula ignorat cod. Matrit. — Lib. II cap. 1, § 22, l. 14 scrib. videtur καὶ Κορίσκος δτι τῶν etc., pro δ, et l. 16 αὐτῶν (vel αὐτοῖν, ut Marc. correctus) pro αὐτῆς. — Cap. 3, § 7: ζημιώδης δὲ δ μηδαμῶθεν (πλεονεκτικὸς) ἀλλ' ὀλιγαχῶθεν. Et similiter lib. III, c. 7, § 7, l. 18: δ μὲν (ἄγροικος) οὐθὲν γελοῖον ἀλλὰ χαλεπῶς προσίεται, δ δὲ πάντα εὐχερῶς καὶ ἡδέως. Utrobique exspectes ἦ, ut præcedit μὴθὲν ἢ ὀλίγα καὶ χαλε-

πῶς προσίεσθαι. Scribendum videtur ἀλλ' εἴ γε, in altero loco fortasse ἀλλ' ἢ χαλ. — § 17, l. 38 scrib. ἂν πῶς λαμβ. — Cap. 4, l. 4 nimis ambigue dictum quod distinctius efferrī debebat αἰ μὲν γὰρ δυνάμεις καὶ αἰ ἕξεις τῶν παθημάτων. Verum erat dicere αἰ δυνάμεις καὶ αἰ ἕξεις [αἰτιαὶ] τῶν παθημάτων, quorum natura ex innatis facultatibus et habitibus pendet. Ibidem l. 10 scrib. περὶ ταῦτά ἐστιν ἡ [λύπη καὶ ἡ] ἡδονή. — Cap. 8, § 19, l. 25 corruptum voc. δεῖ notarunt Casaub. et Bonitzius p. 41. Scribi potest δῆλον δτι, cujus compendium in antiquis libris quam simile sit voci δεῖ (diphthongo item compendiose scripto) cerni potest

ARISTOTELES. II.

122967

in Bastii tabula palæogr. I, lin. 15, 4. — § 20, l. 30 fort. ἵνα μὴ λάθῃ ψηλαφῶν, *ne inscium at-trectaret*. — In fine capitis l. 54 conjectura ad-scripta est in cod. Vat., ὡς βίᾳ πράττοντες, ἀλλ' [οὐχ] ἐκόντες, [λόγοι οὐτοί εἰσιν], qua non opus : significatur enim, ni fallor : « nam qui vel maxime reprimunt τὸ ἐκούσιον et βίᾳ coactique agere sibi videntur, revera tamen ἐκόντες agunt. » Conf. § 17 et 18. — Cap. 9, l. 6 : ἐνίοτε γὰρ οἶδε μὲν ὅτι πατήρ, ἀλλ' οὐχ ἵνα ἀποκτείνῃ, ἀλλ' ἵνα σώσῃ, ὡσπερ αἱ Πελαῖδες ἦτοί ὡς ὅτι μὲν πόμα, ἀλλ' ὡς φίλ-τρον ἢ οἶνον· τὸ δ' ἦν κώνειον. In loco desperato cogitavi de ἡ εἰδῶς ἔπεμπε πόμα. — Cap. 10, § 13, l. 35 : διχῆ γινόμενης τῆς ἀμαρτίας (ἡ γὰρ λο-γιζόμενοι ἀμαρτάνομεν, ἡ κατὰ τὴν αἰσθησιν αὐτὸ δρῶντες). Imo ἄλλο δρῶντες, aliud quam quod oportebat. Magis mirum est quod sequitur l. 38 : ἐν τῇ γραμματικῇ κατὰ τὴν αἰσθησιν καὶ πράξιν, περὶ ἧς ἂν σκοπῶσιν, εἰς ἀπειρον ἤξουσιν. Sententia et in Nico-macheis et in Magnis Moralibus exposita poscit εἰ : ἀκριβοῦς πείραν ἤξουσιν. Sequenti commate, quod Bohmitzium in ordinem rededit p. 44, malim l. 41 ἐξαιφνης γὰρ προαιρεῖται μὲν οὐθείς, δοκεῖ δὲ (nimirum is qui προαιρεῖται) πράττειν βεβουλεμένοσ, pro eo quod editur καὶ βούλονται. — § 24, l. 44 reci-pienda erat scriptura cod. Vat. εἰ ἀπὸ τοῦ τέλους ἔσχεπται, pro ἡ. — § 26, l. 51, et § 27, l. 6 lege παρὰ φύσιν δὲ κατὰ διαστροφῆν, pro καὶ δ. — § 28, l. 14 verba ἐναντία δὲ τῷ μέσῳ καὶ τὸ πλεόν καὶ τὸ ἔλαττον pro parenthesi habenda sunt.

Lib. III cap. 1, § 6, l. 16 scribendum συμ-βαίνει τὸ ἀνδρείον, pro τόν. — § 12, l. 44 nonne ἀκολουθητικῇ τῷ λόγῳ? — Cap. 5, § 1, l. 13 recte Casaub. scripsit μέχρι τοῦ λαμβάνειν, pro τοῦ λαμβά-νειν. — § 19, l. 54 scribendum τί ἂν ἐποίησιν, pro εἴποι, ex Nicomach. IV, c. 3, § 7. Sequitur ἡ (εἰ cod. Vat.) γὰρ ἂν μεγάλων ἀξιώων χαῦνος ἦν, ἡ ἔτι ἐλαττόνων. Legendum putō οὐ γὰρ ἂν μεγάλων ἀξιώων χαῦνος ἦν, μὴ ὅτι ἐλαττόνων. Sic infra p. 218, l. 27 ἀλλήλους abiit in ἀλλ' εἰς. — Cap. 6, l. 18, quos Aristoteles in Nicomach. et hinc in Magnis Moralibus ἑρασιστάς, Eudemus vocat ἀγα-θοδαιμονιστάς, i. e. Hesychio interprete ὀλιγοπο-τοῦντας. Cui expositioni in Thesaurō p. 111 seq. ascripta leguntur quæ nihil ad rem. Memorandus erat Theophrastus ap. Athen. XV, p. 693, C, ἐν Ἄγαθοῦ Δαίμονος προπόσει dicens quod ὀλίγον προ-φέρουσιν sive, ut Philochorus (ib. II, p. 38, C), μόνον ὄσον γεύσασθαι. — Initium sectionis 4 ut scribitur, δεῖ δὲ πρέπον εἶναι, καὶ γὰρ τοῦ πρέπον-τος κατ' ἀξίαν, καὶ πρέπον καὶ περὶ δ', non potest intel-lecti. Apparet autem id agi quod Nicomach. IV, c. 2, § 2 : τὸ πρέπον δὴ πρὸς αὐτόν, καὶ ἐν ᾧ, καὶ ᾧ. Habemus enim περὶ δ, idem quod ἐν ᾧ, et statim

αὐτῷ, idem quod πρὸς αὐτόν. Itaque scribendum propono : δεῖ δὲ πρέπον εἶναι καὶ δ (καὶ γὰρ τοῦ πράττοντος κατ' ἀξίαν καὶ [possis τὸ, sed non opus] πρέπον), καὶ περὶ δ,... καὶ αὐτῷ. — § 5, l. 30 delendum est pronomen δ, et in fine capitis cum Casaubono scribendum ἔστι γὰρ τις οὐτ' ἐλευθέριος οὐτ' ἀνελεύθερος. — Cap. 7, § 7, conf. ad II, 3.

Lib. VII c. 1, § 7, l. 39 : ἐπὶ πλεόν λέγοντες idem sibi velle quod καθόλου μᾶλλον, *latius, generalius*, manifestum fit ex initio cap. 5. — Cap. 2, § 5, l. 31 : δ οἶνος ἡδίων οὐχ ὁ τῷ διεσθαρμένῳ τὴν γλῶτ-ταν ὑπὸ οἰνοφυλγίας, ἐπεὶ τοῦ τῷ (sic scribo pro οὐτ') ὄξος παρεγγέουσιν, ἀλλὰ τῇ ἀδιαφόρῳ αἰσθήσει. Qui est καπηλίδων mos notissimus. Aliter vetus interpres : *linguæ ex vinolentia corruptæ, quæ ne infusum quidem acetum discernat*; et ap. Duval. οὐτ' εἴγε ὄξος, haud dubie invitis codd. — § 14, l. 20, nemo quod sciam explicuit neque facile quisquam explicabit mirum proverbium

Γλαῦκ' ἐπίκουρος ἀνὴρ τὸν σὸν φίλον ἔσκε μάχεται.

Nec vertere sustinuit vetus interpres. Tam per-plexa in re venia (spero) mihi parata erit expo-nenti qualecumque illud est quod in mentem ve-nit. Visum est igitur proverbium illud παραφρᾶν-otum et celebre oraculum quod apud Herodotum legitur Γλαῦκ' Ἐπικυδεῖδη. Deinde codices Bekkeriani non τὸν σὸν φίλον præbent, sed τὸν σοφὸν φίλον. Hinc profectus hariolor :

Γλαῦκ' Ἐπικυδεῖδη, τὸ σοφὸν φίλον ἔσκε μασηταί- sive potius μασηταί. *Callidi homines amici sunt dum sit quod manducent*. Est illud Ζεῖ χύτρα, ζῆ φίλια. Ceterum addendum est hoc exemplum ei quod Lud. Dindorfius attulit de ἔσχε, Thes. vol. 3, p. 2099, D. — § 27, l. 19 scribendum putō εὐθέ-τως δὲ καὶ πρὸ ὁδοῦ ἀνθρωπος ὦν [φύσει σπουδαῖος] φύσει γὰρ etc., additis duobus vocabulis. Conf. § 31. Proxime sequentia si recte capio, oportet l. 21 καὶ εὐφρῆς ἀφροῦς pro x. ἀφρῆς εὐφροῦς. — Lin. 22 rectius ταῦτα διαφωνῆ, ut § 47, quæ τοῦτο. — § 39, l. 14 malim δι' αὐτὴν εἶναι δο-κοῦσιν, pro καί. — § 47, l. 53 δὲ addendum, ἀπλῶς [δ'] ἀγαθὸς καὶ φίλος, ὅταν συμφωνήσῃ ταῦτα ἀμφω, ὥστε δ ἔστιν ἀπλῶς ἀγαθόν, τῷ τοῦτο οὐ ἀλλω, ἡ καὶ μὴ ἀπλῶς μὲν σπουδαῖω etc. Apparet monstrosium illud τούτου ἀλλω nihil aliud esse quam σπουδαῖω (scil. ἔστιν ἀγαθόν). — § 52, l. 24 : τοῦτο γὰρ διὰ τὸ ἀποβαῖνον οὐχ ἡδύ, ἀλλὰ (scil. ἡδύ ἐστι) διὰ τὸ μὴ συνεχές, ἀλλὰ τὸ πρῶτον ἐξαπατᾷ. Sic scripse-rim pro inf. ἐξαπατᾷ. — Cap. 3, l. 23 Casaub. recte addidit ὦσι. Idem sequentibus τῆς ἐπὶ τὴν προθ. l. 27 ascripsit « Suspectus locus; et videtur ad locum alicujus poetæ alludere, ut illa docent,

τοιαῦτ' etc. », senarii particula. Possint etiam in τῆς (τοῖς ap. Duv.) ἐπὶ τὴν προθυμίαν verba poetæ latere : διδ' εὐρηκε νεῖκος δ' ἐρώμενος, in iurgium incidit amatus, qui nec ipse alterius affectum recte iudicat et amatorem ita locuturum fuisse negat. — Cap. 4, § 6, l. 1 scr. δ' ἔστιν. — § 8, l. 10 fort. ἐκείνος δ', δ' φιλότιμος, [τούτω] μᾶλλον, videlicet τῷ φιλεῖσθαι. — § 9, l. 18 ὅσον ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς αἱ γυναῖκες ποιοῦσι. Rursus verum indicavit Casaubonus : « Lego ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς [sic vitio typhothetæ], h. e. *ut faciunt mulieres, quum suos liberos expositos tradunt educandos* », et addit locum Nicomach. VIII, c. 8, § 3. Nihil verius illo ὑποβολαῖς et aptius exemplo subjecto Andromachæ, quæ παῖδα ὑπεξέθετο aliis nutriendum. Ut mireris egregium virum Welckerum, inde Kayserum et Wagnerum, ubi de Antiphonte tragico agunt, secure omnes repetivisse ineptum ὑπερβολαῖς. — Cap. 9, l. 17 scribendum αἱ δὲ πολιτεῖαι πᾶσαι ἐν δικαίοις συνπάρχουσι, pro eo quod editur οἰκείοις. — Ib. l. 28 delenda videtur vox ἀρίστη. — Cap. 10, § 5, l. 6 : δ γὰρ ἄνθρωπος οὐ μόνον πολιτικὸν καὶ κοινωνικὸν (sic Spengelius pro οἰκονομικὸν) ζῶν, καὶ οὐχ ὡσπερ τᾶλλα ποτε συνδυάζεται καὶ (hoc vocab. deleam) τῷ τυχόντι καὶ θήλει καὶ ἄρρηνι, ἀλλ' αἱ διάδουον (cod. Marc. διὰ δῦμων) αὐλικόν. Hoc monstrum ita proco ut scribam ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο μοναυλικόν. In quibus postremum certe nemo non admittit : μοναυλικῶν enim de cælibe vita dictum a Platone et aliis.

Capitis 14 exstat vetusta interpretatio latina, ex integriore quam qui exstant codice facta et verbum verbo reddens, ut ubicumque nihil passa est ab librariis, græca quæ interpres legit distincte cernas et agnoscas. Ea jam feliciter usus est Spengelius in eximia commentatione qua difficilem de tribus operibus Moralium quæstionem diu agitatam docte et acute absolvit. Quum autem nuper et ipse, aliud quærens, in mirum illud fragmentum incidissem, animi causa partem cum græcis conferebam, deinde reliqua quoque, ubi bona quædam animadverteram in excerptis meis ex Spengeliano opere non memorata. Neque dum hæc scribebam, ad Commentarios Academicæ Monacensis aditus patebat, sed excerptis meis sic satis fidi posse opinabar. — § 6, l. 1 lacuna laborare nunc quoque existimo, quanquam Lat. nullam ostendat : *jacit ex eo quod naturam habet bene fortunatam*. — Ibid. l. 4 delendum δέ, quod ignorat Lat. — Idem l. 6 habebat ἀλλ' ὄτος εὐτυχητὸν τὸν δαίμον' ἔχει κυβερνήτην, omisso ἀγαθόν. — § 8, l. 12 fort. εἰ μὲν οὖν [οὕτω], τὸ παραλόγως etc. Non puto enim horum apodosin esse in his l. 16 οὐ τύχη αἰτίαι ἀλλὰ φύσις. — § 9, l. 15 veram

scripturam indicat Lat. : *Adhuc si quia talis oportet accidere : sicut quia glaucus etc.* Lege : *ἔτι εἰ δτι τοιοσδι ἐπιτυχάνει, ὡσπερ δτι γλαυκός οὐκ ὀξὺ δρᾷ*, etc. Articulum ante γλαυκός recte omittit Marc. — § 10, l. 30 Lat. hæc invenisse videtur : ἀλλὰ διὰ τὸ ἀποκατορθῶσαι ἐν, καὶ πάλιν τὸ γὰρ αὐτὸ ταύτου ἄτιον. — § 11, l. 33 legendum est ἡ (pro ἡ) δι' ἀπειρίαν, quod refertur ad alteram rationem a consequentiæ absurditate ductam, ἡ καὶ πᾶσαι ἀν αἰ ἐπιστῆμαι etc. Lat. : *aut propter experientiam* [sic]. Qui lin. 37 præbet : *non quia nos oportet*. — § 13, l. 42 seqq. Latina sequendo hanc sententiam habebis percommodat : *εἰ δὴ τινεῖς εἰσιν εὐφρεῖς (ὡσπερ οἱ [malim εἰ] ἀδιδάκτοι οὐκ ἐπιστάμενοι ἀ δεῖ οὕτως εὐ πεφύκασι καὶ ἀνευ λόγου δρῶσιν ὡς [impetum faciunt secundum quod] Lat. Ex Speng. notavi ἀλλ' δτι] ἡ φύσις πέφυκε... καὶ δτε), οὗτοι κατορθῶσιν [nam Lat. dirigent; ut mox ἔσονται]... ὡσπερ καὶ εὖ ἔσονται οὐ διδασκαλικὸν ὄντες*. — § 14, l. 52 Lat. indicat ἐν ἐκείνοις, ἐν οἷς κακῶς λογ. Deinde propono κατορθῶντας (sic cod. Vat.) κατετυχῆσαι φαμεν, quo verbo alibi utitur. — Lin. 54 Lat. : *in his si noluisent* [sic, vitio typ.] *utique secundum quod imus* [sic, pro minus] *sumpsissent bonum*. Quo nihil lucratur. Cogitavi de εἰ ἐβούλοντο ἀν (scil. λαβεῖν) ἔλαττον ἢ ἔλαβον τᾶγαθόν. — § 16, l. 8 Lat. habebat εἰ ἐνταῦθα, et l. 9 καὶ κεί ἡ αὐτή. Mox § 17, l. 14 idem ἡ ἐπεθ. (ut codd.) et δ λογισμὸς μὲν ἀνθρώπινος οὐκ ἀν τούτου εἴη αἵτιον. — § 19, l. 22 Lat. aptissime præbet δτι φύσει εὐτυχεῖται, pro εὐτυχεῖν, quod certe τὸ εὐτυχεῖν esse debebat. Idem § 20, l. 29 : *et ANTEQUAM consiliaretur*, nimirum ἐβουλεύσατο βουλευσάμενος πρότερον ἢ βουλεύσασθαι, convenienter sequentibus ἐνόησε νοήσας πρότερον ἢ νοῆσαι. — § 21, l. 35 idem legisse videtur αὕτη δὲ τοιαύτη τὸ εἶναι τὸ τοιοῦτον δύναται ποιεῖν, omissis διὰ τί. — § 22, l. 42 scribendum εὐτυχεῖς καλοῦνται οἱ ἀν δρμήσῳσι κατορθοῦσιν ἀλογοὶ ὄντες, pro eo quod editur κατορθοῦν. Sic enim recte Lat. : *et propter hoc quod olim dicebantur* [err. typ. pro dicebant, lineola super t posita, quum esse deberet super a] *bene fortunati vocantur qui si impetum faciunt dirigunt sine ratione existentes*. — § 23. Interpres anonymus cuius translationem correctam græcis adjecimus, a voc. εὐθρόνειροι statim transit ad φανερόν δὴ § 24, neglectis versibus tribus, quos haud dubie pro depositis et desperatis habebat. Ac sane Lat. noster in suo codice alia invenit, non quæ nunc leguntur. Sic enim ille : *et ut cæci memoriantur magis amissisque hiis quæ ad visibilia virtuosius esse quod memorantur. Manifestum utique* etc. In quibus græca dispicio talia : καὶ ὡσπερ οἱ τυφλοὶ μνημονεύουσι

μᾶλλον ἀπολυθέντες τοῦ πρὸς τοῖς δρατοῖς ἔρρω-
μενέστερον [vulg. πρὸς τοῖς εἰρημένοις] εἶναι τὸ
μνημονεῦον, i. e. ἀπολυθέντες τοῦ εἶναι τὸ μνημ. πρὸς
τοῖς δρατοῖς, deditum et defixum esse vehemen-
tius in visibilibus. — § 24, l. 2 Lat. habet plu-
rali διὸ καὶ δοχοῦσιν οἱ εὐτυχεῖς.

Præmittitur huic Eudemiorum capiti translatio
similiter facta capitis item unius Magnorum Mo-
ralium, lib. II, c. 8. Hinc quoque excerpti quæ
scire criticorum interest. P. 1206, b, 38—39 ed.
Bekk. græca manca vel turbata exacte refert. —
P. 1207, a, 2 omittit λέγεται. — 6 θεοῦ, ut cod.

Marc. — 16 omittit καί. — 23 ἤδη vertit *jam et*;
οἰκειότερον, *convenientissime*. — 27 *autem et pro*
δέ. — 29 seq. omittit καὶ ἕ usque ad φαμέν. —
30 in eo quod, ἐν τῷ, ut Bonitzius correxit. —
33 pro his τὸ μὲν γὰρ ἀγαθὸν λαθεῖν habet *quod et*,
δ καί. Omissis illis vocabulis propter *δμοιοτέλεστον*
vel librarius græcus vel interpres sententiam re-
stituere volebat. — 34 pro τὸ δὲ κακὸν habet *in eo*
autem quod est malum. — P. 1207, b, 2 omittit
ὄτω. — 9 legit ὄλον ἢ τοῦ κ., *aut*. — 12 *et vide-*
tur hic ex rerum eventu fieri et secundum accidens
bona fortuna. — 18 *sicut satis diximus*.

Hac data occasione non ab re erit memorare κειμήλιον quoddam Bibliothecæ
Nationalis. Est NICOMACHEORUM editio vetustissima s. l. et a., splendida quasi re-
cens, picturis ornata et scholiis manu scriptis ab initio ad finem instructa. Præfixa
est epistola, cujus hoc est exemplum.

INVICTISS. AC CHRISTIANISS. GALLIARUM REGI HENRICO II.

Etsi bellum Principum mentes ad se derivare et convertere solet, Rex christianiss. ac potentissime,
tamen cum in ea familia natus sis, quæ literarum laude sic floruit, ut artium parens jure dici
possit, non putavi me tibi molestum facturum si gravioribus rebus occupato tibi opus antiqua
doctrina refertum a Basilio illo magno religionis christianæ firmissimo columine conscriptum of-
ferrem; quo quæ obscura sunt in Ethicis Nicomachiis illustrat, atque ita illustrat, ut multi hujus
ope Aristotelis sensum intelligentes, multo meliores in imperio tuo evasuri sint. Sed ne notha
hæc scripta aliqui existiment, grave testimonium Theophylacti adscripsi, in codice quodam ad-
mirandæ vetustatis a me inventum. Hæc igitur verba sunt Theophylacti: Φωτεινῷ ἱεράρχῃ Θεοφύ-
λακτος ἐπισκόπων ἐλάχιστος. Προσαγορεύω σε [*sic*. σου ?] τὴν μακαρίαν ψυχὴν, Φωτεινὲ ἱερώτατε, εἰκότως
γὰρ καὶ ὄντως, εἰς τὸ τῆς τριφυγοῦς πριάδος πανάγιον ὄνομα φωτιζόμενος, Φωτεινὸς ἐπωνομάσθης, ἐπεὶ πολ-
λοὺς φωτίζειν ἐμελλες διὰ τῆς σῆς ἱερέας καὶ μελιρρύτου γλώττης· τοῖς μὲν τὰ ἱερά λόγια ἀναπτύσσιον, τοὺς
δὲ τὰ τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων παιδεύων. τούτου χάριν βουλόμενός σοι χαρίζεσθαι, καὶ τάχα μικρόν τι ἀνα-
κουφίζειν σε, ὡήθηγν πέμψαι σοι τοῦ μεγάλου Βασιλείου εἰς τὰ Νικομάχεια τινὰ σχόλια, ἅπερ αὐτὸς εἰς
ὠφέλειαν τῶν παρὰ Ἰουλιανοῦ δεδιωγμένων ἐξέδωκεν. ἀκηκόαμεν δὲ καὶ παρὰ ἀξιόπιστων τινῶν πρεσβύτων
[*sic*] τὸν πάνσοφον πατέρα ἡμῶν Ἀθήνησι σπουδάζοντα, καὶ σαυτὸν [*sic*] ἐξασκεῖν βουλόμενον, τάδε ἐπι-
σεσημειωκέναί. ὡς δὲ τὸ πρᾶγμ' ἔχει, τοῦ πατρός ἐστι τὸ πόνημα. διὸ εὐλαβῶς ἄσμενος αὐτὸ δέχου, εὐχέ-
της ὑπὲρ ἡμῶν πρὸς Θεὸν γενόμενος. [*Sequitur translatio latina.*] Vale.

Tuæ Majestatis servus

CONSTANTINUS PALEOCAPPA GRÆCUS.

Nihil quicquam in his scholiis reperi quod ad S. Basilium possit referri. Sunt
excerpta ex EUSTRATHI et aliorum commentariis a Paulo Manutio editis, præter
scholia librorum II, III et IV, quæ videntur aliunde petita. Ceterum Theophylacti
epistolium non legitur in Collectione Meursiana, neque alibi memoratur S. Ba-
siliū πόνημα, mirum sane auxilium τοῖς παρὰ Ἰουλιανοῦ δεδιωγμένοις. Unde jam aurem
personat Græculorum illud *da mihi testimonium mutuum*.

ΔΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΗΘΙΚΩΝ
ΝΙΚΟΜΑΧΕΙΩΝ.

BIBAION A.

ARISTOTELIS
ETHICA
NICOMACHEA.

LIBER I.

CAP. I.

(1094 Bekk.)

Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως δὲ τράξις τε καὶ προαίρεσις, ἀγαθοῦ τινὸς ἐφίεσθαι δοκεῖ· διὸ καλῶς ἀπερήναντο τᾶγαθόν, οὗ πάντ' ἐφίεται. (2) Διαφορὰ δὲ τις φαίνεται τῶν τελῶν· τὰ μὲν γὰρ εἰσιν ἐνέργειαι, τὰ δὲ παρ' αὐτὰς ἔργα τινά. Ὡς δ' εἰσι τέλη τινά παρὰ τὰς πράξεις, ἐν τούτοις βελτίω πέφυκε τῶν ἐνεργειῶν τὰ ἔργα. (3) Πολλῶν δὲ πράξεων οὐσῶν καὶ τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν πολλὰ γίνεται καὶ τὰ τέλη· ἰατρικῆς μὲν γὰρ ὑγίεια, ναυπηγικῆς δὲ πλοῖον, στρατηγικῆς δὲ νίκη, οἰκονομικῆς δὲ πλοῦτος. (4) Ὅσαι δ' εἰσι τῶν τοιούτων ὑπὸ μίαν τινὰ δύναμιν, καθάπερ ὑπὸ τῆν ἰππικὴν ἢ χαλινοποικὴν καὶ θσαι ἄλλαι τῶν ἰππικῶν ὀργάνων εἰσιν· αὕτη δὲ καὶ πᾶσα πολεμικὴ πράξις ὑπὸ τῆν στρατηγικὴν· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἄλλαι ὑφ' ἑτέρας· ἐν ἀπάσαις δὲ τὰ τῶν ἀρχιτεκτονικῶν τέλη πάντων ἐστὶν αἰρετώτερα τῶν ὑπ' αὐτά· τούτων γὰρ χάριν κάκεῖνα διώκεται. (5) Διαφέρει δ' οὐδὲν τὰς ἐνεργείας αὐτὰς εἶναι τὰ τέλη τῶν πράξεων ἢ παρὰ ταύτας ἄλλο τι, καθάπερ ἐπὶ τῶν λεχθειῶν ἐπιστημῶν.

Omnis ars omnisque ratione descripta institutio, similiterque actio et agendi consilium, bonum aliquod appetere videtur, ideoque scite veteres id esse bonum definirunt, quod omnia appetunt. (2) Videntur autem fines inter se discrepare. Alii enim sunt energiae; alii praeter eas opera quaedam. Quarum autem rerum praeter actiones aliqui sunt fines, in his opera sunt actionibus meliora natura. (3) Jam quum multae sint actiones, artes et scientiae, nulli quoque existunt fines. Nam medicinae finis est bona valetudo: artis construendarum navium, navis: artis imperatoriae, victoria: rationis ejus quae in re familiari tuenda versatur, divitiarum. (4) Quaecumque autem artes hujus generis uni alicui facultati subjectae sunt (ut equestri ea ars quae in frenis conficiendis occupata est, ceteraque omnes, quae sunt ad instrumenta equestria comparatae: atque haec ipsa equestris, omnisque actio militaris, arti imperatoriae: itemque aliae aliis), in iis omnibus fines eorum quae principem locum obtinent, illarum quae eis subjectae sunt, finibus sunt magis expetendi: nam horum causa illi quoque expetuntur. (5) Nihil porro interest, utrum ipsae energiae actionum sint fines; an praeter has aliud quippiam: quemadmodum apparet in iis scientiis, quas modo diximus.

CAP. II. [I.]

Ἐἰ δὲ τι τέλος ἐστὶ τῶν πρακτικῶν ὁ δι' αὐτὸ βουλόμεθα, τᾶλλα δὲ διὰ τούτο, καὶ μὴ πάντα δι' ἕτερον αἰρούμεθα (πρόεσι γὰρ οὕτω γ' εἰς ἄπειρον, ὥστ' εἶναι κενὴν καὶ ματαίαν τὴν ὄρεξιν), δῆλον ὅς τοῦτ' ἂν εἴη τᾶγαθόν καὶ τὸ ἀριστον. (2) Ἄρ' οὖν καὶ πρὸς τὸν βίον ἢ γῶσις αὐτοῦ μεγάλην ἔχει ῥοπήν, καὶ καθάπερ τοζόται σκοπὸν ἔχοντες, μᾶλλον ἂν τυγχάνομεν τοῦ δέοντος; (3) Εἰ δ' οὕτω, πειρατέον τύπω γε περιλαβεῖν αὐτὸ τί ποτ' ἐστὶ καὶ τίνος τῶν ἐπιστημῶν ἢ δυνάμεων. (4) Δόξειε δ' ἂν τῆς κυριωτάτης καὶ μάλιστα ἀρχιτεκτονικῆς. (5) Τοιαύτη δ' ἢ πολιτικὴ φαίνεται. (6) Τίνας γὰρ εἶναι χρεῶν τῶν ἐπιστημῶν ἐν ταῖς πόλεσι, καὶ ποίας ἐκάστους μαθάνειν καὶ μέχρι τίνος, αὕτη διατάσει. Ὀρώμεν δὲ καὶ τὰς ἐντιμοτάτας τῶν δυνάμεων ὑπὸ ταύτην οὔσας, ὅσον στρατηγικὴν, οἰκονομικὴν, ῥητορικὴν. (7) Χρωμένης δὲ ταύτης ταῖς λοιπαῖς πρακτικαῖς τῶν ἐπιστημῶν, ἐτι δὲ νομο-

Si quis igitur est rerum agendarum finis, quem propter se velimus, cetera autem propter hunc, sique non omnia propter aliud eligimus (sic enim res progredereetur in infinitum, ut proinde noster appetitus inanis sit futurus), perspicuum scilicet est, hoc futurum esse summum bonum, atque adeo honorum omnium optimum. (2) Hujus ergo cognitio an non magnum etiam ad vitam degendam habitura sit momentum? et, an non hoc perspecto scopum certum nobis propositum habentes tanquam sagittarii, id quod expetere nos oportet, facilius consequemur? (3) Jam si hoc ita est, danda erit opera, ut pingui et plana ratione illud complectamur: hoc est, ut quid et cuius scientiae aut facultatis sit illud, ostendamus. (4) Videri porro possit is finis, quem dico, esse scientiae reliquarum facultatum longe principis ac dominar, ceterisque imperantis. (5) Ac talem esse ipsam politicam nemo dubitat. (6) Nam et quas in civilibus scientias esse oporteat, et quas quisque discere debeat, et quatenus, ea statuit ac praescribit. Facultates autem etiam eas quae summo in honore sunt, ut artem imperatoriam, et rationem tuendae rei familiaris, et bene dicendi facultatem, huic esse subjectas videmus. (7) Porro quum haec reliquis omnibus artibus, quae in actione versan-

θετούσης τί δεῖ πράττειν καὶ τίνων ἀπέχεσθαι, τὸ ταύτης τέλος περιέχει ἂν τὰ τῶν ἄλλων, ὥστε τοῦτ' ἂν εἴη τὰνθρώπινον ἀγαθόν. (8) Εἰ γὰρ καὶ ταυτόν ἐστιν ἐνὶ καὶ πόλει, μᾶλλον γέ καὶ τελευτώτερον τὸ τῆς πόλεως φαίνεται καὶ λαβεῖν καὶ σώζειν· ἀγαπητόν μὲν γὰρ καὶ ἐνὶ μόνῳ, κάλλιον δὲ καὶ θειώτερον ἔθνεσι καὶ πόλεσιν. (9) Ἡ μὲν οὖν μέθοδος τούτων ἐφέται, πολιτικῆς τις οὕσα.

tur, utatur, legibusque latis quid agendum et a quibus abstinendum sit præscribat: ejus certe sine reliquarum artium fines contineri fatendum est. Itaque hoc erit summum bonum hominis. (8) Etsi enim idem sit bonum hominis, et civitatis: tamen civitatis bonum quum consequi, tum conservare majus quiddam esse ac perfectius videtur. Præclara enim quum res sit, vel uni soli hoc contingere; longe certe est præclarior ac divinius, gentibus ac civitatibus id conciliari. (9) Istorum ergo explicatio susceptæ huic institutioni est proposita: quum ars quædam civilis sit et totis civitatibus consulere velit.

CAP. III. [I.]

Λέγοιτο δ' ἂν ἰκανῶς, εἰ κατὰ τὴν ὑποκειμένην ἔλλην διασαφηνεῖται· τὸ γὰρ ἀκριβές οὐχ ὁμοίως ἐν ἅπασιν τοῖς λόγοις ἐπιζητητέον, ὥσπερ οὐδ' ἐν τοῖς δημιουργομένοις. (2) Τὰ δὲ καλὰ καὶ τὰ δίκαια, περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖται, τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή. (3) Τοιαύτην δὲ τινα πλάνην ἔχει καὶ τὰγαθὰ διὰ τὸ πολλοῖς συμβαίνειν βλάβας ἀπ' αὐτῶν· ἤδη γὰρ τινες ἀπώλοντο διὰ πλοῦτον, ἕτεροι δὲ δι' ἀνδρείαν. (4) Ἀγαπητόν οὖν περὶ τοιούτων καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας παχυλῶς καὶ τύπῳ τᾶληθές ἐνδείκνυσθαι, καὶ περὶ τῶν ὧς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας τοιαῦτα καὶ συμπεραίνεσθαι. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἀποδέχεσθαι χρῆν ἕκαστον τῶν λεγομένων· πεπαιδευμένου γὰρ ἐστὶν ἐπὶ τοσοῦτον τὰκριβές ἐπιζητεῖν καθ' ἕκαστον γένος, ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται· παραπλήσιον γὰρ φαίνεται μαθηματικῷ τε πιθανολογούντος ἀποδέχεσθαι καὶ ῥητορικὸν ἀποδείξεις ἀπαιτεῖν. (5) Ἐκαστος δὲ κρίνει καλῶς ἃ γινώσκει, καὶ τούτων ἐστὶν ἀγαθὸς κριτής. Καθ' ἕκαστον ἄρα ὁ πεπαιδευμένος, ἀπλῶς δ' ὁ περὶ πᾶν πεπαιδευμένος. Διὸ τῆς πολιτικῆς οὐκ ἐστὶν οἰκείως ἀκροατῆς ὁ νέος ἀπειρος γὰρ τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων, οἱ λόγοι δ' ἐκ τούτων καὶ περὶ τούτων. (6) Ἐτι δὲ τοῖς πάθειν ἀκολουθητικῶν ματαίως ἀκούσεται καὶ ἀνωφελῶς, ἐπειδὴ τὸ τέλος ἐστὶν οὐ γινώσις ἀλλὰ πᾶσις. (7) Διαφέρει δ' οὐθέν νέος τὴν ἡλικίαν ἢ τὸ ἦθος νεαρός· οὐ γὰρ παρὰ τὸν χρόνον ἡ ἔλλειψις, ἀλλὰ διὰ τὸ κατὰ πάθος ζῆν καὶ διώκειν ἕκαστα. Τοῖς γὰρ τοιούτοις ἀνόνητος ἡ γινώσις γίνεται, καθάπερ τοῖς ἀκρατέσιν· τοῖς δὲ κατὰ λόγον τὰς ὀρέξεις ποιουμένοις καὶ πράττουσι πολυωφελές ἂν εἴη τὸ περὶ τούτων εἰδέναι. (8) Καὶ περὶ μὲν ἀκρατοῦ, καὶ πῶς ἀποδεκτέον, καὶ τί προτιθέμεθα περρομιμάσθω τοσαῦτα.

Institutio porro hæc tum satisfecerit officio suo, quum pro rei subjectæ natura unumquodque explicaverit. Non enim in omni disputationis genere peræque accurata subtilitas requiranda est, quemadmodum nec in operibus mechanicis. (2) Est vero in iis rebus, quæ honestæ et justæ sunt, quas civilis scientia considerat, tanta varietas, tantaque in eis versatur erratio, ut lege modo, non autem natura constare videatur. (3) Similisque inconstantia ac mutatio versatur etiam in iis quæ ut bona expetuntur: idque propterea, quod ex his multi detrimenta capiunt. Reperti enim sunt quibus divitiæ, etiam quibus robur corporis exilio fuerit. (4) Satis itaque erit, si, quum de ejusmodi rebus ex rationibus item ejusmodi explicatio instituat. rudi quadam et crassa forma verum declarem: satis item, si (quum et de rebus quæ plerumque eveniunt, et vero etiam ex talibus rationibus disputationem instituumus) ad talem quoque modum concludamus. Eodem autem modo etiam accipi oportebit quæ hic dicentur. Est enim bene instituti hominis, tantam in unoque genere disputationis subtilitatem desiderare, quantum rei ipsius fert natura. Ut enim ridiculus sit, qui mathematicum probabilibus rationibus utentem probet: ita is quoque, qui ab oratore demonstrationes postulet. (5) Recte porro ac vere judicat aliquis de iis demum, quæ habet perspecta et cognita: et horum est bonus judex. De unaquavis igitur re recte judicat is qui in unaquavis est bene eruditus: absolute vero universe de omnibus, qui est in omni doctrinæ genere bene eruditus. Ob hanc rem juvenis non est ad civilem scientiam accommodatus auditor. Est enim actionum, quæ in vita versantur, imperitius. Atque ex his manet et de his est omnis, quæ hic habetur, disputatio. (6) Præterea vero quum juvenis affectibus animi serviat et obtemperet, inane atque inutilem operam in audiendo sumet; quandoquidem finis prudentiæ civilis in actione, non in cognitione consistit. (7) Porro an ætate aliquis sit juvenis, an moribus, nihil refert. Non est enim a tempore qualitas illa quam hic æstimamus, sed ab eo, quod pro eo, ut perturbationes ferunt, ita vivit et unumquodque persequitur. Hujusmodi enim hominibus inutile cognitio est, perinde ut incontinentibus. Qui vero ratione suas appetitiones et actiones dirigunt, ii fructum ex ea uberrimum capere possunt. (8) Ac de audire quidem, qualis esse debeat, quoque modo rationes hæc spectandæ, et quid nobis explicare sit propositum, ut in proemio dictum esto hactenus.

CAP. IV. [II.]

Λέγομεν δ' ἀναλαβόντες, ἐπειδὴ πᾶσα γινώσις καὶ προαίρεσις ἀγαθοῦ τινὸς ὀρέγεται, τί ἐστὶν οὗ λέγομεν τὴν πολιτικὴν ἐφίεσθαι καὶ τί τὸ πάντων ἀκρότατον τῶν πρακτικῶν ἀγαθῶν. (2) Ὅνόματι μὲν οὖν σχεδὸν ὑπὸ τῶν πλείστων ὁμολογεῖται· τὴν γὰρ εὐδαιμονίαν καὶ οἱ πολλοὶ καὶ οἱ χαρίεντες λέγουσιν, τὸ δ' εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν ταυτόν ὑπολαμβάνουσι τῇ εὐδαιμονεῖν. Περὶ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, τί ἐστὶν, ἀμφισβη-

Deinceps autem repetita summa eorum quæ supra diximus, illud explicemus. Quoniam omnis cognitio, omneque adeo agendi consilium bonum aliquod expetit, quidnam est illud quod ponimus a civili scientia expeti? et quodnam omnium rerum agendarum summum bonum statuimus? (2) De nomine quidem illius fere inter omnes convenit. Beatitudinem enim et vulgus et eruditi politique homines appellant, ejusque verbi hanc esse vim statuunt, ut idem valeat, quod Bene vivere, et Bene rem gerere. At vero quænam res sit Beatitudo, de eo est non parva controver-

τοῦσι καὶ οὐχ ὁμοίως οἱ πολλοὶ τοῖς σοφοῖς ἀποδιδά-
σιν. (3) Οἱ μὲν γὰρ τῶν ἐναργῶν τι καὶ φανερωῶν, οἷον
ἡδονῆν ἢ πλοῦτον ἢ τιμῆν, ἄλλοι δ' ἄλλο, πολλαί-
δὲ καὶ ἐ αὐτὸς ἕτερον νοήσας μὲν γὰρ ὑγίειαν, πενό-
8 μένος δὲ πλοῦτον· συνειδότες δ' ἑαυτοῖς ἀγνοίαν τοὺς
μέγα τι καὶ ὑπὲρ αὐτοὺς λέγοντας θαυμάζουσιν. Ἔνιοι
δ' ὄντο παρὰ τὰ πολλὰ ταῦτα ἀγαθὰ ἄλλο τι καθ'
αὐτὸ εἶναι, δ' καὶ τοῖσδε πᾶσιν αἰτίων ἐστι τοῦ εἶναι
ἀγαθὰ. (4) Ἀπάσας μὲν οὖν ἐξετάζειν τὰς δοξὰς μα-
10 ταιότερον ἴσως ἐστίν, ἱκανὸν δὲ τὰς μάλιστα ἐπιπολα-
ζούσας ἢ δοκούσας εἶχειν τινὰ λόγον. (5) Μὴ λανθα-
νέτω δ' ἡμᾶς ὅτι διαφέρουσιν οἱ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν λόγοι
καὶ οἱ ἐπὶ τὰς ἀρχάς. Εὐ γὰρ καὶ Πλάτων ἠπόρει
τοῦτο καὶ ἐζητεῖ, πότερον ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ἢ ἐπὶ τὰς
15 ἀρχὰς ἐστὶν ἡ δόξ, ὥσπερ ἐν τῷ σταδίῳ ἀπὸ τῶν ἀθλο-
θετῶν ἐπὶ τὸ πέρασ ἢ ἀνάπαλιν. Ἀρκτέον μὲν οὖν
ἀπὸ τῶν γνωρίμων, ταῦτα δὲ διττῶς· τὰ μὲν γὰρ ἡμῖν
τὰ δ' ἀπλῶς. (6) Ἰσως οὖν ἡμῖν γε ἀρκτέον ἀπὸ τῶν
ἡμῖν γνωρίμων. Διὸ δεῖ τοῖς ἔσθιν ἡγεῖσθαι καλῶς τὸν
20 περὶ καλῶν καὶ δικαίων καὶ θλιω τῶν πολιτικῶν ἀκου-
σόμενον ἱκανῶς. (7) Ἀρχὴ γὰρ τὸ ὅτι· καὶ εἰ τοῦτο
φαίνεται ἀρκούντως, οὐδὲν προσδεήσει τοῦ διότι. Ὁ δὲ
τοιούτος ἢ εἶχει ἢ λάθει ἀν ἀρχὰς βραδύως. Ὡ δὲ μη-
δέτερον ὑπάρχει τούτων, ἀκουσάτω τῶν Ἡσιόδου·

25 Οὗτος μὲν πανάριστος ὅς αὐτὸς πάντα νοήσῃ,
ἔσθλος δ' αὐ κάκεινος ὅς εὐ εἰπόντι πίθηται·
ὅς δὲ κε μήτ' αὐτὸς νοήῃ μήτ' ἄλλου ἀκούων
ἐν θυμῷ βάλλεται, ὁ δ' αὐτ' ἀρχήος ἀνήρ.

na: neque vulgus et sapientes similiter eam declarant.
(3) Alii enim eo loco habent aliquid rerum omnibus nota-
rum et manifestarum: verbi gratia, voluptatem aut divi-
tias, aut honorem: aliique etiam aliud; ac saepenumero
etiam unus et idem aliud atque aliud. Aeger enim bonam
valetudinem, pauper divitias eo loco habet: ignorantie sibi
conscii qui sunt, eos admirantur, qui magna quaedam et
ipsorum facultate superiora loquuntur. Quidam vero præter
ista multa bona aliud quoddam per se bonum esse censent,
quod et his omnibus cur bona sint, causa sit. (4) Atque
omnes quidem, quæ feruntur, opiniones ad calculos re-
vocare fortasse operæ pretium non fuerit; satiusque erit,
eas potissimum, quæ sunt insigniores, quæque aliqua ra-
tione niti videntur, in medium proferre. (5) Sed hoc loco
illud ignorare non debemus, multum interesse inter ea quæ
sunt, disputatio quæ est a principiis, et quæ ad principia.
Recte enim ac bene et Plato de hoc dubitabat et quære-
bat, utrum *in hac doctrina* a principiis ad orta ex his,
an contra a principialis ad principia sit eundem: velut in
stadio ab iis qui præmia proponunt, ad metam et contra
eatur. Etsi enim dubium non est quin ducendum sit initium
ab iis rebus quæ notæ sunt: quia tamen bifariam dicitur
Notum, *manet etiam sic difficultas*. Aut enim notum dicitur,
quod est nobis tale; aut quod est tale per se et abso-
lute. (6) Fortasse igitur *in hac doctrina* initium ab iis su-
mendum est, quæ sunt nobis nota; eamque ob rem qui de
rebus honestis et justis, et, ut semel dicam, de civilibus
utiliter auditurus est, eum oportet esse more et consuetu-
dine recte ductum. (7) Principium enim omnis hujusce
operæ in illo est, quod vocamus τὸ ὅτι: et hoc si satis per-
spicuum, tum vero alterum, quod est τὸ διότι, non mag-
nopere desiderabitur: et is qui τὸ ὅτι habet, aut jam tenet
principia, aut ea facile percipere poterit. Cui vero neutrum
horum suppetit, Hesiodi versus ad se pertinere sciat:

Omnia qui per se sapit, est longe optimus unus,
[Multo ante expendens, quid jam, quid postmodo prosit.]
Frugi etiam est alter, qui parat recta momenti.
At qui nil per se sapiens nec mente reponit
Ex aliis audita, ad partem haud utilis ullam est.

CAP. V. [III.]

Ἡμεῖς δὲ λέγομεν θέν παρεξέβημεν. Τὸ γὰρ
20 ἀγαθὸν καὶ τὴν εὐδαιμονίαν οὐκ ἀλόγως εὐόκασιν ἐκ
τῶν βίων ὑπολαμβάνειν. (3) Οἱ μὲν πολλοὶ καὶ φορ-
τικώτατοι τὴν ἡδονῆν, διὸ καὶ τὸν βίον ἀγαπῶσι τὸν
ἀπολαυστικόν. Τρεῖς γὰρ εἰσι μάλιστα οἱ προϋόντες,
δ' τε νῦν εἰρημένως καὶ δ' πολιτικῶς καὶ τρίτος δ' θεωρη-
35 τικός. (3) Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ παντελῶς ἀνδραποδιώ-
δεις φαίνονται βιοκημάτων βίον προαιρούμενοι, τυγχά-
νουςι δὲ λόγου διὰ τὸ πολλοὺς τῶν ἐν ταῖς ἐξουσίαις
ὁμοιοπαθεῖν Σαρδαναπάλλω. (4) Οἱ δὲ χαρίεντες καὶ
πρακτικοὶ τιμῆν· τοῦ γὰρ πολιτικοῦ βίου σχεδὸν τοῦτο
40 τέλος. Φαίνεται δ' ἐπιπολαιότερον εἶναι τοῦ ζητου-
μένου· δοκεῖ γὰρ ἐν τοῖς τιμῶσι μᾶλλον εἶναι ἢ ἐν τῷ
τιμωμένῳ, τὰ γὰρ δὲ οἰκεῖον τι καὶ δυσσφαίρετον εἶναι
μαντευόμεθα. (5) Ἔτι δ' εὐόκασι τὴν τιμῆν διώκειν,
ἵνα πιστεύωσιν ἑαυτοὺς ἀγαθοὺς εἶναι· ζητοῦσι γοῦν
45 ὑπὸ τῶν φρονίμων τιμᾶσθαι, καὶ παρ' οἷς γινώσκον-
ται, καὶ ἐπ' ἀρετῇ· ὅθλον οὖν ὅτι κατὰ γε τούτους ἢ
ἀρετῇ κρείττων. (6) Τάχα δὲ καὶ μᾶλλον ἂν τις τέλος
τοῦ πολιτικοῦ βίου ταύτην ὑπολάβοι. Φαίνεται δὲ
ἀτελεστέρα καὶ αὐτῇ· δοκεῖ γὰρ ἐνδέξασθαι καὶ καθεύ-
50 θούν ἔχοντα τὴν ἀρετῆν, ἢ ἀπρακτεῖν διὰ βίου, καὶ πρὸς
τούτοις κακοπαθεῖν καὶ ἀτυχεῖν τὰ μέγιστα· τὸν δ' οὕτω
ζῶντα οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειεν, εἰ μὴ θέσιν διαφυλάτ-

Sed nos persequamur id unde digressi sumus Sane vero
summum bonum et beatitudinem non sine ratione ex variis
vitæ generibus existimare videntur. (2) Ac vulgus quidem
et stultissimi ineptissimi homines illo loco habent volu-
ptatem: ideoque eam quoque vitam amplectuntur, quæ tota
in perfruendis voluptatibus consumitur. (Tria enim sunt
vitæ genera quæ maxime excellunt: unum quod modo
diximus; alterum civile; tertium quod in contemplatione
et cognitione rerum versatur). (3) Vulgus ergo hominum,
ut dixi, mancipiorum videtur esse simillimum, ut quod
pecudum vitam ceteris anteponat (ceterum quod aliquo
in numero illud est, inde fit, quod plerique eorum qui
potestate et auctoritate præditus sunt, similiter Sardanapallo
a-tatem degunt). (4) Politici vero homines et ii qui ad agen-
dum se contulerunt, beatitudinem in honore positam esse
putant. Fere enim vitæ civili hic propositus finis est: quum
tamen honos videatur aliquid esse eo, quem quærimus, sine
infirmis minusque stabile: quod in iis potius, qui hono-
rem deferunt, quam in eo qui honore afficitur; summum
vero bonum proprium quiddam et ejusmodi, quod haud
facile eripi possit, conjicimus. (5) Præterea vero honorem
eo persequi videntur, ut homines credant ipsos bonos
esse. Certe quidem coli se volunt et honore affici a pruden-
tibus et ab iis quibus noti sunt, idque virtutis nomine.
Perspicuum igitur est, si horum spectetur judicium, virtu-
tem esse aliquid melius. (6) Ac fortasse aliquis jure virtu-
tem vitæ civilis finem statuat magis quam honorem. Sed
hæc ipsa quoque imperfectior esse, quam ut finis ille
putari queat esse. Contingere enim posse videtur, ut qui
virtute si præditus, aut dormiat tota vita, aut nihil peni-
tus agat; prætereaque ut maximis in malis et calamitati-
bus versetur. Eum autem qui ita vivat, nemo in beatis
numeraverit: nisi forte ex scholasticæ exercitationis more

των. Καί περί μὲν τούτων ἄλις· ἱκανῶς γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις εἰρηται περί αὐτῶν. (7) Τρίτος δ' ἐστὶν ὁ θεωρητικὸς, περί οὗ τὴν ἐπίσκεψιν ἐν τοῖς ἐπομένοις ποιησόμεθα. (8) Ὁ δὲ χρηματιστὴς βραχὺς τίς ἐστιν, καὶ ὁ πλοῦτος δῆλον ὅτι οὐ τὸ ζητούμενον ἀγαθὸν χρῆσιμον γὰρ καὶ ἄλλου χάριν. Διὸ μᾶλλον τὰ πρότερον λεχθέντα τέλη τις ἂν ὑπολάβοι· δι' αὐτὰ γὰρ ἀγαπᾶται. Φαίνεται δ' οὐδ' ἐκεῖνα· καίτοι πολλοὶ λόγοι πρὸς αὐτὰ καταβέβληνται. Ταῦτα μὲν οὖν ἀφείσθω.

hujusmodi aliquid defendat. Ac de his quidem satis : nam de eis satis multa etiam in encyclicis dicta sunt. (7) Tertium vitæ genus est, quod in rerum contemplatione cognitioneque consumitur : quod posterius videbimus. (8) Quæ autem vita in pecuniæ quærendæ studio consumitur, ea latrocinium sapit ; et certe divitiæ non sunt hoc summum bonum, quod quærimus. Illæ enim sunt dumtaxat utiles aliorum gratia. Quapropter præ ipsis illa potius, quæ supra exposuimus, fines esse merito quis existimaverit. Propter se enim illa adamantur. Verumtamen ne illa quidem videntur esse finis, ut maxime multis rationibus ad ea pro summo bono constituenda sit disputatum. Sed hæc missa faciamus.

CAP. VI. [IV.]

10 Τὸ δὲ καθόλου βέλτιον ἴσως ἐπισκέψασθαι καὶ διαπορῆσαι πῶς λέγεται, καίπερ προσάντους τῆς τοιαύτης ζητήσεως γινομένης διὰ τὸ φίλους ἀνδρας εἰσαγαγεῖν τὰ εἶδη. Δόξειε δ' ἂν ἴσως βέλτιον εἶναι καὶ δεῖν ἐπισωτηρία γε τῆς ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεία ἀναίρειν, ἄλλως
15 τε καὶ φιλοσόφους ὄντας· ἀμφοῖν γὰρ ὄντιον φίλοιν ὄσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν. (2) Οἱ δὲ κομίσαντες τὴν δόξαν ταύτην οὐκ ἐποίουν ἰδέας ἐν οἷς τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον ἔλεγον, διόπερ οὐδὲ τῶν ἀριθμῶν ἰδέαν κατεσκεύαζον· τὸ δ' ἀγαθὸν λέγεται καὶ ἐν τῷ τί ἐστι καὶ
20 ἐν τῷ ποιῶ καὶ ἐν τῷ πρὸς τι, τὸ δὲ καθ' αὐτὸ καὶ ἡ οὐσία πρότερον τῇ φύσει τοῦ πρὸς τι· παραφρασί γὰρ τοῦτ' εἰσὶ καὶ συμβεβηκότι τοῦ ὄντος, ὡστ' οὐκ ἂν εἴη κοινή τις ἐπὶ τούτων ἰδέα. (3) Ἐτι ἐπει τὰ γαθὸν ἰσαχῶς λέγεται τῷ ὄντι (καὶ γὰρ ἐν τῷ τί λέγεται,
25 οἷον ὁ θεὸς καὶ ὁ νοῦς, καὶ ἐν τῷ ποιῶ αἱ ἀρεταί, καὶ ἐν τῷ ποσῆ τὸ μέτριον, καὶ ἐν τῷ πρὸς τι τὸ χρήσιμον, καὶ ἐν χρόνῳ καιρὸς, καὶ ἐν τόπῳ οἶαιτα καὶ ἕτερα τοιαῦτα), δῆλον ὡς οὐκ ἂν εἴη κοινὸν τι καθόλου καὶ ἐν· οὐ γὰρ ἂν ἐλέγετ' ἐν πάσαις ταῖς κατηγορίαις, ἀλλ'
30 ἐν· μίᾳ μόνῃ. (4) Ἐτι δ' ἐπὶ τῶν κατὰ μίαν ἰδέαν μία καὶ ἐπιστήμη, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀπάντων ἦν ἂν μία τις ἐπιστήμη· νῦν δ' εἰσὶ πολλαὶ καὶ τῶν ὑπὸ μίαν κατηγορίαν, οἷον καιροῦ ἐν πολέμῳ μὲν στρατηγική, ἐν νόσῳ δ' ἰατρική, καὶ τοῦ μετρίου ἐν τροφῇ μὲν ἰατρική, ἐν πόνοις δὲ γυμναστική. (5) Ἀπορήσειε δ' ἂν
35 τις τί ποτε καὶ βούλονται λέγειν αὐτοῦτοῦτον, εἴπερ ἐν τε αὐτοανθρώπῳ καὶ ἀνθρώπῳ εἷς καὶ ὁ αὐτὸς λόγος ἐστὶν ὁ τοῦ ἀνθρώπου. Ἡ γὰρ ἀνθρωπος, οὐδὲν διαίσουςιν· εἰ δ' οὕτως, οὐδ' ἦ ἀγαθόν. (6) Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῷ αἰδίον εἶναι μᾶλλον ἀγαθὸν ἔσται, εἴπερ μὴδὲ
40 λευκότερον τὸ πολυχρόνιον τοῦ ἐφημέρου. (7) Πιθανώτερον δ' εἰσάσιν οἱ Πυθαγόρειοι λέγειν περί αὐτοῦ, τιθέντες ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν συστοιχίᾳ τὸ ἐν· οἷς δὴ καὶ Σπεύσιππος ἐπακολουθῆσαι δοκεῖ. (8) Ἀλλὰ περί μὲν τούτων ἄλλος ἔστω λόγος, τοῖς δὲ λεχθεῖσιν ἀμφισβήτησις τις ὑποφαίνεται, διὰ τὸ μὴ περί παντός ἀγαθοῦ τοὺς λόγους εἰρησθαι· λέγεσθαι δὲ καθ' ἐν εἶδος τὰ καθ' αὐτὰ διακόμενα καὶ ἀγαπώμενα, τὰ δὲ ποιητικὰ τούτων ἢ φυλακτικά πῶς ἢ τῶν ἐναντίων κωλυτικά
45 διὰ ταῦτα λέγεσθαι καὶ τρῶπον ἄλλον. (9) Δῆλον οὖν ὅτι διττῶς λέγοιτ' ἂν τὰ γαθατά, καὶ τὰ μὲν καθ' αὐτὰ, ὁχότερα δὲ διὰ ταῦτα. Χωρίσαντες οὖν ἀπὸ τῶν ὠφε-

Fortasse autem utilioris fuerit operæ videre de illa sententia, quæ ideam facit illud bonum quod quærimus ; tametsi nobis sit hæc ardua futura disquisitio, propterea quod homines amici ideas introduxerunt. Verum præstat scilicet atque adeo oportet etiam, veritati ita esse addictos, ut præ illa vel nostra ipsorum decreta evertere non dubitamus præsertim quum philosophi quoque simus. Nam quum utraque cara sint, pium est tamen antiquiorem habere veritatem. (2) Qui porro hanc opinionem venditarunt, non faciebant earum rerum ideas, in quibus prius et posterius aliquid esse diceretur : quam ipsam etiam ob rem numerorum ideam non constituebant. At vero bonum in Substantia dicitur, et in Qualitate, et in eo quod est Ad aliquid. Id autem, quod per se est et substantia, illo quod est Ad aliquid, prius est natura : hoc enim accessorio, eique rei, quæ illi quod est accidit, simile est. Itaque nec possit in his esse idea aliqua communis. (3) Præterea quoniam bonum totidem modis dicitur, quot modis Ens (nam in substantia dicitur, ut Deus et mens ; et in eo quod est Ad aliquid, ut utile, et in Quando ; ut occasio ; et in Ubi, ut domicilium ; et alia hujus generis) , perspicuum est, commune aliquid, et universum, et unum, ipsum bonum esse non posse. Tum enim non in omnibus categoriis, sed in una sola diceretur. (4) Præterea quoniam eorum omnium, quæ una idea continentur, una etiam scientia est : necesse esset etiam bona omnia una scientia comprehendi. Atqui sunt scientiæ plures vel eorum etiam, quæ sunt uni categoriæ subiecta ; v. g. opportunitatis scientia est in bello quidem imperatoria, in morbo autem medicina. Sic mediocritatis scientia est in victu quidem medicina ; in laboribus autem gymnasticæ. (5) Dubitet vero quis merito, quid sibi velit apud illos Ipsum quidque, gr. αὐτοῦτοῦτον : quum et in Ipsum-hominem, quem dicunt, et in Hominem una eademque conveniat definitio : hominis videlicet. Nam qua homo sit ille Ipse-homo, nihil differet. Quod si ita est, nec qua bonum sit, differet. (6) Neque vero eo, quod sempiternum sit prius illud, magis erit bonum : si quidem neque res candida diuturna, candidior sit illa, quæ unum diem candida est. (7) Multo vero probabilius est Pythagoreorum placitum de hac re, dum hi Unum in bonorum ordine collocant : quos et Speusippus videtur esse secutus. (8) Sed de his sane alibi quaeratur. Ad illa vero quæ modo dicta sunt, occurri nobis potest : Non de omni bono ideas dictas esse : quum id voluerit Plato, genus unum sive ideam esse eorum quæ per se expetuntur et amantur : horum vero aut efficientia aut aliquo modo conservantia, aut contrariorum prohibendorum vim habentia, propter hæc et alia quadam ratione bona appellari. (9) Perspicuum ergo ex hujus objectionis sententia illud est, bona duobus modis dici posse : uno modo ea quæ ipsa bona sunt : altero illa, quæ propter hæc. Eo igitur posito, sejunctis iis quæ per se bona sunt

λίμων τὰ καθ' αὐτὰ σκεψόμεθα εἰ λέγεται κατὰ μίαν
 ἰδέαν. (10) Καθ' αὐτὰ δὲ ποία θεῖη τις ἄν; ἢ ὅσα καὶ
 μονούμενα διώκεται, ὅσον τὸ φρονεῖν καὶ ὄρᾶν καὶ
 ἠδοναί τινες καὶ τιμαί; ταῦτα γὰρ εἰ καὶ δι' ἄλλο τι
 5 διώκομεν, ὅμως τῶν καθ' αὐτὰ ἀγαθῶν θεῖη τις ἄν.
 Ἡ οὐδ' ἄλλο οὐδὲν πλὴν τῆς ἰδέας; ὥστε μάταιον
 ἔσται τὸ εἶδος. (11) Εἰ δὲ καὶ ταῦτ' ἐστὶ τῶν καθ'
 αὐτὰ, τὸν τάγαθὸν λόγον ἐν ἅπασιν αὐτοῖς τὸν αὐτὸν
 ἐμφαίνεσθαι δεήσει, καθάπερ ἐν χιόνι καὶ ψιμμυθίῳ
 10 τὸν τῆς λευκότητος. Τιμῆς δὲ καὶ φρονήσεως καὶ
 ἠδονῆς ἕτεροι καὶ διαφέροντες οἱ λόγοι ταύτῃ ἢ ἀγαθῷ.
 Οὐκ ἔστιν ἄρα τὸ ἀγαθὸν κοινόν τι κατὰ μίαν ἰδέαν.
 (12) Ἀλλὰ πῶς δὴ λέγεται; οὐ γὰρ ἔοικε τοῖς γε ἀπὸ
 τύχης ὁμωνύμοις. Ἀλλ' ἄρα γε τῷ ἀφ' ἑνὸς εἶναι, ἢ
 15 πρὸς ἓν ἅπαντα συντελεῖν, ἢ μᾶλλον κατ' ἀναλογίαν;
 ὡς γὰρ ἐν σώματι ὄψις, ἐν ψυχῇ νοῦς, καὶ ἄλλο δὴ ἐν
 ἄλλῳ. (13) Ἀλλ' ἴσως ταῦτα μὲν ἀφετόν τὸ νῦν· ἐξα-
 κριθεὺν γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν ἄλλης ἂν εἴη φιλοσοφίας οἰ-
 κειότερον. Ὅμοιως δὲ καὶ περὶ τῆς ἰδέας· εἰ γὰρ καὶ
 20 ἔστιν ἐν τι τὸ κοινῇ κατηγορούμενον ἀγαθὸν ἢ χωριστόν
 τι αὐτὸ καθ' αὐτό, δηλον ὡς οὐκ ἂν εἴη πρακτὸν οὐδὲ
 κτητὸν ἀνθρώπων· νῦν δὲ τοιοῦτόν τι ζητεῖται. (14) Τά-
 γα δὲ τῷ ὀφείειν ἂν βέλτιον εἶναι γνωρίζειν αὐτὸ πρὸς
 τὰ κτητὰ καὶ πρακτὰ τῶν ἀγαθῶν· ὅσον γὰρ παράδει-
 25 γμα τοῦτ' ἔχοντες μᾶλλον εἰσόμεθα καὶ τὰ ἡμῖν ἀγαθὰ,
 κἂν εἰδῶμεν, ἐπιτευξόμεθα αὐτῶν. (15) Πιθανότερα
 μὲν οὖν ἔχει τινὰ δὲ λόγος, ἔοικε δὲ ταῖς ἐπιστήμαις
 διαφωνεῖν· πᾶσαι γὰρ ἀγαθοῦ τινὸς ἐπιέμεναι καὶ τὸ ἐν-
 δεῆς ἐπιζητοῦσαι παραλείπουσι τὴν γνῶσιν αὐτοῦ. Καί-
 30 τοι βοήθημα τληκίωτον ἅπαντας τοὺς τεχνίτας ἀγνοεῖν
 καὶ μὴδ' ἐπιζητεῖν οὐκ εὐλογον. (16) Ἄπορον δὲ καὶ τί
 ὠφελήθησεται ὑφάντης ἢ τέκτων πρὸς τὴν αὐτοῦ τέχνην
 εἰδὸς αὐτὸ τάγαθόν, ἢ πῶς ἱατρικώτερος ἢ στρατηγικώ-
 τερος ἔσται ὁ τὴν ἰδέαν αὐτὴν τελεαμένον. Φαίνεται
 35 μὲν γὰρ οὐδὲ τὴν ὑγίειαν οὕτως ἐπισκοπεῖν ὁ ἱατρός,
 ἀλλὰ τὴν ἀνθρώπου, μᾶλλον δ' ἴσως τὴν τοῦδε· καθ'
 ἕκαστον γὰρ ἱατρεύει. Καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ το-
 σοῦτον εἰρήσθω.

ab utilibus, utrum illa una idea contineantur, necne, vi-
 deamus. (10) Sed quoniam per se bona habenda sunt? au-
 erunt talia aut quæ vel sola relicta et sine ceteris spectata
 sequimur? quale est sapere, et videre, et nonnullæ volu-
 ptates et honores: hæc enim etsi propter aliud quippiam se-
 quimur, tamen et in per se bonis numeranda fuerint: aut
 nihil aliud erit per se bonum, præter idem? ita inanis
 res futura est idea. (11) Quodsi illa quoque in iis quæ per se
 bona sunt numerari debent; jam boni definitionem eandem
 necesse erit in eis omnibus elucere: perinde ut in nive et
 cerussa candoris. Atqui honoris et prudentiæ et voluptatis,
 quatenus bona, dissimiles ac dispares sunt definitiones. Non
 est igitur summum bonum commune quiddam, quod una
 idea constet. (12) Quoniam igitur modo dicitur? nam nec
 simile est iis, quorum fortuito nomen est commune. Num-
 quid ergo ejus est generis, cujus sunt quæ sunt ab uno,
 aut quæ ad unum? an potius, quæ sunt proportionem et
 analogia? quia scilicet, ut in corpore videndi sensus, ita
 mens est in animo, et aliud in alio. (13) Sed hæc fortasse
 in presentia sunt omitienda: nam disputare de iis sub-
 tilius, alterius philosophiæ proprium fuerit. Similiterque
 etiam de idea. Nam ut maxime sit aliquid unum illud,
 quod communiter de multis dici voluit bonum, aut quip-
 piam ab aliis sejunctum, et ipsum per se exstans: tamen
 nec in actionem humanam cadere, neque ab homine com-
 parari potest; quale bonum esse debet, quod hic quæ-
 ritur. (14) Sed existimaverit fortasse quispiam, plurimum
 valere illius cognitionem ad ea bona, quæ possidere volu-
 mus et quæ in actione versantur, comparanda: atque nos
 habentes istud exemplar nobis propositum facilius ea quo-
 que, quæ nobis bona sunt, et cognituros et consecuturos.
 (15) Ac probabiliter quidem hæc dicuntur. Verumtamen
 a scientiis videtur istud abhorrere. Nam quum aliquod
 bonum omnes expetant, et id quod deest requirant, illius
 tamen cognitionem prætermittunt. Atqui minime est veri-
 simile aut consentaneum, artifices omnes tantum adjumen-
 tum fuisse ignoraturos, ac ne requisituros quidem. (16) Sed
 nec intelligi potest, quidnam utilitatis ad artem suam tex-
 tor aut faber ex ipsius hujus idealis boni cognitione conse-
 cuturus sit; aut quo tandem modo vel ad medendum vel
 ad exercitum ducendum aptior sit futurus is qui ideam
 ipsam contemplatus fuerit. Nam ad istum modum ne vale-
 tudinem quidem considerare videtur medicus, sed va-
 letudinem hominis: imo fortasse hujus hominis potius.
 Nam singulis hominibus medicinam adhibet. De his
 igitur hactenus dictum esto.

CAP. VII. [V.]

Πάλιν δ' ἐπανέλωμεν ἐπὶ τὸ ζητούμενον ἀγαθόν,
 40 τί ποτ' ἂν εἴη. Φαίνεται μὲν γὰρ ἄλλο ἐν ἄλλῃ πράξει
 καὶ τέχνῃ ἄλλο γὰρ ἐν ἱατρικῇ καὶ στρατηγικῇ καὶ
 ταῖς λοιπαῖς ὁμοίως. Τί οὖν ἐκάστη τάγαθόν; ἢ οὐ
 χάριν τὰ λοιπὰ πράττεται; τοῦτο δ' ἐν ἱατρικῇ μὲν
 ὑγίεια, ἐν στρατηγικῇ δὲ νίκη, ἐν οἰκοδομικῇ δ' οἰκία,
 45 ἐν ἄλλῳ δ' ἄλλο, ἐν ἀπάσῃ δὲ πράξει καὶ προαιρέσει τὸ
 τέλος· τούτου γὰρ ἕνεκα τὰ λοιπὰ πράττουσι πάντες.
 Ὡστ' εἰ τι τῶν πρακτῶν ἀπάντων ἐστὶ τέλος, τοῦτ'
 ἂν εἴη τὸ πρακτὸν ἀγαθόν, εἰ δὲ πλείω, ταῦτα. (2) Με-
 ταβαίνων δὴ δὲ λόγος εἰς ταῦτον ἀφίκαται. Τοῦτο δ' ἐπι-
 50 μᾶλλον διασαφῆσαι πειρατέον. (3) Ἐπεὶ δὲ πλείω
 φαίνεται τὰ τέλη, τούτων δ' αἰρούμεθά τινα δι' ἕτερα,
 ἅν πλοῦτον, αὐλοὺς καὶ ὄλους τὰ ὄργανα, ὃν ὅλον ὡς οὐκ

Ad illud vero bonum, quod quaeritur jam, etiamnum
 regrediamur, quid illud tandem sit, visuri. Aliud enim in
 alia actione et arte videtur esse. Verbi gratia, aliud est in
 medendi arte, aliud in imperatoria; et in reliquis eodem
 modo. Quidquam igitur aliud cuique actioni artique bonum
 quam id cujus gratia aguntur cetera? Hoc autem in me-
 dicina bona valetudo est; in arte imperatoria, victoria; in
 arte ædificandi, domus; aliudque in alia. In omni autem
 actione et consilio est agendi finis: quandoquidem hujus causa
 omnes agunt reliqua. Quocirca si unus aliquis est omnium
 rerum, quæ in actione versantur, finis, hoc fuerit bonum
 id quod est actioni propositum: sin plures, hæc erunt
 bona. (2) Nostra disputatio igitur eodem redit. Verum danda
 nobis est opera, ut istud etiam planius explicemus. (3) Quo-
 niam igitur plures videntur esse fines, atque ex his aliquos
 propter alios expetimus (ut divitias, tibias, et in universum

ἔστι πάντα τέλεια· τὸ δ' ἄριστον τέλειον τι φαίνεται.
 Ὅστ' εἰ μὲν ἔστιν ἓν τι μόνον τέλειον, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ
 ζητούμενον, εἰ δὲ πλείω, τὸ τελειότερον τούτων. (4) Τε-
 λειότερον δὲ λέγεται τὸ καθ' αὐτὸ διωκτὸν τοῦ δι' ἕτε-
 ρον καὶ τὸ μηδέποτε δι' ἄλλο αἰρετὸν τῶν καὶ καθ' αὐτὰ
 καὶ διὰ τοῦθ' αἰρετῶν, καὶ ἀπλῶς δὴ τέλειον τὸ καθ'
 αὐτὸ αἰρετὸν αἰεὶ καὶ μηδέποτε δι' ἄλλο. (5) Τοιοῦτον
 δ' ἡ εὐδαιμονία μάλιστα εἶναι δοκεῖ· ταύτην γὰρ αἰρού-
 μεθα αἰεὶ δι' αὐτὴν καὶ οὐδέποτε δι' ἄλλο, τιμὴν δὲ
 10 καὶ ἡδονὴν καὶ νοῦν καὶ πᾶσαν ἀρετὴν αἰρούμεθα μὲν
 καὶ δι' αὐτὰ (μηθὲν γὰρ ἀποβαίνοντος ἐλοίμεθ' ἂν
 ἕκαστον αὐτῶν), αἰρούμεθα δὲ καὶ τῆς εὐδαιμονίας
 χάριν, διὰ τούτων ὑπολαμβάνοντες εὐδαιμονήσειν.
 Ἴη δ' εὐδαιμονίαν οὐδεὶς αἰρεῖται τούτων χάριν, οὐδ'
 15 ὅλως δι' ἄλλο. (6) Φαίνεται δὲ καὶ ἐκ τῆς αὐταρκείας
 τὸ αὐτὸ συμβαίνει. Τὸ γὰρ τέλειον ἀγαθὸν αὐταρκές
 εἶναι δοκεῖ. Τὸ δ' αὐταρκές λέγεται οὐκ αὐτῷ μόνῳ
 τῷ ζῶντι βίον μονώτην, ἀλλὰ καὶ γονεῦσι καὶ τέκνοις
 καὶ γυναικὶ καὶ ὅλως τοῖς φίλοις καὶ πολίταις, ἐπειδὴ
 20 ᾧ οὐκ ἐπιτελεῖται γὰρ ἐπὶ τοῦ γονεῖς καὶ τοὺς ἀπο-
 γόνους καὶ τῶν φίλων τοὺς φίλους εἰς ἄπειρον πρόσειν.
 Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰσαυθὶς ἐπισκεπτέον, τὸ δ' αὐταρκές
 τίθεμεν ὁ μονούμενον αἰρετὸν ποιεῖ τὸν βίον καὶ μηδε-
 νὸς ἐνδεᾶ· τοιοῦτον δὲ τὴν εὐδαιμονίαν οἰόμεθα εἶναι.
 (7) Ἐπιτελεῖται γὰρ ἐπὶ τοῦ γονεῖς καὶ τοὺς ἀπο-
 γόνους καὶ τῶν φίλων τοὺς φίλους εἰς ἄπειρον πρόσειν.
 Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰσαυθὶς ἐπισκεπτέον, τὸ δ' αὐταρκές
 τίθεμεν ὁ μονούμενον αἰρετὸν ποιεῖ τὸν βίον καὶ μηδε-
 νὸς ἐνδεᾶ· τοιοῦτον δὲ τὴν εὐδαιμονίαν οἰόμεθα εἶναι.
 (8) Ἐπιτελεῖται γὰρ ἐπὶ τοῦ γονεῖς καὶ τοὺς ἀπο-
 γόνους καὶ τῶν φίλων τοὺς φίλους εἰς ἄπειρον πρόσειν.
 Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰσαυθὶς ἐπισκεπτέον, τὸ δ' αὐταρκές
 τίθεμεν ὁ μονούμενον αἰρετὸν ποιεῖ τὸν βίον καὶ μηδε-
 νὸς ἐνδεᾶ· τοιοῦτον δὲ τὴν εὐδαιμονίαν οἰόμεθα εἶναι.
 30 Τέλειον δὴ τι φαίνεται καὶ αὐταρκές ἡ εὐδαιμονία,
 τῶν πρακτῶν οὕσα τέλος.

[VI.] (9) Ἄλλ' ἴσως τὴν μὲν εὐδαιμονίαν τὸ ἄριστον
 λέγειν ὁμολογούμενόν τι φαίνεται, ποθεῖται δ' ἐναργέ-
 στερον τί ἔστιν ἔτι λεγῆναι. (10) Τάχα δὴ γένοιτ'
 35 ἂν τοῦτ', εἰ ληφθῆι τὸ ἔργον τοῦ ἀνθρώπου. Ὅσπερ
 γὰρ αὐλητῆ καὶ ἀγαματοποιῶ καὶ παντὶ τεχνίτη, καὶ
 ὅλως ὧν ἔστιν ἔργον τι καὶ πράξις, ἐν τῷ ἔργῳ δοκεῖ
 τὰγαθὸν εἶναι καὶ τὸ εὔ, οὕτω δόξειεν ἂν καὶ ἀνθρώπῳ,
 εἴπερ ἔστι τι ἔργον αὐτοῦ. (11) Πότερον οὖν τέκτονος
 40 μὲν καὶ σκυτέως ἔστιν ἔργα τινὰ καὶ πράξεις, ἀνθρώπου
in illis quos dixi, etiam alia quaedam pars, a ratione aversa natura, eaque rationi repugnans ac reluctans. Plane enim ut resolutae corporis partes quum eas dextrorsum movere animum inducimus, in contrariam partem, puta, sinistrorsum perverse feruntur; sic et in animo evenit: abeunt enim in contrarias partes incontinentium appetitiones. (16) Sed in corporibus id quod perverse movetur, oculis cernimus; in animo non cernimus. Nihilominus autem fortasse existimare debemus, in animo quoque aliquid esse, quod a ratione sit devium, eique adversetur et repugnet. (17) Quod quomodo sit aliquid a ratione diversum, nihil hoc loco disputari necesse est. Rationis autem hoc quoque videtur esse particeps, ut diximus: paret quidem certe rationi in continente. At vero in forti ac temperante multo adhuc magis obtemperare videtur: hic enim omnia plane cum ratione consentiunt. (18) Apparet ergo, etiam rationis expertem vim esse duplicem. Nam quæ stirpium est propria, nulla ex parte rationis est particeps; ea autem quæ ad concupiscendum et omnino ad appetendum impellit, aliqua ex parte ratione prædita est, nempe, qua ei paret atque obtemperat. Hac igitur ratione dicere solemus, nos patris et amicorum rationem habere: non, quo modo rerum mathematicarum rationem habemus. Rationi autem quodammodo parere partem animi rationis expertem, quum præcepto ac monitio, tum omnis reprehensio atque exhortatio indicat. (19) Quodsi fatendum est, etiam hanc vim ratione esse præditam, erit et vis animi duplex, quæ sit rationis particeps; una proprie et ut rationem habens in se ipsa; altera sic ad eam habens, uti filius ad parentis monita ille, qui parentis dicto audiens est. (20) Atque ex hac animi divisione ac differentia virtutis quoque distinctio partitioque nascitur. Alias enim virtutes in cogitatione ac ratione positas esse dicimus; alias ad mores pertinere: quas morales appellamus. In ratione positæ sunt sapientia, intelligentia, prudentia; in moribus, liberalitas, temperantia. Nam quum de moribus alicujus loquimur, non sapientem aut intelligentem ipsum dicimus, sed lenem aut temperantem. Laudamus autem sapientem quoque ex habitu. Habitus vero eos, qui sunt laudabiles, virtutes usurpamus.

LIBER II.

CAP. I.

Διττῆς δὲ τῆς ἀρετῆς οὐσίας, τῆς μὲν διανοητικῆς τῆς δὲ ἠθικῆς, ἡ μὲν διανοητικὴ τὸ πλεῖον ἐκ διδασκαλίας ἔχει καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν αὐξήσιν, διόπερ ἐμπειρίας δεῖται καὶ χρόνου· ἡ δ' ἠθικὴ ἐξ ἔθους περιγίνεται, ὅθεν καὶ τὸνομα ἐσχληκε μικρὸν παρεκκλίνον ἀπὸ τοῦ ἔθους. (2) Ἐξ οὗ καὶ δῆλον ὅτι οὐδεμία τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν φύσει ἡμῶν ἐγγίνεται: οὐδὲν γὰρ τῶν φύσει ὄντων ἄλλως ἐθίζεται, ὅσον δὲ λίθος φύσει κάτω φερόμενος οὐκ ἂν ἐθισθεῖται ἄνω φέρεσθαι, οὐδ' ἂν μωριακῶς αὐτὸν ἐθίξῃ τις ἄνω ῥίπτων, οὐδὲ τὸ πῦρ κάτω, οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τῶν ἄλλως πεφυκότων ἄλλως ἂν ἐθισθεῖται. (3) Οὕτ' ἄρα φύσει οὔτε παρὰ φύσιν ἐγγίνονται αἱ ἀρεταί, ἀλλὰ πεφυκῶσι μὲν ἡμῶν δέξασθαι αὐτάς, τελειουμένους δὲ διὰ τοῦ ἔθους. (4) Ἔτι ὅσα μὲν φύσει ἡμῶν παραγίνονται, τὰς δυνάμεις τούτων πρότερον κομιζόμεθα, ὑστερον δὲ τὰς ἐνεργείας ἀποδίδομεν. Ὅπερ ἐπὶ τῶν αἰσθήσεων ὀηλον· οὐ γὰρ ἐκ τοῦ πολλάκις ἰδεῖν ἢ πολλάκις ἀκοῦσαι τὰς αἰσθήσεις ἐλάβομεν, ἀλλ' ἀνά-

Quum sint autem duo virtutum genera, unum earum quæ rationis sunt, alterum earum quas morales a moribus appellamus: illæ quidem quæ in ratione positæ sunt, magnam partem a doctrina proficiuntur: ideoque quum usum, tum spatium tempusque postulant. Morales autem ex ἔθους, id est, ex more comparantur, a quo nomen quoque traxerunt: quod parum admodum ἀπὸ τοῦ ἔθους τὸ ἦθος deflectit. (2) Ex quo etiam perspicuum est, nullam virtutem moralem insitam nobis esse a natura. Nihil enim eorum quæ natura constant, assuefaciendo potest affici aliter, quam est a natura comparatum: ut lapis, qui deorsum fertur natura, nulla ratione assuefieri possit, ut sursum moveatur, ne si decies millies quidem aliquis eum sursum jaciens assuefacere conetur; neque ignis unquam deorsum feratur; neque quicquam aliud eorum quæ aliter a natura comparata sunt, aliter assuefieri possit. (3) Ergo neque natura, neque præter naturam in nobis existunt virtutes; sed insunt ut sic affectis, ut ad eas suscipiendas apti simus natura, perficiamur autem perpoliamurque more et consuetudine. (4) Præterea quæcumque nobis a natura obveniunt, eorum potestates prius accipimus, posterius energias sive actiones obimus: quod in sensibus perspicui potest. Neque enim ex eo, quod aut sæpe aspeximus res, aut sæpe audivimus sonos, eos sensus accepimus. Sed

παλιν ἔχοντες ἐρησάμεθα, οὐ χρησάμενοι ἔσχομεν. Τὰς δ' ἀρετὰς λαμβάνομεν ἐνεργήσαντες πρότερον, ὡσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν· ἃ γὰρ δεῖ μαθόντας ποιεῖν, ταῦτα ποιοῦντες μανθάνομεν, ὡς οἰκοδομοῦντες οἰκοδόμοι γίνονται καὶ κιθαρίζοντες κιθαρισταί. Οὕτω δὲ καὶ τὰ μὲν δίκαια πράττοντες δίκαιοι γινόμεθα, τὰ δὲ σώφρονα σώφρονες, τὰ δ' ἀνδρεία ἀνδρείοι. (5) Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ γινόμενον ἐν ταῖς πόλεσιν· οἱ γὰρ νομοθεταὶ τοὺς πολίτας ἐθίζοντες ποιοῦσιν ἀγαθοὺς, καὶ τὸ μὲν βούλημα παντὸς νομοθέτου τοῦτ' ἐστίν, ὅσοι δὲ μὴ εὖ αὐτὸ ποιοῦσιν, ἀμαρτάνουσιν· καὶ διαφέρει τούτω πολιτεία πολιτείας ἀγαθῆ φαύλης. (6) Ἐτι ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ διὰ τῶν αὐτῶν καὶ γίνεται πᾶσα ἀρετὴ καὶ φθειρεται, ὁμοίως δὲ καὶ τέχνη· ἐκ γὰρ τοῦ κιθαρίζειν καὶ οἱ ἀγαθοὶ καὶ οἱ κακοὶ γίνονται κιθαρισταί. Ἀνάλογον δὲ καὶ οἱ οἰκοδόμοι καὶ οἱ λοιποὶ πάντες· ἐκ μὲν γὰρ τοῦ εὖ οἰκοδομεῖν ἀγαθοὶ οἰκοδόμοι ἔσονται, ἐκ δὲ τοῦ κακῶς κακοί. (7) Εἰ γὰρ μὴ οὕτως εἴγε, οὐδὲν ἂν εἶδει τοῦ διδάσκοντος, ἀλλὰ πάντες ἂν ἐγίνοντο ἀγαθοὶ ἢ κακοί. Οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν ἔχει· πράττοντες γὰρ τὰ ἐν τοῖς συναλλάγμασι τοῖς πρὸς τοὺς ἀνθρώπους γινόμεθα οἱ μὲν δίκαιοι οἱ δὲ ἀδικοὶ, πράττοντες δὲ τὰ ἐν τοῖς δεινοῖς καὶ ἐθιζόμενοι φοβέσθαι ἢ θαρρεῖν οἱ μὲν ἀνδρείοι οἱ δὲ δειλοί. Ὅμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔχει καὶ τὰ περὶ τὰς ὀργάς· οἱ μὲν γὰρ σώφρονες καὶ πρᾶοι γίνονται, οἱ δ' ἀκόλαστοι καὶ ὀργίλοι, οἱ μὲν ἐκ τοῦ οὕτως ἐν αὐτοῖς ἀναστρέφασθαι, οἱ δὲ ἐκ τοῦ οὕτως. Καὶ ἐνὶ δὴ λόγῳ ἐκ τῶν ὁμοίων ἐνεργειῶν αἱ ἕξεις γίνονται. (8) Διὸ δεῖ τὰς ἐνεργείας ποιάς ἀποδιδόναι· κατὰ γὰρ τὰς ταύτων διαφορὰς ἀκολουθοῦσιν αἱ ἕξεις. Οὐ μικρὸν οὖν διαφέρει τὸ οὕτως ἢ οὕτως εὐθύς ἐκ νέων ἐθίζεσθαι, ἀλλὰ πάμπλου, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν.

contra, quum sensus haberemus, eis usi sumus; non quia usi sumus, illos adepti sumus. At virtutes consequimur prius exercentes illa quæ virtutis sunt: quo modo et in ceteris fit artibus. Quæ enim nobis, doctrina prius instructis, efficienda sunt, ea faciendo discimus: verbi gratia, ædificando fiunt ædium struendarum artifices, et fidibus canendo fidicines: item justis actionibus exercendis justis, temperantibus temperantes, fortibus fortes efficiuntur. (5) Atque etiam hoc ipsum testantur ea quæ in civitatibus factitari solent. Legum latores enim civibus ad virtutem assuefaciendis bonos eos efficiunt. Atque hæc quidem est omnium, qui leges ferunt, mens et voluntas. Quotquot autem minus recte eos assuefaciunt, voto suo frustrantur. Atque hoc uno reipublicæ administrandæ forma altera ab altera differt, bona a vitiosa. (6) Præterea ex iisdem rebus virtus omnis nascitur, per quas interit; similiterque et ars. Nam ex eo quod fidibus canunt, et boni et mali fidicines evadunt; eademque ratione ædificandi artifices, et reliqui opifices omnes: nam ex eo quod bene ædificant, boni sunt ædificandi artifices futuri: ex eo quod male, mali. (7) Quod nisi ita se res haberet, nec magistro qui doceret, opus esset, et omnes aut boni aut mali artifices nascerentur. Eadem igitur et virtutum ratio est. Agendis enim iis rebus, quas inter homines agi usitatum est, alii justis, alii injustis efficiuntur; et quum ea quæ in rebus horribilibus ac periculosis habentur, agimus ac subimus, assuescimusque ea aut timere aut præsentis animo ferre, alii fortes, alii timidi evadimus. Similis est et cupiditatum irarumque ratio. Alii enim temperantes et lenes, alii intemperantes et iracundi efficiuntur: hi, quia sic, illi, quia aliter in illis versantur. Atque (ut uno verbo dicam) ex similibus energiis seu actionibus similes habitus oriuntur. (8) Itaque danda opera est, ut actiones nostras certo quodam modo conformemus; harum enim differentias habitus differentes ac disparas consequuntur. Non ergo parum refert, sed perquam multum, sicne, an sic, a pueris assuescamus; imo vero totum in eo positum est.

CAP. II.

Ἐπει οὖν ἡ παρούσα πραγματεία οὐ θεωρίας ἕνεκά ἐστιν ὡσπερ αἱ ἄλλαι (οὐ γὰρ ἴν' εἰδῶμεν τί ἐστὶν ἡ ἀρετὴ σκεπτόμεθα, ἀλλ' ἴν' ἀγαθοὶ γινώμεθα, ἔπει οὐδὲν ἂν ἦν ὄφελος αὐτῆς), ἀναγκαῖόν ἐστι σκέψασθαι τὰ περὶ τὰς πράξεις, πῶς πρακτέον αὐτάς· αὐταὶ γὰρ εἰσι κύρια καὶ τοῦ ποιάς γενέσθαι τὰς ἕξεις, καθάπερ εἰρήκαμεν. (2) Τὸ μὲν οὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν κοινὸν καὶ ὑποκεισθω, βηθήσεται δ' ὕστερον περὶ αὐτοῦ, καὶ τί ἐστὶν ὁ ὀρθὸς λόγος, καὶ πῶς ἔχει πρὸς τὰς ἄλλας ἀρετὰς. (3) Ἐκεῖνο δὲ προδιомολογείσθω, ὅτι πᾶς ὁ περὶ τῶν πρακτῶν λόγος τύπῳ καὶ οὐκ ἀκριβῶς ὀφείλει λέγεσθαι, ὡσπερ καὶ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν ὅτι κατὰ τὴν ἕλην οἱ λόγοι ἀπαιτητέοι· τὰ δ' ἐν ταῖς πράξεσι καὶ τὰ συμφέροντα οὐδὲν ἐστὶν ἄσχετον, ὡσπερ οὐδὲ τὰ ὑγιεινά. (4) Τοιοῦτο δ' ὄντος τοῦ καθόλου λόγου, ἔτι μᾶλλον ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λόγος οὐκ ἔχει τάκριβες· οὔτε γὰρ ὑπὸ τέχνην οὐδ' ὑπὸ παραγγελίαν οὐδεμίαν πίπτει, δεῖ δ' αὐτοὺς αἰεὶ τοὺς πράττοντας τὰ πρὸς τὸν καιρὸν σκοπεῖν, ὡσπερ καὶ ἐπὶ τῆς

Quoniam igitur doctrina hæc omnis non cognitionis causa suscepta est, ut ceteræ (non enim quid sit virtus quærimus, ut cognoscamus, sed ut boni efficiamur: alioqui enim nihil ad beatitudinem conferret), quæ ad agendum pertinent, consideranda nobis sunt, et quemadmodum actiones obeundæ sint, videndum. In his enim situm est, quemadmodum diximus, totum hoc, ut habitus sic vel sic conformentur. (2) Atque illud quidem commune omnium est, et nunc ponatur: rectæ rationi convenienter agere oportere, quum quidem de eo posterius aliquid dicturi simus, nimirum et quid sit recta ratio et quomodo ad reliquas virtutes ea affecta sit. (3) Ceterum illud ante omnia ratum confessumque habeatur: omnem quæ de rebus in agendo positis habetur, orationem rudiore quadam et pingui, non exquisita forma constare oportere, ut et initio diximus, quod demonstrationes materiæ subjectæ convenientes sint postulandæ, et vero quod, quæ in actionibus versantur, quæque huc aliquid conferunt, nihil fixi habent, sicut nec res salubres. (4) Quum sit autem ejusmodi omnis harum rerum universalis notio; tum multo magis tenuitate subtili limataque caret ea quæ de rebus singulis hic habetur disputatio. Hæc enim neque sub præceptionem ullam cadunt; sed oportet semper eos qui in rebus agendis versantur, occasionem observare, sicut in arte medendi et gubernandi fieri videmus. (5) Ve-

ιατρικῆς ἔχει καὶ τῆς κυβερνητικῆς. (6) Ἀλλὰ καίπερ ὄντος τοιοῦτου τοῦ παρόντος λόγου πειρατέον βοηθεῖν. (α) Πρῶτον οὖν τοῦτο θεωρητέον, ὅτι τὰ τοιαῦτα πέφυκεν ὑπὸ ἐνόειας καὶ ὑπερβολῆς φθίρεισθαι, (δεῖ γάρ
 ὑπὲρ τῶν ἀφανῶν τοῖς φανεροῖς μαρτυροῖς χρῆσθαι) ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἰσχύος καὶ τῆς ὑγείας ὀρώμεν· τὰ τε γὰρ ὑπερβάλλοντα γυμνάσια καὶ τὰ ἐλλείποντα φθείρει τὴν ἰσχύον. Ὅμοίως δὲ καὶ τὰ ποτὰ καὶ τὰ σιτία πλείω καὶ ἐλάττω γινόμενα φθείρει τὴν ὑγίαν, τὰ δὲ σύμμετρα καὶ ποιεῖ καὶ αὖξει καὶ σώζει. (7) Οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας ἔχει καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν· ὅ τε γὰρ πάντα φεύγων καὶ φοβούμενος καὶ μηδὲν ὑπομένειν δειλὸς γίνεται, ὅ τε μηδὲν δῖως φοβούμενος ἀλλὰ πρὸς πάντα βαδίζων θρασύς. Ὅμοίως δὲ καὶ ὁ μὲν πάσης ἡδονῆς ἀπολαύων καὶ μηδεμιᾶς ἀπεχόμενος ἀκόλαστος, ὁ δὲ πάσας φεύγων, ὥσπερ οἱ ἀγροῖκοι, ἀναίσθητός τις· φθίρεται γὰρ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἐλλείψεως, ὑπὸ δὲ τῆς μεσότητος σώζεται. (8) Ἄλλ' οὐ μόνον αἱ γενέσεις καὶ αἱ αὐξήσεις καὶ αἱ φθοραὶ ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γίνονται, ἀλλὰ καὶ αἱ ἐνέργειαι ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔσονται· καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν φανερωτέρων οὕτως ἔχει, ὅσον ἐπὶ τῆς ἰσχύος· γίνεται γὰρ ἐκ τοῦ πολλῆν τροφήν λαμβάνειν καὶ πολλοὺς πόνους ὑπομένειν, καὶ μάλιστα δύναται ταῦτα ποιεῖν ὁ ἰσχυρός. (9) Οὕτω δ' ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν· ἐκ τε γὰρ τοῦ ἀπέχεσθαι τῶν ἡδονῶν γινόμεθα σώφρονες, καὶ γενόμενοι μάλιστα δυνάμεθα ἀπέχεσθαι αὐτῶν. Ὅμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς ἀνδρείας· ἐπιζόμενοι γὰρ καταφρονεῖν τῶν φοβερῶν καὶ ὑπομένειν αὐτὰ γινόμεθα ἀνδρείοι, καὶ γενόμενοι μάλιστα δυνήσομεθα ὑπομένειν τὰ φοβερά.

rum tamen etiamsi talis sit haec, quam instituimus, ratio, danda tamen opera est, ut huic incommodo subveniamus. (6) Hoc igitur in primis animadvertendum est, hasce res naturam habentes talem, qualem diximus, ab eo quod parum, et ab eo quod nimium est, corrumpi solere natura : quemadmodum (claris enim et perspicuis exemplis, ad ea quae sunt obscura declaranda, tanquam testibus utendum est) in viribus corporis et valetudine fieri videmus. Nam et immoderatae et pauciores aut remissiores aequo exercitationes vires minuunt et corrumpunt. Itemque poculenta et esculenta aequo copiosiora ac pauciora, valetudinem laedunt : at vero moderata, efficiunt, augent ac tumentur. (7) Eodem igitur modo se res habet in temperantia quoque et fortitudine et reliquis virtutibus. Nam ut is qui fugit et extimescit omnia nihilque subit ac perfert, timidus efficitur : sic qui a nullo omnino periculo deterretur, sed ad omnia ruit, audax : itemque et qui omni genere voluptatis perfruitur, nullaque se abstinet, imtemperans, et qui ab omnibus refugit, quemadmodum solent homines agrestes, is veluti stipes quidam et sensus expers evadit. Nam ut temperantiam et fortitudinem perimit nimium et parum, sic servat mediocritas. (8) Neque vero solum ortus et incrementa atque interitus habituum ex iisdem et ab iisdem proficiscuntur, sed etiam energiae sive actiones in iisdem versari reperientur. Nam in aliis quoque, quae manifestiora sunt, ita usu venire consuevit, veluti in viribus corporis. Ut enim haec ex eo nascuntur, quod quis multum cibum capiat, multosque labores excipiat ac perferat : sic hoc utrumque maxime potest is efficere, qui viribus corporis pollet. (9) Idem etiam de virtutibus sentiendum. Nam quemadmodum praetermittendis et fugiendis voluptatibus temperantes effimur : sic temperantes effecti voluptates maxime possumus aspernari. Similisque et fortitudinis ratio est : nam et fortes evadimus assuescendo iis quae terribilia sunt, ea pro nihilo et putando patienterque sustinendo ; et fortitudinem consecuti maxime poterimus ea quae terrorem afferunt, subire ac perferre.

CAP. III. [II.]

Σημεῖον δὲ δεῖ ποιεῖσθαι τῶν ἔξεων τὴν ἐπιγινόμενην ἡδονὴν ἢ λύπην τοῖς ἔργοις· ὁ μὲν γὰρ ἀπεχόμενος τῶν σωματικῶν ἡδονῶν καὶ αὐτῷ τούτῳ χαίρων σώφρων, ὁ δ' ἀχθόμενος ἀκόλαστος, καὶ ὁ μὲν ὑπομένων τὰ δεινὰ καὶ χαίρων ἢ μὴ λυπούμενός γε ἀνδρείος, ὁ δὲ λυπούμενος δειλός. Περὶ ἡδονᾶς γὰρ καὶ λύπας ἐστὶν ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ· διὰ μὲν γὰρ τὴν ἡδονὴν τὰ φαῦλα πράττομεν, διὰ δὲ τὴν λύπην τῶν καλῶν ἀπεχόμεθα. (2) Διὸ δεῖ ἤχθαι πως εὐδὸς ἐκ νέων, ὡς ὁ Πλάτων φησὶν, ὥστε χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ· ἡ γὰρ ὀρθὴ παιδεία αὕτη ἐστίν. (3) Ἔτι δ' εἰ ἀρεταὶ εἰσι περὶ πράξεις καὶ πάθη, παντὶ δὲ πάθει καὶ πάσῃ πράξει ἔπεται ἡδονὴ καὶ λύπη, καὶ διὰ τούτ' ἂν εἴη ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονᾶς καὶ λύπας. (4) Μηνοῦσι δὲ καὶ αἱ κολάσεις γινόμεναι διὰ τούτων· ἰατρεῖαι γὰρ τινές εἰσιν, αἱ δὲ ἰατρεῖαι διὰ τῶν ἐναντίων περὶ κασι γίνεσθαι. (5) Ἔτι, ὡς καὶ πρότερον εἶπομεν, πᾶσα ψυχῆς ἔξις, ὑφ' ὧν πέφυκε γίνεσθαι χεῖρων καὶ βελτίων, πρὸς ταῦτα καὶ περὶ ταῦτα τὴν φύσιν ἔχει· δι' ἡδονᾶς δὲ καὶ λύπας φαῦλαι γίνονται, τῷ διώκειν αὐτάς καὶ φεύγειν, ἢ ἄς μὴ δεῖ ἢ ὅτε

Signum porro habitus jam producti merito habetur id, quod est, gaudere aut tristari factis. Nam qui se a corporis voluptatibus abstinet, hocque ipso delectatur, is temperans ; qui molestia ex eo afficitur, is intemperans est. Rursum qui res graves et acerbas perfert, ex eoque laetitia capit, aut certe nulla molestia afficitur, fortis ; qui molestia afficitur, timidus habendus est. Virtus enim moralis omnis in doloribus ac voluptatibus versatur. Nam et voluptatis illecebris ad turpes atque improbas actiones invitatur, et doloris aculeis ab honestis avocatur ac deterremur. (2) Itaque statim a pueris (ut ait Plato) nos oportet certo quodam modo esse educatos et institutos ; ut videlicet quibus rebus oportet, iis tum laetetur, tum doleamus. Haec est enim recta institutio. (3) Praeterea si in actionibus et affectibus virtutes sunt occupatae, omnem autem perturbationem omnemque actionem dolor sequitur aut voluptas : ob hanc quoque causam virtus in voluptatibus et doloribus versabitur. (4) Atque hoc etiam supplicia indicant, quae doloribus inferendis constituuntur in maleficos : curationes enim quaedam sunt ; at curationes per contraria fieri solent natura. (5) Praeterea, quemadmodum supra diximus, ita res est comparata in omni animi habitu, ut de quibus rebus ille deterior aut melior sit natura, ad eas res ejus natura pertineat, et in iis versetur. At propter voluptates ac dolores vitiosi habitus existunt, quia et illas

οὐ δεῖ ἢ ὅς οὐ δεῖ ἢ ὁσαυτῶς ἄλλως ὑπὸ τοῦ λόγου διορίζεται τὰ τοιαῦτα. Διὸ καὶ δρίζονται τὰς ἀρετὰς ἀπαθείας τινὰς καὶ ἡρεμίας· οὐκ εὐδέ, ὅτι ἀπλῶς λέγουσιν, ἀλλ' οὐχ ὡς δεῖ καὶ ὡς οὐ δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ὅσα ἄλλα προστίθεται. (6) Ὑπόκειται ἄρα ἡ ἀρετὴ εἶναι ἢ τοιαύτη περὶ ἡδονᾶς καὶ λύπας τῶν βελτίστων πρακτικῆς, ἢ δὲ κακία τούναντίον. (7) Γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν καὶ ἐκ τούτων φανερόν ἐστι περὶ τῶν αὐτῶν. Τριῶν γὰρ ὄντων τῶν εἰς τὰς αἰρέσεις καὶ τριῶν τῶν εἰς τὰς φυγᾶς, καλοῦ, συμφέροντος, ἡδέας, καὶ τριῶν τῶν ἐναντίων, αἰσχροῦ, βλαβεροῦ, λυπηροῦ, περὶ πάντα μὲν ταῦτα ὁ ἀγαθὸς κατορθωτικὸς ἐστίν, ὁ δὲ κακὸς ἀμαρτητικὸς, μάλιστα δὲ περὶ τὴν ἡδονὴν· κοινή τε γὰρ αὐτῆ τοῖς ζῴοις, καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν αἴρεσιν παρακολουθεῖ. καὶ γὰρ τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον ἡδὺ φαίνεται. (8) Ἐτι δ' ἐκ νηπίου πᾶσιν ἡμῖν συντέθραπται· διὸ χαλεπὸν ἀποτρίψασθαι τοῦτο τὸ πάθος ἐγγεγραμμένον τῷ βίῳ. Κανονίζομεν δὲ καὶ τὰς πράξεις, οἳ μὲν μάλλον οἳ δ' ἤγγον, ἡδονῆ καὶ λύπῃ. (9) Διὰ τοῦτ' οὖν ἀναγκαῖον εἶναι περὶ ταῦτα τὴν πᾶσαν πραγματείαν· οὐ γὰρ μικρὸν εἰς τὰς πράξεις εὖ ἢ κακῶς χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι. (10) Ἐτι δὲ χαλεπώτερον ἡδονῆ μάχεσθαι ἢ θυμῷ, καθάπερ φησὶν Ἡράκλειτος, περὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον αἰὲ καὶ τέχνη γίνεται καὶ ἀρετῆ· καὶ γὰρ τὸ εὖ βέλτιον ἐν τούτῳ. Ὅστε καὶ διὰ τοῦτο περὶ ἡδονᾶς καὶ λύπας πᾶσα ἡ πραγματεία καὶ τῆ ἀρετῆ καὶ τῆ πολιτικῆ· ὁ μὲν γὰρ εὐ τοῦτοῖς χρώμενος ἀγαθὸς ἐστί, ὁ δὲ κακῶς κακός. (11) Ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονᾶς καὶ λύπας, καὶ ὅτι ἐξ ὧν γίνεται, ὑπὸ τούτων καὶ αὐξεται καὶ φθίρεται μὴ ὁσαυτῶς γινομένων, καὶ ὅτι ἐξ ὧν ἐγένετο, περὶ ταῦτα καὶ ἐνεργεῖ, εἰρήσθω.

CAP. IV. [III.]

Ἀπορήσει δ' ἂν τις, πῶς λέγομεν ὅτι δεῖ τὰ μὲν δίκαια πράττοντας δικαίους γίνεσθαι, τὰ δὲ σώφρονα σώφρονας· εἰ γὰρ πράττουσι τὰ δίκαια καὶ τὰ σώφρονα, ἢ ἡδὲ εἰς δίκαιοι καὶ σώφρονες, ὥσπερ εἰ τὰ γραμματικὰ καὶ τὰ μουσικά, γραμματικοὶ καὶ μουσικοί. (2) Ἡ οὐδ' ἐπὶ τῶν τεχνῶν αὐτως ἔχει· ἐνδέχεται γὰρ γραμματικόν τι ποιῆσαι καὶ ἀπὸ τύχης καὶ ἄλλου ὑποθεμένου. Τότε οὖν ἐστί γραμματικὸς, ἔαν καὶ γραμματικόν τι ποιῆσῃ καὶ γραμματικῶς· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἐν αὐτῷ γραμματικῆν. (3) Ἐτι οὐδ' ὁμοίον ἐστὶν ἐπὶ τῶν τεχνῶν καὶ τῶν ἀρετῶν· τὰ μὲν γὰρ ὑπὸ τῶν τεχνῶν γινομένα τὸ εὖ ἔχει ἐν αὐτοῖς, ἀρκεῖ οὖν ταῦτα πῶς ἔχοντα γενέσθαι· τὰ δὲ κατὰ τὰς ἀρετὰς γινομένα οὐκ ἔαν αὐτὰ πῶς ἔχῃ, δικαίως ἢ σωφρόνως πράττεται, ἀλλὰ καὶ ἔαν ὁ πράττων πῶς ἔχων πράττῃ, πρῶτον μὲν ἔαν εἰδῶς, ἔπειτ' ἔαν προαιρούμενος, καὶ προαιρούμενος δι' αὐτά, τὸ δὲ τρίτον καὶ ἔαν βεβαίως καὶ ἀμετακινήτως ἔχων πράττῃ. Ταῦτα δὲ πρὸς μὲν τὸ τὰς ἄλλας τέχνας ἔχειν οὐ συναριθμεῖται, πλὴν αὐτὸ τὸ εἰδέναι· πρὸς δὲ τὸ τὰς ἀρετὰς τὸ μὲν εἰδέναι μικρὸν ἢ οὐδὲν ἰσχύει, τὰ δ' ἄλλα οὐ μικρὸν ἀλλὰ τὸ πᾶν δύ-

consectamur, et hos fugimus, utraque aut quæ non oportet, aut quando, aut quomodo non oportet, aut quibus modis aliis talia a ratione distinguuntur. Itaque etiam definiunt nonnulli virtutes vacuitates quasdam perturbatio-num, animorumque status quietos. Verumtamen id eo minus recte, quod simpliciter et absolute istud habere ponunt, non autem addunt quomodo oporteat et quomodo non oporteat, et quo tempore, et cetera quæ ad illi consequerunt. (6) Hoc ergo pro hypothesi certa est positum: ta-lem virtutem circa voluptates et dolores ad res optimas agendas idoneam esse: vitium autem contra. (7) Atque etiam amplius nobis liquere de his poterit ex his quæ jam dicemus. Nam quum tria sint quæ sequi et expellere sole-mus, honestum, utile, jucundum; tria contraria, quæ fu-giamus, turpe, inutile, molestum: in his quidem omnibus vir bonus recte facit; improbus et vitiosus offendit ac labi-tur, maxime vero in voluptatibus. Omnium enim animan-tium communis est voluptas, et eorum omnium quæ sub electionem veniunt, assidua comes est. Nam quicquid honestum, quicquid utile est, id omne jucundum videtur. (8) Præterea autem cum illa inde usque a teneris educati sumus. Atque idcirco hanc actionem animi, qua vita nostras penitus imbuta est, eluere atque abstergere difficile est. Jam et voluptate ac dolore tanquam regula actiones nostras dirigimus, alii magis, alii minus. (9) Itaque necesse est to-tum hoc quod a nobis susceptum est negotium in his rebus versari. Non enim parum momenti ad actiones affert, recte aut perperam lætari ac dolere. (10) Præterea difficilior resistitur voluptati, quam iræ, cui difficulter obsisti dicebat Heraclitus. At, ut quidque difficillimum est, ita maxime in eo ars et virtus occupata est. Quod enim in se bonum est et honestum, id etiam magis tale est, quum magno labore partum est. Itaque etiam propter hanc causam omnis dis-putatio de moribus prudentiaque civili in doloribus et volu-ptatibus dirigendis consumitur. Nam qui in his recte se gerit, is vir bonus; qui secus, is improbus futurus est. (11) Virtutem igitur in voluptatibus et doloribus occupatam esse, et quibus ex rebus gignitur, ab eisdem eam etiam augeri; et quum eodem illa modo non efficiuntur, periri: denique quod quibus ex rebus ortum habuit, in eis quoque exercendis versetur: de his, ita sit a nobis explicatum.

Sed quærat aliquis, quomodo dicamus, juste agendo justos, temperanter agendo temperantes effici oportere. Si qui enim justas actiones obeunt, jam sunt justi; si tempe-ratas, temperantes; perinde ut, qui ea quæ grammatico-rum musicorumque sunt propria officia explent, grammati-ci et musici sint necesse est. (2) An ne in artibus quidem res ita se habet? Fieri enim potest ut quispiam aliquid gram-maticum efficiat, vel fortuito vel altero præeunte ac sugge-rente. Dico hic: ita denique grammaticus erit, si et gram-matici opus aliquid ediderit, et vero grammaticæ id edide-rit: hoc est, ex arte grammatica, qua ipse est præditus. (3) Præterea alia quoque est artium, alia virtutum ratio. Nam quæ artibus gignuntur, bonum suum sive perfectio-nem suam in se ipsis inclusam habent. Itaque satis est, si ipsa certo quodam modo conformata sint. At vero vir-tutis opera non si ipsa quosdam modi sint, juste aut tem-peranter facta sunt, sed si is quoque, qui agit, certo quo-dam modo conformatus illa agat, ac primum quidem si sciens: deinde si consilio agendi seu præeresi: postremo si firma et constante voluntate agat. Hæc sane in artibus qui-dem acquirendis non est opus congrredi ac sociari; sed ipsum scire est in iis satis. Ad virtutes vero comparandas quum scientia parum aut nihil valeat, cetera minime parvam vim habent, sed multo maximam atque adeo omnem: ea-

ναται, ἅπερ ἐκ τοῦ πολλάκις πράττειν τὰ δίκαια καὶ σώφρονα περιγίνεται. (4) Τὰ μὲν οὖν πράγματα δίκαια καὶ σώφρονα λέγεται, ὅταν ἦ τοιαῦτα ὅσα ἂν ὁ δίκαιος ἢ ὁ σώφρων πράξειεν· δίκαιος δὲ καὶ σώφρων ἔστιν οὗχ ὁ ταῦτα πράττων, ἀλλὰ καὶ ὁ οὕτω πράττων ὡς οἱ δίκαιοι καὶ οἱ σώφρονες πράττουσιν. (5) Εὖ οὖν λέγεται ὅτι ἐκ τοῦ δίκαια πράττειν ὁ δίκαιος γίνεται, καὶ ἐκ τοῦ τὰ σώφρονα ὁ σώφρων· ἐκ δὲ τοῦ μὴ πράττειν ταῦτα οὐδὲς ἂν οὐδὲ μελλήσειε γενέσθαι ἀγαθός. (6) Ἄλλ' οἱ πολλοὶ ταῦτα μὲν οὐ πράττουσιν, ἐπὶ δὲ τὸν λόγον καταφεύγοντες οἴονται φιλοσοφεῖν καὶ οὕτως ἔσεσθαι σπουδαῖοι, ὁμοῖον τι ποιῶντες τοῖς κάμνουσιν, οἱ τῶν ἱατρῶν ἀκούουσι μὲν ἐπιμελῶς, ποιῶσι δ' οὐθὲν τῶν προσταττομένων. Ὡσπερ οὖν οὐδ' ἐκείνοι εὖ ἔξουσι τὸ σῶμα οὕτω θεραπευόμενοι, οὐδ' οὗτοι τὴν ψυχὴν οὕτω φιλοσοφούντες.

que jam ex iteratis atque identidem repetitis justis ac temperatis actionibus acquiruntur. (4) Res igitur sane dicuntur justæ (verbi gratia) ac temperatæ, quum sunt tales, quales vir justus ac temperans agere solet : porro justus et temperans est, non qui has res agit tantum, sed qui ita agit, ut justus et temperans homines solent. (5) Recte igitur dicitur, justis ac temperatis actionibus justos ac temperantes effici : his autem neglectis neminem unquam virum bonum futurum. (6) Sed multo maxima hominum pars quum hæc agere minime curet, ad verba confugiendo philosophari se arbitratur, itaque sperat futurum ut boni sint ac virtute præditi : quales non multum ab ægrotis differunt nisi qui medicos studiosè quidem ac diligenter audiunt, at nihil eorum quæ ab illis præcipiuntur, facere volunt. Porro quemadmodum ægrotis talibus nunquam valetudo bona constatura est, dum ita curantur : sic neque istis animus recte erit affectus, dum hoc modo philosophantur.

CAP. V. [IV.]

Μετὰ δὲ ταῦτα τί ἐστὶν ἡ ἀρετὴ σκεπτόμεν. Ἐπεὶ οὖν τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενα τρία ἐστὶ, πάθη, δυνάμεις, ἔξεις, τούτων ἂν τί εἴη ἡ ἀρετὴ. (2) Λέγω δὲ πάθη μὲν ἐπιθυμίαν, ὀργὴν, φόβον, θράσος, φθόνον, χαρὰν, φιλίαν, μίσος, πόνον, ζῆλον, ἔλεον, ὄλωσ οἷς ἔπεται ἡδονὴ ἢ λύπη· δυνάμεις δὲ καθ' ἃς παθητικοὶ τούτων λεγόμεθα, οἷον καθ' ἃς δυνατοὶ ὀργισθῆναι ἢ λυπηθῆναι ἢ ἐλεῆσθαι· ἔξεις δὲ καθ' ἃς πρὸς τὰ πάθη ἔχομεν εὖ ἢ κακῶς, οἷον πρὸς τὸ ὀργισθῆναι, εἰ μὲν σφοδρῶς ἢ ἀνειμένως, κακῶς ἔχομεν, εἰ δὲ μέσως, εὖ· ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τὰλλα. (3) Πάθη μὲν οὖν οὐκ εἰσὶν οὐδ' αἱ ἀρεταὶ οὐδ' αἱ κακίαι, ὅτι οὐ λεγόμεθα κατὰ τὰ πάθη σπουδαῖοι ἢ φαῦλοι, κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς ἢ τὰς κακίας λεγόμεθα, καὶ ὅτι κατὰ μὲν τὰ πάθη οὐτ' ἐπαινούμεθα οὔτε ψεγόμεθα (οὐ γὰρ ἐπαινεῖται ὁ φοβούμενος οὐδὲ ὁ ὀργιζόμενος, οὐδὲ ψέγεται ὁ ἀπλῶς ὀργιζόμενος ἀλλ' ὁ πῶς), κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας ἐπαινούμεθα ἢ ψεγόμεθα. (4) Ἐτι ὀργιζόμεθα μὲν καὶ φοβούμεθα ἀπροαιρέτως, αἱ δ' ἀρεταὶ προαιρέσεις τινὲς ἢ οὐκ ἀνευ προαιρέσεως. Πρὸς δὲ τούτοις κατὰ μὲν τὰ πάθη κινεῖσθαι λεγόμεθα, κατὰ δὲ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας οὐ κινεῖσθαι ἀλλὰ διακείσθαι πῶς. (5) Διὰ ταῦτα δὲ οὐδὲ δυνάμεις εἰσὶν· οὔτε γὰρ ἀγαθοὶ λεγόμεθα τῷ δύνασθαι πάσχειν ἀπλῶς οὔτε κακοὶ, οὐτ' ἐπαινούμεθα οὔτε ψεγόμεθα. Καὶ ἔτι δυνατοὶ μὲν ἔσμεν φύσει, ἀγαθοὶ δὲ ἢ κακοὶ οὐ γινόμεθα φύσει· εἰπομεν δὲ περὶ τούτου πρότερον. (6) Εἰ οὖν μήτε πάθη εἰσὶν αἱ ἀρεταὶ μήτε δυνάμεις, λείπεται ἔξεις αὐτὰς εἶναι. Ὅτι μὲν οὖν ἐστὶ τῷ γένει ἡ ἀρετὴ, εἴρηται.

Sequitur jam deinceps, ut, quid sit virtus, videamus. Quoniam igitur, quæ in animo existunt, tria sunt, affectus, potestates, habitus : necessario ex his tribus unum erit virtus. (2) Affectus autem dico, cupiditatem, iram, timorem, audaciam, invidentiam, gaudium, amicitiam, odium, desiderium, æmulationem, misericordiam, et omnino ea omnia quæ comitatur voluptas aut dolor. Potestates autem, quibus ad has perturbationes propensi dicimur : ut, quarum impulsu vel ad irascendum, vel ad dolendum, vel ad miserendum proclives sumus. Habitus vero sunt, quibus bene aut male adversus perturbationes affecti sumus : veluti si adversus iram affecti sumus ita, ut impensius aut remissius æquo irascamur, male affecti sumus : sin ita, ut intra modum consistatur, bene; itemque in ceteris. (3) Jam igitur virtutes et vitia perturbationes non sunt, quum ob id, quia ex perturbationibus nec boni nec mali dicimur; ex virtutibus autem et vitiis dicimur : deinde quoniam perturbationes nobis nec laudi dantur nec vitio; (neque enim qui timet laudatur, neque qui irascitur; nec qui irascitur, ob id proprie vituperatur, quod irascitur : sed ita demum, si certo quodam modo irascitur;) propter virtutes vero et vitia laudamur aut vituperamur. (4) Præterea irascimur et timemus inconsulto : at virtutes aut consilia quædam sunt, aut non sine consilio. Postremo perturbationibus moveri dicimur; virtutibus et vitiis non moveri, sed quodam modo conforti esse. (5) Propter has ipsas porro causas etiam potestates minime sunt. Neque enim eo, quod patiendi potestate præditi sumus, simpliciter boni vel mali dicimur, neque laudamur aut vituperamur. Præterea potestates insunt in nobis a natura : boni autem vel improbi non sumus natura; qua de re superius diximus. (6) Quodsi igitur virtutes nec perturbationes sunt nec potestates, relinquatur ut sint habitus. Quid igitur sit virtus genere, diximus.

CAP. VI. [V.]

Δεῖ δὲ μὴ μόνον οὕτως εἰπεῖν, ὅτι ἕξις, ἀλλὰ καὶ ποῖα τις. (2) Ῥητέον οὖν ὅτι πᾶσα ἀρετὴ, οὗ ἂν ἦ ἀρετὴ, αὐτό τε εὖ ἔχον ἀποτελεῖ καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ εὖ ἀποδίδωσιν, οἷον ἡ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετὴ τὸν τε ὀφθαλμὸν σπουδαῖον ποιεῖ καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ· τῇ γὰρ τοῦ ὀφθαλμοῦ ἀρετῇ εὖ ὁρῶμεν. Ὅμοίως ἡ τοῦ ἵππου ἀρετὴ ἵππον τε σπουδαῖον ποιεῖ καὶ ἀγαθὸν δραμεῖν καὶ ἐνεγκεῖν τὸν ἐπιβάτην καὶ μείναι τοὺς πολεμίους. (3) Εἰ δὲ τοῦτ' ἐπὶ πάντων οὕτως ἔχει, καὶ ἡ τοῦ ἀνθρώπου ἀρετὴ εἴη ἂν ἕξις ἀφ' ἧς ἀγαθὸς ἄνθρωπος γίνεται καὶ ἀφ' ἧς εὖ τὸ ἑαυτοῦ ἔργον ἀποδώσει. (4) Πῶς δὲ τοῦτ' ἔσται, ἤδη μὲν εἰρήκαμεν. Ἔτι δὲ καὶ ὧδ' ἔσται φανερόν, ἐὰν θεωρήσωμεν ποῖα τίς ἐστὶν ἡ φύσις αὐτῆς. Ἐν παντὶ δὲ συνεχεῖ καὶ διαιρετῶ 15 ἐστὶ λαβεῖν τὸ μὲν πλεῖον τὸ δ' ἕλαττον τὸ δ' ἴσον, καὶ ταῦτα ἡ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα ἢ πρὸς ἡμᾶς· τὸ δ' ἴσον μέσον τι ὑπερβολῆς καὶ ἑλλείψεως. (5) Λέγω δὲ τοῦ μὲν πράγματος μέσον τὸ ἴσον ἀπέχον ἀφ' ἑκατέρου τῶν ἄκρων, ὅπερ ἐστὶν ἐν καὶ ταῦτων πᾶσιν πρὸς ἡμᾶς δέ, 20 ὁ μῆτε πλεονάζει μῆτε ἑλλείπει. Τοῦτο δ' οὐχ ἔν, οὐδὲ ταῦτόν πᾶσι. (6) Οἷον εἰ τὰ δέκα πολλὰ τὰ δὲ δύο ὀλίγα, τὰ ἕξ μέσα λαμβάνουσι κατὰ τὸ πρᾶγμα· ἰσῶ γὰρ ὑπερέχει τε καὶ ὑπερέχεται. (7) Τοῦτο δὲ μέσον ἐστὶ κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν. Τὸ δὲ πρὸς ἡμᾶς 25 οὐχ οὕτω ληπτέον· οὐ γὰρ εἰ τῶ δέκα μναῖ φαγεῖν πολλὸν δύο δὲ ὀλίγον, ὁ ἀλείπτῃς ἕξ μνάς προσταξέει· ἐστὶ γὰρ ἴσως καὶ τοῦτο πολλὸν τῶ ληφόμενῳ ἢ ὀλίγον· Μίλωνι μὲν γὰρ ὀλίγον, τῷ δὲ ἀρχομένῳ τῶν γυμνασίων πολὺ. Ὅμοίως ἐπὶ δρόμου καὶ πάλης. (8) Οὕτω δὲ πᾶς 30 ἐπιστήμων τὴν ὑπερβολὴν μὲν καὶ τὴν ἑλλειψίν φεύγει, τὸ δὲ μέσον ζητεῖ καὶ τοῦθ' αἰρεῖται, μέσον δὲ οὐ τὸ τοῦ πράγματος ἀλλὰ τὸ πρὸς ἡμᾶς. (9) Εἰ δὲ πᾶσα ἐπιστήμη οὕτω τὸ ἔργον εὖ ἐπιτελεῖ, πρὸς τὸ μέσον βλέπουσα καὶ εἰς τοῦτο ἀγούσα τὰ ἔργα (ἴθην εἰώθασιν 35 ἐπιλέγειν τοῖς εὖ ἔχουσιν ἔργοις ὅτι οὐτ' ἀφελεῖν ἐστὶν οὔτε προσθεῖναι, ὡς τῆς μὲν ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἑλλείψεως φθειρούσης τὸ εὖ, τῆς δὲ μεσοτήτος σωζούσης), οἱ δ' ἀγαθοὶ τεχνῖται, ὡς λέγομεν, πρὸς τοῦτο βλέποντες ἐργάζονται, ἢ δ' ἀρετὴ πάσης τέχνης ἀκριβεστέρα 40 καὶ ἀμείνων ἐστίν, ὥσπερ καὶ ἡ φύσις, τοῦ μέσου ἂν εἴη στοχαστική. (10) Λέγω δὲ τὴν ἠθικὴν αὕτη γὰρ ἐστὶ περὶ πάθη καὶ πράξεις, ἐν δὲ τούτοις ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἑλλειψὶς καὶ τὸ μέσον· οἷον καὶ φοβηθῆναι καὶ θαρρῆσαι καὶ ἐπιθυμῆσαι καὶ ὀργισθῆναι καὶ ἐλεῆσαι 45 καὶ ὀλιγὸς ἡσθῆναι καὶ λυπηθῆναι ἐστὶ καὶ μάλλον καὶ ἤττον, καὶ ἀμφοτέρω οὐκ εὖ. (11) Τὸ δ' ὅτε δεῖ καὶ ἐφ' οἷς καὶ πρὸς οὓς καὶ οὗ ἕνεκα καὶ ὡς δεῖ, μέσον τε καὶ ἀριστον, ὅπερ ἐστὶ τῆς ἀρετῆς. (12) Ὅμοίως δὲ καὶ περὶ τὰς πράξεις ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἑλλειψὶς 50 καὶ τὸ μέσον. Ἡ δ' ἀρετὴ περὶ πάθη καὶ πράξεις ἐστίν, ἐν οἷς ἡ μὲν ὑπερβολὴ ἀμαρτάνεται καὶ ἡ ἑλλειψὶς φέγεται, τὸ δὲ μέσον ἐπαινεῖται καὶ κατορθοῦται·

Sed non satis est dicere, virtutem habitum esse; verum etiam ostendendum, qualis sit habitus. (2) Dicendum igitur est, virtutem omnem et id cuius ipsa virtus sit, bene affectum reddere, et opus ejus dare rectum ac perfectum. Exempli gratia, virtus oculi quum oculum ipsum probum efficit, tum aptum eundem ad suum munus explendum: virtute enim oculi bene cernimus. Itemque virtus equi quum equum bonum efficit, tum ad currendum, equitemque vehendum et hostes excipiendos expeditum et paratum. (3) Quod si ita est in omnibus, hominis quoque profecto virtus erit habitus quo homo et bonus fiat, et suo munere bene fungatur. (4) Atque hoc quidem quonam modo futurum sit, quum jam ante dixerimus, etiam magis perspicuum ita esse poterit, si qualis sit virtutis natura consideraverimus. In omni ergo re continente ac dividua et plus, et minus, et æquum sumere possumus: eaque vel ex ipsa re judicantur, vel ex relatione ad nos. Æquum autem quiddam medium est inter nimium et parum. (5) Jam rei medium appello, quod æqualiter abest ab utroque extremo, quod quidem unum est et idem est omnibus. Medium porro ad nos dico id, quod nec est supra id quod oportet, nec infra. Hoc autem neque unum est, neque idem omnibus, (6) exempli causa, si decem, multa, duo pauca sunt: sex medium ad rem sumi oportuerit: æqualiter enim superant et superantur. (7) Atque hoc medium est proportione arithmetica. At quod nobis medium est, non ita sumendum est. Non enim si decem libras comesse nimium sit, duas, parum; sex libras alipta præscribet. Est enim hoc quoque fortasse multum, vel parum, ei qui sit cibandus. Miloni enim parum fuerit; at illi qui nunc primum incipit exerceri, nimium. Similiterque de cursu et lucta sentiendum. (8) Ad hunc ergo modum hæc sciens omnis nimium, et parum, fugit: medium inter hæc exquirat, atque id exoptat; medium, inquam, non rei, sed illud quod est nos. (9) Quod si scientia omnis ita demum bene suum munus explet et absolvit, si medium sibi ob oculos proponat, et ad id sua opera dirigat ac revocet (ex quo ea opera, quæ scite et affabre facta sunt, hac ad extremum oratione commendare solent: nec quicquam eis detrahi nec addi posse; quasi nimium et parum omnem perfectionem artis corrumpat et perimat, conservet medium); si item boni artifices (ut quidem omnes dicimus), in suis operibus efficiendis hoc intuentur et spectant; si denique virtus omni arte limator ac melior est, quemadmodum et natura: sequitur profecto, ut medium, quomodo sagittarii, ita et ipsa petat ac destinet. (10) De morali autem virtute loquor. Hæc enim in perturbationibus atque actionibus versatur, in quibus est nimium, et parum, et medium: ut timere, fidere, concupiscere, misereri, irasci, denique gaudere et dolere potest quisque nimium et parum, atque utrumque non recte. (11) At vero quo tempore, et propter quam causam, et quibus, et cuius rei gratia, et quomodo oportet his affectibus commoveri, id et medium est, et optimum: quod optimum virtuti convenit. (12) Eodem quoque modo in actionibus nimium, parum, medium reperitur. Ergo virtus in perturbationibus et actionibus versatur: in quibus utrisque quod nimium est, errat: quod parum, vituperatur: quod vero medium servat, et laudi datur, et recte factum est. Porro

ταῦτα δ' ἄμφω τῆς ἀρετῆς. (13) Μεσότης τις ἄρα ἐστὶν ἢ ἀρετὴ, στοχαστικῆς γὰρ οὕσα τοῦ μέσου. (14) Ἔτι τὸ μὲν ἀμαρτάνειν πολλὰ γὰρ ἐστὶν (τὸ γὰρ κακὸν τοῦ ἀπείρου, ὡς οἱ Πυθαγόρειοι εἰκάζον, τὸ δ' ἀγαθὸν τοῦ πεπερασμένου), τὸ δὲ κατορθοῦν μοναχῶς· διὸ καὶ τὸ μὲν βράδιον τὸ δὲ χαλεπὸν, βράδιον μὲν τὸ ἀποτυχεῖν τοῦ σκοποῦ, χαλεπὸν δὲ τὸ ἐπιτυχεῖν. Καὶ διὰ ταῦτ' οὖν τῆς μὲν κακίας ἢ ὑπερβολῆς καὶ ἢ ἑλλείψεως, τῆς δ' ἀρετῆς ἢ μεσότης·

10 Ἔσθλιοι μὲν γὰρ ἀπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί.

[VI.] (15) Ἔστιν ἄρα ἢ ἀρετὴ ἕξις προαιρετικῆ, ἐν μεσότητι οὕσα τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὀρισμένη λόγῳ καὶ ὡς ἂν ὀφρὸνιμος ὀρίσειεν· μεσότης δὲ δύο κακίων, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολὴν τῆς δὲ καθ' ἑλλείψεως. (16) Καὶ ἐτι τῶ τὰς μὲν ἑλλείπειν τὰς δ' ὑπερβάλλειν τοῦ δέοντος ἐν τε τοῖς πάθεσι καὶ ἐν ταῖς πράξεσι, τὴν δ' ἀρετὴν τὸ μέσον καὶ εὐρίσκειν καὶ αἰρεῖσθαι. (17) Διὸ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν καὶ τὸν λόγον τὸν τί ἦν εἶναι λέγοντα μεσότης ἐστὶν ἢ ἀρετὴ, κατὰ δὲ τὸ ἀριστον καὶ τὸ εὖ ἀκρότης. (18) Οὐ πᾶσα δ' ἐπιδέχεται πράξις οὐδὲ πᾶν πάθος τὴν μεσότητα· ἕνια γὰρ εὐθὺς ὠνόμασται συνειλημμένα μετὰ τῆς φαυλότητος, ὅλον ἐπιχειρηκακία, ἀναισχυντία, φθόνος, καὶ ἐπὶ τῶν πράξεων μοιχεία, κλοπή, ἀνδραφονία· πάντα γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ψέγεται τῶν αὐτὰ φαῦλα εἶναι, ἀλλ' οὐκ αἰ ὑπερβολαὶ αὐτῶν οὐδ' αἰ ἑλλείψεις. Οὐκ ἔστιν οὖν οὐδέποτε περὶ αὐτὰ κατορθοῦν, ἀλλ' αἰ ἀμαρτάνειν· οὐδ' ἔστι τὸ εὖ ἢ μὴ εὖ περὶ τὰ τοιαῦτα ἐν τῶ ἦν δεῖ καὶ ὅτε καὶ ὡς μοιγεύειν, ἀλλ' ἀπλῶς τὸ ποιεῖν ὅτι οὖν τούτων ἀμαρτάνειν ἐστίν. (19) Ὅμοιον οὖν τὸ ἀξιῶν καὶ περὶ τὸ ἀδικεῖν καὶ δειλαίνειν καὶ ἀκολασταίνειν εἶναι μεσότητα καὶ ὑπερβολὴν καὶ ἑλλείψιν· ἔσται γὰρ οὕτω γὰρ ὑπερβολῆς καὶ ἑλλείψεως μεσότης καὶ ὑπερβολῆς ὑπερβολὴ καὶ ἑλλείψιν ἑλλείψεως. (20) Ὡσπερ δὲ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας οὐκ ἔστιν ὑπερβολὴ καὶ ἑλλείψιν διὰ τὸ τὸ μέσον εἶναι πικρὸν ἀκρον, οὕτως οὐδὲ ἐκείνων μεσότης οὐδὲ ὑπερβολὴ καὶ ἑλλείψιν, ἀλλ' ὡς ἂν πράττεται ἀμαρτάνεται· θλῶς γὰρ οὐθ' ὑπερβολῆς καὶ ἑλλείψεως μεσότης ἐστίν, οὔτε μεσότητος ὑπερβολὴ καὶ ἑλλείψιν.

CAP. VII.

40 Δεῖ δὲ τοῦτο μὴ μόνον καθόλου λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς καθ' ἕκαστα ἐφαρμόττειν· ἐν γὰρ τοῖς περὶ τὰς πράξεις λόγοις οἱ μὲν καθόλου κενώτεροι εἰσιν, οἱ δ' ἐπὶ μέρους ἀληθινώτεροι· περὶ γὰρ τὰ καθ' ἕκαστα αἰ πράξεις, δέον δ' ἐπὶ τούτων συμφωνεῖν. Ληπτέον οὖν ταῦτα ἐκ τῆς διαγραφῆς. (2) Περὶ μὲν οὖν φόβους καὶ θάρρη ἀνδρεία μεσότης· τῶν δ' ὑπερβαλλόντων ὁ μὲν τῆ ἀφοβία ἀνόνημος (πολλὰ δ' ἐστὶν ἀνόνημα), ὁ δ' ἐν τῶ θαρρεῖν ὑπερβάλλων θρασύς, ὁ δὲ τῶ μὲν φοβεῖσθαι ὑπερβάλλων τῶ δὲ θαρρεῖν ἑλλείπων δειλός. (3) Περὶ οὐδονίας δὲ καὶ λύπας οὐ πάσας, ἤττον δὲ καὶ περὶ τὰς λύπας, μεσότης μὲν σωφροσύνη, ὑπερβολὴ δὲ ἀκολα-

hæc ambo sunt virtutis. (13) Est ergo virtus mediocritas quædam, quum medium veluti scopum sibi propositum petat ac destinet. (14) Præterea peccare multis modis possumus; (malum enim, ut Pythagorei conjectabant, infiniti atque interminati, bonum vero finiti et terminati est;) at recte facere, uno tantum modo. Quocirca etiam hoc difficile est, illud vero facile: a scopo. scilicet aberrare facile est; scopum ferire difficile. Ob has igitur causas nimium et parum ad vitium pertinent; medium ad virtutem:

Uno namque boni, mille modisque mali.

[VI.] (15) Est igitur virtus habitus cum consilio et deliberatione in medietae consistens illa quæ ad nos, secundum rectam rationem, pro iudicio viri prudentis. *Mediocritas* autem seu *medietas*, est duorum vitiorum, unius quod ex nimio, alterius quod ex eo quod parum est nascitur. (16) Atque etiam idcirco *mediocritas* est, quod alia vitia deserunt id quod fieri debet, tum in perturbationibus tum in actionibus, alia superant; virtus autem medium et invenit et sequitur. (17) Quocirca virtus ex sua essentia et ratione ea, quæ quod res est assignat, medium est seu *medietas*; ex præstantia autem ac perfectione summum. (18) Verum non omnis actio, nec omnis perturbatione medium recipit. Sunt enim quædam, quorum nominibus statim vitium est implicatum: ut *malevolentia lætans alieno malo*, *impudentia*, *invidentia*: et in actionibus *furtum*, *adulterium*, *cædes*. Hæc enim omnia, et quæ sunt hujus generis, reprehenduntur, quod ipsa mala sint, non eorum immoderationes aut deficientiæ. Nunquam igitur fieri potest ut ex his aliquid recte fiat; sed semper peccatur ea agendo: neque in talibus recte aut non recte faciendi vis in eo posita est, ut quatenus, et quo tempore, et quo modo *adulterium* facere oporteat *animadvertatur*: sed simpliciter et absolute quidvis horum admittere, peccare est. (19) Sane vero *medietatem* seu medium in his postulare perinde sit, ac si quis in injuria facienda, in vita ignava, in intemperantia *medietatem*, et *nimium*, et *parum*, quaerat. Nam hæc quidem ratione esset *nimii*, et ejus quod parum est, *modus* ac *medietas*, et *nimii* *nimium*, et ejus quod parum est, *aliquod parum*. (20) Sed quo modo temperantiæ ac fortitudinis nec *nimium* est, nec *parum* (propterea quod *medietas* quodammodo est summum): sic nec illorum quidem *medietas* est, nec *nimium*, nec *parum*; sed ut quidque admissum fuerit, ita peccatum est. Omnino enim nec *nimii*, nec ejus quod est *parum*, *mediocritas* esse potest, nec *medietatis* *nimium* et *parum*.

Oportet autem hoc non modo universe dici, sed etiam ad singulas species congruere. In disputationibus enim de actionibus ea quæ in genere universo versatur, inanius est; illa vero quæ partes et species explicat, verior; in rebus enim singularibus consistunt actiones. In has vero oportet omnia convenire. Atque hæc ex descriptione sive catalogo virtutum sumenda et intelligenda sunt. (2) Ac fortitudo quidem *medietas* est inter metus et *fidantias*; eorum vero qui modum superant, is qui timoris vacuitate superat, caret nomine (multa vero sunt, quæ nomine carent); qui vero *fidendo* modum superat, *audax* appellatur. Qui autem metuendo ultra modum progreditur, *fidendo* modum deserit, *ignavus*. (3) Jam vero in voluptatibus et molestiis (etsi non omnibus, quanquam minus in molestiis quam in voluptatibus) *medietas* temperantia est; *nimium* intem-

οία. Ἐλλείποντες δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς οὐ πάνυ γίνονται· διόπερ οὐδ' ὀνόματος τετυγῆχασιν οὐδ' οἱ τοιοῦτοι, ἔστωσαν δὲ ἀναίσθητοι. (4) Περί δὲ ὅσιν ἰσομετρίαν καὶ λήψιν μεσότης μὲν ἐλευθεριότης, ὑπερβολὴ δὲ καὶ ἔλλειψις ἀσωτία καὶ ἀνελευθερία. Ἐναντίως δ' ἑαυταῖς ὑπερβάλλουσι καὶ ἔλλείπουσιν· ὁ μὲν γὰρ ἀσώτως ἐν μὲν προέσει ὑπερβάλλει ἐν δὲ λήψει ἔλλείπει, ὁ δ' ἀνελεύθερος ἐν μὲν λήψει ὑπερβάλλει ἐν δὲ προέσει ἔλλείπει. (5) Νῦν μὲν οὖν τύπῳ καὶ ἐπὶ κεφαλαίῳ λέγομεν, ἀρκούμενοι αὐτῷ τούτῳ· ὕστερον δὲ ἀκριβέστερον περὶ αὐτῶν διορισθήσεται. (6) Περί δὲ τὰ χρῆματα καὶ ἄλλαι διαθέσεις εἰσὶ, μεσότης μὲν μεγαλοπρέπεια (ὁ γὰρ μεγαλοπρεπὴς διαφέρει ἐλευθερίου· ὁ μὲν γὰρ περὶ μεγάλα, ὁ δὲ περὶ μικρά), ὑπερβολὴ δὲ ἀπειροκαλία καὶ βαναυσία, ἔλλειψις δὲ μικροπρέπεια· διαφέρουσι δ' αὐταὶ τῶν περὶ τὴν ἐλευθεριότητα, πῆ δὲ διαφέρουσιν, ὕστερον ῥηθήσεται. (7) Περί δὲ τιμῆν καὶ ἀτιμίαν μεσότης μὲν μεγαλοψυχία, ὑπερβολὴ δὲ καυνότης τις λεγομένη, ἔλλειψις δὲ μικροψυχία· (8) ὡς δ' ἐλέγμεν ἔχειν πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν τὴν ἐλευθεριότητα, περὶ μικρὰ διαφέρουσιν, οὕτως ἔχει τις καὶ πρὸς τὴν μεγαλοψυχίαν, περὶ τιμῆν οὖσαν μεγάλην, αὐτὴ περὶ μικρὰν οὖσα· ἔστι γὰρ ὡς δεῖ ὀρέγεσθαι τιμῆς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ καὶ ἤττον· λέγεται δ' ὁ μὲν ὑπερβάλλων ταῖς ὀρέξεσι φιλότιμος, ὁ δ' ἔλλείπων ἀφιλότιμος, ὁ δὲ μέσος ἀνώνυμος. Ἀνώνυμοι δὲ καὶ αἱ ἀθεσβείαι, πλὴν ἡ τοῦ φιλοτίμου φιλοτιμία. Ὅθεν ἐπιδικάζονται οἱ ἄκροι τῆς μέσης χώρας. Καὶ ἡμεῖς δὲ ἔστι μὲν ὅτε τὸν μέσον φιλότιμον καλοῦμεν ἔστι δ' ὅτε ἀφιλότιμον, καὶ ἔστιν ὅτε μὲν ἐπαινοῦμεν τὸν φιλότιμον ἔστι δ' ὅτε τὸν ἀφιλότιμον. (9) Διὰ τίνα δ' αἰτίαν τοῦτο ποιοῦμεν, ἐν τοῖς ἐξῆς ῥηθήσεται· νῦν δὲ περὶ τῶν λοιπῶν λέγωμεν κατὰ τὸν ὑψημῆμενον τρόπον. (10) Ἔστι δὲ καὶ περὶ ὀργῆν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις καὶ μεσότης, σχεδὸν δὲ ἀνώνυμων ὄντων αὐτῶν, τὸν μέσον πρῶτον λέγοντες τὴν μεσότητα πραότητα καλέσομεν· τῶν δ' ἄκρων ὁ μὲν ὑπερβάλλων ὀργίλος ἔστω, ἡ δὲ κακία ὀργιλότης, ὁ δ' ἔλλείπων ἀόργητός τις, ἡ δ' ἔλλειψις ἀόργησία. (11) Εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλαι τρεῖς μεσότητες, ἔχουσαι μὲν τίνα ὁμοιότητα πρὸς ἀλλήλας, διαφέρουσαι δ' ἀλλήλων· πᾶσαι μὲν γὰρ εἰσι περὶ λόγων καὶ πράξεων κοινωνίαν, διαφέρουσι δὲ ὅτι ἡ μὲν ἔστι περὶ τῆς ἀληθείας τὸ ἐν αὐτοῖς, αἱ δὲ περὶ τὸ ἡδύ· τούτου δὲ τὸ μὲν ἐν παιδιᾷ τὸ δ' ἐν πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν βίον. Ῥητέον οὖν καὶ περὶ τούτων, ἵνα μᾶλλον καταδιδόμεν ὅτι ἐν πᾶσιν ἡ μεσότης ἐπαινετόν, τὰ δ' ἄκρα οὐτ' ὀρθὰ οὐτ' ἐπαινετὰ ἀλλὰ ψεκτά. Ἔστι μὲν οὖν καὶ τούτων τὰ πλείω ἀνώνυμα· πειρατέον δ', ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, αὐτοὺς ὀνομαστικῶς σαφηνεῖν ἔνεκεν καὶ τοῦ εὐπαράκολουθῆτός. (12) Περί μὲν οὖν τὸ ἀληθές ὁ μὲν μέσος ἀληθής τις καὶ ἡ μεσότης ἀλήθεια λεγέσθω, ἡ δὲ προσποιήσις ἡ μὲν ἐπὶ τὸ μείζον ἀλαζονεία καὶ ὁ ἔργων αὐτὴν ἀλαζών, ἡ δ' ἐπὶ τὸ ἔλαττον εἰρωνεία καὶ εἴρων. (13) Περί δὲ τὸ ἡδύ τὸ μὲν ἐν παιδιᾷ ὁ μὲν

perantia. In voluptatibus porro qui eo peccent, quod minus quam oportet expetant, raro reperiuntur. Itaque ne nomen quidem illi inveniunt; sed appellentur sane sensus expertes. (4) In dandis autem et accipiendis pecuniis medietae quidem est liberalitas; nimium autem et parum, effusio et illiberalitas. Id autem quod est in dando et accipiendo medium, contraria inter se ratione vitiosi homines superant et deserunt. Prodigus enim in profundenda quidem pecunia ultra modum progreditur, in accipienda vero modum deserit; illiberalis in ea accipienda immoderatus est, in accipienda parcius ac restrictior aequo. (5) Atque haec nunc quidem veluti adumbramus summamque perstringimus; in praesentia hoc ipso contenti; posterius autem enucleatus ac subtilius eadem distinguemus. (6) Ad pecuniam autem tractationem quod attinet, aliae quoque observantur affectiones, quarum medietae quidem magnificentia appellatur; (magnificus enim eo differt a liberali, quod ille in magnis, hic in parvis versatur;) nimium vero elegantiae inscientia, et operaria quaedam in sumptu faciendo insolentia: parum denique illud indecora in sumptu faciendo parsimonia. Differuntque haec ab illis quae ad liberalitatem pertinent; sed quid differant, posterius dicemus. (7) Jam illa quae in honore et infamia versatur medietae, animi magnitudo nominatur: cuius nimium animi stoliditas elatio dicitur; ejusdem parum, humilis et demissus animus est. (8) Quam autem comparationem habere dicebamus cum magnificentia liberalitatem, eo differentem, quod in parvis versetur: eandem comparationem est quae habeat cum animi magnitudine: quae videlicet in magno honore versatur, quum illa altera in parvo honore vertatur. Evenire enim potest ut quis et ita ut satis est, honorem expetat, et vero etiam ut nimium aut parum expetat. Qui autem honoris cupiditate modum superat, ambitiosus qui deserit, contemptor honoris appellatur; medius nomine caret. Atque etiam affectiones ipsae carent nominibus praeterquam ambitiosi, cuius vitiositas ambitio nominatur. Hinc extremi de medio continentur. Ac nos ipsi eum qui medius est, nunc ambitiosum, nunc honoris contemptorem appellamus: et aliquando ambitiosum, aliquando etiam honoris contemptorem laudamus; (9) quod quamobrem faciamus, in sequentibus explicabitur; nunc vero eo, qui est jam subinductus, modo de ceteris dicamus. (10) Est autem etiam in ira nimium, parum, medietae. Sed quum ea fere nomine careant, medium clementem ac lenem, medietalem clementiam ac lenitatem nominabimus; extremorum autem is qui modum superat, iracundus, vitiumque iracundia dicitur; qui deserit, lentus quidam, et vitium lenitudo appellatur. (11) Jam vero sunt et tres aliae medietae, quae tametsi similitudine quaedam inter se conveniunt, differunt tamen; omnes enim in sermonum et actionum communione versantur: verum hoc differunt, quod una in veritate ea quae in eis ipsis rebus inest, vertitur; alterae duae in earum jucunditate positae sunt. Et hujus generis pars in joco, pars altera in iis omnibus quae in hac vita quotidiana usu venire solent, cernitur. Quamobrem de his quoque nobis dicendum est, ut in omnibus rebus mediocritatem esse laudandam, extrema autem nec recta nec laudanda, sed vituperanda, planius intelligamus. Sane quidem permulta ex his quoque nomine carent; est vero danda opera, ut eorum, quemadmodum et aliorum, nomina fingamus, tum perspicuitatis gratia, tum ut melius rem omnem possimus consequi. (12) In veritate igitur is qui medium tenet, verax quidem, et medietae veritas appellatur; simulatio autem, quae rem auget et majorem facit, arrogantia, et qui ea affectus est, arrogans. Ea vero quae de se detrahit, rei quae veritatem extenuat, dissimulatio, et qui ea uti solet, dissimulator vocetur. (13) In jucunditate porro ea quae in joco cernitur, medius quidem

μέσος εὐτράπελος καὶ ἡ διάθεσις εὐτραπελία, ἡ δ' ὑπερβολὴ βωμολογία καὶ ὁ ἔχων αὐτὴν βωμολόχος, ὁ δ' ἐλλείπων ἀγροϊκὸς τις καὶ ἡ ἔξις ἀγροϊκία· περὶ δὲ τὸ λοιπὸν ἡδὺ τὸ ἐν τῷ βίῳ ὁ μὲν ὡς δεῖ ἡδὺς ὢν φίλος καὶ ἡ μεσότης φιλία, ὁ δ' ὑπερβάλλων, εἰ μὲν οὐδένος ἔνεκα, ἄρσενος, εἰ δ' ὠφελείας τῆς αὐτοῦ, κόλαξ, ὁ δ' ἐλλείπων καὶ ἐν πᾶσιν ἀγῆδης δύσερις τις καὶ δύσκολος. (14) Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ἐν τοῖς περὶ τὰ πάθη μεσότητες· ἡ γὰρ αἰδῶς ἀρετὴ μὲν οὐκ ἔστιν, ἐπαινεῖται δὲ καὶ ὁ αἰδήμων. Καὶ γὰρ ἐν τούτοις ὁ μὲν λέγεται μέσος, ὁ δ' ὑπερβάλλων, ὡς ὁ καταπλήξ, ὁ πάντα αἰδοῦμενος· ὁ δ' ἐλλείπων ἡ δὲ μηδὲ θλῶς ἀναίσχυτος· ὁ δὲ μέσος αἰδήμων. (15) Νέμεσις δὲ μεσότης φθόνου καὶ ἐπιχειρεκακίας. Εἰσὶ δὲ περὶ λύπην καὶ ἡδονὴν τὰς ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι τοῖς πέλαις γινομένας· ὁ μὲν γὰρ νεμεσητικὸς λυπεῖται ἐπὶ τοῖς ἀναξίως εὖ πράττουσιν, ὁ δὲ φθονερὸς ὑπερβάλλων τοῦτον ἐπὶ πᾶσι λυπεῖται, ὁ δ' ἐπιχειρέκακος τοσοῦτον ἐλλείπει τοῦ λυπεῖσθαι ὥστε καὶ γαίρειν. (16) Ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων καὶ ἄλλοι καιρὸς ἔσται· περὶ δὲ δικαιοσύνης, ἐπεὶ οὐχ ἄπλως λέγεται, μετὰ ταῦτα διελόμενοι περὶ ἑκάτερās ἐροῦμεν πῶς μεσότητές εἰσιν· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν λογικῶν ἀρετῶν.

CAP. VIII.

Τριῶν δὲ διαθέσεων οὐσῶν, δύο μὲν κακίων, τῆς μὲν καὶ ὑπερβολῆν τῆς δὲ κατ' ἐλλείψιν, μιᾶς δ' ἀρετῆς τῆς μεσότητος, πᾶσαι πάσαι ἀντίκεινται πως· αἱ μὲν γὰρ ἄκραι καὶ τῇ μέσῃ καὶ ἀλλήλαις ἐναντία εἰσίν, ἡ δὲ μέσῃ ταῖς ἄκραις. (2) Ὡς περὶ γὰρ τὸ ἴσον πρὸς μὲν τὸ ἐλαττον μείζον πρὸς δὲ τὸ μείζον ἐλαττον, οὕτως αἱ μέσαι ἔξει πρὸς μὲν τὰς ἐλλείψεις ὑπερβάλλουσι, πρὸς δὲ τὰς ὑπερβολὰς ἐλλείπουσιν ἐν τε τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσιν. Ὁ γὰρ ἀνδρείος πρὸς μὲν τὸν δειλὸν θρασύς φαίνεται, πρὸς δὲ τὸν θρασὺν δειλός· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ σώφρων πρὸς μὲν τὸν ἀναίσθητον ἀκόλαστος, πρὸς δὲ τὸν ἀκόλαστον ἀναίσθητος, ὁ δ' ἐλευθέριος πρὸς μὲν τὸν ἀνελεύθερον ἄσωτος, πρὸς δὲ τὸν ἄσωτον ἀνελεύθερος. (3) Διὸ καὶ ἀπωθοῦνται τὸν μέσον οἱ ἄκροι ἑκάτερος πρὸς ἑκάτερον, καὶ καλοῦσι τὸν ἀνδρείον ὁ μὲν δειλὸς θρασὺν ὁ δὲ θρασύς δειλόν, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀνάλογον. (4) Οὕτω δ' ἀντικειμένον ἀλλήλοισι τούτων, πλείων ἐναντιότης ἐστὶ τοῖς ἄκροις πρὸς ἀλλήλα ἢ πρὸς τὸ μέσον· πορρωτέρω γὰρ ταῦτα ἀφίστηκεν ἀλλήλων ἢ τοῦ μέσου, ὥστε τὸ μέγα τοῦ μικροῦ καὶ τὸ μικρὸν τοῦ μεγάλου, ἢ ἄμφω τοῦ ἴσου. (5) Ἐτι πρὸς μὲν τὸ μέσον ἐνίοις ἄκροις ὁμοιότης τις φαίνεται, ὡς τῇ θρασύτητι πρὸς τὴν ἀνδρείαν καὶ τῇ ἄσωτιᾳ πρὸς τὴν ἐλευθεριότητα· τοῖς δὲ ἄκροις πρὸς ἀλλήλα πλείστη ἀνομοιότης. Τὰ δὲ πλείστον ἀπέχοντα ἀλλήλων ἐναντία ὀρίζονται, ὥστε καὶ μᾶλλον ἐναντία τὰ πλείων ἀπέχοντα. (6) Πρὸς δὲ τὸ μέσον ἀντίκειται μᾶλλον ἐφ' ὧν μὲν ἡ ἑλλειψις ἐφ' ὧν δὲ ἡ ὑπερβολή, ὅλον ἀνδρεία μὲν οὐχ ἡ θρασύτης ὑπερβολὴ οὔσα, ἀλλ' ἡ δειλία ἑλλειψις οὔσα, τῇ δὲ

facetus ac urbanus, et affectio ipsa urbanitas nominetur: nimium scurrilis dicacitas, et qui ea affectus est, scurra: qui modum deserit, rusticus quidam seu insulsus, et habitus rusticitas sive insulitas. In iucunditate vero altera, illa videlicet quæ in vitæ communiōne spectatur, is qui se ita iucundum præstat ut debet, amicus, et mediæ amicitiæ nominetur: qui modum superat, si nullo suo commodo adductus id facit, placendi studiosus, seu blandus; sin suæ utilitatis causa, assentator: qui deserit, seque omnibus in rebus insuavem et acerbum præbet, pugnaç et contentiosus difficilisque. (14) Atque etiam in perturbationibus istis quæ rebus quæ ad eas pertinent, imedietates insunt. Verecundia enim non est illa quidem virtus; verumtamen laudatur etiam is qui verecundus est. His enim in rebus alius dicitur medius, is quem modo diximus: alius, qui modum superat, tanquam obstupefactus et pudore consternatus, qui ubique verecundatur; qui autem modum deserit, quemque nihil omnino pudet, impudens: medius autem ille pudens ac verecundus. (15) Nemesis vero seu indignatio mediæ est inter invidentiam et malevolentiam malis alienis lætantem, interjecta. Versantur autem hi duo affectus in molestiis ac voluptatibus ob ea commoda susceptis, quæ alteri obtigerunt. Nam qui ad indignandum propensus est, is dolet eorum, rebus secundis, qui eis indigni sunt: invidus, hunc superans, omnibus rebus secundis aliorum contabescit; ad malevolus alienis malis lætans, ex incommodis aliorum non modo dolore non afficitur, verum etiam voluptate perfunditur. (16) Ac de his quidem alibi locus ac tempus erit agendi. De iustitia autem, quoniam non simpliciter dicitur, ubi postea dividerimus in duas partes, quemadmodum ambæ sint mediætates, ostendemus; similiterque de virtutibus iis quæ rationem attingunt, disseremus.

Quum sint autem affectiones tres, duæ vitiorum (altera in mediis exsuperantia, in defectu modi altera), una virtutis quæ mediætates est, omnes inter se quodammodo pugnant, et cum extremis item mediæ. (2) Quemadmodum enim si id quod æquale est, cum eo quod minus est, comparatur, majus est; sin cum majore, minus: sic mediæ habitus, si cum iis qui deficient comparantur, superant; si cum iis qui superant, deficient, tum in perturbationibus tum in actionibus. Fortis enim ad ignavum, audax; ad audacem ignavus atque timidus videtur. Similiterque temperans ad eum quem sensus expertem diximus, intemperans; ad intemperantem sensus expertem habetur. Liberalis autem si cum illiberali conferatur, prodigus; si cum prodigo, liberalis existimatur. (3) Ideoque et propellit medium uterque extremorum, alter ad alterum: fortemque timidus audacem, audax timidum appellat. Atque ad eundem modum se res habet in ceteris. (4) Quum hæc autem ita pugnent inter se, tum major extremorum inter se, quam cum medio pugna est: quandoquidem longius abest alterum ab altero, quam a medio utrumque, quemadmodum magnum a parvo, et parvum a magno longius remotum est, quam utrumque ab æquali. (5) Præterea vero cum medio quidem quibusdam extremis similitudo quædam intercedere videtur (ut audacia cum fortitudine, profusio cum liberalitate), extremis autem ipsis inter se maxima est dissimilitudo. Porro ea quæ plurimum distant inter se, definiuntur esse contraria; itaque etiam magis contraria sunt, quæ longius inter se disjuncta sunt. (6) Cum medio autem alicubi quidem magis pugnat id quod parum est; alicubi contra, quod nimium, ut fortitudini non audacia quæ modum superat, sed ignavia quæ deserit, magis ad-

σωφροσύνη οὐχ ἡ ἀναισθησία ἐνδεῖα οὖσα, ἀλλ' ἡ ἀκολασία ὑπερβολὴ οὖσα. (7) Διὰ δύο δ' αἰτίας τοῦτο συμβαίνει, μίαν μὲν τὴν ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος· τῷ γὰρ ἐγγύτερον εἶναι καὶ ὁμοίωτερον τὸ ἕτερον ἄκρον τῷ μέσῳ, οὗ τοῦτο ἀλλὰ τὸ ὑναντίον ἀντιτίθεμεν μᾶλλον, οἷον ἐπεὶ ὁμοίωτερον εἶναι δοκεῖ τῇ ἀνδρεία ἢ θρασυτήρ, καὶ ἐγγύτερον, ἀνομοίωτερον δ' ἡ δειλία, ταύτην μᾶλλον ἀντιτίθεμεν· τὰ γὰρ ἀπέχοντα πλεῖον τοῦ μέσου ἐναντιώτερα δοκεῖ εἶναι. (8) Μία μὲν οὖν αἰτία αὕτη, ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, ἑτέρα δὲ ἐξ ἡμῶν αὐτῶν· πρὸς δὲ γὰρ αὐτοὶ μᾶλλον περὶκαμέν πως, ταῦτα μᾶλλον ἐναντία τῷ μέσῳ φαίνεται· οἷον αὐτοὶ μᾶλλον περὶκαμέν πρὸς τὰς ἡδονάς, διὸ εὐκατάφοροί ἐσμεν μᾶλλον πρὸς ἀκολασίαν ἢ πρὸς κοσμιότητα. Ταῦτ' οὖν μᾶλλον ἐναντία λέγομεν, πρὸς δὲ ἡ ἐπίδοσις μᾶλλον γίνεται· καὶ διὰ τοῦτο ἡ ἀκολασία ὑπερβολὴ οὖσα ἐναντιώτερα ἐστὶ τῇ σωφροσύνῃ.

versatur : at cum temperantia non immanitas illa in voluptatibus aspernandis sensus expers, quæ modum deserit, sed intemperantia, quæ illum superat, maxime pugnat. (7) Quod quidem duabus de causis accidit, quarum altera ex ipsa reducitur : nam quia propius abest alterum extremum a medio, eique similis est, idcirco non hoc, sed contrarium potius illi opponimus, verbi gratia, quoniam fortitudini similior et propior esse videtur audacia, dissimilior ignavia, propterea hanc potius, quam illam ei opponimus. Quæ enim longius abest a medio, videntur esse magis contraria. (8) Atque hæc quidem causa ex re ipsa trahitur : altera est quæ a nobis ipsis ducitur. Nam ad quæ vitia procliviores sumus natura, ea medio magis contraria videntur esse : ut, quia nos ad voluptates natura finxit proniores, idcirco ad intemperantiam facilius propellimur, quam ad temperantiam convertimur. Quapropter hæc magis contraria dicimus, quibus magis nos dedere solemus. Atque ideo intemperantia, quæ in nimio posita est, temperantiæ contraria magis est, quam alterum extremum.

CAP. IX.

Ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἡ ἠθικὴ μεσότης, καὶ πῶς, καὶ ὅτι μεσότης δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολὴν τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν, καὶ ὅτι τοιαύτη ἐστὶ διὰ τὸ στοχαστικὴ τοῦ μέσου εἶναι τοῦ ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς πράξεσιν, ἰκανῶς εἴρηται. (2) Διὸ καὶ ἔργον ἐστὶ σπουδαῖον εἶναι· ἐν ἐκάστῳ γὰρ τὸ μέσον λαβεῖν ἔργον, οἷον κύκλου τὸ μέσον οὐ παντὸς ἀλλὰ τοῦ εἰδότος. Οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν ὀργισθῆναι παντὸς καὶ ῥᾶδιον, καὶ τὸ δοῦναι ἀργύριον καὶ δαπανῆσαι· τὸ δ' ὡ καὶ ὄσον καὶ ὄτε καὶ οὗ ἕνεκα καὶ ὅς, οὐκέτι παντὸς οὐδὲ ῥᾶδιον· διώπερ τὸ εὖ καὶ σπάνιον καὶ ἐπαινετὸν καὶ καλόν. (3) Διὸ δεῖ τὸν στοχαζόμενον τοῦ μέσου πρῶτον μὲν ἀποχωρεῖν τοῦ μᾶλλον ἐναντίου, καθάπερ καὶ ἡ Καλυψὸ παραίνει :

Τοῦτο μὲν καπνοῦ καὶ κύματος ἐκτὸς ἔεργε
νήα.

Τῶν γὰρ ἄκρων τὸ μὲν ἐστὶν ἁμαρτωλωτέρον, τὸ δ' ἤττον. (4) Ἐπεὶ οὖν τοῦ μέσου τυχεῖν ἄκρωσ χαλεπὸν, κατὰ τὸν δευτέρον φασὶ πλοῦν τὰ ἐλάχιστα ληπτέον τῶν κακῶν· τοῦτο δ' ἐστὶ μάλιστα τοῦτον τὸν τρόπον ὃν λέγομεν. Στοκοπεῖν δὲ δεῖ πρὸς δὲ καὶ αὐτοὶ εὐκατάφοροί ἐσμεν· ἄλλοι γὰρ πρὸς ἄλλα περὶκαμεν. Τοῦτο δ' ἐστὶ γινώριμον ἐκ τῆς ἡδονῆς καὶ τῆς λύπης τῆς γινόμενης περὶ ἡμᾶς. (5) Εἰς τὸ ὑναντίον δ' ἑαυτοὺς ἀφέλκειν δεῖ· πολλὴ γὰρ ἀπαγαγόντες τοῦ ἁμαρτάνειν εἰς τὸ μέσον ἤξομεν, ὅπερ οἱ τὰ διεστραμμένα τῶν ζώων ὀρθοῦντες ποιοῦσιν. (6) Ἐν παντὶ δὲ μάλιστα φυλάξτεον τὸ ἡδὺ καὶ τὴν ἡδονήν· οὐ γὰρ ἀδέκαστοι κρίνομεν αὐτήν. Ὅπερ οὖν οἱ δημογέροντες ἔπαθον πρὸς τὴν Ἑλένην, τοῦτο δεῖ παθεῖν καὶ ἡμᾶς πρὸς τὴν ἡδονήν, καὶ ἐν πᾶσι τὴν ἐκείνων ἐπιλέγειν φωνήν· οὕτω γὰρ αὐτὴν ἀποπεμπόμενοι ἤττον ἁμαρτῶσόμεθα. (7) Ταῦτ' οὖν ποιοῦντες, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, μάλιστα δυνασόμεθα τοῦ μέσου τυγχάνειν. Χαλεπὸν δ'

Virtutem igitur eam quæ moralis appellatur, medium seu medietatem esse, et quomodo id sit, et duorum vitiorum esse medietatem (quæ sunt nimium et parum), taleni denique ideo esse, quod eam mediocritatem, quæ in perturbationibus atque actionibus versatur, sibi propositam habent ut scopum, hæc ergo satis demonstrata esse arbitrator. (2) Easque ob res etiam difficile atque operosum est in quovis genere id quod est virtus. Magni enim negotii est, in unaquaque re medium consequi, ut circuli punctum medium reperire non cujuslibet, sed scientis modo hominis est. Item irasci et pecuniam donare et sumptum facere, cujuslibet hominis est et facile; cui vero, et quantum, et quo tempore, et cuius rei causa, et quomodo irascendum ac donandum sit, discernere, neque cujuslibet hominis, neque facile est : quare est cujuslibet rei absolutio et perfectio, res rara ac laudabilis; atque ipsum pulchrum sive honestum. (3) Oportet igitur eum qui medium vult ferre, primum omnium se ab illo, quod magis contrarium est, longissime remove, quemadmodum etiam suadebat Calypso :

A fumo procul et fluctu prohibeto carinam.

Extremorum enim alterum majus peccatum est, alterum minus. (4) Quoniam igitur medium precise assequi summæ difficultatis est, secunda (ut aiunt) navigatione minima sumenda de malis. Hoc autem ea ratione continget maxime, quam ostendebamus. Videndum est autem, ad quæ vitia simus etiam ipsi proniores : alii enim ad alia sumus procliviores natura; quod quidem ex ea voluptate et ea argritudine, qua afficimur, facile cognosci poterit. (5) Ac nos ipsos ab eo ad quod propendimus, in contrariam partem oportet abstrahere. Nam quum longissime nos a peccato removerimus, ad id quod medium est, veniemus : quod sane faciunt ii qui lingua distorta dirigunt. (6) In omni autem negotio quicquid jucundum est, ipsamque adeo voluptatem summo studio vitare oportet. In ejus enim judicio nos minime præbemus incorruptos judices. Quorcirca quemadmodum erga Helenam senes illi fuerunt animati, sic et nos oportet in voluptatem animatos esse, inque rebus omnibus illorum vocem nobis subjicere. Nam quum illam ita amandabimus missamque faciemus, levius peccabimus. (7) His igitur faciendis (ut eorum quæ dicta sunt summam faciam) medietatem facillime assequemur. Est autem fortasse hæc

ἴσως τοῦτο, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον· οὐ γὰρ βῆδιον διορίσαι πῶς καὶ τίσι καὶ ἐπὶ ποίοις καὶ πόσον χρόνον ὀργιστέον· καὶ γὰρ ἡμεῖς δὲ μὲν τοὺς ἐλλείποντας ἐπαينوῦμεν καὶ πράους φαιμέν, δὲ δὲ τοὺς χαλε-
 6 παίνοντας ἀνδρώδεις ἀποκαλοῦμεν. (θ) Ἄλλ' ὁ μὲν μικρόν τοῦ εὖ παρεκβαίνων οὐ ψέγεται, οὐτ' ἐπὶ τὸ μᾶλλον οὐτ' ἐπὶ τὸ ἥττον, δὲ δὲ πλεόν· οὗτος γὰρ οὐ λανθάνει. Ὁ δὲ μέχρι τίνος καὶ ἐπὶ πόσον ψεκτὸς οὐ βῆδιον τῷ λόγῳ ἀφορίσαι· οὐδὲ γὰρ ἄλλο οὐδὲν τῶν
 10 αἰσθητῶν· τὰ δὲ τοιαῦτα ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα, καὶ ἐν τῇ αἰσθήσει ἢ κρίσει. (θ) Τὸ μὲν ἄρα τοσοῦτο δῆλον ὅτι ἡ μέση ἕξις ἐν πᾶσιν ἐπαινετή, ἀποκλίνειν δὲ δεῖ δὲ μὲν ἐπὶ τὴν ὑπερβολὴν δὲ δ' ἐπὶ τὴν ἑλλείψιν· οὕτω γὰρ βῆστα τοῦ μέσου καὶ τοῦ εὖ τευζόμεθα.

ratio maxime difficilis et laboriosa, quum ad res agendas ventum est. Neque enim facile est distinguere, quomam modo, quibus hominibus, quibus de causis, et quamdiu sit irascendum. Nam est quum eos homines, qui parum irascuntur, laudamus, et lenes appellamus : est rursus quum illos qui graviter succensent, quumque hos virili esse animo præditos dicimus. (8) Verum qui paululum a perfectione deflectit, sive modum aliquantulum superet, sive etiam aliquantulum eum deserat, non vituperatur; sed is tantum, qui longius : hic enim non latet. Quatenus autem et quantum irascatur is qui vituperabilis est, non est facile oratione definire, perinde uti neque aliud quicquam eorum quæ sensibus subjecta sunt : qualia in rebus singularibus posita sunt, sensuumque iudicio censenda. (9) Interim hoc tamen patet, mediocrem habitum in omnibus esse laudabilem : ceterum declinandum esse nunc ad nimium, nunc ad id quod est parum : sic enim id quod medium et perfectum est, facillime nos esse consecuturos.

LIBER III.

CAP. I.

15 Ἴης ἀρετῆς δὴ περὶ πάθη τε καὶ πράξεις οὔσης, καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς ἔκουσίοις ἐπαίνων καὶ ψόγων γινόμενων, ἐπὶ δὲ τοῖς ἀκουσίοις συγγνώμης, ἐνίοτε δὲ καὶ ἐλέου, τὸ ἐκούσιον καὶ ἀκούσιον ἀναγκαῖον ἴσως διορίσαι τοῖς περὶ ἀρετῆς ἐπισκοποῦσι. (α) Χρήσιμον δὲ καὶ τοῖς
 20 νομοθετοῦσι πρὸς τὰς τιμὰς καὶ τὰς κολάσεις. (β) Δοκεῖ δὲ ἀκούσια εἶναι τὰ βία ἢ δι' ἄγνοϊαν γινόμενα. Βίσιον δὲ οὐ ἢ ἀρχῇ ἐξῶθεν, τοιαύτη οὖσα ἐν ἧ μὴδὲν συμβάλλεται ὁ πράττων ἢ ὁ πάσχων, οἷον εἰ πνεῦμα κομίσει ποι ἢ ἄνθρωποι κύριοι ὄντες. (γ) Ὅσα δὲ διὰ
 25 φόβον μειζρῶν κακῶν πράττεται ἢ διὰ καλόν τι, οἷον εἰ τύραννος προστάττει ἀισχρόν τι πράξει κύριος ὢν γονέων καὶ τέκνων, καὶ πράξαντος μὲν σώζονται, μὴ πράξαντος δ' ἀποθνήσκουσιν, ἀμφισβήτησιν ἔχει πότερον ἀκούσια ἔστιν ἢ ἐκούσια. (δ) Τοιοῦτον δὲ τι συμβαί-
 30 νει καὶ περὶ τὰς ἐν τοῖς χεიმῶσιν ἐκβολὰς· ἀπλῶς μὲν γὰρ οὐδεὶς ἀποβάλλεται ἐκῶν, ἐπὶ σιτηρία δ' αὐτοῦ καὶ τῶν λοιπῶν ἅπαντες οἱ νοῦν ἔχοντες. (ε) Μικταὶ μὲν οὖν εἰσὶν αἱ τοιαῦται πράξεις, ἑοικασί δὲ μᾶλλον ἐκούσιοι· αἰρεταὶ γὰρ εἰσι τότε ὅτε πράττονται, τὸ δὲ
 35 τέλος τῆς πράξεως κατὰ τὸν καιρὸν ἔστιν. Καὶ τὸ ἐκούσιον δὴ καὶ τὸ ἀκούσιον, ὅτε πράττει, λεκτέον. Πράττει δὲ ἐκῶν· καὶ γὰρ ἢ ἀρχῇ τοῦ κινεῖν τὰ οργανικὰ μέρη ἐν ταῖς τοιαύταις πράξεσιν ἐν αὐτῷ ἔστιν· ὢν δ' ἐν αὐτῷ ἢ ἀρχῇ, ἐπ' αὐτῷ καὶ τὸ πράττειν καὶ
 40 μῆ. Ἐκούσια δὲ τὰ τοιαῦτα, ἀπλῶς δ' ἴσως ἀκούσια· οὐδεὶς γὰρ ἂν ἔλοιτο καθ' αὐτὸ τῶν τοιούτων οὐδὲν. (ζ) Ἐπὶ ταῖς πράξεσι δὲ ταῖς τοιαύταις ἐνίοτε καὶ ἐπαينوῦνται, ὅταν αἰσχροῦν τι ἢ λυπηρῶν ὑπομένωσιν ἀντὶ μεγάλων καὶ καλῶν· ἂν δ' ἀνάπαλιν, ψέγον-
 45 ται· τὰ γὰρ αἰσχρῶς ὑπομεῖναι ἐπὶ μηδενὶ καλῷ ἢ μετρίῳ φαῦλον. Ἐπ' ἐνίοσι δ' ἐπαινος μὲν οὐ γίνεται, συγγνώμη δ', ὅταν διὰ τοιαῦτα πράξει τις ἢ μὴ δεῖ, ἢ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερτείνειν καὶ μηδεὶς ἂν ὑπομεῖναι. (η) Ἐνια δ' ἴσως οὐκ ἔστιν ἀναγκασθῆναι,
 50 ἀλλὰ μᾶλλον ἀποθνατέον παθόντι τὰ δεινότερα· καὶ

Quum ergo virtus versetur in affectibus atque actionibus, quumque in iis rebus quas sponte facimus, laudes et vituperationes nos sequantur; iis contra quæ inviti facimus, venia atque etiam interdum misericordia tribuatur : necesse est fortasse, iis qui virtutis vim naturamque quaerunt, id quod sponte, et id quod invite fit, accurate definire. (2) Idque est perquam utile futurum etiam latoribus legum, tum ad honores, tum ad supplicia decernenda. (3) Atque invite quidem facta dici videntur illa quæ aut vi coacti agimus, aut per inscientiam. Per vim porro illud agitur, cuius principium extra est, atque id ejusmodi, nihil ut adjumenti afferat is qui agit aut qui patitur, ut si quem ventus aliquo detulerit, aut si homines qui nobis sunt superiores. (4) Quæ vero majorum malorum metu, vel boni alicujus parandi causa aguntur (verbi gratia, si quis tyrannus, cuius in manu nostrorum parentum et liberorum vita posita sit, alicui, ut turpe quippiam faciat, imperet, hæc proposita conditione, ut illi, si agat quod jubetur, salvi sint; si non agat, moriantur), utrum talia sponte, an invite fiant, ambigi potest. (5) Cuiusmodi ratio est in iacturis quæ tempestate in mari coorta fieri solent. Nam si rem absolute simpliciterque consideres, nemo sua sponte rerum suarum iacturam facit; ceterum pro salute sua ac ceterorum omnes faciunt, qui quidem sanæ sunt mentis. (6) Atque hujusmodi actiones sunt illæ quidem mixtæ, ceterum iis quæ sponte aguntur, similiore esse videntur. Sunt enim optabiles et eligendæ tum, quum aguntur. Actionis porro finem opportunitas moderatur. Quocirca sponte agi aliquid aut invite, dicendum est tum quum agitur. Atqui eo tempore sponte agit talis; in ipso enim est principium movendarum earum, quæ instrumentorum locum obtinent in hujusmodi actionibus, partium : quarum autem rerum in aliquo principia insunt, earum quoque agendum vel non agendum penes ipsum est potestas. Sponte facta ergo dicenda sunt quæ sunt hujusmodi : interim tamen simpliciter spectata fortassis invite facta dicentur. Nemo enim quicquam tale ipsum propter se optaverit. (7) Jam vero in talibus actionibus homines interdum quidem laudantur, quum scilicet magnarum atque honestarum rerum causa turpitudinem aut molestiam aliquam subierint : aut etiam, si aliter fecerint, vituperantur. Nam res turpissimas absque illa honestæ rei quasi mercede, aut alicujus saltem qualiscumque honestæ rei gratia sufferre, improbi hominis est. Sunt vero deinde negotia quedam ejusmodi, ut etsi propter ea laus quidem nulla tribuatur, venia detur tamen : quum videlicet quæ minime sunt agenda, ea quis egerit ob hujusmodi aliquid, quod humanæ naturæ vires superet, quodque nemo perferre possit. (8) Sunt denique nonnulla ejusmodi, ut fortasse nulla vi aut necessitate coacti ea agere debeamus, utque potius mors nobis sit oppetenda gravis-

γὰρ τὸν Εὐριπίδου Ἀλκμαίωνα γελοῖα φαίνεται τὰ ἀναγκάσαντα μητροκτονῆσαι. (9) Ἔστι δὲ χαλεπὸν ἐνίοτε διακρίναι ποῖον ἀντὶ ποίου αἰρετέον καὶ τί ἀντὶ τίνος ὑπομενετέον, ἔτι δὲ χαλεπώτερον ἐμμεῖναι τοῖς γνωσθεῖσι· ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ ἐστὶ τὰ μὲν προσδοκώμενα λυπηρά, ἃ δ' ἀναγκάζονται αἰσχυρά, ὅθεν ἔπαινοι καὶ φόγοι γίνονται περὶ τοὺς ἀναγκασθέντας ἢ μὴ. (10) Τὰ δὲ ποῖα φατέον βίαια; ἢ ἀπλῶς μὲν, ὅπότ' ἂν ἡ αἰτία ἐν τοῖς ἐκτός ἢ καὶ ὁ πράττων μηδὲν συμβάλλῃται; ἢ δὲ καθ' αὐτὰ μὲν ἀκούσιά ἐστι, νῦν δὲ καὶ ἀντὶ τῶνδε αἰρετά, καὶ ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ πράττοντι, καθ' αὐτὰ μὲν ἀκούσιά ἐστι, νῦν δὲ καὶ ἀντὶ τῶνδε ἐκούσια. Μᾶλλον δ' ἔοικεν ἐκούσιος· αἱ γὰρ πράξεις ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα, ταῦτα δ' ἐκούσια. Ποῖα δ' ἀντὶ ποίων αἰρετέον, οὐ βῆδιον ἀποδοῦναι· πολλὰ γὰρ διαφοραὶ εἰσιν ἐν τοῖς καθ' ἕκαστα. (11) Εἰ δέ τις τὰ ἡδέα καὶ τὰ καλὰ φαίη βίαια εἶναι (ἀναγκάζειν γὰρ ἔξω ὄντα), πάντα ἂν εἴη οὕτω βίαια· τούτων γὰρ χάριν πάντες πάντα πράττουσιν. Καὶ οἱ μὲν βία καὶ ἄκοντες λυπηρῶς, οἱ δὲ διὰ τὸ ἡδὺ καὶ καλὸν μεθ' ἡδονῆς. Γελοῖον δὲ τὸ αἰτιῶσθαι τὰ ἐκτός, ἀλλὰ μὴ αὐτὸν εὐθιράτον ὄντα ὑπὸ τῶν τοιούτων, καὶ τῶν μὲν καλῶν ἑαυτόν, τῶν δ' αἰσχυρῶν τὰ ἡδέα. (12) Ἔοικε δὲ τὸ βίαιον εἶναι οὐ ἔξωθεν ἡ ἀρχή, μηδὲν συμβαλλομένου τοῦ βιασθέντος.

[II.] (13) Τὸ δὲ δι' ἄγνοιαν οὐχ ἐκούσιον μὲν ἅπαν ἐστίν, ἀκούσιον δὲ τὸ ἐπίλυπον καὶ ἐν μεταμελείᾳ· ὁ γὰρ δι' ἄγνοιαν πράξας ὄτιον, μηδὲν δὲ δυσχεραίνων ἐπὶ τῇ πράξει, ἐκὼν μὲν οὐ πέπραχεν, ὃ γὰρ μὴ ᾔδει, οὐδ' αὖ ἄκων, μὴ λυπούμενός γε. Τοῦ δὲ δι' ἄγνοιαν ὁ μὲν ἐν μεταμελείᾳ ἄκων δοκεῖ, ὁ δὲ μὴ μεταμελόμενος, ἐπεὶ ἕτερος, ἔστω οὐχ ἐκὼν· ἐπεὶ γὰρ διαφέρει, βέλτιον ὄνομα ἔχειν ἴδιον. (14) Ἐτερον δ' ἔοικε καὶ τὸ δι' ἄγνοιαν πράττειν τοῦ ἀγνοοῦντα ποιεῖν· ὁ γὰρ μεθύων ἢ ὀργιζόμενος οὐ δοκεῖ δι' ἄγνοιαν πράττειν, ἀλλὰ διὰ τι τῶν εἰρημένων, οὐκ εἰδὼς δέ, ἀλλ' ἀγνοῶν. Ἄγνοεῖ μὲν οὖν πᾶς ὁ μοχθηρὸς ἀ δεῖ πράττειν καὶ ὧν ἀφεκτέον, καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ἁμαρτίαν ἀδικοὶ καὶ ὄλιως κακοὶ γίνονται. (15) Τὸ δ' ἀκούσιον βούλεται λέγεσθαι οὐκ εἶ τις ἀγνοεῖ τὸ συμφέρον· οὐ γὰρ ἢ ἐν τῇ προαιρέσει ἀγνοία αἰτία τοῦ ἀκούσιου ἀλλὰ τῆς μοχθηρίας, οὐδ' ἢ καθόλου (ψέγονται γὰρ διὰ γε ταύτην) ἀλλ' ἢ καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς καὶ περὶ ἃ ἢ πράξις· ἐν τούτοις γὰρ καὶ ἔλεος καὶ συγγνώμη· ὁ γὰρ τούτων τὴν ἀγνοῶν ἀκούσιος πράττει. (16) Ἴσως οὖν οὐ χεῖρον διορίσαι αὐτά, τίνα καὶ πόσα ἐστί, τίς τε δὴ καὶ τί καὶ περὶ τί ἢ ἐν τίνι πράττει, ἐνίοτε δὲ καὶ τίνι, οἷον ὀργάνῳ, καὶ ἕνεκα τίνος, οἷον σωτηρίας, καὶ πῶς, οἷον ἡρέμα ἢ σφόδρα. (17) Ἄπαντα μὲν οὖν ταῦτα οὐδεὶς ἂν ἀγνοήσῃ μὴ μαινόμενος, δῆλον δ' ὡς οὐδὲ τὸν πράττοντα· πῶς γὰρ ἑαυτόν γε; ὁ δὲ πράττει, ἀγνοήσῃ ἂν τις, οἷον λέγοντές φασιν ἐκπεσεῖν αὐτούς, ἢ οὐκ εἰδέναι ὅτι ἀπόρρητα ἦν, ὡσπερ Αἰσχύλος τὰ μυστικά, ἢ δεῖξαι βουλόμενος ἀρεῖναι, ὡς ὁ τὸν κατα-

simique cruciatus perferendi. Etenim Alcmaeonem illum Euripidis perdidicula videntur quæ impulerunt ut matrem interficeret. (9) Difficile est autem interdum judicare, quid cui anteponendum sit, quidque præ quo perferendum; atque etiam difficilium in eo quod decretum sit, perseverare. Fere enim ea quidem quæ expectantur, acerba sunt; ea vero ad quæ quis impellitur turpia. Hinc laudes et vituperationes iis tribuuntur, qui necessitate aut coacti fuerunt, aut non fuerunt. (10) Quænam igitur sunt dicenda vi facta? anne simpliciter quidem ac proprie, quum causa in eis est quæ sunt extra, et is qui agit, nihil operæ suæ ad actionem confert? Atque e diverso quæ per se quidem invite suscipiuntur, sed hoc tamen tempore, et præ alteris, sunt optabilia, quorum item principium est in eo qui agit; ea per se quidem invite facta sunt, verum hoc tamen temporis puncto et præ istis alteris, sponte suscepta. Iis quidem certe quæ sponte suscipiuntur, talia sunt similiaiora; nam actiones in rebus singularibus versantur, hæc vero sponte suscipiuntur. Quæ autem præ quibus eligenda sint, non est facile verbis ostendere, multæ enim sunt in rebus singularibus differentia. (11) Quodsi quis dicat, jucunda et pulchra, esse violenta (cogi enim ab iis homines, quum extra sint), ei hac ratione erunt omnia violenta: horum enim gratia agunt omnes omnia. Et hi quidem vi aliqua coacti atque inviti agunt cum molestia; alteri autem jucunde cum voluptate. Ergo perdidicula est, ea quæ extra sunt, accusare; se ipsum, qui a talibus rebus facile capitur, minime culpare: et rerum quidem honestarum in se ipsum, turpium vero in res jucundas causam conferre. (12) Ceterum vi factum illud modo dicebamus, cujus principium extra est, quum id cui vis affertur, nihil suæ operæ conferat.

[II.] (13) Quod autem sit per inscientiam, sit omne quidem illud non sponte: ceterum invite fieri id demum dicendum, quod subsequitur dolor, cujusque eum qui agit, pœnitet. Nam qui per inscientiam quippiam egerit, neque ex ea actione dolore afficiatur, sponte quidem ille non egit, utpote quod nesciebat; neque tamen invitus, quippe qui dolore non afficiatur. In eo igitur quod per inscientiam actum fuerit, si auctorem facti pœnitet, invitulus fecisse videtur; quodsi quem non pœnitet, quoniam alius est a priore, egisse non sponte dicitur. Satius est enim hunc, quandoquidem differt ab altero, nomen proprium habere. (14) Videtur autem etiam differre id quod est per inscientiam agere, ab illo quod est agere inscientem: ebrius enim aut iratus agere per inscientiam non videtur; sed si causam spectes, per aliquid eorum quæ modo dicta sunt; non sciens tamen, sed ignorans; jam ignorare quæ sunt agenda, et a quibus item est abstinendum, est quidem illud ejusmodi, quod omnibus improbis conveniat: atque adeo ex ista re homines efficiuntur injusti, imo mali. (15) Ceterum invite factum dici debet, non si quis quod expedit nesciat (non enim per eam inscientiam, quæ est voluntaria, invite quid actum dicitur, sed improbe), neque item si in universali ignorantia, quoniam hæc vitio datur; sed si rerum singularium teneatur ignorantia, in quibus nimirum et circa quæ omnis actio versatur; in his enim misericordia et venia locum habent: nam qui harum rerum aliquam ignorat, invitulus agit. (16) Non erit igitur fortassis abs re, quæ et quot eæ sint, distinguere: nimirum quis agat, quid agat, et qua in re versetur actio; interdum vero et quo puta instrumento, et cujus rei causa, ut salutis causa, et quomodo, ut, leniter an vehementer. (17) Et omnia quidem hæc nemo ignoraverit, si modo non insaniat. Est vero et illud perspicuum, eum qui agit, ignotum esse agenti non posse. Qui enim se ipsum quis ignoret? Sed illud accidere potest, ut quis, quid agat, ignoret, quomodo oratores dicunt, se in dicendo aberrasse, aut se nescivisse, res esse reconditas et tacendas, ut Æschylus de mysteriis dicebat: aut etiam aliquis ait, se, quum ostendere vellet, de manibus rem emisisse: ut falaricam. Fieri item potest ut aliquis

πέλτην. Οἰηθείη δ' ἄν τις καὶ τὸν υἱὸν πολέμιον εἶναι ὥσπερ ἡ Μερόπη, καὶ ἐσφαιρῶσθαι τὸ λελογχωμένον δόρυ, ἢ τὸν λίθον χίσσηριν εἶναι· καὶ ἐπὶ σωτηρίᾳ παίσας ἀποκτείναι ἄν· καὶ δεῖται βουλόμενος, ὥσπερ οἱ ἀχροχειριζόμενοι, πατάξειεν ἄν. (18) Περὶ πάντα δὴ ταῦτα τῆς ἀγνοίας οὐσης, ἐν οἷς ἡ πράξις, ὁ τούτων τι ἀγνοήσας ἄκων δοκεῖ πεπραχέναι, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς κυριωτάτοις· κυριώτατα δ' εἶναι δοκεῖ, ἐν οἷς ἡ πράξις καὶ οὐ ἔνεκα. (19) Τοῦ δὲ κατὰ τὴν τοιαύτην ἀγνοίαν ἀκούσιου λεγομένου ἔτι δεῖ τὴν πράξιν λυπηρὰν εἶναι καὶ ἐν μεταμελείᾳ.

[III.] (20) Ὅντος δ' ἀκούσιου τοῦ βία καὶ δι' ἀγνοίαν, τὸ ἐκούσιον δόξειεν ἄν εἶναι οὐ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ εἰδότες τὰ καθ' ἕκαστα ἐν οἷς ἡ πράξις. (21) Ἴσως γὰρ οὐ καλῶς λέγεται ἀκούσια εἶναι τὰ διὰ θυμὸν ἢ δι' ἐπιθυμίαν. (22) Πρῶτον μὲν γὰρ οὐδὲν ἔτι τῶν ἄλλων ζῶων ἐκούσιως πράξει, οὐδ' οἱ παῖδες· (23) εἴτα πότερον οὐδὲν ἐκούσιως πράττομεν τῶν δι' ἐπιθυμίαν καὶ θυμὸν, ἢ τὰ κατὰ μὲν ἐκούσιως τὰ δ' αἰσχροῦ ἀκούσιως; (24) Ἐπιθυμίαν δὲ εἰς τὸ ἀκούσια φάναι ὧν δεῖ ὀρέγεσθαι. Δεῖ δὲ καὶ ὀργίζεσθαι ἐπὶ τισὶ καὶ ἐπιθυμῆναι τινῶν, ὅσων ὑγιείας καὶ μαθησεως. (25) Δοκεῖ δὲ τὰ μὲν ἀκούσια λυπηρὰ εἶναι, τὰ δὲ κατ' ἐπιθυμίαν ἡδέα. (26) Ἐτι δὲ τί διαφέρει τῶν ἀκούσια εἶναι τὰ κατὰ λογισμὸν ἢ θυμὸν ἀμαρτηθέντα; φευκτὰ μὲν γὰρ ἀμφω. (27) Δοκεῖ δὲ οὐχ ἥττον ἀνθρωπικὰ εἶναι τὰ ἀλογα πάθη· αἱ δὲ πράξεις τοῦ ἀνθρώπου ἀπὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας. Ἄτοπον δὲ τὸ τιθέναι ἀκούσια ταῦτα.

filium hostem esse existimet, ut Merope: item ut hastam sphaeræ in modum obtusam esse putet, quæ mucronem habeat acutum; aut, qui lapis sit, eum esse pumicem: item ut interficiat, salutis causa verberans; item ut feriat, qui tangere modo volebat, ut pugiles qui summis manibus dimicant. (18) Quum ergo inscientia in omnibus his versetur, in quibus actio consistit, is qui eorum aliquid ignoravit, invitatus fecisse videtur; ac multo quidem maxime in iis quæ principem locum obtinent. Ea autem videntur principem locum obtinere, in quibus et actio consistit, et id cuius gratia actio suscipitur. (19) Quum igitur quod per talem inscientiam factum est, invite factum nominatur, tum præterea actionem molestam esse oportet illi qui agit, ejusque illum pœnitere.

[III.] (20) Quoniam autem id invite factum dicitur quod est vi factum, item quod per inscientiam: sponte factum id videri possit, cuius principium est in eo qui agit, res singulares illas in quibus actio versatur, non ignorante. (21) Fortasse enim non recte illud dicitur, ea esse invito facta, quæ vel ira vel cupiditate impellente fiunt. (22) Nam primum si hoc ita erit, nulla præterea aliarum animantium sponte agent; ac ne pueri quidem. (23) Deinde utrumnam nihil eorum quæ ira vel cupiditate incitati agimus, sponte agimus? an honesta sponte, turpia autem inviti? Anne hoc plane ridiculum est, quum una sit utrorumque causa? (24) Absurdum vero fortasse etiam fuerit, ea invite facta dicere, quæ velle et cupere debemus. Porro et irasci ob res aliquas oportet, et quorundam desiderio teneri: ut valetudinis bonæ et eruditionis. (25) Jam et quæ invite fiunt, molestiam; quæ vero ex cupiditate, voluptatem videntur afferre. (26) Præterea si sub unum genus (invite scilicet factorum) retulerimus quæ ratione aut quæ ira peccantur, quibusnam, quæso, differentias ea dirinemus? Nam et fugienda sunt utraque: (27) insuperque perturbationes rationis expertes, nihilo minus quam alteræ, hominum videntur esse, et denique actiones hominis ab ira et a cupiditate nascuntur. Absurdum igitur fuerit, hæc in iis quæ invite fiunt, numerare.

CAP. II. [IV.]

Διωρισμένον δὲ τοῦ τε ἐκούσιου καὶ τοῦ ἀκούσιου, περὶ προαιρέσεως ἔπεται διελεῖν· οἰκειότατον γὰρ εἶναι δοκεῖ τῇ ἀρετῇ καὶ μᾶλλον τὰ ἤθη κρίνειν τῶν πράξεων. (2) Ἡ προαίρεσις δὴ ἐκούσιον μὲν φαίνεται, οὐ ταῦτ' ὅν δέ, ἀλλ' ἐπὶ πλέον τὸ ἐκούσιον· τοῦ μὲν γὰρ ἐκούσιου καὶ παιδὸς καὶ τᾶλλα ζῶα κοινωνεῖ, προαιρέσεως δ' οὐ· καὶ τὰ ἐξαίφνης ἐκούσια μὲν λέγομεν, κατὰ προαίρεσιν δ' οὐ. (3) Οἱ δὲ λέγοντες αὐτὴν ἐπιθυμίαν ἢ θυμὸν ἢ βούλησιν ἢ τινα ὁδὸν οὐκ εὐλογοῦσιν ὀρθῶς λέγειν. Οὐ γὰρ κοινὸν ἢ προαίρεσις καὶ τῶν ἀλόγων, ἐπιθυμία δὲ καὶ θυμός. (4) Καὶ ὁ ἀκρατής ἐπιθυμῶν μὲν πράττει, προαιρούμενος δ' οὐ· ὁ ἐγκρατής δ' ἀνάπαλιν προαιρούμενος μὲν, ἐπιθυμῶν δ' οὐ. (5) Καὶ προαιρέσει μὲν ἐπιθυμία ἐναντιοῦται, ἐπιθυμία δ' ἐπιθυμία οὐ. Καὶ ἡ μὲν ἐπιθυμία ἡδέος καὶ ἐπιλύπου, ἢ (6) Ὁμοῦ δ' ἔτι ἥττον· ἡκίστα γὰρ τὰ διὰ θυμὸν κατὰ προαίρεσιν εἶναι δοκεῖ. (7) Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ βούλησις γε, καίπερ σύνεγγυς φαινόμενον· προαίρεσις μὲν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν ἀδυνάτων, καὶ εἰ τις φαίη προαιρεῖσθαι, δοκοῖη ἄν ἡλίθιος εἶναι· βούλησις δ' ἔστι τῶν ἀδυνάτων, ὅσων ἀθανασίας. (8) Καὶ ἡ μὲν βούλησις ἔστι καὶ περὶ τὰ μηδαμῶς δι' αὐτῶν πραχθέντα ἄν, ὅσων ὑποκριτὴν τινα

Post distincta igitur illa quæ sunt sponte factum et invite factum, sequitur ut de consilio dicamus. Nam et virtuti conjunctissima res est, et ab illo magis, quam ab ipsis actionibus, mores dijudicari videntur. (2) Ac videtur sane consilium esse quippiam sponte susceptum; non tamen est idem cum hoc: sed id quod dicitur sponte factum, patet latius. Ejus enim quod sponte fit, etiam pueri sunt capaces, et reliqua animalia; sed consilii non item. Tum repentinae actiones sponte quidem nostra suscipi dicuntur, consulto autem non item. (3) Qui autem dicunt, consilium esse cupiditatem, aut animi impetum, aut voluntatem aut opinionem quandam, non recte dicere videntur. Consilium enim non est eorum quoque quæ sunt rationis expertia: est vero cupiditas impetus. (4) Præterea incontinens a cupiditate quidem impulsus agit, at non consilio capto: continens contra, consilio capto, non cupiditate impulsus. (5) Jam et consilio contraria est cupiditas: cupiditati autem cupiditas nequaquam. Tum præterea cupiditas et jucunda est et cum molestia conjuncta: consilium autem neque jucundum est, neque habet molestiam. (6) Multo autem minus animi impetus est. Nam quæ per eum fiunt, consilio minime consentanea esse videntur. (7) Neque vero voluntas est, etiamsi ei aliquid finitimum esse videatur. Consilium enim non est eorum quæ fieri non possunt: et si quis dicat, se talium rerum agendarum consilium cepisse, stultus habetur. Voluntas autem etiam eorum est quæ contingere nemini possunt, ut immortalitatis. (8) Præterea voluntas etiam ad ea pertinet quæ nullo modo is qui vult, per se agere possit: ut si quis velit histrionem

νικᾶν ἢ ἀθλητὴν προαιρεῖται δὲ τὰ τοιαῦτα οὐδεὶς, ἀλλ' ὅσα οἴεται γενέσθαι ἂν δι' αὐτοῦ. (9) Ἐτι δ' ἡ μὲν βούλησις τοῦ τέλους ἐστὶ μάλλον, ἡ δὲ προαίρεσις τῶν πρὸς τὸ τέλος, ὅσον ὑγιαίνειν βουλόμεθα, προαιρούμεθα δὲ δι' ὧν ὑγιανοῦμεν, καὶ εὐδαιμονεῖν βουλόμεθα μὲν καὶ φαμέν, προαιρούμεθα δὲ λέγειν οὐχ ἀρμόζει· ἔλωσ γὰρ εἴκειν ἢ προαίρεσις περὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν εἶναι. (10) Οὐδὲ δὴ δόξα ἂν εἴη· ἡ μὲν γὰρ δόξα δοκεῖ περὶ πάντα εἶναι, καὶ οὐδὲν ἤττον περὶ τὰ αἰδία καὶ τὰ ἀδύνατα ἢ τὰ ἐφ' ἡμῖν καὶ τῷ ψευδεὶ καὶ ἀληθεὶ διαίρεται, οὐ τῷ κακῷ καὶ ἀγαθῷ, ἢ προαίρεσις δὲ τούτοις μάλλον. (11) Ὅλωσ μὲν οὖν δόξῃ ταυτὸν ἴσως οὐδὲ λέγει οὐδεὶς. Ἄλλ' οὐδὲ τινι· τῷ γὰρ προαιρεῖσθαι ἀγαθὰ ἢ τὰ κακὰ ποιοὶ τινὲς ἔσμεν, τῷ δὲ δοξάζειν οὐ. (12) Καὶ προαιρούμεθα μὲν λαβεῖν ἢ φυγεῖν ἢ τι τῶν τοιούτων, δοξάζομεν δὲ τί ἐστὶν ἢ τίνι συμφέρει ἢ πῶς· λαβεῖν δ' ἢ φυγεῖν οὐ πάνυ δοξάζομεν. (13) Καὶ ἡ μὲν προαίρεσις ἐπαινεῖται τῷ εἶναι οὐ δὲ μάλλον ἢ τῷ ὀρθῶς, ἡ δὲ δόξα τῷ ὡς ἀληθῶς. Καὶ προαιρούμεθα μὲν ἂ μάλιστα ἴσμεν ἀγαθὰ ὄντα, δοξάζομεν δὲ ἂ οὐ πάνυ ἴσμεν. (14) Δοκοῦσί τε οὐχ οἱ αὐτοὶ προαιρεῖσθαι τὰ ἄριστα καὶ δοξάζειν, ἀλλ' ἔνιοι δοξάζειν μὲν ἄμεινον, διὰ κακίαν δ' αἰρεῖσθαι οὐχ ἂ δεῖ. (15) Εἰ δὲ προγίνεται δόξα τῆς προαιρέσεως ἢ παρακολουθεῖ, οὐδὲν διαφέρει· οὐ τοῦτο γὰρ σκοποῦμεν, ἀλλ' εἰ ταυτὸν ἐστὶ δόξῃ τινί. (16) Τί οὖν ἢ ποῖόν τι ἐστὶν, ἐπειδὴ τῶν εἰρημένων οὐθέν; ἐκούσιον μὲν δὴ φαίνεται, τὸ δ' ἐκούσιον οὐ πᾶν προαιρετόν. (17) Ἄλλ' ἄρα γε τὸ προεβουλευμένον; ἢ γὰρ προαίρεσις μετὰ λόγου καὶ διανοίας. Ὑποσμησίνε δ' εἴκει καὶ τούνομα ὡς δὴ πρὸ ἐτέρων αἰρετόν.

illum, vel athletam superiorem discedere. At nemo de talibus rebus consilium capit : sed de iis dumtaxat, quas ipse se efficere posse arbitratur. (9) Præterea voluntas est ultimi ac finis : consilium autem eorum quæ ad finem conferunt ; ut, bene valere volumus ; quibus vero rebus bene valeamus, eas adhibere dicimur consilio : et beati esse volumus quidem, atque velle nos dicimus : sed consilium nobis captum esse ut beati simus, dicere ineptum est. Omnino enim consilium ad eas res pertinet, quæ sunt in nostra potestate. (10) Neque vero erit opinio. Ad omnia enim pertinere videtur opinio, nec minus ad ea quæ æterna sunt, quæque a nobis fieri non possunt, quam ad illa quæ in nobis sita sunt. Præterea vero et falso distinguitur, non bono ac malo : at consilium his potius quam illis. (11) Ac in universum cum opinione idem esse consilium, fortasse ne dicat quidem quisquam. Atqui ne idem quidem etiam est, quod quædam opinio. Nam eo quod consilium nobis captum sit, ut bona vel mala sequamur, cuiusdam modi sumus ; sed eo quod opinemur, non item. (12) Et consilium capimus vel adipiscendi vel fugiendi, vel tale quippiam faciendi ; opinamur autem quid sit, aut cui conducatur, aut quemadmodum : adipisci vero aut fugere non facile opinamur : (13) et consilium eo potius laudatur, quod ejus rei sit quam eligi oportuit, quam quod ipsa in sua essentia recte sit comparata ; at opinio, quod vere quis opinetur. Præterea consilium capimus earum rerum agendarum, quas maxime exploratum habemus esse bonas : sed ea opinamur, quæ non admodum nobis explorata sunt. (14) Postremo non iidem videntur, quæ optima sunt, et consilio sequi et opinione tenere, sed nonnulli melius quidem opinari, verum animi vitio corrupti ea quæ oportet nec sequi nec sumere. (15) Utrum vero consilium opinio antecedit, an subsequatur, nihil refert. Non enim hoc consideramus ; sed, an idem sit consilium, quod aliqua opinio. (16) Quænam igitur, aut qualis res est, quandoquidem nihil est eorum quæ supra dicta sunt? Sane videtur quippiam esse quod sponte fiat. Verum non quicquid sponte fit, id etiam tale est ut de eo consilium captum sit. (17) Numquidnam ergo id de quo prius consultatum est? consilium enim cum ratione et cogitatione conjunctum est. Quod quidem etiam ipso significatur nomine προαιρετόν, tanquam quod sit præ ceteris optabile et sumendum.

CAP. III. [V.]

Βουλευόνται δὲ πότῃρα περὶ πάντων καὶ πᾶν βουλευτόν ἐστιν, ἢ περὶ ἐνίων οὐκ ἐστὶ βουλή; (2) Λεκτέον δ' ἴσως βουλευτόν οὐχ ὑπὲρ οὗ βουλευσαίτ' ἂν τις ἡλίθιος ἢ μαϊνόμενος, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν ὁ νοῦν ἔχων. (3) Περὶ δὲ τῶν αἰδίων οὐδεὶς βουλεύεται, ὅσον περὶ τοῦ κόσμου ἢ τῆς διαμέτρου καὶ τῆς πλευρᾶς, ὅτι ἀσύμμετροι. (4) Ἄλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἐν κινήσει, αἰεὶ δὲ κατὰ ταῦτα γινομένων, εἴτ' ἐξ ἀνάγκης εἴτε καὶ φύσει ἢ διὰ τινὰ αἰτίαν ἄλλην, ὅσον τροπῶν καὶ ἀνατολῶν. (5) Οὐδὲ περὶ τῶν ἄλλοτε ἄλλως, ὅσον αὐχμῶν καὶ ὄμβρων. Οὐδὲ περὶ τῶν ἀπὸ τύχης, ὅσον θησαυροῦ εὐρέσεως. (6) Ἄλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἀνθρωπικῶν πάντων, ὅσον πῶς ἂν Σκύθαι ἄριστα πολιτεύουσιν οὐδεὶς Λακεδαιμονίων βουλεύεται. Οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν τούτων οὐθὲν δι' ἡμῶν. (7) Βουλευόμεθα δὲ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν ταῦτα δὲ καὶ ἐστὶ λοιπά. Αἴτια γὰρ δοκοῦσιν εἶναι φύσις καὶ ἀνάγκη καὶ τύχη, ἔτι δὲ νόσος καὶ πᾶν τὸ δι' ἀνθρώπων. Τῶν δ' ἀνθρώπων ἕκαστοι βουλευόνται περὶ τῶν δι' αὐτῶν πρακτῶν. (8) Καὶ περὶ μὲν τὰς ἀκριβεῖς καὶ αὐτάρχεις τῶν ἐπιστημῶν οὐκ ἐστὶ βουλή, ὅσον περὶ γραμμάτων (οὐ γὰρ διατάζομεν πῶς γραπτέον).

Sed utrumnam consultant de omnibus rebus homines, omniaque in consultationem cadunt? an de quibusdam consultari non debet? (2) Ac fortasse id quidem in consultationem venire dicendum est, non de quo stolidus aut insanus consultaverit; sed de quo is qui mentis est compos. (3) De rebus æternis autem consultat nemo : ut de mundo, aut de diametro et latere, cur incommensurabilia. (4) Neque vero de iis quæ quum perpetuo moveantur, eodem semper modo fiunt : sive necessitate, sive natura, sive propter aliam aliquam causam : ut de solis conversionibus atque orbibus; (5) nec de iis etiam quæ alias aliter fiunt : ut de siccitatibus et imbribus. Neque de iis quæ fortuito eveniunt, ut de thesauri inventione. (6) Quin imo ne de omnibus quidem rebus humanis : verbi gratia, quemadmodum Scythiæ optime suam rempublicam administrare possint, nemo Lacedæmoniorum consultat. Nihil enim horum per nos effici queat. (7) At de iis consultamus, quæ quum sub actionem cadunt, tum in nostra sunt potestate. Et quidem hæc nobis adhuc sunt reliqua. Etenim quæcumque fiunt, ab una harum causarum videntur esse : natura, necessitate, fortuna; quibus addemus mentem, et quæcumque est humana affectio. Unusquisque autem inter homines de iis consultat, quæ ab ipso agi possunt; (8) neque vero in scientiis exquisitis suaque vi contentis consultationi locus est; ut, de litteris (non enim quomodo scribendum sit

ἀλλ' ὅσα γίνεται δι' ἡμῶν, μὴ ὁσάυτως δ' αἰεὶ, περὶ
 τούτων βουλευόμεθα, ὅσον περὶ τῶν κατὰ ἰατρικὴν καὶ
 χρηματιστικὴν, καὶ περὶ κυβερνητικὴν μᾶλλον ἢ γυ-
 μναστικὴν, ὅσω ἤττον διηκριβῶνται, (9) καὶ ἔτι περὶ
 τῶν λοιπῶν ὁμοίως, μᾶλλον δὲ καὶ περὶ τὰς τέχνας
 ἢ τὰς ἐπιστήμας· μᾶλλον γὰρ περὶ αὐτὰς διατάζομεν.
 (10) Τὸ βουλευέσθαι δὲ ἐν τοῖς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἀδήλοισ
 δὲ πῶς ἀποβήσεται, καὶ ἐν οἷς ἀδιόριστον. Συμβού-
 λους δὲ παραλαμβάνομεν εἰς τὰ μεγάλα, ἀπιστοῦντες
 ἡμῖν αὐτοῖς ὡς οὐχ ἱκανοὶ διαγνῶναι. (11) Βουλευό-
 μεθα δ' οὐ περὶ τῶν τελῶν, ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὰ
 τέλη. Οὐτε γὰρ ἰατρός βουλευεται εἰ υγιᾶσει, οὔτε
 ῥήτωρ εἰ πείσει, οὔτε πολιτικός εἰ εὐνομίαν ποιήσει,
 οὔδὲ τῶν λοιπῶν οὐδεὶς περὶ τοῦ τέλους· ἀλλὰ θέμενοι
 τέλος τι, πῶς καὶ διὰ τίνων ἔσται σκοποῦσι, καὶ διὰ
 πλειόνων μὲν φαινομένου γίνεσθαι διὰ τίνος βῆσται καὶ
 κάλλιστα ἐπισκοποῦσι, δι' ἐνός δ' ἐπιτελουμένου πῶς
 διὰ τούτου ἔσται καχεῖνο διὰ τίνος, ἕως ἂν ἔλθωσιν ἐπὶ
 τὸ πρῶτον αἴτιον, δ' ἐν τῇ εὐρέσει ἔσχατόν ἐστιν· ὁ γὰρ
 βουλευόμενος ἔοικε ζητεῖν καὶ ἀναλύειν τὸν εἰρημένον
 τρόπον ὡς περὶ διάγραμμα. (12) Φαίνεται δ' ἡ μὲν ζή-
 τησις οὐ πᾶσα εἶναι βούλευσις, ὅσον αἱ μαθηματικαί,
 ἡ δὲ βούλευσις πᾶσα ζήτησις, καὶ τὸ ἔσχατον ἐν τῇ
 ἀναλύσει πρῶτον εἶναι ἐν τῇ γενέσει. (13) Κἂν μὲν
 ἀδυνάτω ἐντύχῳσιν, ἀφίστανται, ὅσον εἰ χρημάτων δεῖ,
 ταῦτα δὲ μὴ ὁἴοντε πορισθῆναι· ἐὰν δὲ δυνατὸν φαί-
 νηται, ἐγχειροῦσι πράττειν. Δυνατὰ δὲ ἂ δι' ἡμῶν
 γένοιτ' ἂν τὰ γὰρ διὰ τῶν φίλων δι' ἡμῶν πως ἐστίν·
 ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐν ἡμῖν. (14) Ζητεῖται δ' ὅτε μὲν τὰ ὄρ-
 γανα, ὅτε δ' ἡ χρεια αὐτῶν ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς
 λοιποῖς ὅτε μὲν δι' οὗ, ὅτε δὲ πῶς ἢ διὰ τίνος. (15) Ἐοικε
 δὴ, καθάπερ εἴρηται, ἄνθρωπος εἶναι ἀρχὴ τῶν πρά-
 ξειν· ἡ δὲ βουλὴ περὶ τῶν αὐτῶν πρακτῶν, αἱ δὲ πρά-
 ξεις ἄλλων ἕνεκα. (16) Οὐκ ἂν οὖν εἴη βουλευτὸν τὸ
 τέλος ἀλλὰ τὰ πρὸς τὰ τέλη. Οὐδὲ δὴ τὰ καθ' ἕκαστα,
 ὅσον εἰ ἄρτος τοῦτο ἢ πέπεπται ὡς δεῖ· αἰσθήσεως γὰρ
 ταῦτα. Εἰ δὲ αἰεὶ βουλευέσεται, εἰς ἄπειρον ἤξει.
 (17) Βουλευτὸν δὲ καὶ προαιρετὸν τὸ αὐτό, πλὴν ἀφωρι-
 σμένον ἤδη τὸ προαιρετόν· τὸ γὰρ ἐκ τῆς βουλῆς προκρι-
 θέν προαιρετόν ἐστιν. Παύεται γὰρ ἕκαστος ζητῶν πῶς
 πράξει, ὅταν εἰς αὐτὸν ἀναγάγῃ τὴν ἀρχήν, καὶ αὐτοῦ
 εἰς τὸ ἡγούμενον τοῦτο γὰρ τὸ προαιρούμενον. (18) Δῆ-
 λον δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν ἀρχαίων πολιτικῶν, ὡς Ὁμηρος
 ἐμιμεῖτο· οἱ γὰρ βασιλεῖς ἂ προελοῖντο ἀνήγγελλον
 τῷ δήμῳ. (19) Ὄντος δὲ τοῦ προαιρετοῦ βουλευτοῦ
 ὄρεκτοῦ τῶν ἐφ' ἡμῖν, καὶ ἡ προαίρεσις ἂν εἴη βουλευ-
 τικὴ ὄρεξις τῶν ἐφ' ἡμῖν· ἐκ τοῦ βουλευέσθαι γὰρ
 κρίναντες ὀρεγόμεθα κατὰ τὴν βούλευσιν. (20) Ἡ μὲν
 οὖν προαίρεσις τύπος εἰρήσῳ, καὶ περὶ ποῖα ἐστὶ, καὶ
 ὅτι τῶν πρὸς τὰ τέλη.

ambigimus); sed de iis quæ tametsi opera nostra fiant, non
 tamen semper eodem modo fiunt: ut de iis quæ ad medi-
 cinam et ad artem quærendæ pecuniæ pertinent, et in arte
 gubernandarum navium potius quam in ratione corporum
 exercendorum, et quidem tanto magis de ista dubitare
 solemus, quanto minus illa quam hæc certis præceptio-
 nibus absoluta est, (9) et eodem modo de reliquis, magis
 autem in artibus, quam in scientiis: in illis enim sæpius
 ambigere solemus: (10) ceterum consultandi ratio in iis
 locum habet, quæ plerumque usu veniunt, quum eorum
 exitus incertus sit, et in quibus nihil est definiti. Porro in
 iis quæ sunt magna, alios in consilium adhibemus, nobis
 ipsis diffidentes, quasi minus ad eas res dispiciendas ido-
 neis. (11) Consultamus autem non de finibus, sed de iis
 quæ ad fines pertinent; neque enim aut medicus an sana-
 turus sit consultat, aut orator an persuasurus, aut politi-
 cus an bonis legibus civitatem constituturus; nec reliqui
 denique artifices de fine deliberant: sed omnes, proposito
 sibi certo aliquo fine, quemadmodum et quibus rebus pos-
 sint eum assequi, cogitant. Ac si pluribus modis id quod
 volunt, confici posse videatur, qua facillime et optime con-
 fici possit, inspiciunt. Sin autem una ratione commode
 possit absolvi, qua via ad illam perveniant, et qua ad hanc
 ipsam viam, eo usque dum ad primam causam pervene-
 rint, quæ inventionis est ultima. Qui consultant enim,
 inquirere ac retexere veluti descriptionem quandam ma-
 thematicam videntur, quomodo dictum est. (12) Sed appa-
 ret, non omnem quæstionem esse consultationem, ut sunt
 quæstiones mathematicæ; consultationem vero omnem esse
 quæstionem. Illud etiam planum est, quod est retexenti
 postremum, id esse re primum. (13) Quodsi ii qui acturi
 sunt, in aliquid incidierint quod fieri nequeat, tum ab eo
 desistunt; veluti, si pecunia sit opus, ejusque expediendæ
 nulla ratio inveniri possit. Sin id offeratur quod fieri posse
 videatur, tum ad agendum aggrediuntur. Fieri autem
 posse dicuntur ea quæ nostra opera effici possunt. Nam
 quæ amicorum ope efficiuntur, nostra opera quodammodo
 fieri videntur; principium enim in nobis est. (13) Quæ-
 runt autem aliquando instrumenta, aliquando eorum
 usus; itemque in reliquis interdum per quid, aliquando quo
 modo, aliquando cujus opera res expediri debeat. (15) Vi-
 detur itaque homo, ut est dictum, actionum esse princi-
 pium: consultatio item iis de rebus esse, quæ a quoque
 agi possunt: tum actiones aliarum rerum causa suscipi.
 (16) Quare de fine consultari non potest; sed de iis quæ ad
 fines pertinent. Neque sane de rebus singularibus: ut,
 sitne hoc panis; aut, sitne coctus ut oportuit; hæc enim
 sensu judicantur. Quodsi semper consultabitur, abibit res
 in infinitum. (17) Id autem de quo consultatur, et id de
 quo consilium captum est, res una et eadem est: nisi quod
 definitum jam est ac decisum hoc posterius. Quod enim
 consultatione adhibita reliquum præpositum est, id est de
 quo consilium captum dicitur, propositum ipsum. Nam
 quemadmodum sit aliquis acturus quærere tum desinit,
 quum principium ad se ipsum, et ad sui partem princi-
 pem, revocarit; hæc est enim quæ consilium capit. (18) Id-
 que ita esse ex veteribus quoque republicæ administrandæ
 formis, quas Homerus imitabatur, perspicere potest. Nam
 quibus de rebus reges deliberaverant, eas populo deinde
 renunciabant. (19) Quoniam autem id de quo consilium
 capitur, sub deliberationem et appetitionem cadit, quum
 sit ex numero earum rerum quæ in nobis sitæ sunt, consi-
 lium erit earum rerum quæ in nostra potestate sunt, appeti-
 tio ex consultatione proveniens. Nam posteaquam con-
 sultatione adhibita judicavimus, tum ei consultationi
 convenienter appetimus. (20) Ac agendi quidem consilium
 quid sit, et quibus in rebus versetur, et denique earum
 illud esse quæ ad fines pertinent, sic a nobis veluti adum-
 brando expositum esto.

CAP. IV. [VI.]

Ἡ δὲ βούλησις ὅτι μὲν τοῦ τέλους ἐστίν, εἴρηται, δοκεῖ δὲ τοῖς μὲν ἀγαθοῦ εἶναι, τοῖς δὲ τοῦ φαινομένου ἀγαθοῦ. (3) Συμβαίνει δὲ τοῖς μὲν τὸ βουλευτὸν τάχαθὸν λέγουσι μὴ εἶναι βουλευτὸν ὁ βούλεται ὁ μὴ ὀρθῶς αἰρούμενος (εἰ γὰρ ἔσται βουλευτὸν, καὶ ἀγαθὸν ἦν δ', εἰ οὕτως ἔτυχε, κακόν), (3) τοῖς δ' αὖτὸ φαινόμενον ἀγαθὸν τὸ βουλευτὸν λέγουσι μὴ εἶναι φύσει βουλευτὸν, ἀλλ' ἐκάστω τὸ δοκοῦν ἄλλο δ' ἄλλω φαίνεται, καὶ εἰ οὕτως ἔτυχε, τάναντία. (4) Εἰ δὲ δὴ ταῦτα μὴ ἀρέσκει, ἄρα φατέον ἀπλῶς μὲν καὶ κατ' ἀλήθειαν βουλευτὸν εἶναι τάχαθὸν, ἐκάστω δὲ τὸ φαινόμενον; τῷ μὲν οὖν σπουδαίῳ τὸ κατ' ἀλήθειαν εἶναι, τῷ δὲ φαύλῳ τὸ τυγχόν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν σωματίων τοῖς μὲν εὖ διακειμένους ὑγιεινά ἐστὶ τὰ κατ' ἀλήθειαν τοιαῦτα ὄντα, τοῖς δ' ἐπιπόσοις ἕτερα. Ὀμοίως δὲ καὶ πικρὰ καὶ γλυκεία καὶ θερμὰ καὶ βαρέα καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστα· ὁ σπουδαῖος γὰρ ἕκαστα κρίνει ὀρθῶς, καὶ ἐν ἐκάστοις τὰ ληθῆς αὐτῷ φαίνεται. (5) Καθ' ἐκάστην γὰρ ἕξιν ἰδιὰ ἐστὶ καλά καὶ ἡδέα, καὶ διαφέρει πλεῖστον ἰσως ὁ σπουδαῖος τῷ τὰ ληθῆς ἐν ἐκάστοις ὁρᾶν, ὥσπερ κανὼν καὶ μέτρον αὐτῶν ὄν. Τοῖς πολλοῖς δὲ ἡ ἀπάτη διὰ τὴν ἡδονὴν ἔοικε γίνεσθαι· οὐ γὰρ οὕσα ἀγαθὸν φαίνεται. (6) Αἰρούνται οὖν τὸ ἡδὺ ὡς ἀγαθόν, τὴν δὲ λύπην ὡς κακόν φεύγουσιν.

CAP. V. [VII.]

Ὅντος δὲ βουλευτοῦ μὲν τοῦ τέλους, βουλευτῶν δὲ καὶ προαιρετῶν τῶν πρὸς τὸ τέλος, αἱ περὶ ταῦτα πράξεις κατὰ προαίρεσιν ἂν εἶεν καὶ ἐκούσιοι. Αἱ δὲ τῶν ἀρετῶν ἐνέργειαι περὶ ταῦτα. (2) Ἐφ' ἡμῖν δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ κακία. Ἐν οἷς γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὸ πράττειν, καὶ τὸ μὴ πράττειν, καὶ ἐν οἷς τὸ μὴ, καὶ τὸ ναί· ὥστ' εἰ τὸ πράττειν καλὸν ὃν ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ, καὶ τὸ μὴ πράττειν ἐφ' ἡμῖν ἔσται αἰσχροὺν ὄν, καὶ εἰ τὸ μὴ πράττειν καλὸν ὃν ἐφ' ἡμῖν, καὶ τὸ πράττειν αἰσχροὺν ὃν ἐφ' ἡμῖν. (3) Εἰ δ' ἐφ' ἡμῖν τὰ καλά πράττειν καὶ τὰ αἰσχροῦς, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ μὴ πράττειν, τοῦτο δ' ἦν τὸ ἀγαθαῖς καὶ κακοῖς εἶναι, ἐφ' ἡμῖν ἄρα τὸ ἐπεικέσει καὶ φαύλους εἶναι. (4) Τὸ δὲ λέγειν ὡς

Οὐδεὶς ἐκὼν πονηρὸς οὐδ' ἄκων μάκαρ,

ἔοικε τὸ μὲν ψευδεῖ τὸ δ' ἀληθεῖ· μακάριος μὲν γὰρ οὐδὲις ἄκων, ἡ δὲ μογηρία ἐκούσιον. (6) Ἡ τοῖς γε οὖν εἰρημένοις ἀμφισβητητέον, καὶ τὸν ἄνθρωπον οὐ φατέον ἀρχὴν εἶναι οὐδὲ γεννητὴν τῶν πράξεων ὥσπερ καὶ τέκνων. (8) Εἰ δὲ ταῦτα φαίνεται καὶ μὴ ἔχομεν εἰς ἄλλας ἀρχὰς ἀναγαγεῖν παρὰ τὰς ἐφ' ἡμῖν, ὣν καὶ αἱ ἀρχαὶ ἐν ἡμῖν, καὶ αὐτὰ ἐφ' ἡμῖν καὶ ἐκούσια. (7) Τοῦτοι δ' ἔοικε μαρτυρεῖσθαι καὶ ἰδίᾳ ὑπ' ἐκάστων καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν νομοθετῶν· κολάζουσι γὰρ καὶ τιμωροῦνται τοὺς ὀρθῶντας μογηρὰ, ὅσοι μὴ βία ἢ δι' ἄγνοιαν ἢς μὴ αὐτοὶ αἴτιοι, τοὺς δὲ τὰ καλά πράττοντας τιμῶσιν, ὡς τοὺς μὲν προτρέφοντες, τοὺς δὲ κωλύοντες. 50 Καίτοι ὅσα μὴτ' ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ μὴθ' ἐκούσια, οὐδέ τις

Ceterum voluntas quod ad finem spectet, de eo dictum est; de reliquis vero ad eam pertinentibus alii aliter; sunt qui boni illam esse volunt; sunt qui ejus quod videtur bonum. (2) Atqui ex eorum ratione, qui id quod sub voluntatem cadit, dicunt esse verum bonum, sequeretur id, quod vult is qui minus recte eligit, non cadere sub voluntatem. Quippe quum ex *hypothesi istorum* quod sub voluntatem cadit, sit bonum: et vero id ipsum etiam improbum esse potest. (3) Rursus ex sententia illorum qui id quod sub voluntatem cadit, apprens bonum esse dicunt, nihil erit quod sub voluntatem cadat natura; sed erit quod cuique videbitur. Atqui aliud alii videtur: igitur contingere potest ut sint contraria. (4) Quodsi hæc minus probanda sunt, dicendumne est, absolute et revera sub voluntatem cadere verum bonum; at vero unicuique peti bonum apprens? ac bono quidem viro, quod revera bonum est, vitioso autem, quidquid fors obtulerit? ut et corporibus bene quidem constitutis salubria sunt ea quæ revera talia sunt; morborum autem et agrorum alia: itemque amara, dulcia, calida, gravia, et ceterorum unumquodque; nam vere de singulis rebus judicat vir bonus, et ei statim, quod in unaquaque re veri est, elucet. (5) Ex uniuscujusque enim habitu honesta et jucunda finguntur. Atque eo ipso forsasse longe præstat reliquis vir bonus, quod singulis in rebus verum perspicit, quasi earum norma sit ac mensura. Vulgo autem fucum facere videtur voluptas: quippe quæ quum bonum non sit, nobis speciem præ se ferat. (6) Itaque vulgus jucundum sequitur, ut bonum; dolorem autem fugit, ut malum.

Quoniam igitur pertinent, voluntas quidem ad finem, consilium vero et propositum ad illa quæ ad finem spectant, consequens est ut, quæ in eis vertuntur actiones, et consilio suscipiantur et sponte. At functiones et munera virtutum in his vertuntur. (2) Itaque virtus in nostra est potestate; similiterque et vitium. Quas enim res agere in nobis situm est, eas etiam non agere possumus; et quas non agere in nobis situm est, earundem quoque agendarum potestas nostra est. Itaque si quid agere quod honestum sit in nobis situm est, non agere quoque quod turpe sit in nobis erit situm; et si non agere est in nobis quanquam honestum, etiam quod est turpe agere in nobis erit situm. (3) Quodsi honesta et turpia agere nostri arbitrii est, similiterque non agere (hoc autem erat honos et malos esse), nostri quoque arbitrii erit profecto, ut probi et improbi simus. (4) Jam vero quod dicitur:

Sponte improbus nemo, nec invitus beatus ullus est,

partim falsum partim verum esse videtur. Nam invitus quidem beatus est nemo; vitiositas autem sponte nostra contrahitur; (5) alioquin ea quæ jam nunc dicta sunt, erunt in dubium inque controversiam vocanda, negandumque erit, hominem esse principium ac parentem actionum, ut et liberorum. (9) Quodsi hæc nobis probantur et vera videntur, neque possumus actiones ad alia principia præterquam ad ea quæ in nobis insunt, revocare: profecto quorum rerum principia in nobis insunt, eæ res quoque in nobis sitæ sunt, nostraque sponte suscipiuntur. (7) Atque hæc ita habere quum privatim singuli testari videntur, tum publice legum latores. Eos enim qui res flagitiosas admittunt, castigant supplicioque afficiunt, modo non per vim aut inscientiam, quæ ipsorum culpa contracta non sit, admiserint; eos contra, qui res præclaras gesserint, honoribus et præmiis ornant, quasi hos exercitaturi, illos a maleficio deterrituri. Atqui ad ea excitat nemo, quæ neque

προτρέπεται πράττειν, ὡς οὐδὲν πρὸ ἔργου ὄν τὸ πει-
σθῆναι μὴ θερμαινεσθαι ἢ ἀλγεῖν ἢ πεινῆν ἢ ἄλλ' ὅτι οὖν
τῶν τοιούτων· οὐδὲν γὰρ ἦττον πεισόμεθα αὐτά. (8) Καὶ
γὰρ ἐπ' αὐτῶ τῶ ἀγνοεῖν κολάζουσιν, ἐὰν αἴτιος εἶναι
δοκῇ τῆς ἀγνοίας, ὅσον τοῖς μεθύουσι διπλᾶ τὰ ἐπιτιμία·
ἢ γὰρ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ· κύριος γὰρ τοῦ μὴ μεθύσθῆναι, τοῦτο
δ' αἴτιον τῆς ἀγνοίας. Καὶ τοὺς ἀγνοούντας τι τῶν
ἐν τοῖς νόμοις, ἃ δεῖ ἐπίστασθαι καὶ μὴ χαλεπά ἐστι,
κολάζουσιν. (9) Ὅμοιος δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις, ὅσα
10 δι' ἀμελείαν ἀγνοεῖν δοκοῦσιν, ὡς ἐπ' αὐτοῖς ὄν τὸ μὴ
ἀγνοεῖν τοῦ γὰρ ἐπιμεληθῆναι κύριοι. (10) Ἄλλ' ἴσως
τοιούτος ἐστὶν ὥστε μὴ ἐπιμεληθῆναι. Ἄλλὰ τοῦ τοιού-
τους γενέσθαι αὐτοὶ αἴτιοι, ζῶντες ἀνεμεινώς, καὶ τοῦ
ἀδίκους ἢ ἀκολάστους εἶναι, οἳ μὴ κακοεργοῦντες, οἳ
15 δὲ ἐν πότοις καὶ τοῖς τοιούτοις διάγοντες· αἱ γὰρ περὶ
ἕκαστα ἐνεργεῖται τοιούτους ποιούσιν. (11) Τοῦτο δὲ
δῆλον ἐκ τῶν μελετώντων πρὸς ἡντινοῦν ἀγωνίαν ἢ
πρᾶξιν· διατελοῦσι γὰρ ἐνεργοῦντες. (12) Τὸ μὲν οὖν
ἀγνοεῖν ὅτι ἐκ τοῦ ἐνεργεῖν περὶ ἕκαστα αἱ εἴσεις γίνον-
ται, κομιδῇ ἀναίσθητου. (13) Ἐτι δ' ἄλογον τὸν ἀδι-
κοῦντα μὴ βούλεσθαι ἀδικον εἶναι ἢ τὸν ἀκολασταίνοντα
ἀκολαστον. Εἰ δὲ μὴ ἀγνοῦν τις πράττει ἐξ ὧν ἐσται
ἀδικος, ἐκὼν ἀδικος ἂν εἴη, (14) οὐ μὴν ἐάν γε βού-
ληται, ἀδικος ὢν παύσεται καὶ ἐσται δίκαιος· οὐδὲ γὰρ
25 ὁ νοσῶν ὑγιεῖ· καὶ εἰ οὕτως ἐτυχεν, ἐκὼν νοσεῖ,
ἀχρατῶς βιοτεύων καὶ ἀπειθῶν τοῖς ἰατροῖς. Τότε μὲν
οὖν ἐξῆν αὐτῷ μὴ νοσεῖν, προεμμένῳ δ' οὐκέτι, ὥσπερ
οὐδ' ἀφέντι λίθον ἔτι αὐτὸν δυνατὸν ἀναλαθεῖν· ἀλλ'
ὅμως ἐπ' αὐτῷ τὸ βαλεῖν καὶ ῥίψαι· ἢ γὰρ ἀρχὴ ἐπ'
30 αὐτῷ. Οὕτω δὲ καὶ τῷ ἀδίκῳ καὶ τῷ ἀκολάστῳ ἐξ
ἀρχῆς μὲν ἐξῆν τοιούτοις μὴ γενέσθαι, διὸ ἐκόντες εἰ-
σι· γενομένοις δ' οὐκέτι ἔξεσται μὴ εἶναι. (15) Οὐ μό-
νον δ' αἱ τῆς ψυχῆς κακίαι ἐκούσιοί εἰσιν, ἀλλ' ἐνόιοι
καὶ αἱ τοῦ σώματος, οἷς καὶ ἐπιτιμῶμεν· τοῖς μὲν γὰρ
35 διὰ φύσιν αἰσχροῖς οὐδεὶς ἐπιτιμᾷ, τοῖς δὲ δι' ἀγνομα-
σίαν καὶ ἀμελείαν. Ὅμοιος δὲ καὶ περὶ ἀσθένειαν
καὶ πῆρῳσιν· οὐθεὶς γὰρ ἂν ὄνειδίσαιε τυφλῷ φύσει ἢ ἐκ
νόσου ἢ ἐκ πληγῆς, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλεῆσαι· τῷ δ' ἐξ
οἴνοφλυγίας ἢ ἀλλῆς ἀκολασίας πᾶς ἂν ἐπιτιμῆσαι.
40 (16) Τῶν δὲ περὶ τὸ σῶμα κακιῶν αἱ ἐφ' ἡμῖν ἐπιτι-
μῶνται, αἱ δὲ μὴ ἐφ' ἡμῖν οὐ. Εἰ δ' οὕτω, καὶ ἐπὶ
τῶν ἄλλων αἱ ἐπιτιμῶμεναι τῶν κακιῶν ἐφ' ἡμῖν ἂν
inferiora, consecutus. Virtuti enim omnibus suis numeris perfectæ non facile par ullus honos reperiri possit : verumtamen eos æquo animo accipiet, quod illi non possint ei tribuere majora. Eum autem honorem, qui et a quibuslibet et ob res parvas tribuetur, prorsus aspernabitur : hæc enim ad ipsum non conveniunt ; itemque ignominiam atque infamiam contemnet, quia in eum jure cadere non poterunt. (18) Potissimum igitur, ut dictum, in honoribus versatur vir magnanimus. Verumtamen in divitiis quoque et principatu, in omni denique secunda atque adversa fortuna, quidquid acciderit, in eo se moderatum præbebit : neque in rebus secundis lætitia efferetur, neque in adversis mœrore superabitur. Nam ne in honorem quidem sic animatus est, quasi is maxima res sit. Principatus enim et divitiæ propter honorem sunt optabilia. Certe qui hæc consecuti sunt, ob ea honore affici volunt. Cui igitur vel honos in rebus parvis numeretur, huic ne cetera quidem magna erunt : et ob id elati videntur esse et despectores. [VIII.] (19) Videntur autem secundæ quoque res ad animi magnitudinem conferre. Nam et honesto summoque loco nati honore digni putantur, et ii qui principatum obtinent, aut opulenti, quoniam ceteris antecellunt. Porro quo quidque homo aliquo magis antecellit, eo honoratius est. Itaque etiam istis rebus magnanimitas augetur. Honore enim, qui his præditi sunt, a nonnullis afficiuntur. (20) Sed si verum querimus, solus vir bonus honore afficiendus est. Cujus autem virtuti conjuncta fortuna est, is honore dignior habetur. Quibus vero sine virtute talia bona contigerunt, hi neque se ipsos magnis honoribus dignos censere debent, neque recte magnanimi vocantur. Istud enim sine virtute undique perfecta constare nullo modo potest. (21) Aliorum vero contemptores, superbique talia bona possidentes evadunt. Difficile est enim sine virtute res secundas composite et concinne ferre. Quum porro ferre non possint, seque præ ceteris præstare existiment, tum illos contemnant, tum ipsi, quidquid fors tulerit, agunt. Virum magnanimum enim imitantur, quum sint ei dissimiles, atque id, quibus in rebus possunt, faciunt. Neque ea igitur quæ virtuti consentanea sunt, agere student, et alios tamen fastidiose despiciunt. (22) Magnanimus autem non injuria despicit ; de rebus enim vere opinatur et judicat : at vulgus, quomodocumque sors tulerit. (23) Jam vero neque parva pericula suscipit, neque cupide adit, quoniam pauca sunt pericula quæ magni faciat. Magnis autem periculis sese objicit : et quum in discrimine versatur, vitæ non parcat ; quod ipsi minime conveniat omnino vivere velle ; (24) et quum eo sit animo, ut libenter beneficium in alios conferat, ab aliis accipere ipsum pudet. Illud enim præcellentis hominis est, hoc inferioris. Idem beneficium majore mensura remetiri consuevit, quam accipit. Sic enim is qui de eo prior bene meritus est, etiam ei debet et beneficio devinetus erit. (25) Præterea videntur magnanimi meminisse, quos beneficio affecerint : a quibus autem acceperint, non item. Est enim is qui beneficium accepit, illo qui dedit, inferior : at vult magnanimus excellere. Atque illa quidem audit libentissime, hæc gravate. Itaque neque Thetis Jovi sua in eum beneficia commemorat, neque Lacedæmonii Atheniensibus, sed quæ ab illis acceperunt. (26) Est etiam magnanimi neminem aut vix quemquam rogare, sed libenter alteri inservire, atque in eos quidem, qui aliqua dignitate præditi sunt, quorumque res valde sunt secundæ, magnum se atque excelsum, in eos vero, quorum mediocri fortuna est, moderatum præbere. Illis enim antecellere difficile et amplum, his facile est : et inter illos gloriari generosi hominis est, inter humiles autem ineptum, tanquam in imbecillis vires suas exprimere velle. (27) Est ejusdem, ad ea non ire quæ honorantur, aut in quibus alii principem locum obtinent. Præterea ces-

ἢ ἕπου τιμὴ μεγάλη ἢ ἔργον, καὶ ὀλίγων μὲν πρακτικόν, μεγάλων δὲ καὶ ὀνομαστῶν, (28) Ἀναγκαῖον δὲ καὶ φανερόμισον εἶναι καὶ φανερόφιλον· τὸ γὰρ λαμβάνειν φοβούμενου. Καὶ μέλει τῆς ἀληθείας μᾶλλον ἢ τῆς δόξης, καὶ λέγειν καὶ πράττειν φανερώς· παρησιαστικῆς γὰρ διὰ τὸ καταφρονεῖν. Διὸ καὶ ἀληθευτικός, πλὴν ὅσα μὴ δι' εἰρωνείαν· εἴρωνια δὲ πρὸς τοὺς πολλούς. (29) Καὶ πρὸς ἄλλον μὴ δύνασθαι ζῆν ἀλλ' ἢ πρὸς φίλον· δουλικὸν γὰρ, διὸ καὶ πάντες οἱ κόλακες θητικοί 10 καὶ οἱ ταπεινοὶ κόλακες. (30) Οὐδὲ θαυμαστικός· οὐθὲν γὰρ μέγα αὐτῷ ἐστίν. Οὐδὲ μνησικός· οὐ γὰρ μεγαλοψύχου τὸ ἀπομνημονεύειν, ἄλλως τε καὶ κακὰ, ἀλλὰ μᾶλλον παρορᾶν. (31) Οὐδ' ἀνθρωπολόγος· οὔτε γὰρ περὶ αὐτοῦ ἐρεῖ. οὔτε περὶ ἑτέρου· οὔτε 15 γὰρ ἵνα ἐπαινῆται μέλει αὐτῷ οὐθ' ὅπως οἱ ἄλλοι ψέγονται· οὐδ' αὖ ἐπαινετικός ἐστίν· διόπερ οὐδὲ κακολόγος, οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν, εἰ μὴ δι' ὕβριν. (32) Καὶ περὶ ἀναγκαῖον ἢ μικρῶν ἥμιστα ὀλοφυρτικός καὶ δεητικός· σπουδαζόντος γὰρ οὕτως ἔχειν περὶ ταῦτα. (33) Καὶ 20 οἷος κεκτηῖσθαι μᾶλλον τὰ καλὰ καὶ ἄκαρπα τῶν καρπίμων καὶ ὠφελίμων· αὐτάρκους γὰρ μᾶλλον. (34) Καὶ κίνησις δὲ βραδεία τοῦ μεγαλοψύχου δοκεῖ εἶναι, καὶ φωνὴ βαρεῖα, καὶ λέξις στάσιμος· οὐ γὰρ σπευστικός ὁ περὶ ὀλίγα σπουδαζών, οὐδὲ σύντονος ὁ μὴθὲν μέγα 25 οἰόμενος· ἢ δ' ὀξυφωνία καὶ ἡ ταχυτής διὰ τούτων. Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μεγαλόψυχος. [IX.] (35) Ὁ δ' ἐλλείπων μικρόψυχος, ὁ δ' ὑπερβάλλων χαῦνος. Οὐ κακοὶ μὲν οὖν δοκοῦσιν εἶναι οὐδ' οὔτοι· οὐ γὰρ κακοποιοὶ εἰσιν· ἡμαρτημένοι δέ. Ὁ μὲν γὰρ μικρόψυχος ἀξίος 30 ὢν ἀγαθῶν ἑαυτὸν ἀποστερεῖ ὢν ἀξίος ἐστίν, καὶ εἰσὶ κακῶν ἔχειν τι ἐκ τοῦ μὴ ἀξιοῦν ἑαυτὸν τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἀγνοεῖν δ' ἑαυτὸν· ὠρέγεται γὰρ ἂν ὢν ἀξίος ἦν, ἀγαθῶν γε ὄντων. Οὐ μὲν ἠλίθιοι γε οἱ τοιοῦτοι δοκοῦσιν εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον ὀκνηροί. Ἡ τοιαύτη δὲ δόξα δοκεῖ 35 καὶ χεῖρους ποιεῖν· ἕκαστοι γὰρ ἐφίενται τῶν κατ' ἀξίαν, ἀφίστανται δὲ καὶ τῶν πράξεων τῶν καλῶν καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων ὡς ἀνάξιοι ὄντες, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν. (36) Οἱ δὲ χαῦνοι ἠλίθιοι καὶ ἑαυτοὺς ἀγνοοῦντες, καὶ ταῦτ' ἐπιφανῶς· ὡς γὰρ ἀξιοὶ ὄντες τοῖς 40 ἐντίμοις ἐπιχειροῦσιν, εἴτα ἐξέλεγχονται· καὶ ἐσθῆτι κοσμοῦνται καὶ σχήματι καὶ τοῖς τοιοῦτοις, καὶ βούλονται τὰ εὐτυχήματα φανερὰ εἶναι αὐτῶν, καὶ λέγουσι περὶ αὐτῶν ὡς διὰ τούτων τιμηθησόμενοι. (37) Ἄντι- τίθεται δὲ τῇ μεγαλοψυχίᾳ ἢ μικροψυχία μᾶλλον τῆς 45 χαυνότητος· καὶ γὰρ γίγνεται μᾶλλον καὶ χεῖρόν ἐστιν.

CAP. IV. [X.]

Ἡ μὲν οὖν μεγαλοψυχία περὶ τιμῆν ἐστὶ μεγάλην, ὡς περ εἴρηται. Ἔοικε δὲ καὶ περὶ ταύτην εἶναι ἀρετὴ τις, καθάπερ ἐν τοῖς πρώτοις ἐλέγθη, ἢ δόξειεν ἂν παραπλησίως ἔχειν πρὸς τὴν μεγαλοψυχίαν ὡς περ καὶ ἡ ἐλευθερίο- 50 τῆς πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν. Ἄμφω γὰρ αὐτὰι τοῦ μὲν μεγάλου ἀρεστᾶσι, περὶ δὲ τὰ μέτρια καὶ τὰ μικρὰ

satorem et cunctatorem esse, nisi ubi aut magnus honor proponatur, aut magna res agatur : deinde res gerere, paucas illas quidem, sed magnas et omnium sermone celebrandas. (28) Jam vero et aperte eum inimicitias gerere, et aperte amare necesse est; timentis enim est occultare sententiam. Deinde majorem veritatis quam opinionis curam habere; tum aperte et dicere et agere omnia; apertus enim et liber est, quia contemnit; atque ob hoc in oratione veritatem sequitur : nisi quum interdum ironia utitur, quod facit ad vulgus. (29) Est et ejusdem, alterius nutu vivere non posse, nisi amici. Servile enim id est. Itaque ut assentatores omnes mercenarii sunt, sic humiles ac demissi homines assentatores. (30) Neque facile admiratur. Nihil enim ei magnum est. Neque meminit injurias. Viri enim magnanimi non est memorem esse, præcipueque malorum, sed potius pro nihilo ea putare. (31) Neque de hominibus loquitur : quippe qui nec de se, nec de aliis loqui curet; nam neque ut laudetur, magnopere curat; neque ut alii vituperentur. Nec rursus laudator est, et ob eandem causam neque maledicus, ne in inimicos quidem, nisi contumelia irritatus. (32) In iis autem rebus quæ necessariae aut exiguae sunt, minime queribundus est, neque supplex : est enim hoc hominis nimium studium in res humanas conferentis. (33) Atque etiam ita comparatus est, ut res pulchras easque steriles possidere malit, quam fructuosas et utiles. Hoc enim magis proprium est hominis se ipso contenti, et honorum omnium copiam in se esse habentis. (34) Motus quoque magnanimi viri tardus fere fuerit, vox gravis, oratio stabilis et sedata. Neque enim festinare solet is qui paucis rebus studet : neque vehementer contendit, cui nihil magnum esse videtur. Propter has causas autem et vox acuta et celer ingressus esse consuevit. Ac magnanimus quidem talis. [IX.] (35) Qui autem modum deserit, is parvo animo esse dicitur : qui superat, vanus. Ac ne hi quidem mali videntur esse; non sunt enim aliis auctores mali. Verumtamen peccant. Nam qui demisso parvoque animo est, quum sit rebus bonis dignus, ipse se iis fraudat quæ meretur. Videturque mali quiddam in hoc inesse ex eo, quod sese bonis esse indignum arbitrat, atque adeo se ipsum videtur ignorare. Nam ni ita esset, ea expeteret, quibus dignus est, quum bona sint. Tales homines tamen stulti non videntur esse, sed cunctantes potius. Talis autem opinio, quam de se ipsis habent, etiam deteriores eos efficere videtur. Ea enim quæ meretur, quisque expetere consuevit : at hi refugiant ab honestis actionibus et studiis, quasi indigni sint, itemque a bonis externis. (36) Vani autem quum stulti sunt, tum se ipsos ignorant, neque id obscure. Nam proinde, quasi digni sint, res amplas et honoratas aggrediuntur : deinde se ipsi, quales sint, indicant et ab aliis coarguuntur. Tum vero ex vestitu, ex habitu gestuque corporis et consimilibus aliis ornatum sibi quaerunt, suasque res secundas omnibus notas esse volunt, et de se ipsis prædicant, quasi ex his honorem consecuturi. (37) Magis autem animi magnitudini adversatur humilitas vel demissio animi, quam vanitas. Nam et frequentior est, et aliquid item deterius.

Animi igitur magnitudo in magno honore versatur, ut ostendimus. Videtur autem in hoc etiam alia quaedam virtus esse occupata, ut in superioribus diximus, quæ ad magna imitatem parem rationem habere videatur, atque ad magnificentiam liberalitas. Ambæ enim istæ virtutes in magno quidem remotæ sunt, in mediocribus vero et

διατιθέσιν ἡμᾶς ὡς δεῖ. (2) Ὡσπερ δ' ἐν λήψει καὶ δόσει χρημάτων μεσότης ἐστὶ καὶ ὑπερβολή τε καὶ ἔλλειψις, οὕτω καὶ ἐν τιμῆς ὀρέξει τὸ μᾶλλον ἢ δεῖ καὶ ἤττον, καὶ τὸ θθεν δεῖ καὶ ὡς δεῖ. (3) Τὸν τε γὰρ φιλοτίμων ψέγειμεν ὡς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ καὶ θθεν οὐ δεῖ τῆς τιμῆς ἐφιέμενον, τὸν τε ἀφιλότιμον ὡς οὐδ' ἐπὶ τοῖς καλοῖς προαιρούμενον τιμαῖσαι. (4) Ἔστι δ' ὅτε τὸν φιλότιμον ἐπαινοῦμεν ὡς ἀνδρώδη καὶ φιλόκαλον, τὸν δὲ ἀφιλότιμον ὡς μέτριον καὶ σώφρονα, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς πρώτοις εἶπομεν. Δῆλον δ' ὅτι πλεοναχῶς τοῦ φιλοτιμοῦ λεγομένου οὐκ ἐπὶ τὸ αὐτὸ αἰετὴ φέρομεν τὸν φιλότιμον, ἀλλ' ἐπαινοῦντες μὲν ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἢ οἱ πολλοί, ψέγοντες δ' ἐπὶ τὸ μᾶλλον ἢ δεῖ. Ἄνωμόμου δ' οὐσης τῆς μεσότητος, ὡς ἐρήμης εἰκοιεν ἀμφισβητεῖν τὰ ἄκρα ἐν οἷς δ' ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις, καὶ τὸ μέσον. (5) Ὁρέγονται δὲ τιμῆς καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ καὶ ἤττον, ἐστὶ δ' ὅτε καὶ ὡς δεῖ ἐπαινεῖται γῶν ἢ ἕξις αὐτῆ, μεσότης οὕσα περὶ τιμῆν ἀνωμόμου. Φαίνεται δὲ πρὸς μὲν τὴν φιλοτιμίαν ἀφιλοτιμία, πρὸς δὲ τὴν ἀφιλοτιμίαν φιλοτιμία, πρὸς ἀμφοτέρω δὲ ἀμφοτέρω πως. (6) Ἔμοικε δὲ τοῦτ' εἶναι καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς. Ἀντικεῖσθαι δ' ἐνταῦθ' οἱ ἄκροι φαίνονται διὰ τὸ μὴ ὀνομάσθαι τὸν μέσον.

parvis nos ita ut par est afficiunt. (2) Porro ut in accipiendis et dandis pecuniis locum habent et mediocritas, et id quod est nimium ac parum: sic etiam in honoris appetitione invenitur et illud quod est supra quam oportet, et illud quod infra: et rursum, unde, et quomodo oportet. (3) Nam et ambitiosum est ubi vituperamus, tanquam nimia honoris cupiditate inflammatum, honoremque unde non oportet aucupantem: et honoris contemptorem item, ut eum qui ne ex honestis quidem rebus adipiscendi honoris consilium capiat. (4) Rursus est quum ambitiosum laudamus ut virum fortem et honestatis studiosum: honoris contemptorem item, tanquam modestum et temperantem, ut etiam supra diximus. Perspicuum est autem, multis modis, quis hujus vel illius rei amans dicatur, non respectu eodem semper nomen φιλοτιμου εfferri; sed si in laude ita ponamus, ad eum referri, qui studiosior sit honoris quam vulgus; sin in vituperio, ad illum qui studiosior sit illius quam oporteat. Quoniam autem medietas ipsa vacat nomine, idcirco fit ut extrema de ejus possessione, quasi de loco vacuo, concertent. Ceterum quibus in rebus nimium reperitur et parum, in iis etiam medietas. (5) At honorem homines et nimium expetunt, et parum. Eum igitur etiam expetere licet medio modo, et ut oportet. Atque is habitus laudatur: nimirum qui est medietas in honore expetendo occupata, nomine carens. Videtur autem, si cum ambitione compararetur, honoris contemptio; si cum honoris contemptione, ambitio: sed cum utraque comparata, utriusque speciem quodammodo præ se fert. (6) Atque etiam in reliquis virtutibus eodem modo res videtur habere. Pugnare autem hic videntur inter se extremi, quia ei qui medius est, nomen impositum non est.

CAP. V. [XI.]

Πραότης δ' ἐστὶ μὲν μεσότης περὶ ὀργᾶς, ἀνωμόμου δ' ὄντος τοῦ μέσου, σχεδὸν δὲ καὶ τῶν ἄκρων, ἐπὶ τὸν μέσον τὴν πραότητα φέρομεν, πρὸς τὴν ἔλλειψιν ἀποκλίνουσαν, ἀνωμόμου οὐσαν. (2) Ἡ δ' ὑπερβολὴ ὀργιλότης τις λέγοιτ' ἄν. Τὸ μὲν γὰρ πάθος ἐστὶν ὀργή, τὰ δ' ἐμποιοῦντα πολλὰ καὶ διαφέροντα. (3) Ὁ μὲν οὖν ἐρ' οἷς δεῖ καὶ οἷς δεῖ ὀργιζόμενος, ἐπὶ δὲ καὶ ὡς δεῖ καὶ ὅτε καὶ ὅσον χρόνον, ἐπαινεῖται: πρῶτος δὲ οὗτος ἂν εἴη, εἴπερ ἡ πραότης ἐπαινεῖται. Βούλεται γὰρ ὁ πρῶτος ἀτάραχος εἶναι καὶ μὴ ἀγεσθαι ὑπὸ τοῦ πάθους, ἀλλ' ὡς ἂν ὁ λόγος τάξη, οὕτω καὶ ἐπὶ τούτοις καὶ ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον γαλεπαίνειν. (4) Ἄμαρτάνειν δὲ δοκεῖ μᾶλλον ἐπὶ τὴν ἔλλειψιν: οὐ γὰρ τιμωρητικός ὁ πρῶτος, ἀλλὰ μᾶλλον συγγνωμονικός. (5) Ἡ δ' ἔλλειψις, εἴτ' ἀοργησία τις ἐστὶν εἶθ' ὅτι δὴ ποτε, ψέγεται. Οἱ γὰρ μὴ ὀργιζόμενοι ἐρ' οἷς δεῖ ἡλίθιοι δοκοῦσιν εἶναι, καὶ οἱ μὴ ὡς ὀργιζόμενοι ὅτε μὴδ' οἷς δεῖ. (6) Δοκεῖ γὰρ οὐκ αἰσθάνεσθαι οὐδὲ λυκεῖσθαι, μὴ ὀργιζόμενός τε οὐκ εἶναι ἀμυντικός. Τὸ δὲ προηπλακίζόμενον ἀνεγχεσθαι καὶ τοὺς οἰκείους περιορᾶν ἀνδραποδοῦδες. (7) Ἡ δ' ὑπερβολὴ κατὰ πάντα μὲν γίνεται: καὶ γὰρ οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐρ' οἷς οὐ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ ὀἴττον, καὶ πλείω χρόνον: οὐ μὴν ἅπαντά γε τῶν αὐτῶν ὑπάρχει. Οὐ γὰρ ἂν δύναιτ' εἶναι: τὸ γὰρ κακὸν καὶ αὐτοῦ ἀπόλλυσι, καὶ ὀλόκληρον ἢ, ἀφόρητον γίνεται. (8) Οἱ μὲν οὖν ὀργιλοὶ ταχέως μὲν ὀργίζονται καὶ οἷς οὐ δεῖ καὶ ἐρ' οἷς οὐ δεῖ καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, παύονται δὲ ταχέως: ὁ καὶ βέλτιστον ἔχουσιν. Συμβαίνει δ' αὐτοῖς τοῦτο, ὅτι οὐ κατέχουσι τὴν ὀργὴν ἀλλ' ἀνταποδιδόασιν ἢ φα-

Lenitas autem medietas est quæ in iris versatur. Sed quia medius vacat nomine, ac fere etiam ipsi extremi, medio lenitatis nomen damus, ad id extremum, quod est parum, propendens: quod ipsum extremum nomine caret. (2) Nimium autem iracundia dici potest; ipsa enim perturbatio ira est, cujus multæ et variæ causæ sunt efficientes. (3) Atque is quidem qui quas ob res, quibusque hominibus oportet, irascitur, præterea vero et quemadmodum, quo tempore, et quam diu oportet, laudatur. Mansuetus igitur ac lenis appellari ille poterit, si modo lenitas est laudabilis. Vult enim mansuetus vacare animi tumultu, neque rapi perturbatione; sed prout ratio præceperit, ita, et his de causis, et tam diu indignari. (4) Peccare tamen videtur magis in eam partem, quæ est infra modum. Non enim ad ulciscendum pronus est homo lenis, sed potius ad ignoscendum propensus. (5) Parum autem quod est in hoc genere, sive id lenitudinem, sive quo alio nomine appellens, vituperatur. Nam quum ii qui non succensent ob eas causas, ob quas succensere debent, stulti videantur, tum ii quoque, qui non quo modo, nec quo tempore, nec quibus decet. (6) Videtur enim talis sensu carere neque dolorem percipere ullum: quumque non irascatur, non facile ad propulsandam injuriam excitari. Affici vero contumelia se sinere, et suos contumelia affectos negligere, mancipiorum est. (7) Nimium autem hujus generis secundum omnes quidem attributiones contrahitur (nam et quibus et propter quas causas irasci non debemus, et vehementius quam debemus, et citius, et diutius quam oportet, irascimur); non tamen hæc in uno insunt omnia. Neque enim inesse possint. Nam quum malum se ipsum perdat, tum si integrum sit, intolerabile efficitur. (8) Ὀργιλοὶ igitur seu iracundi, sunt illi quidem irritabiles, celeriterque irascuntur, et quibus et propter quas causas non oportet, et vehementius quam oportet: sed iidem tamen placabiles sunt, irascendique finem cito faciunt; quod quidem est in illis vel optimum. Atque hoc eis propterea accidit, quia iram non comprimunt, sed statim injuria accepta vicem reddunt nihil occultando, sed præ se ferendo omnia, propter animi

νεροί εἰσι διὰ τὴν ὀξύτητα, εἴτ' ἀποπαύονται. (9) Ὑπερβολῇ δ' εἰσὶν οἱ ἀκρόχολοι ὀξείς καὶ πρὸς πᾶν ὄργιλον καὶ ἐπὶ παντί· θέν καὶ τούνομα. (10) Οἱ δὲ πικροὶ δυσδιάλυτοι, καὶ πολλὸν χρόνον ὀργίζονται· κατέχουσι γὰρ τὸν θυμόν. Παῦλα δὲ γίνεται, ὅταν ἀνταποδοῖ· ἡ γὰρ τιμωρία παύει τῆς ὀργῆς, ἡδονὴν ἀντὶ τῆς λύπης ἐμποιοῦσα. Ταύτου δὲ μὴ γινομένου τὸ βάρος ἔγρουσιν· διὰ γὰρ τὸ μὴ ἐπιφανὲς εἶναι οὐδὲ συμπεῖθει αὐτοὺς οὐδεὶς, ἐν αὐτῷ δὲ πέψαι τὴν ὀργὴν χρόνου δεῖ. Εἰσὶ δ' οἱ τοιοῦτοι ἑαυτοὺς ὀγληρότατοι καὶ τοῖς μάλιστα φίλοις. (11) Χαλεπούς δὲ λέγομεν τοὺς ἐφ' οἷς τε μὴ δεῖ χαλεπαίνοντας καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ καὶ πλείω χρόνον, καὶ μὴ διαλλαττομένους ἄνευ τιμωρίας ἢ κολάσεως. (12) Ἰῆ πραότητι δὲ μᾶλλον τὴν ὑπερβολὴν ἀντιτίθεμεν· καὶ γὰρ μᾶλλον γίνεται· ἀνθρωπικώτερον γὰρ τὸ τιμωρεῖσθαι. Καὶ πρὸς τὸ συμβοῦν οἱ χαλεποὶ χείρους. (13) Ὁ δὲ καὶ ἐν τοῖς πρότερον εἴρηται, καὶ ἐκ τῶν λεγομένων δῆλον· οὐ γὰρ ῥάδιον διορίσαι τὸ πῶς καὶ τίσι καὶ ἐπὶ ποίοις καὶ πόσον χρόνον ὀργιστέον, καὶ τὸ μέχρι τίνος ὀρθῶς ποιεῖ τις ἢ ἁμαρτάνει. Ὁ μὲν γὰρ μικρὸν παρεχθαίνων οὐ ψέγεται, οὐτ' ἐπὶ τὸ μᾶλλον οὐτ' ἐπὶ τὸ ἥττον ἐνίοτε γὰρ τοὺς ἐλλείποντας ἐπαινοῦμεν καὶ πράους φαμέν, καὶ τοὺς χαλεπαίνοντας ἀνδρώδεις ὡς δυναμένους ἀρ-
25 γειν. Ὁ δὲ πόσον καὶ πῶς παρεχθαίνων ψεκτός, οὐ ῥάδιον τῷ λόγῳ ἀποδοῦναι· ἐν γὰρ τοῖς καθ' ἕκαστα καὶ τῇ αἰσθήσει ἡ κρίσις. (14) Ἀλλὰ τό γε τοσοῦτον δῆλον, ὅτι ἡ μὲν μέση ἔξις ἐπαινετή, καθ' ἣν οἷς δεῖ ὀργίζομεθα καὶ ἐφ' οἷς δεῖ καὶ ὡς δεῖ καὶ πάντα τὰ
30 τοιαῦτα, αἱ δ' ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις ψεκταί, καὶ ἐπὶ μικρὸν μὲν γινομένην ἡρέμα, ἐπὶ πλεόν δὲ μᾶλλον, ἐπὶ πολὺ δὲ σφόδρα. Δῆλον οὖν ὅτι τῆς μέσης ἔξεως ἀνθεκτέον. (15) Αἱ μὲν οὖν περὶ τὴν ὀργὴν ἔξεις εἰρήσθωσαν.

concitati celeritatem, deindeque irasci desinunt. (9) Ἀκρόχολοι vero qui dicuntur (*id est*, quibus bilis supra modum effervescit) supra modum sunt celeres, et ad omnia et omnibus de causis iracundia exardescunt; unde et nomen natum est. (10) At amari sive acerbi propemodum sunt implacabiles, diuque in iracundia perseverant; iram enim continent et comprimunt, quæ tum quiescit, quum injuriam ultri fuerint. Ultio enim iram sedat, eo quod dolore sublato voluptatem affert: quod dum assequi non possunt, grave illud onus molestiæ remanet. Nam quia onus eorum non est aliis notum, aut nemo, ut se placabiles præbeant, suadet. Ad iram autem in se ipso concoquendam tempore opus est. Est vero hoc hominum genus quum sibi ipsi molestissimum, tum amicissimis quibusque. (11) Χαλεπούς autem, sive asperos eos appellamus, qui et propter quas causas non debent, et gravius et diutius quam debent, irascuntur, et qui nunquam placantur, nisi suam injuriam ultri sint, vel adversarios castigant. (12) Lenitati autem magis oppositum esse censemus nimium, quam parum. Frequentius enim est illud: quandoquidem est hominibus ingenium ad ulciscendum proclivius. Prætereaque asperi homines ad vitæ consuetudinem minus accommodati sunt. (13) Sed quod jam supra quoque dictum est, ex iis quoque quæ nunc dicimus, intelligi potest: non esse videlicet facile, oratione distinguere, quomodo, et quibus hominibus, et quibus de causis, et quamdiu sit irascendum, et quousque in iracundia progredi rectum pravumve esse videatur. Non vituperatur enim statim, qui paulum declinat a medio, sive in id quod est nimium, sive in id quod parum. Interdum enim eos qui modum deserunt, laudamus, mansuetosque ac lenes appellamus: interdum eos qui graviter irascuntur, esse animo virili dicimus, tanquam ad imperandum idoneos. Quantum igitur et quomodo peccans vituperandus sit, non facile potest verbis explicari. In rebus enim singularibus et sensu judicium hujus rei positum est. (14) Interim illud certe percipuum est, medium quidem habitum esse laudabilem (per quem et quibus et propter quas causas, et quomodo oportet, irascimur, ceteraque id genus omnia); nimium autem et parum vituperabilia: quæ si non longe absunt a medio, leviter; si longius, graviter; si longissime, gravissime sunt vituperanda. Perspicuum igitur est, medium habitum diligenter esse retinendum. (15) Atque ii animi habitus qui in ira versantur, hactenus sint a nobis expositi.

CAP. VI. [XII.]

35 Ἐν δὲ ταῖς δμιλίαις καὶ τῷ συζῆν καὶ λόγων καὶ πραγμάτων κοινωνεῖν οἱ μὲν ἄρεσκοὶ δοκοῦσιν εἶναι, οἱ πάντα πρὸς ἡδονὴν ἐπαινοῦντες καὶ οὐδὲν ἀντιτείνοντες, ἀλλ' οἰόμενοι δεῖν ἄλυτοι τοῖς ἐντυγχάνουσιν εἶναι. (2) Οἱ δ' ἐξ ἐναντίας τούτοις πρὸς πάντα ἀντιτείνοντες
40 καὶ τοῦ λυπεῖν οὐδ' ὅτιον φροντίζοντες δύσκολοι καὶ δυσέριδες καλοῦνται. (3) Ὅτι μὲν οὖν αἱ εἰρημέναι ἔξεις ψεκταί εἰσιν, οὐκ ἄδηλον, καὶ ὅτι ἡ μέση τούτων ἐπαινετή, καθ' ἣν ἀποδέχεται ἂ δεῖ καὶ ὡς δεῖ, δμοίως δὲ καὶ δυσχερανεῖ. (4) Ὅνομα δ' οὐκ ἀποδέδοται
45 αὐτῇ τι, εἰκοε δὲ μάλιστα φιλία· τοιοῦτος γὰρ ἐστὶν ὁ κατὰ τὴν μέσην ἔξιν ὅον βουλόμεθα λέγειν τὸν ἐπιεικῆ φίλον, τὸ στέργειν προσλαβόντα. (5) Διαφέρει δὲ τῆς φιλίας, ὅτι ἄνευ πάθους ἐστὶ καὶ τοῦ στέργειν οἷς δμιλεῖ· οὐ γὰρ τῷ φιλεῖν ἢ ἐχθαίρειν ἀποδέχεται ἕκαστα
50 ὡς δεῖ, ἀλλὰ τῷ τοιοῦτος εἶναι. Ὅμοιος γὰρ πρὸς ἀγνωστὰς καὶ γνωρίμους καὶ συνήθεις καὶ ἀσυνήθεις αὐτὸ ποιήσει πλὴν καὶ ἐν ἐκάστοις ὡς ἀρμόζει· οὐ γὰρ

In congressu autem hominum et vitæ quotidianæ consuetudine, in sermonum item ac factorum communicatione alii blandi seu placendi studiosi videntur esse: qui obsequendi studio laudant omnia nullaque in re adversantur, seque oportere putant esse eos, qui nihil molestiæ exhibent iis quibuscum quotidie versantur. (2) Alii contra, qui videntur in omni re adversari, neque magnopere laborare ne quem offendant, appellantur morosi, atque in contendendo perversi. (3) Hi igitur, quos diximus, animi habitus sunt nimirum vituperabiles, horumque medius laudabilis: quo vir bonus ea omnia quæ probanda, et ut probanda sunt, probat: offenditurque similiter contrariis. (4) Nomen autem ei habitui nullum impositum est; sed ad amicitiam similitudinem proxime videtur accedere. Nam qui hoc medio habitu animi præditus est, ejusmodi est, cujusmodi hominem commodum et amicum bonum significamus, quum quidem ille amandi affectum assumpsit. (5) Eo autem differt ab amicitia, quod animi motu amorisque affectu in eos, quibuscum versatur, caret. Neque enim eo quod vel amet vel oderit, unumquidque sic ut oportet approbat; sed quia eo ingenio est. Equæ enim hanc facilitatem erga notos atque ignotos, atque erga eos quorum consuetudine utitur, atque illos quibuscum nulla consuetudine conjunctus est, adhibebit, sed hoc ita, ut

ὁμοίως προσήκει συνήθων καὶ θνηείων φροντίζειν, οὐδ' αὖ λυπεῖν. (6) Καθόλου μὲν οὖν εἴρηται ὅτι ὡς δεῖ ἐμιλήσει, ἀναφέρων δὲ πρὸς τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον στοχάζεσθαι τοῦ μὴ λυπεῖν ἢ συνηδύνειν. (7) Ἔοικε μὲν γὰρ περὶ ἡδονᾶς καὶ λύπας εἶναι τὰς ἐν ταῖς διμιλίαις γινομένας, τούτων δ' ὅσας μὲν αὐτῶ ἐστὶ μὴ καλὸν ἢ βλαβερὸν συνηδύνειν, δυσχερανεῖ, καὶ προαιρήσεται λυπεῖν. Κὰν τῶ ποιούντι δ' ἀσχημοσύνην φέρη, καὶ ταύτην μὴ μικράν, ἢ βλάβην, ἢ δ' ἐναντίωσις μικράν 10 λύπην, οὐκ ἀποδέξεται ἀλλὰ δυσχερανεῖ. (8) Διαφερόντως δ' ἐμιλήσει τοῖς ἐν ἀξιώμασι καὶ τοῖς τυχοῦσι, καὶ μᾶλλον ἢ ἥττον γνωρίζοις, ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας διαφοράς, ἐκάστοις ἀπονέμων τὸ πρέπον, καὶ καθ' αὐτὸ μὲν αἰρούμενος τὸ συνηδύνειν, λυπεῖν 15 δ' εὐλαβοῦμενος, τοῖς δ' ἀποβαίνουσιν, ἐὰν ἢ μείζω, συνεπόμενος, λέγω δὲ τῶ καλῶ καὶ τῶ συμφέροντι. Καὶ ἡδονῆς δ' ἕνεκα τῆς εἰσαυτοῖς μεγάλης μικρὰ λυπήσει. (9) Ὁ μὲν οὖν μέσος τοιοῦτός ἐστιν, οὐκ ὠνόμασται δέ, τοῦ δὲ συνηδύνοντος ὁ μὲν τοῦ ἡδῶς εἶναι στοχάζομενος μὴ δ' ἄλλο τι ἀρεσκός, ὁ δ' ὅπως ὠφέλειά 20 τις αὐτῶ γίγνηται εἰς χρήματα καὶ ὅσα διὰ χρημάτων, κόλαξ· ὁ δὲ πᾶσι δυσχεραίνων εἴρηται ὅτι δύσκολος καὶ δύσερις. Ἀντικείμενα δὲ φαίνεται τὰ ἄκρα ἑαυτοῖς διὰ τὸ ἀνώνυμον εἶναι τὸ μέσον.

CAP. VII. [XIII.]

25 Περὶ τὰ αὐτὰ δὲ σχεδὸν ἐστὶ καὶ ἡ τῆς ἀλαζονείας μεσότης· ἀνώνυμος δὲ καὶ αὐτή. Οὐ χεῖρον δὲ καὶ τὰς τοιαύτας ἐπελθεῖν· μᾶλλον τὸ γὰρ ἂν εἰδείημεν τὰ περὶ τοῦ ἥθους, καθ' ἕκαστον διεληθόντες, καὶ μεσότητος εἶναι τὰς ἀρετὰς πιστεύοισαμεν ἂν, ἐπὶ πάντων οὕτως ἔχον 30 συνιδόντες. Ἐν δὲ τῶ συζῆν οἱ μὲν πρὸς ἡδονὴν καὶ λύπην διμiloῦντες εἴρηται, περὶ δὲ τῶν ἀληθευόντων τε καὶ ψευδομένων εἰπωμεν ὁμοίως ἐν λόγῳ καὶ πράξεσι καὶ τῶ προσποιήματι. (2) Δοκεῖ δὲ ὁ μὲν ἀλαζῶν προσποιητικὸς τῶν ἐνόδων εἶναι καὶ μὴ ὑπαρχόντων 35 καὶ μειζῶν ἢ ὑπάρχει. (3) Ὁ δὲ εἴρων ἀνάπαλιν ἀρνεῖσθαι τὰ ὑπάρχοντα ἢ ἐλάττω ποιεῖν. (4) Ὁ δὲ μέσος αὐθέκαστός τις ἂν ἀληθευτικὸς καὶ τῶ βίῳ καὶ τῶ λόγῳ, τὰ ὑπάρχοντα ὁμολογῶν εἶναι περὶ αὐτόν, καὶ οὔτε μείζω οὔτε ἐλάττω. (5) Ἔστι δὲ τούτων ἕκαστα 40 καὶ ἕνεκά τινος ποιεῖν καὶ μηθενός. Ἐκαστος δ' οἷός ἐστι, τοιαῦτα λέγει καὶ πράττει καὶ οὕτω ζῆ, ἐὰν μὴ τινος ἕνεκα πράττη. (6) Καθ' αὐτὸ δὲ τὸ μὲν ψεῦδος φαῦλον καὶ ψεκτόν, τὸ δ' ἀληθές καλὸν καὶ ἐπαινετόν. Οὕτω δὲ καὶ ὁ μὲν ἀληθευτικὸς μέσος ὧν ἐπαινετός, οἱ 45 δὲ ψευδομένοι ἀμφοτέροι μὲν ψεκτοί, μᾶλλον δ' ὁ ἀλαζῶν. Περὶ ἑκατέρου δ' εἰπωμεν, πρότερον δὲ περὶ τοῦ ἀληθευτικοῦ. (7) Οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἐν ταῖς ὁμολογίαις ἀληθεύοντος λέγομεν, οὐδ' ὅσα εἰς ἀδικίαν ἢ δικαιοσύνην συντείνει (ἀλλῆς γὰρ ἂν εἴη ταῦτ' ἀρετῆς), ἀλλ' ἐν 50 οἷς μηθενός τοιοῦτου διαφέροντος καὶ ἐν λόγῳ καὶ ἐν βίῳ ἀληθεύει τῶν τῆν ἕξιν τοιοῦτος εἶναι. (8) Δόξει δ' ἂν ὁ τοιοῦτος ἐπεικῆς εἶναι. Ὁ γὰρ φιλαλήθης,

ARISTOTELES. II.

cuique conveniet; non enim æquo modo convenit homines consuetudine et familiaritate conjunctos atque alienos curare, neque rursus offendere. (6) Universe igitur jam dictum est, eum cum hominibus ita ut debet versaturum esse; ad honestum tamen et utile suas actiones referendo ita hoc sibi propositum habebit, ne quem offendat, aut, ut delectet potius. (7) Etsi enim in iis voluptatibus ac molestiis versari videtur, quæ in consuetudine vitæ inter homines capiuntur: si quando tamen non nisi cum turpitudine aut damno consulere alterius delectationi potest, delectare minime volet; sed tristitia potius afficiet alterum. Idemque faciet, si quid erit quod ei qui facit dedecori sit non parvo, aut damno; ipse autem adversando levi illum molestia afficiat, verum tum factum illud non probabit, sed moleste feret potius. (8) Aliter autem cum iis communicabit et loquetur, qui dignitate aliqua præditi sunt, aliter cum quilibuscumque hominibus, aliter cum notioribus, aliter cum minus notis; similiterque in aliis dissimilitudinibus suum cuique tribuet, quod decet. Ac delectationem quidem eorum per se sequetur, offensionem contra vitabit: ceterum ad ea quæ sunt eventura, si majora se sint, accommodabit, honestatem, inquam, et utilitatem; denique magnæ in posterum voluptatis causa leviter offendet. (9) Talis igitur ille medius est, proprio nomine carens. Obsequio porro indulgentium is qui nihil aliud sibi proponit quam ut sit jucundus, blandus et placendi studiosus appellatur: qui vero id hinc spectat, ut aliquam ex eo utilitatem capiat, vel in pecuniam, vel in res quæ pecunia parantur, assentator. At eum qui omnibus infensus est et indignatur, morosum, et in contendendo pugnacem diximus appellari. Pugnare autem idcirco inter se videntur extrema, quod medietati nomen impositum non est.

In iisdem autem fere gloriose quoque vanitatis medietas versatur. Atque hæc ipsa etiam nomine vacat. Non erit autem incommodum tales quoque habitus persequi. Nam et planius ea quæ ad mores pertinent, cognoscemus, singulis explicatis; et virtutes medietates esse magis erit nobis persuasum ac probatum, quum ita esse in omnibus perspexerimus. De iis igitur qui in convictu vitæque societate voluptatem et offensionem eorum quibuscum versantur spectant, est dictum. Nunc de iis qui veritatem colunt aut mentiuntur, idque verbis pariter ac factis et simulatione, paucis dicendum est. (2) Videtur igitur vane gloriosus res sibi gloriosas vindicare solere, quæ non insunt, quæque sunt iis quæ insunt majores: (3) dissimulatur contra vel ea quæ insunt, esse negare, vel minora fingere atque extenuare. (4) Medius vero ille aliquis est, qui de se ipso rebusque suis recte sentiens et verax item in oratione, ea quæ habet in se esse confiteatur, neque ea verbis augeat, neque extenuet. (5) Fit autem ut quis hæc singula et aliquid et nullius rei causa faciat. Qualis vero quisque est, talis ejus et actio et oratio est, talis denique et vita: nisi rei alicujus agat et loquatur gratia. (6) Per se autem mendacium quidem malum et vituperabile est, verum autem honestum et laudabile. Ita et verax quum sit medius, laudabilis est: at qui mentiuntur, ambo sunt illi quidem vituperandi, sed magis tamen arrogans. De utroque autem dicamus; ac primum de veraci. (7) Non enim de eo loquimur, qui in pactis conventis est verax, neque de eo qui in rebus quæ ad injustitiam justitiamve pertinent (alius enim hæc sunt virtutis), sed de eo qui, quibus in rebus nihil refert utrum sit ejusmodi necne, tum in oratione tum in vita, veritatem colit ac sequitur, eo ipso quod tali animi habitu sit præditus. (8) Talis autem qui est, vir bonus non immerito videri possit. Nam qui veritatem amat, veraque loquitur, quibus in rebus

καὶ ἐν οἷς μὴ διαφέρει ἀληθεύων, ἀληθεύσει καὶ ἐν οἷς διαφέρει ἔτι μᾶλλον· ὡς γὰρ αἰσχρὸν τὸ ψεῦδος εὐλαβήσεται, ὅ γε καὶ καθ' αὐτὸ ἠλασθεῖτο· ὁ δὲ τοιοῦτος ἐπαινετός. (9) Ἐπὶ τὸ ἔλαττον δὲ μᾶλλον τοῦ ἀληθοῦς ἀποκλίνει· ἐμμελέστερον γὰρ φαίνεται διὰ τὸ ἐπαχθεῖς τὰς ὑπερβολὰς εἶναι. (10) Ὁ δὲ μείζω τῶν ὑπαρχόντων προσποιούμενος μνηστὴρ ἐνεκα φαύλων μὲν ἔοικεν (οὐ γὰρ ἂν ἔλαττε τῶν ψεύδει), μάταιος δὲ φαίνεται μᾶλλον ἢ κακός. (11) Εἰ δ' ἐνεκά τινος, ὁ μὲν δόξης ἢ τιμῆς οὐ λίαν ψεκτός, ὡς ὁ ἀλαζών, ὁ δὲ ἀργυρίου, ἢ ὅσα εἰς ἀργύριον, ἀσχημονέστερος. (12) Οὐκ ἐν τῇ δυνάμει δ' ἐστὶν ὁ ἀλαζών, ἀλλ' ἐν τῇ προαιρέσει· κατὰ τὴν ἔξιν γὰρ καὶ τῶν τοιούτων εἶναι ἀλαζών ἐστίν, ὥσπερ καὶ ψεύστης ὁ μὲν τῷ ψεύδει αὐτῷ χαίρων, ὁ δὲ δόξης ὀρεγόμενος ἢ κέρδους. (13) Οἱ μὲν οὖν δόξης χάριν ἀλαζονεγόμενοι τὰ τοιαῦτα προσποιῶνται ἐφ' οἷς ἐπαινος ἢ εὐδαιμονισμός, οἱ δὲ κέρδους, ὧν καὶ ἀπόλαυσις ἐστὶ τοῖς πέλας καὶ ἀ διαλαθεῖν ἐστὶ μὴ ὄντα, οἷον μάντιν σοφὸν ἢ ἱατρὸν. Διὰ τοῦτο οἱ πλείστοι προσποιῶνται τὰ τοιαῦτα καὶ ἀλαζονεύονται· ἐστὶ γὰρ ἐν αὐτοῖς τὰ εἰρημένα. (14) Οἱ δ' εἰρωνες ἐπὶ τὸ ἔλαττον λέγοντες χαριέστεροι μὲν τὰ ἦθη φαίνονται· οὐ γὰρ κέρδους ἐνεκα δοκοῦσι λέγειν, ἀλλὰ φεύγοντες τὸ ὄγκηρον· μάλιστα δὲ καὶ οὗτοι τὰ ἐνδοξα ἀπαρνῶνται, οἷον καὶ Σωκράτης ἐποίει. (15) Οἱ δὲ καὶ τὰ μικρὰ καὶ τὰ φανερά προσποιούμενοι βαυκοπανοῦργοι λέγονται καὶ εὐκαταφρόνητοί εἰσιν. Καὶ ἐνίοτε ἀλαζονεῖα φαίνεται, οἷον ἡ τῶν Λακωνίων ἐσθῆς· καὶ γὰρ ἡ ὑπερβολὴ καὶ ἡ λίαν ἑλλειψὶς ἀλαζονικόν. (16) Οἱ δὲ μετρίως χρώμενοι τῇ εἰρωνείᾳ καὶ περὶ τὰ μὴ λίαν ἐμποδῶν καὶ φανερά εἰρωνευόμενοι χαριέντες φαίνονται. (17) Ἀντικεισθῆναι δ' ὁ ἀλαζών φαίνεται τῷ ἀληθευτικῷ· χεῖρων γάρ.

id facere nihil attinet, is multo magis in iis vere loquatur, in quibus magnopere refert. Mendacium enim ut rem turpem fugiet, quod jam etiam per se suapteque natura fugiebat. At talis vir laudabilis est. (9) Ad minus autem eo quod vere poterat, dicendum fere propensior est; concinnius enim hoc esse videtur, quoniam omne nimium grave et odiosum est. (10) Qui vero majora sibi quam quæ insunt tribuit nullius rei causa, est ille quidem improbo similis (aliter enim mendacio non delectaretur), verumtamen levis hominis potius ac nugatoris, quam mali instar habet. (11) Quodsi alicujus rei gratia illud faciat, is quidem qui gloriæ vel honoris causa facit, non est valde vituperandus, vel ut arrogans: at qui pecuniæ gratia aut aliarum rerum quæ pecuniæ loco sunt, multo est turpior. (12) Ceterum non facultate seu potestate, sed instituta vitæ ratione intelligitur arrogans. Ex habitu enim, et eo quia talis sit, arrogans est; quomodo et mendax. Alius enim mendacio ipso delectatur, alius vero gloriæ quæstusve causa sibi plus quam par est, arrogat. (13) Atque ii quidem qui cupiditate gloriæ incensis sibi plus æquo tribuunt, ea sibi vindicant, propter quæ homines vel laudari vel beati prædicari solent. Qui autem quæstus causa id faciunt, ea sibi sumunt, de quibus alii fructum percipiunt, et quæ in glorioso illo non inesse minime alii intelligant; verbi gratia, jactare se medicum esse aut vatem peritum. Atque hinc fit ut plurimi gloriosorum talia in se inesse simulent, et de talibus vane glorientur. In iis enim rebus insunt ea quæ a nobis sunt dicta. (14) Dissimulatores autem, qui omnia sua verbis elevant, moribus videntur illi quidem esse politoribus; non enim lucri causa ita loqui videntur, sed quod jactationem fugiant. Maxime autem etiam hi gloriosa omnia de se negant; quod faciebat et Socrates. (15) Qui vero res quum parvas tum insignes affectant, versuti seu delicati veteratores appellantur, suntque tales contemnendi. Atque adeo est ubi hoc vitium sit, qualis Lacedæmoniorum vestitus (nam sibi et nimium assumere, et admodum parum tribuere, pariter vanæ arrogantia est); (16) rursus, qui moderate utuntur dissimulatione, eaque dissimulant, quæ non admodum nota neque in promptu posita sunt, ii politii homines videntur. (17) Arrogans autem seu gloriosus vanus veraci videtur opponi: deterior enim est.

CAP. VIII. [XIV.]

Οὐσης δὲ καὶ ἀναπαύσεως ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἐν ταύτῃ διαγωγῆς μετὰ παιδείας, δοκεῖ καὶ ἐν ταῦθα εἶναι ὁμιλία τις ἐμμελής, καὶ ὅσα δεῖ λέγειν καὶ ὡς, ὁμοίως δὲ καὶ ἀκούειν. Διοίσει δὲ καὶ τὸ ἐν τοιοῦτοις λέγειν ἢ τοιοῦτων ἀκούειν. (1) Ἄλλο δ' ὡς καὶ περὶ ταῦτ' ἐστὶν ὑπερβολὴ τε καὶ ἑλλειψὶς τοῦ μέσου. (2) Οἱ μὲν οὖν τῶν γελοίων ὑπερβάλλοντες βωμολόχοι δοκοῦσιν εἶναι καὶ φορτικοί, γλιγόμενοι πάντως τοῦ γελοίου, καὶ μᾶλλον στοχαζόμενοι τοῦ γελοῦτα ποιῆσαι ἢ τοῦ λέγειν εὐσχημονα καὶ μὴ λυπεῖν τὸν σκωπτόμενον· οἱ δὲ μὴτ' αὐτοὶ ἂν εἰπόντες μὴθὲν γελοῖον τοῖς τε λέγουσι δυσχεραίνοντες ἄγριοι καὶ σκληροὶ δοκοῦσιν εἶναι. Οἱ δὲ ἐμμελῶς παίζοντες εὐτράπελοι προσαγορεύονται, οἷον εὐτροποὶ· τοῦ γὰρ ἦθους αἱ τοιαῦτα δοκοῦσι κινήσεις εἶναι· ὥσπερ δὲ τὰ σώματα ἐκ τῶν κινήσεων κρίνεται, οὕτω καὶ τὰ ἦθη. (3) Ἐπιπολάζοντες δὲ τοῦ γελοίου, καὶ τῶν πλείστον χαίρωντων τῇ παιδείᾳ καὶ τῷ σκώπτειν μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ οἱ βωμολόχοι εὐτράπελοι προσαγορεύονται ὡς χαριέντες. Ὅτι δὲ διαφέρουσι, καὶ οὐ

Sed quum sit in vita etiam requies, atque in hac ita degere soleant homines, ut ludo et joco vacent: hac quoque in parte videtur congressum ratio quædam esse certusque modus quum dicendi, qualia et quemadmodum dici debent, tum etiam audiendi: intereritque in ea ratione non parum, anne aliquis loqui inter tales, an item tales loquentes audire debeat. (2) Jam vero perspicuum est, in his quoque et nimium esse et parum, quorum utrumque abest a medio. (3) Atque ii quidem qui risu movendo ultra modum procedunt, scurræ videntur esse, et molesti homines, ridiculorum singulari cupiditate affecti, magisque sibi hunc scopum propositum habentes, ut risum moveant, quam ut honesta et decora loquantur, et ne ejus in quem salse dicunt, animum offendant. Qui autem nec ipsi quidquam ridicule ac salse dicunt, et iis qui dicunt, infensi sunt, agrestes et insulsi homines habentur. At qui concinne et lepide jocis utuntur, εὐτράπελοι, id est faceti et urbani nominantur: quasi εὐτροποὶ, id est flexibiles ac versatili ingenio præditi; videntur enim ista morum esse quidam quasi motus. Porro ut corpora ex motibus suis judicantur, ita et in moribus res habet. (4) Jam vero quum sales et ridicula frequententur, compluresque jocis et salse dictis magis quam par sit delectentur: fit ut scurræ faceti appellentur, tanquam humanitati politii: quum quidem differentia eorum non parva sit; quod ex supra dictis perspi-

μικρόν, ἐκ τῶν εἰρημένων δῆλον. (5) Τῆ μέση δ' ἔξει οἰκείον καὶ ἡ ἐπιδειξιότης ἐστίν· τοῦ δ' ἐπιδειξίου ἐστὶ τοιαῦτα λέγειν καὶ ἀκούειν ὅσα τῶ ἐπιεικεί καὶ ἐλευθερίου ἀρμόττει· ἐστὶ γὰρ τινα πρόποντα τῶ τοιοῦτῳ λέγειν ἐν παιδιᾷς μέρει καὶ ἀκούειν, καὶ ἡ τοῦ ἐλευθερίου παιδιὰ διαφέρει τῆς τοῦ ἀνδραποδώδους, καὶ αὐτοῦ τοῦ πεπαιδευμένου καὶ ἀπαιδέυτου. (6) Ἴδοι δ' ἂν τις καὶ ἐκ τῶν κωμωδιῶν τῶν παλαιῶν καὶ τῶν καινῶν· τοῖς μὲν γὰρ ἦν γελοῖον ἢ αἰσχρολογία, τοῖς δὲ μᾶλλον ἡ ὑπόνοια· διαφέρει δ' οὐ μικρὸν ταῦτα πρὸς εὐσημοσύνην. (7) Πότερον οὖν τὸν εὖ σκώπτοντα ὀριστεῖον τῶ λέγειν ἢ πρέπει ἐλευθερίῳ, ἢ τῶ μὴ λυπεῖν τὸν ἀκούοντα, ἢ καὶ τέρπειν; ἢ καὶ τὸ γε τοιοῦτον ἀρίστον; ἄλλο γὰρ ἄλλῳ μισθόν τε καὶ ἡδύ. (8) Τοιαῦτα δὲ καὶ ἀκούσεται· ἢ γὰρ ὑπομένει ἀκούων, ταῦτα καὶ ποιεῖν δοκεῖ. (9) Οὐ δὲ πᾶν ποιήσει· τὸ γὰρ σκῶμμα λοιδορημὰ τί ἐστίν, οἱ δὲ νομοθεταὶ ἐνια λοιδορεῖν κωλύουσιν· ἔδει δ' ἴσως καὶ σκώπτειν. (10) Ὅ δὲ χαίρει καὶ ἐλευθέρως οὕτως ἔξει, ὅσον νόμος ὦν ἑαυτῶ. Τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ μέσος ἐστίν, εἴ· ἐπιδειξίος εἴτ' εὐτράπελος λέγεται. Ὅ δὲ βωμολόχος ἦττων ἐστὶ τοῦ γελοίου, καὶ οὔτε ἑαυτοῦ οὔτε τῶν ἄλλων ἀπερόμενος, εἰ γέλῳτα ποιήσει, καὶ τοιαῦτα λέγων ὦν οὐθὲν ἂν εἴποι ὁ χαίρει, ἐνια δ' οὐδ' ἂν ἀκούσαι. Ὅ δ' ἄγριος εἰς τὰς τοιαύτας ὀμιλίας ἀχρεῖος· οὐθὲν γὰρ συμβαλλόμενος πᾶσι δυσχεραίνει. (11) Δοκεῖ δὲ ἡ ἀνάπαυσις καὶ ἡ παιδιὰ ἐν τῶ βίῳ εἶναι ἀνγκαίων. (12) Τρεῖς οὖν αἱ εἰρημέναι ἐν τῶ βίῳ μεσόττες, εἰσὶ δὲ πᾶσαι περὶ λόγων τινῶν καὶ πράξεων κοινονίαν. Διαφέρουσι δ' ὅτι ἡ μὲν περὶ ἀληθείαν ἐστίν, αἱ δὲ περὶ τὸ ἡδύ. Τῶν δὲ περὶ τὴν ἡδονὴν ἡ μὲν ἐν ταῖς παιδιαις, ἡ δ' ἐν ταῖς κατὰ τὸν ἄλλον βίον ὀμιλίας.

CAP. IX. [XV.]

Περὶ δὲ αἰδοῦς ὡς τινος ἀρετῆς οὐ προσήκει λέγειν· πάθει γὰρ μᾶλλον εἰσιν ἢ ἔξει. Ὅρίζεται γοῦν φόβος τις ἀδοξίας, (2) ἀποτελεῖται δὲ τῶ περὶ τὰ δεινὰ φόβῳ παραπλήσιον· ἐρυθραίνονται γὰρ οἱ αἰσχυρόμενοι, οἱ δὲ τὸν θάνατον φοβούμενοι ὠχρίων. Σωματικὰ δὲ φαίνεται πως εἶναι ἀμφοτέρα, ὅπερ δοκεῖ πάθους μᾶλλον ἢ ἔξεως εἶναι. (3) Οὐ πάση δ' ἡλικίᾳ τὸ πάθος ἀρμόζει, ἀλλὰ τῆ νέᾳ· οἰόμεθα γὰρ δεῖν τοὺς τηλικούτους αἰδήμονας εἶναι διὰ τὸ πάθει ζῶντας πολλὰ ἀμαρτάνειν, ὑπὸ τῆς αἰδοῦς δὲ κωλύεσθαι. Καὶ ἐπαινοῦμεν τῶν μὲν νέων τοὺς αἰδήμονας, πρεσβύτερον δ' οὐδεὶς ἂν ἐπαινέσειεν ὅτι αἰσχυνητός· οὐθὲν γὰρ οἰόμεθα δεῖν αὐτὸν πράττειν ἐφ' ὅς ἐστὶν αἰσχυνη. (4) Οὐδὲ γὰρ ἐπιεικούς ἐστὶν ἡ αἰσχυνη, εἴπερ γίνεταί ἐπὶ τοῖς φαύλοις· οὐ γὰρ πρακτέον τὰ τοιαῦτα. (5) Εἰ δ' ἐστὶ τὰ μὲν κατ' ἀλήθειαν αἰσχυρὰ τὰ δὲ κατὰ δόξαν, οὐθὲν διαφέρει· οὐδέτερα γὰρ πρακτέα, ὥστ' οὐκ αἰσχυντέον. (6) Φαύλου δὲ καὶ τὸ εἶναι τοιοῦτον ὅσον πράττειν τι τῶν αἰσχυρῶν. Τὸ δ' οὕτως ἔχειν ὥστ' εἰ πράξειε τι τῶν τοιοῦτων αἰσχυνεσθαι, καὶ διὰ τοῦτ' ὀλεσθαι ἐπιεικῆ

cum est. (5) Ad medietatis autem habitum in hoc genere etiam ea quæ dexteritas appellatur, accommodata est. Dexteriporro hominis est, ea et dicere et audire, quæ viro bono ac libero conveniunt. Sunt enim quædam quæ valere virum joco deceat et dicere et audire. Atque inter ingenue dignum et servilem jocum multum interest, interque eruditi jocum et ineruditi. (6) Quod quidem ex veteribus et novis comædiis cuivis intelligere licet: illis enim ridicula res erat obscenitas, his scita sententia potius. Inter hæc autem ad honestatem et elegantiam multum interest. (7) Utrum igitur is, qui bene in alterum dicta salsa jacit, ex eo definiendus est, quod ea dicat quæ liberum decent? an, quod eum qui audit, non offendat, aut etiam delectet? an vero hoc tale indefinitum est? nam et odiosæ res et jucundæ aliæ sunt aliis: (8) eæque tales ipsis sunt etiam auditu. Nam quæ quisque libenter audit, hæc facere quoque putatur. (9) Non ergo quidvis faciet urbanus jocator. Cavillatio enim seu salse dictum, genus quoddam est convicii. At scriptores legum quædam convicia vetant fieri; eratque fortasse æquum, cavillationum quoque et salse dictorum aliqua vetari. (10) Homo igitur politus et ingenuus sic erit affectus, quippe qui ipse sibi lex sit. Ac medius quidem talis est, sive dexter, sive facetus et urbanus appellandus est. Scurra autem ridiculo moderari non potest, quum nec sibi nec aliis parcat, dummodo risum moveat: quum talia denique dicat, quæ humanitate politus homo nunquam diceret, nonnulla autem etiam vel aures ejus respicerent. Agrestis autem ille et insulsus ad tales congressiones prorsus ineptus est. Nam quum ipse nihil ad eas opera conferat, tum omnibus offenditur. (11) Videntur autem ad hominum vitam requies et jocus esse necessaria. (12) Tres igitur sunt illæ, quas diximus, in vita medietates: quæ omnes in quorundam sermonum et actionum communicatione versantur. Differunt autem eo, quod una in veritate, reliquæ duæ in jucunditate positæ sunt. Atque harum quæ ad jucunditatem pertinent, altera in joci, altera in congressionibus reliquæque vitæ communitatibus vertitur.

De verecundia autem non convenit ita agi, quasi virtus sit aliqua. Perturbationi enim quam habitui similior est. Itaque definitur illa quidem infamiae metus quidam: (2) existit autem similiter atque metus rerum atrocium. Erubescunt enim ii qui pudore afficiuntur: pallescent autem, qui mortem extimescunt. Apparet igitur, utrumque quodammodo ad corpus pertinere. Quod quidem perturbationis potius quam habitus proprium videtur esse. (3) Non omni porro ætati, sed primæ modo hæc perturbatio convenit. Qui enim hac ætate sunt, pudentes et verecundos putamus esse oportere, eo quod eorum vita assidue perturbationibus agitur et multa peccet, a quibus pudore revocantur. Adolescentes itaque laudamus eos qui sunt pudentes: seniore vero ex eo quod facile ipsum pudeat, nemo laudaverit. Nihil enim hunc agere oportere arbitramur eorum propter quæ pudor existere solet. (4) Nam nec viri boni est pudor, si quidem ex rebus malis nascitur: quæ res ne agendæ quidem scilicet sunt. (5) Quod autem alia sunt re turpia, alia opinione, id nihil ad rem. Neutra enim sunt agenda. Ergo pudori locus nullus; (6) atque est illud quoque improbi hominis, ita comparatum esse, ut turpe aliquid suscipere possit. Sed ita animatum esse, ut, si quid tale admiseris, pudere te velis facti atque ob hanc causam bonus vir haberi, absurdum est. Eorum enim quæ sponle

εἶναι, ἄτοπον· ἐπὶ τοῖς ἐκουσίοις γὰρ ἡ αἰδώς, ἐκὼν δὲ ὁ ἐπεικὴς οὐδέποτε πράξει τὰ φαῦλα. (7) Εἴη δ' ἂν ἡ αἰδώς ἐξ ὑποθέσεως ἐπεικὴς· εἰ γὰρ πράξει, αἰσχύνουσι τὸν οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο περὶ τὰς ἀρετάς. Εἰ δ' ἡ ἀναί-
 5 σχυντία φαῦλον καὶ τὸ μὴ αἰδεῖσθαι τὰ αἰσχροῦ πράττειν, οὐθὲν μᾶλλον τὸ τοιαῦτα πράττοντα αἰσχύνεσθαι ἐπεικὴς. (8) Οὐκ ἔστι δ' οὐδ' ἡ ἐγκράτεια ἀρετὴ, ἀλλὰ τις μικτὴ· δευχθήσεται δὲ περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς ὑστερον. Νῦν δὲ περὶ δικαιοσύνης εἰπομεν.

nostra agimus, nos pudet : at vir bonus nunquam quidquam mali sponte sua admittet. (7) Neque aliter quam ex conditione pudor potest bonum videri. Nam si quid turpe admittat quis, tum etiam pudore afficiatur. Sed hujusmodi non est ratio virtutis. Neque vero, si vitiosum est impudentem esse et minime vereri suscipere turpia; idcirco turpia agentem pudore affici honestum erit. (8) Jam vero ne continentia quidem virtus est, sed quiddam virtutis habet admistum : de qua posterius dicemus. Nunc autem de justitia disseramus.

LIBER V.

CAP. I.

10 Περὶ δὲ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας σκεπτέον, περὶ ποίας τε τυγχάνουσιν οὔσαι πράξεις, καὶ ποία μεσότης ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη, καὶ τὸ δίκαιον τίνον μέσον. (2) Ἡ δὲ σκέψις ἡμῖν ἔστω κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον τοῖς προειρημένοις. (3) Ὅρωμεν δὲ πάντας τὴν τοιαύτην ἔξιν
 15 βουλομένους λέγειν δικαιοσύνην, ἀφ' ἧς πρακτικοὶ τῶν δικαίων εἰσὶ καὶ ἀφ' ἧς δικαιοπραγοῦσι καὶ βούλονται τὰ δίκαια· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ περὶ ἀδικίας, ἀφ' ἧς ἀδικοῦσι καὶ βούλονται τὰ ἀδίκαια. Διὸ καὶ ἡμῖν πρῶτον ὡς ἐν τύπῳ ὑποκεισθω ταῦτα. (4) Οὐδὲ γὰρ
 20 τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον ἐπὶ τε τῶν ἐπιστημῶν καὶ δυνάμεων καὶ ἐπὶ τῶν ἕξεων. Δύναμις μὲν γὰρ καὶ ἐπιστήμη δοκεῖ τῶν ἐναντίων ἡ αὐτὴ εἶναι, ἔξις δ' ἡ ἐναντία τῶν ἐναντίων οὐ, ὅσον ἀπὸ τῆς ὑγιείας οὐ πράττεται τὰ ἐναντία, ἀλλὰ τὰ ὑγιεινὰ μόνον· λέγομεν γὰρ ὑγιεινῶς βαδίζ-
 25 ζειν, ὅταν βαδίζῃ ὡς ἂν ὁ ὑγιαίνων. (5) Πολλάκις μὲν οὖν γνωρίζεται ἡ ἐναντία ἔξις ἀπὸ τῆς ἐναντίας, πολλάκις δὲ αἱ ἔξεις ἀπὸ τῶν ὑποκειμένων· ἕαν τε γὰρ ἡ εὐεξία ἦ φανερά, καὶ ἡ καχεξία φανερά γίνεται, καὶ ἐκ τῶν εὐεκτικῶν ἡ εὐεξία καὶ ἐκ ταύτης τὰ εὐεκτικά. Εἰ γάρ
 30 ἐστὶν ἡ εὐεξία πυκνότης σαρκός, ἀνάγκη καὶ τὴν καχεξίαν εἶναι μανότητα σαρκός, καὶ τὸ εὐεκτικὸν τὸ ποιητικὸν πυκνότητος ἐν σαρκί. (6) Ἀκολουθεῖ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἕαν θάτερα πλεοναχῶς λέγηται, καὶ θάτερα πλεοναχῶς λέγεσθαι, ὅσον εἰ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ ἀδίκον.
 35 [II.] (7) Ἐοικε δὲ πλεοναχῶς λέγεσθαι ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀδικία, ἀλλὰ διὰ τὸ σύνεγγος εἶναι τὴν ἁμωυμίαν αὐτῶν λαμβάνει καὶ οὐχ ὥσπερ ἐπὶ τῶν πόρρω δῆλη μᾶλλον· ἡ γὰρ διαφορά πολλὴ ἢ κατὰ τὴν ἰδέαν, ὅσον εἰ καλεῖται κλεις ἁμωυμῶς ἢ τε ὑπὸ τὸν ἀγένηα
 40 τῶν ζώων καὶ ἢ τὰς θύρας κλείουσι. (8) Εἰλήφθω δὲ ὁ ἀδίκος ποσαχῶς λέγεται. Δοκεῖ δὲ ὁ πλεονέκτης καὶ ὁ ἄνισος, ὥστε δῆλον εἶναι καὶ ὁ δίκαιος εἶναι ὁ νόμιμος καὶ ὁ ἴσος. Τὸ μὲν δίκαιον ἄρα τὸ νόμιμον καὶ τὸ ἴσον, τὸ δ' ἀδίκον
 45 τὸ παράνομον καὶ τὸ ἄνισον. (9) Ἐπεὶ δὲ καὶ πλεονέκτης ὁ ἀδίκος, περὶ τὰ γὰθὰ ἔσται, οὐ πάντα, ἀλλὰ περὶ ὅσα εὐτυχία καὶ ἀτυχία, ἃ ἐστὶ μὲν ἀπλῶς αἰετὰ γὰθὰ, τινὲ δ' οὐκ αἰετὰ. Οἱ δ' ἀνθρώποι ταῦτα εὐχονται καὶ δῶκουσιν· δεῖ δ' οὐ, ἀλλ' εὐχεσθαι μὲν τὰ

De justitia autem et injustitia hoc videndum est, quibus in actionibus versentur : quænam mediæ sit justitia, quarum denique rerum medium sit jus. (2) Quibus exquirendis eadem atque in superioribus ratione utamur. (3) Videmus igitur, eum animi habitum, quo ad res justas gerendas homines efficiuntur idonei, quoque res justas agunt et volunt, ab omnibus justitiam intelligi et appellari solere : eodemque modo injustitiam habitum eum, quo et injuriam faciunt et res injustas volunt. Itaque nobis quoque, hæc ut in rudi adumbratione, primum sint posita. (4) Neque enim eodem modo se res habet in scientiis et facultatibus sive potestatibus, ut in habitibus. Facultas enim seu potestas et scientia eadem contrariorum videtur esse : habitus autem contrariorum ipsis rerum habitus minime sunt; verbi gratia, a bona valetudine non proficiuntur contraria, sed bonæ valetudinis propria dumtaxat. Dicimus enim, aliquem valenter ambulare, quum ita ambulat ut is qui bene valet. (5) Sane quidem sæpenumero e contrario habitu habitus intelligitur contrarius : sæpe vero etiam ex rebus habitui subjectis habitus ipse. Nam si bona corporis habitudo nota sit, nota erit etiam mala; et cognitio iis quæ firmam corporis constitutionem efficiunt, firma quoque corporis constitutio erit cognita : et rursus ex hæc ipsa ea quæ bonam corporis habitudinem efficiunt. Si enim bona corporis habitudo soliditas carnis est, necesse est malam corporis habitudinem carnis raritatem esse; et quod vim habet efficientem firmæ constitutionis corporis, id ad carnis soliditatem gignendam necessario valet. (6) Plerumque autem sequitur ut, si altera pluribus modis dicantur, alterorum quoque multi sint significandi modi; verbi gratia, si multæ sint significationes justitiae, multæ etiam erunt injustitiae. [II.] (7) Multis autem modis justitia et injustitia dici videntur : sed quia valde est propinqua earum homonymia, idcirco obscurior illa est, neque ita, ut in iis quæ longe inter se distant, apparet. Magna enim differentia ea est quæ ex specie est; ut clavis apud Græcos uno et communi nomine appellatur ea quæ cervicibus animalium subest, et ea qua ostia claudunt. (8) Hoc igitur sumptum esto, quot modis homo injustus dicatur. Videtur vero homo injustus esse et is qui contra legem agit, et is qui sibi plus vindicat quam par sit, et qui inæqualis est. Ex quo perspicuum est, justum quoque futurum et eum qui legibus pareat, et eum qui æquus, et qui æqualis sit. Jus igitur erit tum id quod legitimum appellant, tum id quod æquum est : et contra, injustum tum id quo contra legem committitur, tum id quod iniquum est. (9) Quia vero ex injustis alter plus justo habendi cupidus est, circa bona ille versatur, non quælibet, sed circa illa dumtaxat, de quibus prospera fortuna aut adversa usurpatur; quæ sunt absolute quidem illa semper bona; sed huic vel illi non semper : et vero hæc homines optant et persequuntur, quum minime ita fieri oporteat : verum optandum quidem sit unicuique, ut, quæ sunt sim-

ἀπλῶς ἀγαθὰ καὶ αὐτοῖς ἀγαθὰ εἶναι, αἰρεῖσθαι δὲ τὰ αὐτοῖς ἀγαθὰ. (10) Ὁ δ' ἀδίκος οὐκ αἰεὶ τὸ πλέον αἰρεῖται, ἀλλὰ καὶ τὸ ἕλαττον ἐπὶ τῶν ἀπλῶς κακῶν· ἀλλ' ὅτι δοκεῖ καὶ τὸ μείον κακὸν ἀγαθὸν πως εἶναι, τοῦ δ' ἀγαθοῦ ἐστὶν ἡ πλεονεξία, διὰ τοῦτο δοκεῖ πλεονέκτης εἶναι. (11) Ἔστι δ' ἀνίσος· τοῦτο γὰρ περιέχει καὶ κοινόν. [III.] (12) Ἐπεὶ δ' ὁ παράνομος ἀδίκος ἦν, ὁ δὲ νόμιμος δίκαιος, δῆλον ὅτι πάντα τὰ νόμιμά ἐστὶ πως δίκαια· τὰ τε γὰρ ὠρισμένα ὑπὸ τῆς νομοθετικῆς νόμιμά ἐστι, καὶ ἕκαστον τούτων δίκαιον εἶναι φαμέν. (13) Οἱ δὲ νόμοι ἀγορεύουσι περὶ πάντων, στοχαζόμενοι ἢ τοῦ κοινῆ συμφέροντος πᾶσιν ἢ τοῖς ἀρίστοις ἢ τοῖς κυρίοις, κατ' ἀρετὴν ἢ κατ' ἄλλον τινὰ τρόπον τοιοῦτον ὥστε ἓνα μὲν τρόπον δίκαια λέγομεν τὰ ποιητικά καὶ φυλακτικά τῆς εὐδαιμονίας καὶ τῶν μορίων αὐτῆς τῆ πολιτικῆ κοινωνία. (14) Προστάττει δ' ὁ νόμος καὶ τὰ τοῦ ἀνδρείου ἔργα ποιεῖν, οἷον μὴ λείπειν τὴν τάξιν μηδὲ φεύγειν μηδὲ ῥίπτειν τὰ ὅπλα, καὶ τὰ τοῦ σώφρονος, οἷον μὴ μοιχεύειν μηδ' ὑβρίζειν, καὶ τὰ τοῦ πράου, οἷον μὴ τύπτειν μηδὲ κακηγορεῖν, ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας ἀρετὰς καὶ μοχθηρίας τὰ μὲν κελεύων τὰ δ' ἀπαγορεύων, ὁρθῶς μὲν ὁ κείμενος ὁρθῶς, χειρῶν δ' ὁ ἀπεσχιδασμένος. (15) Αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη ἀρετὴ μὲν ἐστὶ τελεία, ἀλλ' οὐκ ἀπλῶς ἀλλὰ πρὸς ἕτερον. Καὶ διὰ τοῦτο πολλὰκις κρατίστη τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ· ἡ δικαιοσύνη, καὶ οὐθ' ἔσπερος οὐθ' ἑῷς οὕτω θαυμαστός· καὶ παρομιαζόμενοι φαμεν « ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήδων πᾶσ' ἀρετῆ ἐνι. » Καὶ τελεία μάλιστα ἀρετὴ, ὅτι τῆς τελείας ἀρετῆς χρῆσις ἐστίν. (16) Τελεία δ' ἐστίν, ὅτι ὁ ἔχων αὐτὴν καὶ πρὸς ἕτερον δύναται τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι, ἀλλ' οὐ μόνον καθ' αὐτόν· πολλοὶ γὰρ ἐν μὲν τοῖς οικείοις τῇ ἀρετῇ δύναται χρῆσθαι, ἐν δὲ τοῖς πρὸς ἕτερον ἀδυνατοῦσιν. (17) Καὶ διὰ τοῦτο εὖ δοκεῖ ἔχειν τὸ τοῦ Βίαντος, ὅτι ἀρχὴ ἀνδρα δείξει· πρὸς ἕτερον γὰρ καὶ ἐν κοινωνίᾳ ἦδη ὁ ἀρχων. (18) Διὰ δὲ τὸ αὐτὸ τοῦτο καὶ ἀλλότριον ἀγαθὸν δοκεῖ εἶναι ἡ δικαιοσύνη μόνη τῶν ἀρετῶν, ὅτι πρὸς ἕτερόν ἐστιν· ἄλλω γὰρ τὰ συμφέροντα πράττει, ἢ ἀρχοντι ἢ κοινωνίᾳ. (19) Κἀκίστος μὲν οὖν ὁ καὶ πρὸς αὐτὸν καὶ πρὸς τοὺς φίλους χρώμενος τῇ μοχθηρίᾳ, ἀριστος δ' οὐχ ὁ πρὸς αὐτὸν τῇ ἀρετῇ ἀλλὰ πρὸς ἕτερον· τοῦτο γὰρ ἔργον χαλεπόν. (20) Αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη οὐ μέρος ἀρετῆς ἀλλ' ὅλη ἀρετὴ ἐστίν, οὐδ' ἡ ἐναντία ἀδικία μέρος κακίας ἀλλ' ὅλη κακία. (21) Τί δὲ διαφέρει ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ δικαιοσύνη αὕτη, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων· ἐστὶ μὲν γὰρ ἡ αὕτη, τὸ δ' εἶναι οὐ τὸ αὐτό, ἀλλ' ἢ μὲν πρὸς ἕτερον, δικαιοσύνη, ἢ δὲ τοιάδε ἕξις, ἀπλῶς ἀρετῆ.

pliciter bona, ea ipsi quoque bona sint, eligenda autem, quæ sint ipsi bona. (10) Sane vero injustus iste non semper fertur in id quod plus est : verum etiam nonnunquam in illud quod minus, in iis nimirum quæ absolute sunt mala ; ubi tamen istud hac ratione ei contingit, quia videtur etiam minus malum quodammodo bonum esse, quumque plus justo possidendi cupido bonum sequatur, videtur etiam hoc respectu ea affectus esse. (11) Est autem idem inæqualis sive iniquus. Hoc enim includit alterum, et est commune. [III.] (12) Quoniam autem eum qui contra leges agit, unum esse diximus eorum qui injusto comprehenduntur, illum vero qui leges servat, justum : perspicuum est, ea omnia quæ legitima sunt, quodammodo esse justa. Nam quum ea quæ a scientia legum ferendarum definita sunt, sunt legitima, tum unumquodque horum jus esse dicimus. (13) Leges porro omnibus de rebus ita loquuntur, ut vel communem omnium utilitatem spectent, vel optimorum, vel eorum penes quos summa rerum est potestas : idque vel secundum virtutem vel secundum aliquem alium modum talem. Quocirca uno modo jura appellamus ea quæ vitam beatam ejusque partes civili societate conciliare et conservare possunt. (14) Atque lex sane et viri fortis muneribus fungi jubet, verbi gratia, locum atque ordinem in acie tenere neque fugere neque arma abjicere : et temperantis, ut, non adulterari neque vitium afferre : et lenis ac mansueti, ut, neminem verberare, nemini maledicere. Itemque in ceteris virtutibus ac vitiiis, partim jubendo, partim vetando ; recte quidem ea lex quæ recte, perperam autem ea quæ inconsiderate lata est. (15) Hæc igitur justitia virtus est illa quidem perfecta ; sed non tamen absolute virtus, verum uti foras progreditur ; ex quorum posteriore fit sæpe ut omnium præstantissima virtutum videatur esse justitia, ac nec Hesperus nec Lucifer tanta est admiratione dignus ; solemusque proverbii vice referre illud : « Justitia una alias virtutes continet omnes ; » et perfecta maxime virtus, nimirum perfecta virtutis usus. Illud autem, quod perfecta virtus hæc est, inde est, quia, qui ea præditus est, etiam erga alios, non secum solum virtutem colere potest. Multi enim in suis quidem rebus virtute uti possunt ; in iis autem, quas habent cum altero, non possunt. (16) Quocirca præclare illud Biantis videtur esse dictum : « Magistratus virum declarabit. » Nam qui magistratum gerit, is jam cum altero rationem habet et in communione vitæ versatur. (17) Atque ob hanc eandem causam sola ex omnibus virtutibus justitia alienum videtur esse bonum, quia ad alterum pertinet. Aliorum enim utilitati consultit, nempe aut principis, aut civium. (18) Deterrimus igitur sane ille habendus est, qui improbitate et adversus se ipsum utitur, et adversus amicos : optimus tamen, non qui secum et sibi, sed qui cum aliis et erga alios virtutem colit. Hoc enim opus, hic labor est. (19) Ergo justitia hæc non virtutis pars est, sed virtus universa : neque contraria ipsi injustitia pars vitii est, sed vitium integrum atque universum. (20) Quid porro intersit inter virtutem et hanc justitiam, ex iis quæ diximus perspicuum est. Est enim eadem illa quidem, sed ejus essentia non est eadem ; verum quia cum altero rationem habet, justitia est ; quia talis quidam habitus, absolute virtus est.

CAP. II. [IV.]

Ζητούμεν δέ γε τὴν ἐν μέρει ἀρετῆς δικαιοσύνην· ἔστι γάρ τις, ὡς φαιμέν. Ὅμοιος δὲ καὶ περὶ ἀδικίας τῆς κατὰ μέρος. (2) Σημεῖον δ' ἔστι· κατὰ μὲν γὰρ τὰς ἄλλας μοχθηρίας ὁ ἐνεργῶν ἀδικεῖ μὲν, πλεονεκτεῖ δ' οὐδέν, ὅσον ὁ βίβλας τὴν ἀσπίδα διὰ δειλίαν ἢ κακῶς εἰπὼν διὰ χαλεπότητα ἢ οὐ βοηθήσας χρήμασι δι' ἀνελευθερίαν· ὅταν δὲ πλεονεκτῇ, πολλακίς κατ' οὐδεμίαν τῶν τοιούτων, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ πάσας, κατὰ πονηρίαν δέ γε τινὰ (ψέγομεν γὰρ) καὶ κατ' ἀδικίαν. (3) Ἔστιν ἄρα γε ἄλλη τις ἀδικία ὡς μέρος τῆς ὅλης, καὶ ἀδικόν τι ἐν μέρει τοῦ ὅλου ἀδικίου τοῦ παρὰ τὸν νόμον. (4) Ἔτι εἰ ὁ μὲν τοῦ κερδαίνειν ἕνεκα μοιχεύει καὶ προσλαμβάνων, ὁ δὲ προστιθεὶς καὶ ζημιούμενος δι' ἐπιθυμίαν, οὗτος μὲν ἀκόλαστος δόξειεν ἂν εἶναι μᾶλλον ἢ πλεονέκτης, ἐκείνος δ' ἀδικός, ἀκόλαστος δ' οὐ· ὅτλον ἄρα ὅτι διὰ τὸ κερδαίνειν. (5) Ἔτι περὶ μὲν ἄλλα πάντα ἀδικήματα γίνεται ἡ ἐπιαναφορά ἐπὶ τινὰ μοχθηρίαν αἰεὶ, ὅσον εἰ ἐμοίχευσεν, ἐπ' ἀκολασίαν, εἰ ἐγκατέλιπε τὸν παραστάτην, ἐπὶ δειλίαν, εἰ ἐπάταξεν, ἐπ' ὀργήν· εἰ δ' ἐκέρθανεν, ἐπ' οὐδεμίαν μοχθηρίαν ἀλλ' ἢ ἐπ' ἀδικίαν. (6) Ὅστε φανερόν ὅτι ἔστι τις ἀδικία παρὰ τὴν ὅλην ἄλλη ἐν μέρει συνώνυμος, ὅτι ὁ δρισμὸς ἐν τῷ αὐτῷ γένοι· ἄμφω γὰρ ἐν τῷ πρὸς ἕτερον ἔχουσι τὴν δύναμιν, ἀλλ' ἡ μὲν περὶ τιμὴν ἢ χρήματα ἢ σωτηρίαν, ἢ εἰ τινὶ ἔχοιμεν ἐνὶ ὀνόματι περιλαβεῖν ταῦτα πάντα, καὶ δι' ἡδονὴν τὴν ἀπὸ τοῦ κέρδους, ἢ δὲ περὶ ἅπαντα περὶ ὅσα ὁ σπουδαῖος.

[V.] 7. Ὅτι μὲν οὖν εἰσι δικαιοσύνη πλείους, καὶ ὅτι ἔστι τις καὶ ἕτερα παρὰ τὴν ὅλην ἀρετήν, ὅτλον· τίς δὲ καὶ ὅποια τις, ληπτέον. (8) Διῶρισταὶ δὴ τὸ ἀδικόν τὸ τε παράνομον καὶ τὸ ἄνισον, τὸ δὲ δίκαιον τὸ τε νόμιμον καὶ τὸ ἴσον. Κατὰ μὲν οὖν τὸ παράνομον ἢ πρότερον εἰρημένη ἀδικία ἔστιν. (9) Ἐπει δὲ τὸ ἄνισον καὶ τὸ πλεόν οὐ ταυτὸν ἀλλ' ἕτερον ὡς μέρος πρὸς ὅλον (τὸ μὲν γὰρ πλεόν ἅπαν ἄνισον, τὸ δ' ἄνισον οὐ πᾶν πλεόν), καὶ τὸ ἀδικόν καὶ ἡ ἀδικία οὐ ταυτὰ ἀλλ' ἕτερα ἐκείνων, τὰ μὲν ὡς μέρος τὰ δ' ὡς ὅλα· μέρος γὰρ αὕτη ἡ ἀδικία τῆς ὅλης ἀδικίας, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ δικαιοσύνη τῆς δικαιοσύνης. Ὅστε καὶ περὶ τῆς ἐν μέρει δικαιοσύνης καὶ περὶ τῆς ἐν μέρει ἀδικίας λεκτέον, καὶ τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀδικίου ὡσαύτως. (10) Ἡ μὲν οὖν κατὰ τὴν ὅλην ἀρετὴν τεταγμένη δικαιοσύνη καὶ ἀδικία, ἡ μὲν τῆς ὅλης ἀρετῆς οὕσα χρῆσις πρὸς ἄλλον, ἡ δὲ τῆς κακίας, ἀφαισθῶ. Καὶ τὸ δίκαιον δὲ καὶ τὸ ἀδικόν τὸ κατὰ ταύτας φανερόν ὡς διοριστέον· σχεδὸν γὰρ τὰ πολλὰ τῶν νομίμων τὰ ἀπὸ τῆς ὅλης ἀρετῆς πραττόμενά ἐστιν· καθ' ἑκάστην γὰρ ἀρετὴν προστάττει ζῆν καὶ καθ' ἑκάστην μοχθηρίαν κωλύει ὁ νόμος. (11) Τὰ δὲ ποιητικὰ τῆς ὅλης ἀρετῆς ἔστι τῶν νομίμων ὅσα νομοθετῆται περὶ παιδείαν τὴν πρὸς τὸ κοινόν. Περὶ δὲ τῆς καθ' ἑκάστον παιδείας, καθ' ἡν ἀπλῶς ἀνήρ ἀγαθός ἐστι, πότερον τῆς πολιτικῆς ἔστιν

Justitiam autem quaerimus eam quae pars virtutis est; est enim aliqua, ut dicimus: itemque injustitiam eam quae in partibus vitii numeratur. (2) Aliquam porro esse hujusmodi argumento est quod, qui agit aliquid eorum quae ad cetera vitia pertinent, facit ille quidem injuste, sibi tamen non plus justo boni dicitur sumere; verbi gratia, qui clypeum abiecit propter ignaviam, aut qui maledixit alteri ira incensus, aut qui pecunia non est aliquid opitulatus propter illiberalitatem; quum autem sibi plus justo boni sumit, saepe nullo tali vitio peccat. Atqui non etiam omnibus tum peccat: et peccat tamen per improbitatem aliquam et injustitiam: vituperamus enim eum. (3) Est igitur alia quaedam injustitia, tanquam injustitiae pars quaedam universae: itemque injustum quoddam, idque ut totius injusti pars, ejus, inquam, quod contra leges committitur. (4) Praeterea si quis quaestus causa adulterium committat, mercedemque etiam ferat, alius autem cupiditate inflammatus idem faciat, dans etiam aliquid de suo, jacturamque rei suae faciens: hic quidem intemperans potius quam plus justo sibi sumens videtur; ille autem injustus, at non intemperans, propterea scilicet, quia quaestus causa facit. (5) Praeterea in ceteris quidem omnibus injuste factis si quid peccatur, id semper ad aliquod genus improbitatis refertur; verbi gratia, si quis adulterium commisit, ad intemperantiam; si eum qui in acie proximus locatus erat, deseruit, ad timiditatem; si quem pulsavit, ad iracundiam. At si quaestum fecit, ad nullum aliud vitium nisi ad injustitiam refertur. (6) Perspicuum igitur est, praeter totam illam injustitiam, aliam quandam esse, quae sit tamen huic ex parte συνώνυμος: quoniam eodem genere utraque continetur. Utriusque enim vis in eo posita est, quod ad alterum refertur. Verum haec quidem altera versatur in honore, aut pecunia, aut salute, aut in eo si quo uno nomine haec omnia complecti possimus: et quidem idcirco posita est, quia lucri gratia facile aliquid delinquitur. Illa vero versatur in iis omnibus, in quibus vir bonus occupatus est.

[V.] 7. Justitias ergo plures esse, aliam item quandam esse praeter universam virtutem, perpicuum est; quae sit porro et qualis, est investigandum. (8) Hoc igitur ut agamus, illa jam a nobis proposita est injusti distinctio, esse illud, et quod contra leges committitur, et quod ab aequitate seu aequalitate remotum est. Itemque jus esse et legitimum aequale. Atque ex eo quidem injusto, quod est legibus inobediencia, prior injustitiae species est orta. (9) Verum quoniam non est idem injustum illud, quod ex inaequalitate, cum inobediencia legibus, sed unum eorum ad aliud relatum est, ut pars ad totum (nam quidquid iniquum est, contra leges committitur; sed non quidquid contra leges committitur, continuo est iniquum), efficitur ut hoc injustum et haec injustitia non sint eadem atque illa, sed ab illis differant, partiumque ad tota rationem obtineant. Haec enim injustitia totius injustitiae pars est: item totius justitiae haec justitia. Itaque et de justitia ea dicendum est, quae speciei rationem habet, et de injustitia item, quae pars est: eodemque modo de jure atque non-jure. (10) Atque illam quidem quum justitiam, tum injustitiam, quae in eodem atque virtus universa vitiumque universum ordine locatae sunt (quarum altera totius virtutis, altera totius vitii usus est erga alterum) praetermittamus. Jus quoque et non-jus, quae sunt his consentanea, quoniam modo discernenda sint, non est obscurum. Nam pleraque jura legitima ea fere officia sunt, quae ab universa virtute praescribuntur. Unicusque enim virtuti convenienter vivere lex jubet, et nunquamque vitium vetat suscipere. (11) Ad haec causae efficientes virtutis universae sunt ea omnia jura legitima, quae legibus de disciplina ad rempublicam utili comprehensa sunt. De privata vero cujusque disciplina, qua quis absolute vir bonus est, utrum sit prudentiae civilis, an alius

ἡ ἐτέρα, ὕστερον διοριστέον· οὐ γὰρ ἴσως ταῦτόν ἀνδρί τ' ἀγαθῷ εἶναι καὶ πολίτῃ παντί. (12) Τῆς δὲ κατὰ μέρος δικαιοσύνης καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν δικαίου ἐν μὲν ἐστὶν εἶδος τὸ ἐν ταῖς διανομαῖς τιμῆς ἢ χρημάτων ἢ τῶν ἄλλων ὅσα μεριστά τοῖς κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας (ἐν τούτοις γὰρ ἐστὶ καὶ ἄνισον εἶναι καὶ ἴσον ἕτερον ἑτέρου), ἐν δὲ τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι διορθωτικόν. (13) Τούτου δὲ μέρη δύο· τῶν γὰρ συναλλαγματῶν τὰ μὲν ἐκούσια ἐστὶ τὰ δ' ἀκούσια, ἐκούσια μὲν τὰ τοιάδε ὡς ὄν πρᾶσις, ὠνή, δανεισμός, ἐγγύη, χρῆσις, παρακαταθήκη, μίσθωσις· ἐκούσια δὲ λέγεται, ὅτι ἡ ἀρχὴ τῶν συναλλαγματῶν τούτων ἐκούσιος. Τῶν δ' ἀκουσίων τὰ μὲν λαθραία, ὡς κλοπή, μοιχεία, φαρμακεία, προαγωγεία, δουλαπεία, δολοφονία, ψευδομαρτυρία· τὰ δὲ βίαια, ὡς αἰκία, δεσμός, θάνατος, ἀρπαγή, πῆρσις, κακηγορία, προπηλακισμός.

facultatis, posterius erit disputandum. Non est enim fortasse idem, virum bonum esse, et civem bonum. (12) Eius autem justitiæ quæ est partis, jurisque item ejus quod ipsi consentaneum est, una species est, quæ in distributione vel honoris, vel pecuniæ, vel aliarum rerum, quæ inter eos dividi possunt, qui ejusdem reipublicæ communique inter se conjuncti sunt, versatur; in his enim est ut alter cum altero et æquum et iniquum consequatur. Altera, quæ in rebus contrahendis vim corrigendi atque emendandi habet. (13) Hujus porro duæ sunt partes: contractuum enim alii sponte nostra, alii nobis invitis fiunt. Sponte fiunt exempli causa hi, venditio, emptio, mutuum, fidejussio, commodatum; depositum, locatio et conductio. Dicuntur vero sponte fieri, quia contractuum principium est in nostra voluntate positum. Eorum autem qui nobis invitis fiunt, alii sunt clandestini, ut furtum, adulterium, veneficium, lenocinium, servi alieni corruptio, cædes dolo facta, falsum testimonium. Alii sunt violenti, ut verbera, vincula, cædes, rapina, debilitatio corporis, maledictum, contumelia.

CAP. III. [V.]

Ἐπεὶ δ' ὁ δ' ἄδικος ἄνισος καὶ τὸ ἄδικον ἄνισον, δῆλον ὅτι καὶ μέσον τί ἐστὶ τοῦ ἄνισου. (2) Τούτο δ' ἐστὶ τὸ ἴσον· ἐν ὁποίᾳ γὰρ πράξει ἐστὶ τὸ πλεόν καὶ τὸ ἔλαττον, ἐστὶ καὶ τὸ ἴσον. (3) Εἰ οὖν τὸ ἄδικον ἄνισον, τὸ δίκαιον ἴσον· ὅπερ καὶ ἀνευ λόγου δοκεῖ πᾶσιν. Ἐπεὶ δὲ τὸ ἴσον μέσον, τὸ δίκαιον μέσον τι ἂν εἴη. (4) Ἐστὶ δὲ τὸ ἴσον ἐν ἐλαχίστοις δυσὶν ἀνάγκη τοῖνον τὸ δίκαιον μέσον τε καὶ ἴσον εἶναι [καὶ πρὸς τι] καὶ τισίν, καὶ ἢ μὲν μέσον, τινῶν (ταῦτα δ' ἐστὶ πλείον καὶ ἔλαττον), ἢ δ' ἴσον ἐστὶ, δυσὶν, ἢ δὲ δίκαιον, τισίν. (5) Ἀνάγκη ἄρα τὸ δίκαιον ἐν ἐλαχίστοις εἶναι τέταρσιν· οἷς τε γὰρ δίκαιον τυγχάνει ὄν, δύο ἐστὶ, καὶ ἐν οἷς τὰ πράγματα, δύο. (6) Καὶ ἡ αὐτὴ ἐστὶ ἰσότης, οἷς καὶ ἐν οἷς· ὡς γὰρ ἐκεῖνα ἔχει τὰ ἐν οἷς, οὕτω κακείνα ἔχει· εἰ γὰρ μὴ ἴσοι, οὐκ ἴσα εἴσουσι, ἀλλ' ἐντεῦθεν αἱ μάχαι καὶ τὰ ἐγκλήματα, ὅταν ἢ ἴσοι μὴ ἴσα ἢ μὴ ἴσοι ἴσα ἔχουσιν καὶ νέμονται. (7) Ἐστὶ ἐκ τοῦ κατ' ἀξίαν τούτου δῆλον· τὸ γὰρ δίκαιον ἐν ταῖς διανομαῖς ὁμολογοῦσι πάντες κατ' ἀξίαν τινὰ δεῖν εἶναι, τὴν μέντοι ἀξίαν οὐ τὴν αὐτὴν λέγουσι πάντες ὑπάρχειν, ἀλλ' οἱ μὲν δημοκρατικοὶ ἐλευθερίαν, οἱ δ' ὀλιγαρχικοὶ πλοῦτον, οἱ δ' εὐγένειαν, οἱ δ' ἀριστοκρατικοὶ ἀρετήν. (8) Ἐστὶν ἄρα τὸ δίκαιον ἀνάλογόν τι. Τὸ γὰρ ἀνάλογον οὐ μόνον ἐστὶ μοναδικῷ ἀριθμῷ ἴδιον, ἀλλ' ὅλως ἀριθμοῦ· ἢ γὰρ ἀναλογία ἰσότης ἐστὶ λόγων, καὶ ἐν τέταρσιν ἐλαχίστοις. (9) Ἡ μὲν οὖν διηρημένη δὲ ἐν τέταρσι, δῆλον. Ἀλλὰ καὶ ἡ συνεχῆς· τῶν γὰρ ἐνὶ ὡς δυσὶ χρῆται καὶ δις λέγει, ὡς ὡς ἢ τοῦ Α πρὸς τὴν τοῦ Β, οὕτως καὶ ἢ τοῦ Β πρὸς τὴν τοῦ Γ· δις οὖν ἢ τοῦ Β εἴρηται· ὡστ' ἐὰν ἢ τοῦ Β τεθῆ δις, τέταρα ἐστὶ τὰ ἀνάλογα. (10) Ἐστὶ δὲ καὶ τὸ δίκαιον ἐν τέταρσιν ἐλαχίστοις, καὶ ὁ λόγος ὁ αὐτὸς διηρηται γὰρ ὁμοίως, οἷς τε καὶ α. (11) Ἐστὶν ἄρα ὡς Α ὁρος πρὸς τὸν Β, οὕτως δ Γ πρὸς τὸν Δ, καὶ ἐναλλάξ ἄρα, ὡς δ Α πρὸς τὸν Γ, δ Β πρὸς τὸν Δ. Ὡστε καὶ τὸ ὅλον πρὸς τὸ ὅλον· ὅπερ ἢ νομῆ συνδυάζει· καὶ

Quoniam autem et injustus iniquus, et injustum iniquitas est: perspicuum est, aliquid esse etiam iniquitatis medium. (2) Hoc autem est æquum seu æquale. In quacunque enim actione plus est et minus, in ea æquum quoque seu æquale est. (3) Si igitur injustum est iniquitas seu inæqualitas, jus erit æqualitas; idque, etiamsi ratio cur ita sit non afferatur, ita videtur omnibus. Quoniam autem æquale medium est, jus quoque medium quoddam erit. (4) Atque æquale quidem in duobus minimum reperitur. Ceterum necesse est jus, quod et medium est et æquale, [et ad aliud referri,] et aliquibus esse. Ac qua medium est, aliorum est; (quæ quidem sunt plus et minus; qua æquale, in duobus consistit: qua jus, aliquibus est. (5) Necessario igitur jus in quattuor minimum versatur. Nam et quibus ut sit jus accidit, duo (duæ personæ) sunt; et in quibus jus ipsum situm est, duæ res. (6) Atque eadem erit æqualitas, et personis et in rebus. Nam ut res illæ, in quibus jus positum est, se habent: sic et illi quibus jus tribuitur. Nisi enim sint æquales, non habebunt æqualia: sed hinc proelia querelæque et expostulationes, quum aut æquales non æqualia, aut non-æquales æqualia, habent et consequuntur. (7) Est præterea hoc perspicuum ex illo quod est ratio dignitatis. Nam quod jus in distributionibus positum est, id fatentur omnes pro cuiusque dignitate esse oportere; quanquam interim dignitatem non eandem omnes dicunt esse: sed qui forma reipublicæ administrandæ utuntur populari, libertatem; qui paucorum principatu utuntur, ex his alii divitias, alii nobilitatem generis; qui ab optimatibus reguntur, virtutem. (8) Jus igitur proportionem et comparationem quadam constat. Non enim solum ejus numeri quo aliquid numeramus, proprium est, proportionem constare; sed etiam ejus qui universe et omnino numerus est. Proportio enim rationis est æqualitas, quæ in quattuor minimum reperitur. (9) Ac disjunctam quidem proportionem in quattuor consistere non est obscurum. Et vero similiter etiam continua seu continens in totidem. Hæc enim loco duorum, uno utetur, et bis unum sumet: exempli gratia, quæ proportio est lineæ A ad lineam B, eadem est lineæ B ad eam quæ est C; bis sane hic sumpta est secunda. Quodsi linea secunda bis sumpta fuerit, quattuor erunt quæ sunt proportionem inter se comparata. (10) Est autem et jus minimum in quattuor, eademque etiam illius ratio est. Distant similiter et il quibus quid tribuitur, et eæ res quæ distribuuntur. (11) Atque ita quæ est termini A ad terminum B proportio, eadem erit et termini C ad terminum D. Et altera igitur etiam ratione ut terminus A ad terminum C, sic B ad D. Ergo et totum cum toto comparabitur: quod quidem distributio cogulat;

οὕτως συντεθῆ, δικαίως συνδυάζει. [VII.] (12) Ἡ ἄρα τοῦ Α ἄρου τῷ Γ καὶ ἡ τοῦ Β τῷ Δ σύζευξις τὸ ἐν διανομῇ δικαίον ἐστὶ, καὶ μέσον τὸ δίκαιον τοῦτ' ἐστὶ τοῦ παρὰ τὸ ἀνάλογον· τὸ γὰρ ἀνάλογον μέσον, τὸ δὲ δίκαιον ἀνάλογον. (13) Καλοῦσι δὲ τὴν τοιαύτην ἀναλογίαν γεωμετρικὴν οἱ μαθηματικοί· ἐν γὰρ τῇ γεωμετρικῇ συμβαίνει καὶ τὸ δλον πρὸς τὸ δλον ὅπερ ἐκάτερον πρὸς ἐκάτερον. (14) Ἔστι δ' οὐ συνεγῆς αὕτη ἡ ἀναλογία· οὐ γὰρ γίνεται εἰς ἀριθμῶ ὄρος, ὅ καὶ δ. Τὸ μὲν οὖν δίκαιον τοῦτο τὸ ἀνάλογον, τὸ δ' ἄδικον τὸ παρὰ τὸ ἀνάλογον. Γίνεται ἄρα τὸ μὲν πλεόν τὸ δὲ ἔλαττον. Ὅπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων συμβαίνει· ὁ μὲν γὰρ ἀδικῶν πλεόν ἔχει, ὁ δ' ἀδικούμενος ἔλαττον τοῦ ἀγαθοῦ. (15) Ἐπὶ δὲ τοῦ κακοῦ ἀνάπαλιν· ἐν ἀγαθοῦ γὰρ λόγῳ γίνεται τὸ ἔλαττον κακὸν πρὸς τὸ μείζον κακόν· (16) ἐστὶ γὰρ τὸ ἔλαττον κακὸν μᾶλλον αἰρετὸν τοῦ μείζονος, τὸ δ' αἰρετὸν ἀγαθόν, καὶ τὸ μᾶλλον μείζον. (17) Τὸ μὲν οὖν ἐν εἶδος τοῦ δικαίου τοῦτ' ἐστίν.

CAP. IV. [VII.]

Τὸ δὲ λοιπὸν ἐν τὸ διορθωτικόν, ὁ γίνεται ἐν τοῖς συναλλάγμασι καὶ τοῖς ἑκουσίοις καὶ τοῖς ἀκουσίοις. (2) Τοῦτο δὲ τὸ δίκαιον ἄλλο εἶδος ἔχει τοῦ προτέρου. Τὸ μὲν γὰρ διανεμητικὸν δίκαιον τῶν κοινῶν αἰεὶ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐστὶ τὴν εἰρημένην· καὶ γὰρ ἀπὸ χρημάτων κοινῶν ἐὰν γίγηται ἡ διανομή, ἔσται κατὰ τὸν λόγον τὸν αὐτὸν ὅπερ ἔχουσι πρὸς ἄλλα τὰ εἰσνεχθέντα· καὶ τὸ ἄδικον τὸ ἀντικείμενον τῷ δικαίῳ τοῦτω παρὰ τὸ ἀνάλογόν ἐστίν. (3) Τὸ δ' ἐν τοῖς συναλλάγμασι δίκαιον ἐστὶ μὲν ἴσον τι, καὶ τὸ ἄδικον ἄνισον, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἐκείνην ἀλλὰ κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν. Οὐθὲν γὰρ διαφέρει, εἰ ἐπιεικῆς φαῦλον ἀπεστέρησεν ἢ φαῦλος ἐπιεικῆ, οὐδ' εἰ ἐμοίγευσεν ἐπιεικῆς ἢ φαῦλος· ἀλλὰ πρὸς τοῦ βλάβους τὴν διαφορὰν μόνον βλέπει ὁ νόμος, καὶ χρῆται ὡς ἴσοις, εἰ ὁ μὲν ἀδικεῖ ὁ δ' ἀδικεῖται, καὶ εἰ ἔβλαψεν ὁ δὲ βέλταται. (4) Ὅστε τὸ ἄδικον τοῦτο ἄνισον ὃν ἰσάζειν πειρᾶται ὁ δικαστής· καὶ γὰρ ὅταν ὁ μὲν πληγῆ ὁ δὲ πατάξῃ, ἢ καὶ κτείνῃ ὁ δ' ἀποθάνῃ, διήρηται τὸ πάθος καὶ ἡ πράξις εἰς ἄνισα· ἀλλὰ πειρᾶται τῇ ζημίᾳ ἰσάζειν, ἀφαιρῶν τοῦ κέρδους. (5) Λέγεται γὰρ ὡς ἀπλῶς εἰπεῖν ἐπὶ τοῖς τοιοῦτοις, κἂν εἰ μὴ τισιν οἰκειὸν ὄνομα εἴη, τὸ κέρδος, οἷον τῷ πατάξαντι, καὶ ἡ ζημία τῷ παθόντι· (6) ἀλλ' ὅταν γε μετρηθῆ τὸ πάθος, καλεῖται τὸ μὲν ζημία τὸ δὲ κέρδος. Ὅστε τοῦ μὲν πλείονος καὶ ἔλαττονος τὸ ἴσον μέσον, τὸ δὲ κέρδος καὶ ἡ ζημία τὸ μὲν πλεόν, τὸ δ' ἔλαττον ἐναντίως, τὸ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ πλεόν, τοῦ κακοῦ δ' ἔλαττον κέρδος, τὸ δ' ἐναντίον ζημία· ὅν ἦν μέσον τὸ ἴσον, ὁ λέγομεν εἶναι δίκαιον· ὥστε τὸ ἐπανορθωτικὸν δίκαιον ἂν εἴη τὸ μέσον ζημίας καὶ κέρδους. (7) Διὸ καὶ ὅταν ἀμφισθητῶσιν, ἐπὶ τὸν δικαστὴν καταφεύγουσιν· τὸ δ' ἐπὶ τὸν δικαστὴν ἵνα ἵνα ἐστὶν ἐπὶ τὸ δίκαιον· ὁ γὰρ δικαστής βούλεται εἶναι οἷον δίκαιον ἐμφυχον· καὶ ζητοῦσι δικαστὴν

sique ita jam etiam inter se componantur, juste ea copulat ipsa distributio. [VII.] (12) Igitur termini A cum termino C et termini B cum termino D conjugatio, jus illud est quod in distributione consistit, et medium illud hoc est quod proportionem constat. Nam quod proportionem constat, medium est. Jus autem proportionem constat. (13) Appellantque mathematici talem proportionem geometricam. In geometrica enim proportionem evenit ut, quomodo utrumque cum utroque, sic totum cum toto comparetur. (14) Non est autem continua haec proportio. Non fit enim ut terminus unus numero sit, persona cui tribuitur, et res quae tribuitur. Ex his igitur satis intelligitur, hoc jus proportionem constare; injuriam autem ei oppositam esse aliquid a proportionem alienum. Itaque est illud aliud quidem plus, aliud vero minus. Quod quidem etiam in vitae usu ita esse reperitur. Nam is qui injuriam facit, plus justo sibi sumpsit; ei contra qui afficitur injuria, minus obtigit, in bono quidem: (15) cuius contrarium fit in malo; boni enim rationem obtinet levius malum, si cum graviore malo comparetur. (16) Nam levius malum optabilius graviore est; ceterum quod optabile est id bonum est; et quod optabilius, id melius. (17) Atque hoc sane juris unum genus est.

Reliquum autem alterum jus illud est, quod correctorium vocatur: versaturque in rebus et sponte et invite contractis. (2) Huius autem juris forma diversa est a priore. Jus enim quod versatur in distribuendis rebus, communium rerum est, semperque in ea quam dixi proportionem constat. Nam de pecunia publica quod datur, sicubi earum distributio fiat, id eadem ratione dandum erit, quam habent inter se res eae quae ab unoquoque in medium allatae sunt. Atque injuria ea quae huic juri opponitur, in eam proportionem peccat. (3) Jus autem quod contractibus versatur, est illud quidem aequale quiddam, et contra injuria inaequale: verum non ista proportione, sed arithmetica. Nihil enim refert, utrum vir bonus malum hominem fraudarit, an malus homo virum bonum, neque utrum vir bonus, an improbus adulterium fecerit: sed damni tantum differentiam intuetur lex, personis ipsis utitur tanquam aequalibus, si facit injuriam unus, afficitur injuria alter; item si hic damnum intulit, ille accepit; (4) proindeque hoc non justum, quod inaequale quid est, iudex exaequare conatur. Nam quum hic percussus fuerit, ille percusserit; aut etiam occiderit ille, hic autem mortuus fuerit, percussio ea et actio item in partes inaequales divisa est; ceterum damno et multa conatur eas iudex exaequare, de lucro videlicet detrahens. (5) Nam generaliter communiterque in talibus, etiamsi quibusdam nomen non conveniat, lucrum appellatur, verbi gratia in eo qui percusserit, contraque damnum in eo qui percussus fuerit. (6) Ubi tamen percussio nem mensus fuerit iudex, ibi demum hoc damnum, illud lucrum nominatur. Itaque eorum quidem quae sunt plus et minus, id quod aequale est, medium est: lucrum autem et damnum, illud quidem plus est; hoc vero minus contrarie: boni plus et minus mali, lucrum; contrarie vero comparatum, damnum: quorum inmedium est aequale, quod modo demonstrabamus esse id quod jus dicimus. Erit igitur illud jus correctorium, damni et lucri medium. (7) Itaque et quum aliqua de re inter se dissident, ad iudicem confugiunt. Adire porro ad iudicem adire ad jus est; nihil enim videtur aliud esse iudex, quam jus animatum: quaeruntque iudicem medium, et vocant nonnulli ju-

μέσον, καὶ καλοῦσιν ἐνίοι μεσιδίους, ὡς ἐὰν τοῦ μέσου τύχωσι, τοῦ δικαίου τευξόμενοι. (8) Μέσον ἄρα τι τὸ δίκαιον, εἶπερ καὶ ὁ δικαστής. Ὁ δὲ δικαστὴς ἐπανισοῖ, καὶ ὡσπερ γραμμῆς εἰς ἀνισα τετμημένης, ᾧ τὸ μείζον τμήμα τῆς ἡμισείας ὑπερέχει, τοῦτ' ἀφείλε καὶ τῷ ἐλάττονι τμήματι προσέθηκεν. Ὅταν δὲ δίχα διαιρεθῇ τὸ ὅλον, τότε φασὶν ἔχειν τὰ αὐτῶν, όταν λάβωσι τὸ ἴσον. (9) Τὸ δ' ἴσον μέσον ἐστὶ τῆς μείζονος καὶ ἐλάττονος κατὰ τὴν ἀριθμητικὴν ἀναλογίαν. Διὰ τοῦτο καὶ ὀνομάζεται δίκαιον, ὅτι δίχα ἐστίν, ὡσπερ ἂν εἴ τις εἴποι δίκαιον, καὶ ὁ δικαστὴς διχαστής. (10) Ἐπὰν γὰρ δύο ἴσων ἀραιρεθῇ ἀπὸ θατέρου, πρὸς θατέρον δὲ προστεθῇ, δυσὶ τούτοις ὑπερέχει θάτερον· εἰ γὰρ ἀφαιρεθῇ μὲν, μὴ προστεθῇ δέ, ἐνὶ ἂν μόνον ὑπερέχειν. Τοῦ μέσου ἄρα ἐνί, καὶ τὸ μέσον, ἀφ' οὗ ἀφαιρεθῇ, ἐνί. (11) Τούτῳ ἄρα γνωριζόμεν τί τε ἀφελεῖν δεῖ ἀπὸ τοῦ πλέον ἔχοντος, καὶ τί προσθεῖναι τῷ ἐλάττον ἔχοντι· ᾧ μὲν γὰρ τὸ μέσον ὑπερέχει, τοῦτο προσθεῖναι δεῖ τῷ ἐλάττον ἔχοντι, ᾧ δ' ὑπερέχεται, ἀφελεῖν ἀπὸ τοῦ μεγίστου. (12) Ἴσαι αἱ ἐφ' ὧν AA BB ΓΓ ἀλλήλαις· ἀπὸ τῆς AA ἀφαιρεθῶ τὸ AE, καὶ προσκείσθω τῇ ΓΓ τὸ ἐφ' ὧν ΓΔ, ὥστε δλη ἡ ΔΓΓ τῆς EA ὑπερέχει τῷ ΓΔ καὶ τῷ ΓΖ· τῆς ἄρα BB τῷ ΓΔ. [Ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τέχνων τοῦτο· ἀνηροῦντο γὰρ ἂν, εἰ μὴ ἐποίει τὸ ποιοῦν καὶ ὅσον καὶ οἶον, καὶ τὸ πάσχον ἐπάσχε τοῦτο καὶ τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον.] (13) Ἐλήλυθε δὲ τὰ ὀνόματα ταῦτα, ἧ τε ζημία καὶ τὸ κέρδος, ἐκ τῆς ἐκούσιου ἀλλαγῆς· τὸ μὲν γὰρ πλέον ἔχειν ἢ τὰ ἑαυτοῦ κερδαίνειν λέγεται, τὸ δ' ἐλάττον τῶν εἰ ἀρχῆς ζημιουῖσθαι, ὅσον ἐν τῷ ὀνείσθαι καὶ πωλεῖν καὶ ἐν ὅσοις ἄλλοις ἄδειαν ἔδωκεν ὁ νόμος. (14) Ὅταν δὲ μήτε πλέον μῆτ' ἐλάττον ἀλλ' αὐτὰ δι' αὐτῶν γένηται, τὰ αὐτῶν φασὶν ἔχειν καὶ οὔτε ζημιουῖσθαι οὔτε κερδαίνειν· ὥστε κέρδους τινός καὶ ζημίας μέσον τὸ δίκαιόν ἐστι τῶν παρὰ τὸ ἐκούσιον, τὸ ἴσον ἔχειν καὶ πρότερον καὶ ὕστερον.

dices intermedios sive mediatores; quasi videlicet futurum, ut jus suum obtineant, si medium consequantur. (8) Jus ergo medium quiddam est, si quidem etiam judex medius est. Ac judex quidem exæquat et veluti linea in duas partes æquales secta, quo major pars dimidium superat, hoc de illa detrahit et ad partem minorem addit. Toto autem in duas partes æquales diviso, tum se suum dicunt obtinere, quum partes æquales abstulerint. (9) Est autem æquale illud medium rei majoris et minoris, ad proportionem arithmetica; propterque hanc adeo causam græce δίκαιον appellatur, quia δίχα id est in duo æqualia divisio est, perinde ac si δίχαιον dicas: et δικαστής nominatus est quasi διχαστής, id est qui in duo rem secat. (10) Nam si, quum duæ res sunt æquales, id quod ab una fuerit detractum, additur alteri: his duobus hæc illam superabit. Si enim detractum quidem uni rei fuisset, non autem etiam alteri additum, uno dumtaxat altera alteram superaret. Mediam igitur ea res, cui accessit aliquid, uno superat; et media eam, cui quid detractum est, uno. (11) Ex hoc itaque cognoscemus et quid ei qui plus habet, detrahendum sit, et quid ei qui minus, addendum. Nam quo res media minorem superat, id ei quæ minus habet, addendum est: quo media superatur, id maximo detrahendum. (12) Sint tres lineæ AA, BB, CC, inter se æquales. Lineæ AA detracta sit pars AE, addaturque ad lineam CC, sitque ea pars CD. Ita tota linea DCC lineam EA superabit lineâ CD et lineâ CF. Ergo et lineam BB lineâ CD. (13) Nata sunt autem hæc nomina, damnum et lucrum, ab eo contractu qui sponte initur. Nam plus suo obtinere, lucrum facere appellatur; minus autem quam re integra oportuerat habere, damno affici: ut fit in rebus vendendis et emendis, aliisque contractibus lege permissis. (14) Ubi vero neque plus neque minus habent, sed idem per idem efficitur (*res in æquo est*), sua se habere dicunt, et nec damnum accepisse nec quiddam lucri fecisse. Itaque lucri cujusdam et damni medium jus est, in iis quæ præter voluntatem obvenerint, nimirum ut tantundem uterque habeat posterius, quantum prius.

CAP. V. [VIII.]

Δοκεῖ δὲ τισὶ καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς εἶναι ἀπλῶς δίκαιον, ὡσπερ οἱ Πυθαγόρειοι ἔφασαν· ὠρίζοντο γὰρ ἀπλῶς τὸ δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς ἄλλω. (2) Τὸ δ' ἀντιπεπονθὸς οὐκ ἐφαρμόττει οὔτ' ἐπὶ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον οὔτ' ἐπὶ τὸ διορθωτικόν· (3) καίτοι βούλονται γὰρ τοῦτο λέγειν καὶ τὸ Ῥαδαμάνθους δίκαιον·

Εἰ κε πάθοι τὰ κ' ἔρεξε, δίχη κ' ἰθεῖα γένοιτο.

(4) Πολλαχοῦ γὰρ διαφωνεῖ· ὅσον εἰ ἀρχὴν ἔχων ἐπάταξεν, οὐ δεῖ ἀντιπληγῆναι, καὶ εἰ ἀρχοντα ἐπάταξεν, οὐ πληγῆναι μόνον δεῖ ἀλλὰ καὶ κολασθῆναι. (5) Ἐτι καὶ τὸ ἐκούσιον καὶ τὸ ἀκούσιον διαφέρει πολύ. (6) Ἄλλ' ἐν μὲν ταῖς κοινωνίαις ταῖς ἀλλακτικαῖς συνέχει τὸ τοιοῦτον δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς, κατ' ἀναλογίαν καὶ μὴ κατ' ἰσότητα· τῷ ἀντιποιεῖν γὰρ ἀνάλογον συμμένει ἢ πόλις. Ἡ γὰρ τὸ κακῶς ζητοῦσιν· εἰ δὲ μὴ, δου-

videtur autem quibusdam talio quoque jus esse simpliciter et absolute, ut Pythagorei dixerunt. Definiebant enim jus absolute, id quod quis a se factum vicissim ab altero pateretur. (2) Jus porro talionis neque ad id jus, quod in distributione bonorum versatur, neque ad id quod ad emendationem factorum valet, accommodari potest: (4) tametsi etiam Rhadamanthij jus fuisse videntur significare tale:

Si quis quod fecit patiat, jus erit æquum.

(4) Multis enim locis a jure hoc discrepat; veluti si quis magistratum gerens aliquid pulsaverit, non item est pulsandus; et si quis magistratum pulsaverit, non modo ille verberandus, sed etiam supplicio afficiendus est; (5) præterea multum interest inter id quod sponte nostra, et id quod invite facimus. (6) Sed in communitatibus rerum contrahendarum sane tale jus reciproæ perpressionis seu talionis, proportione, non æqualitate civilem societatem continet. Factis enim proportione reciprocis manet conjunctio civitatis. Aut enim malum acceptum reponere conatur

λεία δοκεῖ εἶναι, εἰ μὴ ἀντιποιήσῃ· ἢ τὸ εὖ· εἰ δὲ
 μή, μετάδοσις οὐ γίνεται, τῇ μεταδόσει δὲ συμμε-
 νουσιν. (7) Διὸ καὶ Χαρίτων ἱερὸν ἐμποδῶν ποιού-
 νται, ἴν' ἀνταπόδοσις ἢ· τοῦτο γὰρ ἴδιον χάριτος· ἀν-
 6 θυπρητῆσαι τε γὰρ δεῖ τῷ χαρισσαμένῳ, καὶ πάλιν
 αὐτὸν ἀρῆσαι χαριζόμενον. (8) Ποιεῖ δὲ τὴν ἀντίδοσιν
 τὴν κατ' ἀναλογίαν ἢ κατὰ διάμετρον σύζευξις, οἷον
 οἰκοδόμος ἐφ' ὧ Α, σκυτοτόμος ἐφ' ὧ Β, οἰκία ἐφ' ὧ Γ,
 ὑπόδημα ἐφ' ὧ Δ. Δεῖ οὖν λαμβάνειν τὸν οἰκοδόμον
 10 παρὰ τοῦ σκυτοτόμου τοῦ ἐκείνου ἔργου, καὶ αὐτὸν
 ἐκείνῳ μεταδιδόναι τὸ αὐτοῦ. Ἐὰν οὖν πρῶτον ἢ τὸ
 κατὰ τὴν ἀναλογίαν ἴσον, εἴτα τὸ ἀντιπεπονηθὸς γένηται,
 ἔσται τὸ λεγόμενον· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἴσον, οὐδὲ συμ-
 μένει· οὐθὲν γὰρ κωλύει κρείττον εἶναι τὸ θατέρου
 15 ἔργον ἢ τὸ θατέρου· δεῖ οὖν ταῦτα ἴσασθῆναι. (9) Ἔστι
 δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν· ἀνηροῦντο γὰρ
 ἄν, εἰ μὴ ἔποιετὶ τὸ ποιοῦν καὶ ὅσον καὶ οἷον, καὶ τὸ
 πάσχον ἔπασχε τοῦτο καὶ τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον. Οὐ
 γὰρ ἐκ δύο ἱατρῶν γίνεται κοινωνία, ἀλλ' ἐξ ἱατροῦ
 20 καὶ γεωργοῦ, καὶ θῶκος ἐτέρων καὶ οὐκ ἴσων· ἀλλὰ
 τούτους δεῖ ἴσασθῆναι. (10) Διὸ πάντα συμβλητὰ
 δεῖ πως εἶναι, ὧν ἔστιν ἀλλαγὴ. Ἐφ' ὃ τὸ νόμισμα
 ἐλήλυθε, καὶ γίνεται πως μέσον πάντα γὰρ μετρεῖ,
 ὥστε καὶ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὴν ἑλλείψιν, πῶσα ἄττα
 25 δὴ ὑποδήματ' ἴσον οἰκία ἢ τροφή. Δεῖ τοίνυν ὅπερ
 οἰκοδόμος πρὸς σκυτοτόμον, τοσαυτὰ ὑποδήματα πρὸς
 οἰκίαν ἢ τροφήν. Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, οὐκ ἔσται ἀλ-
 λαγὴ οὐδὲ κοινωνία. Τοῦτο δ' εἰ μὴ ἴσα εἶη πως, οὐκ
 ἔσται. (11) Δεῖ ἄρα ἐνὶ τινὶ πάντα μετρεῖσθαι,
 30 ὥσπερ ἐλέγθη πρότερον. Τοῦτο δ' ἔστι τῇ μὲν ἀλη-
 θείᾳ ἡ χρεία, ἢ πάντα συνέχει· εἰ γὰρ μὴθὲν δέοιντο
 ἢ μὴ θμοίως, ἢ οὐκ ἔσται ἀλλαγὴ ἢ οὐχ ἡ αὐτή.
 Οἷον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε κατὰ
 συνθήκην· καὶ διὰ τοῦτο τούνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι
 35 οὐ φύσει ἀλλὰ νόμῳ ἔστι, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβαλεῖν καὶ
 ποῖσαι ἄχρηστον. (12) Ἔσται δὲ ἀντιπεπονηθὸς, ὅταν
 ἴσασθῇ, ὥστε ὅπερ γεωργὸς πρὸς σκυτοτόμον, τὸ ἔργον
 τὸ τοῦ σκυτοτόμου πρὸς τὸ τοῦ γεωργοῦ. Εἰς σχῆμα
 δ' ἀναλογίας οὐ δεῖ ἄγειν, ὅταν ἀλλάζωνται· εἰ δὲ
 40 μὴ, ἀμφοτέρας ἔξει τὰς ὑπεροχὰς τὸ ἕτερον ἄχρον·
 ἀλλ' ὅταν ἔχωσι τὰ αὐτῶν, οὕτως ἴσοι καὶ κοινοί,
 ὅτι αὕτη ἡ ἰσότης δύναται ἐπ' αὐτῶν γίνεσθαι. Γεωρ-
 γὸς Α, τροφή Γ, σκυτοτόμος Β, τὸ ἔργον αὐτοῦ τὸ
 ἴσασμένον Δ. Εἰ δ' οὕτω μὴ ἦν ἀντιπεπονηθέναι, οὐκ
 45 ἂν ἦν κοινωνία. (13) Ὅτι δ' ἡ χρεία συνέχει ὥσπερ
 ἐν τι ὄν, δηλοῖ ὅτι ὅταν μὴ ἐν χρείᾳ ὦσιν ἀλλήλων, ἢ
 ἀμφοτέροι ἢ ἄτεροι, οὐκ ἀλλάττονται, ὥσπερ ὅταν οὐ
 ἔχει αὐτὸς δέηται τις, οἷον οἴνου, διδόντες σίτου ἐξα-
 γωγῆς. Δεῖ ἄρα τοῦτο ἴσασθῆναι. (14) Ὑπὲρ δὲ τῆς
 50 μελλούσης ἀλλαγῆς, εἰ νῦν μὴδὲν δεῖται, ὅτι ἔσται,
 ἐὰν δεηθῇ, τὸ νόμισμα οἷον ἐγγυητῆς ἐστ' ἡμῖν· δεῖ γὰρ
 τοῦτο φέροντι εἶναι λαθεῖν. Πάσχει μὲν οὖν καὶ τοῦτο
 τὸ αὐτό· οὐ γὰρ αἰ ἴσον δύναται· ὁμοῦ δὲ βούλεται
 μένειν μᾶλλον. Διὸ δεῖ πάντα τετιμηῆσθαι· οὕτω γὰρ

(quod si non liceat, servitus esse putatur, injuriam
 referre non posse), aut ei qui bene meritus sit, referre
 gratiam volunt; quod si non fiat, sublata est rerum com-
 municatio; at hac rerum communicatione continetur so-
 cietas. (7) Itaque et Gratiarum templum in propatulo
 urbis loco ponunt, ut sit remuneratio: hoc enim gratiæ
 proprium est. Nam ei qui beneficium dederit, referen-
 dum beneficium est; et is rursus alterum beneficio pro-
 vocare debet: (8) facit autem remunerationem propor-
 tionem constantem ea quæ mediis transversis lineis fit conju-
 gatio, velut: sit ædificiorum opifex A, sutor B, domus
 C, calceus D. Ædificiorum igitur opificem oportet a sutore
 opus illius sumere, eique vicissim suum impartiri. Ergo
 si primum æqualitas sit ea quæ proportionem constat,
 deinde tantundem accipitur, quantum datum sit exstabit
 id quod a nobis dicitur; sin minus, neque erit æqualitas,
 neque manebit societas; nihil enim prohibet quo minus
 unius opus alterius opere sit præstabilius. Hæc igitur
 exæquata sint oportet. (9) Quod idem fit in ceteris quo-
 que artibus. Tollantur enim funditus, nisi efficiendi vis
 efficiat quantum et quale, atque id quod patitur accipiat
 id ipsum et tantundem et tale. Non enim ex duobus me-
 dicis societas constare potest, sed ex medico et agricola,
 et omnino ex diversis ac dissimilibus, quos tamen oportet
 exæquari. (10) Quapropter quarum rerum sit permutatio,
 eas omnes oportet esse ejusmodi, ut inter se quodammodo
 comparari possint. Atque ad hanc rem numus inventus
 est, qui omnium rerum quodammodo sit medius: nam
 res omnes metitur, quare et nimium et parum metitur: quot-
 nam videlicet calcei domui vel alimento sint æquales.
 Oportet vero quam proportionem habet ædificandi artifex
 ad sutorem, tot numero calceos cum domo aut alimento
 comparari. Nam si hoc non ita fiet, non erit permutatio
 nec communitas. Non poterunt autem comparari, nisi quo-
 dammodo sint æqualia. (11) Ergo, ut supra dixi, unum
 quiddam esse oportet quod cetera omnia metiatur. Hoc
 porro re quidem vera usus seu indigentia est, quæ omnia
 continet. Nam si nulla re egerent homines, aut si non
 similiter egerent, vel nulla vel non eadem esset permutatio.
 Sed quasi vicarius indigentia ex hominum convento factus
 est numus; atque is hanc ob causam νόμισμα dicitur, a le-
 gis (νόμου) vocabulo: quia non natura sed lege valet,
 estque penes nos, eum mutare, inutilemque reddere.
 (12) Secundum hæc igitur reciprocatio tum erit, quum
 res fuerint exæquatæ. Itaque quam rationem obtinet agri-
 cola ad sutorem, eandem rationem habere debet sutoris opus
 ad opus agricolæ. Sunt autem in figuram proportionis de-
 ducendi non tum, quum permutaturi sunt: alioqui alle-
 rum extremum utramque exsuperantiam habebit; sed tum,
 quum suas singuli res habent: ita videlicet æquales inter
 se ac socii, quia hæc modo notata æqualitas inter ipsos ef-
 fici potest. Agricola A, alimentum C, sutor B, opus su-
 toris exæquatam cum alimento D. Porro si hoc modo non
 fieret ista vicissim perperio seu acceptio, nulla societas
 esset. (13) Jam quod indigentia societas hominum conti-
 neat, tanquam uno quodam vinculo, ex eo perspicere po-
 test, quod ubi neuter eget re alterius, aut alter omnino non
 eget, permutatio inter eos esse non solet: quæ tum demum
 est, quum eo quod unus habet, alter indiget: puta, quum
 vino egens exportandi frumenti facit potestatem. Hoc igitur
 oportet exæquatam esse. (14) Ad permutationem vero
 futuram (quod videlicet, si maxime re aliqua nunc non
 egeamus, ejus tamen nobis facultas constatura sit, si
 quando ea egebatur) veluti sponsor nobis intercedit numus.
 Oportet enim numum afferenti unicuique eam rem, qua
 indigeat, accipere licere. Sed idem numo quoque interdum
 accidit; non enim semper æqualem vim habet: veruntamen
 stabilius esse solet. Itaque debent esse res omnes æsti-

ἀεὶ ἔσται ἀλλαγὴ, εἰ δὲ τοῦτο, κοινωνία. Τὸ δὲ νόμισμα ὡσπερ μέτρον σύμμετρα ποιῆσαν ἰσάζει· οὔτε γὰρ ἂν μὴ οὐσης ἀλλαγῆς κοινωνία ἦν, οὔτ' ἀλλαγῆ ἰσότητος μὴ οὐσης, οὔτ' ἰσότης μὴ οὐσης συμμετρίας.

5 Ἐἴ μὲν οὖν ἀληθεῖα ἀδύνατον τὰ τοσοῦτον διαφέροντα σύμμετρα γενέσθαι, πρὸς δὲ τὴν χρεῖαν ἐνδέχεται ἰκανῶς. (15) Ὁ ἐν δὴ τι δεῖ εἶναι, τοῦτο δ' ἐξ ὑποθέσεως· διὸ νόμισμα καλεῖται· τοῦτο γὰρ πάντα ποιεῖ σύμμετρα· μετρεῖται γὰρ πάντα νομίσματι. Οἰκία 10 A, μναὶ δέκα B, κλίνη Γ. Τὸ δὲ A τοῦ B ἡμισυ, εἰ πέντε μνῶν ἀξία ἡ οἰκία, ἡ ἴσον· ἡ δὲ κλίνη δέκατον μέρος τὸ Γ τοῦ B· δῆλον τοίνυν πόσαι κλίνας ἴσον οἰκίαν, ὅτι πέντε. (16) Ὅτι δ' οὕτως ἡ ἀλλαγὴ ἦν πρὶν τὸ νόμισμα εἶναι, δῆλον διαφέρει γὰρ οὐδὲν ἢ κλίνας πέντε 15 ἀντὶ οἰκίας, ἢ ὄσου αἰ πέντε κλίνας.

[IX.] 17. Τί μὲν οὖν τὸ ἀδικον καὶ τί τὸ δίκαιόν ἐστιν, εἴρηται. Διωρισμένον δὲ τοῦτων δῆλον ὅτι ἡ δικαιοπραγία μέσον ἐστὶ τοῦ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι· τὸ μὲν γὰρ πλεόν ἔχειν τὸ δ' ἔλαττον ἐστίν. Ἡ δὲ 20 δικαιοσύνη μεσότης ἐστίν οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ταῖς πρότερον ἀρεταῖς, ἀλλ' ὅτι μέσου ἐστίν· ἡ δ' ἀδικία τῶν ἀρχῶν. Καὶ ἡ μὲν δικαιοσύνη ἐστὶ καθ' ἣν ὁ δίκαιος λέγεται πρακτικὸς κατὰ προαίρεσιν τοῦ δικαίου, καὶ διανεμητικὸς καὶ αὐτῷ πρὸς ἄλλον καὶ ἑτέρῳ πρὸς 25 ἕτερον, οὐχ οὕτως ὥστε τοῦ μὲν αἰρετοῦ πλεόν αὐτῷ ἔλαττον δὲ τῷ πλησίον, τοῦ βλαβεροῦ δ' ἀνάπαλιν, ἀλλὰ τοῦ ἴσου τοῦ κατ' ἀναλογίαν, ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλῳ πρὸς ἄλλον. (18) Ἡ δ' ἀδικία τοῦναντίον τοῦ ἀδίκου. Τοῦτο δ' ἐστὶν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις τοῦ ὠφελίμου 30 ἢ βλαβεροῦ παρὰ τὸ ἀνάλογον. Διὸ ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις ἡ ἀδικία, ὅτι ὑπερβολῆς καὶ ἔλλειψέως ἐστίν, ἐφ' αὐτοῦ μὲν ὑπερβολῆς μὲν τοῦ ἀπλῶς ὠφελίμου, ἔλλειψέως δὲ τοῦ βλαβεροῦ· ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων τὸ μὲν εἶλον ὁμοίως, τὸ δὲ παρὰ τὸ ἀνάλογον, ὀποτέρας ἔτυ- 35 γεν. Τοῦ δὲ ἀδικήματος τὸ μὲν ἔλαττον τὸ ἀδικεῖσθαι ἐστὶ, τὸ δὲ μείζον τὸ ἀδικεῖν. (19) Περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας, τίς ἑκατέρως ἐστίν ἡ φύσις, εἰρησθῶ τοῦτον τὸν τρόπον, ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ δικαίου καὶ ἀδίκου καθόλου.

matæ. Sic enim rerum permutatio semper futura est. Quodsi erit permutatio, erit et societas. Numus igitur tanquam mensura media intercedens ad consentientem modum omnia exæquando redigit. Nam neque si non fuisset permutatio, societas constare potuisset, neque sine æqualitate permutatio esse, neque sine commensu æqualitas. Res igitur inter se tam dissimiles, si verum quærimus, nulla communi mensura inter se convenire possunt : sed quod ad usum attinet, commode possunt. (15) Quare unum quid exstare oportet, idque constituto : quare νόμισμα appellatur. Numus enim omnia inter se commensurabilia efficit ; nam omnia metitur. Sit domus A, minæ decem B, lectus C. Atque ipsum A dimidium esto ipsius B. Hic jam si quinque minarum sit domus, aut tanti : lectus autem si decima pars intelligatur, ipsum nempe C ipsius B : perspicuum jam erit, quot lectis domus exæquetur, nempe quinque. (16) Sic autem rerum permutationem fieri solitam esse ante numi usum, planum est. Nihil enim interest utrum lecti quinque, an quod tanti sit quanti lecti quinque, pro domo detur.

[IX.] 17. Quid igitur sit injuria, et quid jus, supra est explicatum. His autem distinctis perspicuum est, justam actionem inter id quod est facere et accipere injuriam, mediam esse. Illud enim plus obtinere est, hoc, minus. Justitia porro mediæ est, non quomodo virtutes superiores, sed quia mediæ est; injustitia autem est extremorum. Et justitia quidem virtus est, secundum quam homo justus dicitur, aptus videlicet ad agendum consulto id quod justum est, itemque ad jus tribuendum et sibi, si cum altero contrahat, et alteri cum altero contrahenti : non ita, ut sibi plus ejus quod optabile est, minus alteri, et contra sibi minus damni, plus alteri : sed sibi et aliis id quod æquum proportionem est, tribuat : idemque erga alium observet cum alio contrahentem. (18) Contra vero injustitia vitium est, quo ad id quod injustum est, consulto agendum nobisque et aliis tribuendum parati sumus. Hoc autem est, nimium et parum commodi aut iucommodi, a proportionem alienum. Itaque injustitia est nimium et parum : quia est ejus quod nimium est, et ejus quod parum : quum quis in sua quidem causa nimium rei absolute utilis sibi tribuit, damnosæ parum ; in aliorum autem negotio generaliter ad eundem modum se gerit : sed in eo quod in proportionem peccat, utroque modo casus tulerit. Injuste facti autem quum duo sint extrema, minus extremum injuriam accipere est, majus autem injuste facere. (19) De justitia igitur et injustitia, quenam sit utriusque natura, hoc modo dictum sit ; itemque de justo et injusto universim.

CAP. VI. [X.]

40 Ἐπεὶ δ' ἐστὶν ἀδικοῦντα μήπω ἀδικον εἶναι, ὁ ποῖα ἀδικήματα ἀδικῶν ἦδη ἀδικός ἐστιν ἐκάστην ἀδικίαν, ὅσον κλέπτῃς ἢ μοιχός ἢ ληστής ; ἢ οὕτω μὲν οὐδὲν διοίσει ; καὶ γὰρ ἂν συγγένοιτο γυναικὶ εἰδώς τὸ ἦ, ἀλλ' οὐ διὰ προαιρέσεως ἀρχὴν ἀλλὰ διὰ πάθος. (2) Ἀδικεῖ 45 μὲν οὖν, ἀδικος δ' οὐκ ἐστίν, ὅσον οὐδὲ κλέπτῃς, ἔλαψε δέ, οὐδὲ μοιχός, ἐμοίγευσε δέ· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. (3) Πῶς μὲν οὖν ἔχει τὸ ἀντιπεπονηθὸς πρὸς τὸ δίκαιον, εἴρηται πρότερον· (4) δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν ὅτι τὸ ζητούμενόν ἐστι καὶ τὸ ἀπλῶς δίκαιον 50 καὶ τὸ πολιτικόν δίκαιον. Τοῦτο δὲ ἐστὶν ἐπὶ κοινωνῶν βίαιον πρὸς τὸ εἶναι αὐτάρχειαν, ἐλευθέρων καὶ ἴσων ἢ κατ' ἀναλογίαν ἢ κατ' ἀριθμὸν· ὥστε ὅσοις μὴ ἐστὶ

Sed quoniam fieri potest ut is qui injuste facit, nondum tamen sit injustus, quibusnam injuste factis jam injustus est in unoquoque Injustitiæ genere, ut fur, aut adulter, aut latro? An sic nihil interit? quippe quum fieri possit ut quis cum aliqua muliere rem habeat, sibi nota quidem, verumtamen non consulto, sed animi perturbatione et libidine. (2) Facit igitur hic quidem injuste : sed non idcirco injustus est : quemadmodum nec fur est, etiamsi furatus sit; nec adulter, etiamsi adulterium commiserit; itemque in ceteris. (3) Quomodo igitur reciproca permissio sive talio ad jus affecta sit, dictum est antea. (4) Sed sciendum est, jus id quod quærimus, esse et quod simpliciter jus est, et quod jus civile. Hoc autem inter eos est, qui communitate et societate vitæ inter se conjuncti sunt ad rerum ei necessariorum plenum fructum, homines videlicet liberi et æquales vel proportionem vel numero. Itaque quibus hoc non est, eis inter ipsos non est jus civile, sed

τοῦτο, οὐκ ἔστι τούτοις πρὸς ἀλλήλους τὸ πολιτικὸν δίκαιον, ἀλλὰ τι δίκαιον καὶ καθ' ὁμοιότητα. Ἔστι γὰρ δίκαιον, οἷς καὶ νόμος πρὸς αὐτούς· νόμος δ', ἐν οἷς ἀδικία· ἢ γὰρ δίκη κρίσις τοῦ δικαίου καὶ τοῦ ἀδίκου. Ἐν οἷς δ' ἀδικία, καὶ τὸ ἀδικεῖν ἐν τούτοις, ἐν οἷς δὲ τὸ ἀδικεῖν, οὐ πᾶσιν ἀδικία· τοῦτο δ' ἔστι τὸ πλέον αὐτῶν νέμειν τῶν ἀπλῶς ἀγαθῶν, ἔλαττον δὲ τῶν ἀπλῶς κακῶν. (5) Διὸ οὐκ εἰμὲν ἀρχεῖν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τὸν λόγον, ὅτι ἑαυτῶ τοῦτο ποιεῖ, καὶ γίνεται τύραννος. Ἔστι δ' ὁ ἀρχων φύλαξ τοῦ δικαίου, εἰ δὲ τοῦ δικαίου, καὶ τοῦ ἴσου. (6) Ἐπεὶ δ' οὐθὲν αὐτῶ πλέον εἶναι δοκεῖ, εἴπερ δίκαιος· οὐ γὰρ νέμει πλέον τοῦ ἀπλῶς ἀγαθοῦ αὐτῶ, εἰ μὴ πρὸς αὐτὸν ἀνάλογόν ἐστι. διὸ ἐτέρῳ ποιεῖ· καὶ διὰ τοῦτο ἀλλότριον εἶναι φασι ἀγαθὸν τῆν δικαιοσύνην, καθάπερ ἐλέγθη καὶ πρότερον. (7) Μισθὸς ἀρα τις δοτέος, τοῦτο δὲ τιμὴ καὶ γέρας· δῶν δὲ μὴ ἰκανὰ τὰ τοιαῦτα, οὗτοι γίνονται τύραννοι. (8) Τὸ δὲ δεσποτικὸν δίκαιον καὶ τὰ πατρικὸν οὐ ταῦτ' οὗτοις ἀλλ' ὁμοιον· οὐ γὰρ ἔστιν ἀδικία πρὸς τὰ αὐτοῦ ἀπλῶς, τὸ δὲ κτήμα καὶ τὸ τέκνον, ἕως ἂν ἢ πηλίκον καὶ μὴ γωρισθῆ, ὥσπερ μέρος αὐτοῦ. (9) Αὐτὸν δ' οὐθεὶς προαιρεῖται βλάπτειν· διὸ οὐκ ἔστιν ἀδικία πρὸς αὐτόν. Οὐδ' ἀρα ἀδικον οὐδὲ δίκαιον τὸ πολιτικόν· κατὰ νόμον γὰρ ἦν, καὶ ἐν οἷς ἐπεφύκει εἶναι νόμος· οὗτοι δ' ἦσαν οἷς ὑπάρχει ἰσότης τοῦ ἀρχεῖν καὶ ἀρχεσθαι. Διὸ μᾶλλον πρὸς γυναικὰ ἐστὶ δίκαιον ἢ πρὸς τέκνα καὶ κτήματα· τοῦτο γὰρ ἔστι τὸ οικονομικὸν δίκαιον· ἕτερον δὲ καὶ τοῦτο τοῦ πολιτικοῦ.

jus quoddam certum et ad illius similitudinem. Jus enim inter illos commune est, quibus et lex inter ipsos communis est. Lex porro eorum est, in quos et injustitia cadit; dixi enim (ex qua injustitia nomen Graecis dicitur) juris et injuriae disceptatio est. Inter quos autem injustitia locum habet, inter hos et injuriae faciendae locus esse potest. Etsi in quos cadit injuriam facere, non continuo in iis omnibus injustitia reperitur. Est autem injuriam facere, eorum quae absolute bona sunt, sibi plus tribuere, minusque eorum quae absolute mala. (5) Itaque hominem non sinimus imperare, sed legem aut rationem: quia ista quae modo diximus, ille sibi facere consuevit, sicut tyrannus. Est autem is, qui praestit, juris custos. Quodsi juris, ergo et aequalitatis. (6) *Objicitur*: si quis justus sit, nihilo plus ad eum boni, quam ad ceteros videri pervenire: non enim eorum quae absolute bona sunt, plus sibi quam aliis tribuit, nisi ex proportione ei istud debeat: atque idcirco talem alteri laborare, et ob hanc causam bonum alienum dicunt esse justitiam, ut et ante dictum est. (7) *Respondetur*: danda igitur ei est merces aliqua. Haec autem est honos et decus. Qui vero his contenti non sunt, hi fiunt tyranni. (8) Jus autem vel domini in servos, vel patris in liberos, non est idem atque haec; sed aliquid horum simile. Neque enim cuiquam in res suas injuste agendi locus esse potest absolute. Atqui et possessio seu mancipium, et liberi, usque dum parvi sunt necdum a patre sejuncti, partis instar sunt. (9) Se ipsum autem nemo damno afficit consulto. Non est igitur cuiquam in se ipsum injustitiae exercendae locus: ex quo efficitur, neque injuriam neque jus civile cuiquam esse adversus se ipsum. Lege enim jus constare, in iisque locum habere, apud quos legem esse communem natura fert, paullo ante dicebamus. Hos autem esse docuimus, quibus est inter ipsos imperandi et parendi aequalitas. Itaque inter virum et uxorem magis quam inter patrem et liberos, et dominum item ac servum juris est communitas. Illud enim est economicum jus: aliud vero etiam ipsum est a jure civili seu politico.

CAP. VII. [X.]

Τοῦ δὲ πολιτικοῦ δικαίου τὸ μὲν φυσικὸν ἔστι τὸ δὲ νομικόν, φυσικὸν μὲν τὸ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν, καὶ οὐ τῷ δοκεῖν ἢ μή, νομικὸν δὲ ὃ ἐξ ἀρχῆς μὲν οὐθὲν διαφέρει οὕτως ἢ ἄλλως, ὅταν δὲ θῶνται, διαφέρει, οἷον τὸ μναῖς λυτροῦσθαι, ἢ τὸ αἶγα θύειν ἀλλὰ μὴ δύο πρόβατα, ἔτι ὅσα ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα νομοθετοῦσιν, οἷον τὸ θύειν Βρασιδα, καὶ τὰ ψηφισματώδη. (α) Δοκεῖ δ' ἐνίοις εἶναι πάντα τοιαῦτα, ὅτι τὸ μὲν φύσει ἀκίνητον καὶ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, ὥσπερ τὸ πῦρ καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Πέρσiais καίει, τὰ δὲ δίκαια κινούμενα ὀρώσιν. (3) Τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν οὕτως ἔχον, ἀλλ' ἔστιν ὡς. Καίτοι παρά γε τοῖς θεοῖς ἴσως οὐδαμῶς· παρ' ἡμῖν δ' ἔστι μὲν τι καὶ φύσει, κινήτων μέντοι πᾶν. Ἄλλ' ὁμοῦς ἐστὶ τὸ μὲν φύσει τὸ δ' οὐ φύσει. (4) Ποῖον δὲ φύσει τῶν ἐνδεχομένων καὶ ἄλλως ἔχειν, καὶ ποῖον οὐ ἀλλὰ νομικὸν καὶ συνθήκη, εἴπερ ἀμφω κινήτὰ ὁμοίως, ὄντων. Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὃ αὐτοῖς ἀρμόσει διορισμός· φύσει γὰρ ἢ δεξιὰ κρέττων, καίτοι ἐνδέχεται τινὰς ἀμφιδεξίους γενέσθαι. (5) Τὰ δὲ κατὰ συνθήκην καὶ τὸ συμφέρον τῶν δικαίων ὁμοία ἐστὶ τοῖς μέτροις· οὐ γὰρ πανταχοῦ ἴσα τὰ οἰνηρὰ καὶ σιτηρὰ μέτρα, ἀλλ' οὐ μὲν ὠνοῦνται, μεῖζω, οὐ δὲ πωλοῦσιν, ἐλάττω. Ὅμοιως δὲ καὶ τὰ μὴ φυσικὰ ἀλλ' ἀνθρώπινα δίκαια οὐ ταῦτ' ἀπανταχοῦ,

Jus civile autem aliud naturale est, aliud legitimum. Naturale, quod ubique gentium eandem vim obtinet, non quod ita vel decretum sit, vel non decretum. Legitimum autem, quod ab initio hoc an illo modo fiat nihil refert: quum vero constitutum fuerit, tunc demum refert; quale est istud, mina captivum redimere; aut, capra Jovi sacrificare, non ovibus duabus. Praeterea leges omnes, quas de rebus singularibus ferunt, ut Brasida: sacra facere, et quaecumque a populis scita et decreta sunt. (2) Existimant autem nonnulli, jura omnia esse hujusmodi, id est legitima: quoniam id quod constat natura, immutabile est et ubique eandem vim habet; ut ignis et hic et apud Persas urit: jura autem quotidie vident immutari. (3) Sed hoc non est ita, quum sit tamen aliqua ex parte. Quanquam apud deos fortasse nequaquam ita habet: apud nos certe est aliquid, et quidem naturale, tamen mutabile est hoc omne. Verum tamen hoc non obstante aliud natura valet, aliud non natura. (4) Porro quodnam et quale etiam eorum quae aliter evenire quaeque mutari possunt, natura constet, et quod rursum non natura valet, sed lege et consensu, si quidem ambo sunt peraeque mutabilia, facile intelligitur. Ac ceteris quoque rebus poterit eadem distinctio accommodari. Manus enim dextra valetior est sinistra natura: atqui evenire potest ut aliqui sinistra perinde ut dextra utantur. (5) Jam vero quae jura ex consensu et utilitate hominum nata sunt, ea mensuris similia sunt. Neque enim omnibus in locis sunt aequales vini triticeique mensurae: sed iis in locis, ubi emunt quae illic nata alio exportentur, majores; apud illos, ubi ea revendunt, minores. Itemque jura non naturalia, sed humana, non sunt omnibus locis eadem. Nam

ἐπέι οὐδ' αἱ πολιτεῖαι, ἀλλὰ μία μόνον πανταχοῦ κατὰ φύσιν ἡ ἀρίστη. (6) Τῶν δὲ δικαίων καὶ νομίμων ἕκαστον ὡς τὰ καθόλου πρὸς τὰ καθ' ἕκαστα ἔχει· τὰ μὲν γὰρ πραττόμενα πολλά, ἐκείνων δ' ἕκαστον ἐν καθόλου γάρ. (7) Διαφέρει δὲ τὸ ἀδίκημα καὶ τὸ ἀδικον καὶ τὸ δικαίωμα καὶ τὸ δίκαιον· ἀδικον μὲν γάρ ἐστι τῇ φύσει ἢ τάξει· τὸ αὐτὸ δὲ τοῦτο, ὅτανπραχθῆ, ἀδικημά ἐστι, πρὶν δὲπραχθῆναι, οὕτω, ἀλλ' ἀδικον. Ὁμοίως δὲ καὶ δικαίωμα. Καλεῖται δὲ μᾶλλον δικαιοπράγημα τὸ κοινόν, δικαίωμα δὲ τὸ ἐπανόρθωμα τοῦ ἀδικήματος. Καθ' ἕκαστον δὲ αὐτῶν, ποῖα τε εἶδη καὶ πόσα καὶ περὶ ποῖα τυγχάνει ὄντα, ὕστερον ἐπισκεπτέον.

ne reipublicæ quidem regendæ forma una et eadem est apud omnes; etsi una dumtaxat ubique locorum consentanea naturæ est, ea quæ est optima. (6) Jam unumquodque jus et unumquodque legitimum eandem rationem habet ad hominum actiones, quam res universæ ad singulares. Nam quæ aguntur, multa sunt: sed horum unumquodque quiddam est unum. Est enim unumquodque quiddam. (7) Differt autem injuste factum sive injuria, ab eo quod est injustum factum sive res injusta; et juste factum sive justa actio, ab illo quod est justum factum sive res justa; nam factum injustum spectatur in ipsa natura vel constitutione: hoc vero ipsum, ubi ad rem collatum fuerit, injuria est; quod priusquam fieret, nondum injuria erat, sed res injusta. Eademque est justæ facti ratio. Ceterum vocabulum δικαιοπράγημα magis usurpatur generaliter quam δικαίωμα, quod fere ponitur pro eo quod est emendatio injuste facti. Quæ sint autem cujusque genera et partes, et quot sint, et in quibus versentur, posterius nobis erit videndum.

CAP. VIII. [X.]

Ὅταν δὲ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων τῶν εἰρημένων, ἀδικεῖ μὲν καὶ δικαιοπραγεῖ, ὅταν ἐκὼν τις αὐτὰ πράττει· ὅταν δ' ἄκων, οὐτ' ἀδικεῖ οὔτε δικαιοπραγεῖ ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός· οἷς γὰρ συμβεβήκε δικαίους εἶναι ἢ ἀδικούς, πράττουσιν. (2) Ἀδίκημα δὲ καὶ δικαιοπράγημα ὠρίσται τῶ ἐκούσιῳ καὶ ἀκούσιῳ· ὅταν γὰρ ἐκούσιον ᾖ, ψέγεται, ἀμα δὲ καὶ ἀδίκημα τότε ἐστίν· ὅσα ἔσται τὸ ἀδικον μὲν, ἀδίκημα δ' οὕτω, ἐὰν μὴ τὸ ἐκούσιον φαί, (3) Λέγω δ' ἐκούσιον μὲν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται, δ' ἂν τις τῶν ἐφ' αὐτῶ ὄντων εἰδῶς καὶ μὴ ἀγνοῶν πράττει μῆτε ὄν μῆτε ὄν μῆτε οὐ ἕνεκα, οἷον τίνα τύπτει καὶ τίνα καὶ τίνος ἕνεκα, κακείνων ἕκαστον μὴ κατὰ συμβεβηκός μηδὲ βία, ὥσπερ εἰ τις λαβῶν τὴν χεῖρα αὐτοῦ τύπτει ἕτερον, οὐχ ἐκὼν οὐ γὰρ ἐπ' αὐτῷ. Ἐνδέχεται δὲ τὸν τυπτόμενον πατέρα εἶναι, τὸν δ' ὅτι μὲν ἄνθρωπος ἢ τῶν παρόντων τις γινώσκειν, ὅτι δὲ πατὴρ ἀγνοεῖν. Ὁμοίως δὲ τὸ τοιοῦτον διωρίσθω καὶ ἐπὶ τοῦ οὐ ἕνεκα, καὶ περὶ τὴν πράξιν ὄλην. Τὸ δὲ ἀγνοούμενον, ἢ μὴ ἀγνοούμενον μὲν μὴ ἐπ' αὐτῷ δ' ὄν, ἢ βία, ἀκούσιον· πολλὰ γὰρ καὶ τῶν φύσει ὑπαρχόντων εἰδότες καὶ πράττομεν καὶ πάσχομεν, ὧν οὐθὲν οὐθ' ἐκούσιον οὐτ' ἀκούσιόν ἐστιν, οἷον τὸ γηρᾶν ἢ ἀποθνήσκειν. (4) Ἔστι δ' ὁμοίως ἐπὶ τῶν ἀδίκων καὶ τῶν δικαίων καὶ τὸ κατὰ συμβεβηκός· καὶ γὰρ ἂν τὴν παρακαταθήκην ἀποδοῖη τις ἄκων καὶ διὰ φόβον, ὃν οὔτε δίκαια πράττει οὔτε δικαιοπραγεῖν φατέον ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἀναγκαζόμενον καὶ ἄκωντα τὴν παρακαταθήκην μὴ ἀποδιδόντα κατὰ συμβεβηκός φατέον ἀδικεῖν καὶ τὰ ἀδίκαια πράττειν. (5) Τῶν δὲ ἐκούσιων τὰ μὲν προελόμενοι πράττομεν τὰ δ' οὐ προελόμενοι, προσλόμενοι μὲν ὅσα προβουλευσάμενοι, ἀπροαίρετα δὲ ὅσα ἀπροβούλευτα. (6) Τριῶν δὲ οὐσῶν βλαβῶν τῶν ἐν ταῖς κοινωνίαις, τὰ μὲν μετ' ἀγνοίας ἀμαρτηματὰ ἐστίν, ὅταν μῆτε ὄν μῆτε δ' μῆτε ὄν ἕνεκα ὑπέλαβε πράξῃ ἢ γὰρ οὐ βαλεῖν ἢ οὐ τούτω ἢ οὐ τοῦτον ἢ οὐ τούτου ἕνεκα ὄνηθη, ἀλλὰ συνέθη οὐχ ὄν ἕνεκα ὄνηθη, οἷον οὐχ ἵνα τρώσῃ ἀλλ' ἵνα κεντήσῃ, ἢ οὐχ ὄν, ἢ οὐχ ὡς. (7) Ὅταν μὲν οὖν παραλόγως ἢ βλάβῃ γένηται, αὐ-

Jus porro et injusta quum sint ea quæ sunt a nobis exposita, injuste et juste agit aliquis, quum ea sua sponte agit; quum invitus agit, nec injuste nec juste agit, sed secundum eventum: agunt enim hi ea quibus accidit ut justa vel injusta sint. (2) At injuste et juste factum illo definitur, quod est sponte et invite factum. Nam quum quid sponte fit, tum et vituperatur, et simul injuste factum est. Erit ergo aliquid injustum, quod nondum erit injuste factum, nisi eo accesserit ut sponte factum sit. (3) Sponte autem fieri dico (ut et supra a nobis dictum est) id quod quis in sua potestate positum facit, et sciens, id est, non ignorans eum quem injuria afficit, nec id quod facit, nec quod instrumento, nec cujus rei gratia: puta, si non ignorans quem verberet, quare verberet, cujus denique rei causa verberet; atque etiam ista omnia non sint ex eventu, nec fiant per vim; veluti si quis alicujus manu apprehensa alterum verberet, hic non sponte facit: non enim erat res hæc in ipso sita. Contingere etiam potest ut pater sit is qui pulsatur; is vero qui pulsatur, illum esse hominem dumtaxat, aut eorum qui adsunt aliquem sciat, patrem suum esse nesciat. Similem autem distinctionem in eo quoque adhiberi oportet, quod est, cujus causa res agitur, et in tota adeo actione. Quod autem ignoratur, aut quum minime ignoretur, tamen vel in ejus qui agit potestate non est, vel in quo agentis vis affertur, id ab invito agi dicitur. Nam multa sane eorum quæ naturaliter eveniunt in nobis, scientes et agimus et patimur: quorum tamen, nihil nec sponte nostra nec nobis invitis fieri dicendum est; ut, senescere aut mori. (4) In rebus justis autem æque atque injustis illud quod dicitur ex eventu, locum habet. Nam si quis depositum reddiderit invitus et metu coactus, ejus actionem justam esse, aut ipsum juste agere dicendum non est, nisi ex eventu: itemque qui necessitate coactus et invitus depositum non reddit, is quoque ex eventu injuriam facere resque injustas agere dicendus est. (5) Eorum autem quæ sponte aguntur, alia consilio capto agimus, alia consilio non capto. Consilio capto agimus, quæ re prius deliberata; non capto consilio, quæ re non ante deliberata agimus. (6) Jam quum in vitæ societate et contrahendis rebus tria sint damnorum genera: ea quidem, quæ cum inscientia conjuncta sunt, errata vocantur: quum quis scilicet egerit aut in quem, aut quod, aut quomodo, aut cujus gratia minime existimavit. Nam aut se non percussurum, aut non hoc instrumento, aut non hunc, aut non hujus rei causa existimavit, sed longe aliud: verbi gratia, si non ut vulneraret, sed ut pungeret, ferrum strinxit: aut non eum quem putavit vulneravit, aut non quomodo voluit. (7) Quum igitur necopinato damnum illatum fuerit.

γῆμα, ὅταν δὲ μὴ παραλόγως, ἀνευ δὲ κακίας, ἀμάρ-
τημα· ἀμαρτάνει μὲν γὰρ ὅταν ἢ ἀρχῇ ἢ αὐτῷ ἢ τῆς
αἰτίας, ἀτυχεῖ δ' ὅταν ἔξωθεν. (8) Ὅταν δὲ εἰδῶς
μὲν μὴ προβουλεύσας δέ, ἀδικήμα, οἷον ὅσα τε
5 διὰ θυμὸν καὶ ἄλλα πάθη, ὅσα ἀναγκαῖα ἢ φυσικά,
συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις· ταῦτα γὰρ βλάπτοντες καὶ
ἀμαρτάνοντες ἀδικοῦσι μὲν, καὶ ἀδικήματά ἐστιν,
οὐ μέντοι πῶς ἀδικοῖ διὰ ταῦτα οὐδὲ πονηροί· οὐ γὰρ διὰ
μοχθηρίαν ἢ βλάβη· (9) ὅταν δ' ἐκ προαιρέσεως, ἀδικος
10 καὶ μοχθηρός. Διὸ καλῶς τὰ ἐκ θυμοῦ οὐκ ἐκ προνοίας
κρίνεται· οὐ γὰρ ἄρχει δ θυμῷ ποιῶν, ἀλλ' ὁ δργίας.
(10) Ἐτι δὲ οὐδὲ περὶ τοῦ γενέσθαι ἢ μὴ ἀμφισβητεῖται,
ἀλλὰ περὶ τοῦ δικαίου· ἐπὶ φαινομένη γὰρ ἀδικία
ἢ ὀργή ἐστιν. Οὐ γὰρ ὡς περ ἐν τοῖς συναλλάγμασι περὶ
15 τοῦ γενέσθαι ἀμφισβητοῦσιν, ὧν ἀνάγκη τὸν ἕτερον
εἶναι μοχθηρὸν, ἂν μὴ διὰ λήθην αὐτὸ δρῶσιν· ἀλλ'
ὁμολογοῦντες περὶ τοῦ πράγματος, περὶ τοῦ ποτέρως
δίκαιον ἀμφισβητοῦσιν. Ὁ δ' ἐπιβουλεύσας οὐκ ἀγνοεῖ,
ὥστε ὁ μὲν οἶεται ἀδικεῖσθαι, ὁ δ' οὐ. (11) Ἄν δ' ἐκ
20 προαιρέσεως βλάβη, ἀδικεῖ. Καὶ κατὰ ταῦτ' ἤδη τὰ
ἀδικήματα ὁ ἀδικῶν ἀδικος, ὅταν παρὰ τὸ ἀναλογον
ἢ ἢ παρὰ τὸ ἴσον. Ὅμοίως δὲ καὶ δίκαιος, ὅταν προε-
λόμενος δικαιοπραγῇ. Δικαιοπραγεῖ δέ, ἂν μόνον
ἐκὼν πράττῃ. (12) Τῶν δ' ἀκουσίων τὰ μὲν ἐστὶ συγ-
25 γνωμονικά τὰ δ' οὐ συγνωμονικά· ὅσα μὲν γὰρ μὴ
μόνον ἀγνοοῦντες ἀλλὰ καὶ δι' ἀγνοίαν ἀμαρτάνουσι,
συγνωμονικά, ὅσα δὲ μὴ δι' ἀγνοίαν, ἀλλ' ἀγνοοῦντες
μὲν διὰ πάθος δὲ μῆτε φυσικὸν μῆτ' ἀνθρώπινον, οὐ
συγνωμονικά.

infortunium nominatur : quum autem non inopinato
quidem, sed non tamen malitiose, erratum seu peccatum
est. Peccat enim tum quisque, quia in ipso causæ princi-
pium inest ; infortunatus est, quum principium extra est.
(8) At vero quum quis sciens læsit alterum, sed delibera-
tione non antegressa, injuste factum est ; exempli causa,
quæcumque vel ab ira vel ab aliis affectibus qui aut ne-
cessarii sunt aut naturales, hominibus accidunt. Hujusce-
modi namque damnum dantes, atque ita peccantes, injuriam
quidem illi faciunt, et hæc sunt injuste facta : nondum ta-
men propter hæc ipsi injusti neque improbi sunt ; non enim
malitiose damnum illatum est. (9) At vero si quis consilio
capto et de industria ista agit, tum vero et injustus et im-
probus est dicendus. Quapropter recte quæ per iram fiunt,
facta non putant de industria. Non enim talium auctor est
is qui iratus facit, sed is qui irritavit. (10) Præterea non
est controversia de facto, sed de jure. Ob injustitiæ enim
speciem animo objectam ira commovetur. Neque enim hic
de facto controversia est, ut in rebus contrahendis inter
eos qui contraxerunt (quorum necesse est alterum esse im-
probum, nisi oblitii id faciant), sed de facto unum et idem
sentientes, de jure ambigunt. At qui cogitato et fraude con-
cepta læsit alterum, non ignorat. Itaque alter injuria se
esse affectum arbitratur, alter vero non item. (4) Quodsi
quis consulto damnum inferat, injuriam facit : et ab his
demum injuriis inferendis injustus est, quum videlicet a
proportione vel ab æqualitate discesserit. Quo modo item
justus est aliquis tum, quum consulto juste agit. Juste agit
autem, si modo voluntate sua agat. (12) Ceterum eorum
quæ invite sunt, alia venia digna sunt, alia non item. Quæ-
cumque enim non solum inscientes, sed etiam per inscien-
tiam peccant homines, iis ignoscendum est ; quæcumque
vero non propter inscientiam peccant, sed inscientes, quia
perturbationibus nec naturalibus nec humanis incitati, iis
non est ignoscendum.

CAP. IX. [XI.]

30 Ἀπορήσει δ' ἂν τις, εἰ ἱκανῶς διώρισται περὶ τοῦ
ἀδικεῖσθαι καὶ ἀδικεῖν, πρῶτον μὲν εἰ ἐστὶν ὡς περ Εὐ-
ριπίδης εἰρηκς, λέγων ἀτόπως·

Μητέρα κατέκτα τὴν ἐμὴν, βροχῆς λόγος,
ἐκὼν ἐκούσαν, ἢ θέλουσαν οὐχ ἐκὼν·

35 πότερον γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐστὶν ἐκόντα ἀδικεῖσθαι, ἢ οὐ
ἀλλ' ἀκούσιον ἅπαν, ὡς περ καὶ τὸ ἀδικεῖν πᾶν ἐκού-
σιον. Καὶ ἄρα πᾶν οὕτως ἢ ἐκείως, ὡς περ καὶ τὸ
ἀδικεῖν πᾶν ἐκούσιον, ἢ τὸ μὲν ἐκούσιον τὸ δ' ἀκούσιον ;
(2) Ὅμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ δικαιοῦσθαι· τὸ γὰρ δικαιο-
40 πραγεῖν πᾶν ἐκούσιον, ὡς τ' εὐλογον ἀντικεῖσθαι ὁμοίως
καθ' ἑκάτερον τὸ τ' ἀδικεῖσθαι καὶ τὸ δικαιοῦσθαι ἢ ἐκού-
σιον ἢ ἀκούσιον εἶναι. Ἄστοπον δ' ἂν δόξειε καὶ ἐπὶ
τοῦ δικαιοῦσθαι, εἰ πᾶν ἐκούσιον· ἐνίοι γὰρ δικαιοῦσθαι
οὐχ ἐκόντες. (3) Ἐπει καὶ τόδε διαπορήσειεν ἂν τις,
46 πότερον ὁ τὸ ἀδικον πεπονηῶς ἀδικεῖται πᾶς ἢ ὡς περ
καὶ ἐπὶ τοῦ πράττειν, καὶ ἐπὶ τοῦ πάσχειν ἐστίν· κατὰ
συμβεβηκός γὰρ ἐνδέχεται ἐπ' ἀμφοτέρων μεταλαμβά-
νειν τῶν δικαίων. Ὅμοίως δὲ δῆλον ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῶν
ἀδικῶν· οὐ γὰρ ταῦτὸν τὸ τὰ δίκαια πράττειν τῷ ἀδικεῖν
50 οὐδὲ τὸ ἀδικα πάσχειν τῷ ἀδικεῖσθαι. Ὅμοίως δὲ καὶ
ἐπὶ τοῦ δικαιοπραγεῖν καὶ δικαιοῦσθαι· ἀδύνατον γὰρ

Dubitare autem posset aliquis, anne satis distincte de
accipienda et facienda injuria a nobis disputatum sit. Ac
primum quidem quaeri potest, utrumnam ita se res habeat,
ut dixit Euripides, cujus hæc sunt absurde sane dicta :

Matrem is meam peremit, ut paucis loquar,
volens volentem, vel volentem non volens.

Utrum enim potest revera fieri ut sua voluntate quis
accipiat injuriam, an non potest ; sed potius omnis invito
fit injuria ? quemadmodum sane facere injuriam omnino
est voluntarium. Utrum, inquam, omnis injuria accipitur
hoc posteriore modo (*contra voluntatem*), an potius
illo priore modo (*voluntate*), quemadmodum facere in-
juriam omnino est voluntarium ? an vero aliam quis sua
sponte accipit, aliam invitus ? (2) Atque hoc idem etiam de
juris actionibus quaeri potest. Voluntarium est enim quid-
quid juste aliquis agit. Itaque oppositionis quoque in am-
bobus eandem esse rationem consentaneum est, atque ita
utraque similiter, injuriam scilicet accipere, et jus suum
obtineri, vel voluntaria esse, vel non voluntaria. Sane quum
satis constat, jus suum nonnullis pati minime sua sponte,
vel ob illud quoque videatur absurdum dicere, jus non nisi
a volentibus percipi. (3) Quod quaeri de eo quoque potest,
num, quicumque aliquid pertulit injusti, injuriam accep-
tuisse dicendus sit ; an vero ut in agendo, sic se res habeat
etiam in perpetuando. Contingere enim potest ex eventu,
ut quis in utroque justa percipiat. Similiterque videlicet
etiam in injustis. Plurimum namque interest inter, res injus-
tas agere, et injuriam facere : itemque inter, res injustas per-
ferre, atque injuriam accipere. Idemque est de juste agendo,

ἀδικεῖσθαι μὴ ἀδικούντος ἢ δικαιουῖσθαι μὴ δικαιοπρα-
 γούντος. (4) Εἰ δ' ἐστὶν ἀπλῶς τὸ ἀδικεῖν τὸ βλάπτειν
 ἐκόντα τινα, τὸ δ' ἐκόντα εἰδόντα καὶ ὄν καὶ ᾧ καὶ ὡς,
 ὁ δ' ἀκρατῆς ἐκὼν βλάπτει αὐτὸς αὐτόν, ἐκὼν τ' ἂν
 ἀδικῶτο καὶ ἐνδέχοιτο αὐτὸν αὐτὸν ἀδικεῖν. Ἔστι δὲ
 καὶ τοῦτο ἐν τι τῶν ἀπορουμένων, εἰ ἐνδέχεται αὐτὸν
 αὐτὸν ἀδικεῖν. (5) Ἔτι ἐκὼν ἂν τις δι' ἀκρασίαν ὑπ'
 ἄλλου βλάπτοιτο ἐκόντος, ὥστ' εἴη ἂν ἐκόντ' ἀδικεῖσθαι.
 Ἡ οὐκ ὀρθὸς ὁ διορισμὸς, ἀλλὰ προσθετέον τῷ βλάπτειν
 εἰδόντα καὶ ὄν καὶ ᾧ καὶ ὡς τὸ παρά τὴν ἐκείνου βού-
 λησιν; (6) Βλάπτεται μὲν οὖν τις ἐκὼν καὶ τὰδικα πά-
 σχει, ἀδικεῖται δ' οὐθεὶς ἐκὼν· οὐθεὶς γὰρ βούλεται, οὐδ'
 ὁ ἀκρατῆς, ἀλλὰ παρά τὴν βούλησιν πράττει· οὔτε γὰρ
 βούλεται οὐθεὶς ὁ μὴ οἶεται εἶναι σπουδαῖον, ὅτε ἀκρα-
 τῆς οὐχ ἂ οἶεται δεῖν πράττειν πράττει. (7) Ὁ δὲ τὰ
 αὐτοῦ διδοῦς, ὥσπερ Ὁμηρὸς φησι δοῦναι τὸν Γλαῦ-
 κον τῷ Διομήδει

χρῦσα χαλκίων, ἐκατόμβοι' ἑνεαβοῖων,

οὐκ ἀδικεῖται· ἐπ' αὐτῷ γὰρ ἐστὶ τὸ διδοῦναι, τὸ δ' ἀδι-
 κῆσθαι οὐκ ἐπ' αὐτῷ, ἀλλὰ τὸν ἀδικούντα δεῖ ὑπάρ-
 χειν. (8) Περὶ μὲν οὖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, ὅτι οὐχ ἐκού-
 σιον, δῆλον.

[XII.] Ἔτι δ' ὧν προειλόμεθα δὴ ἐστὶν εἰπεῖν, πό-
 τερόν ποτ' ἀδικεῖ ὁ νειμῆς παρά τὴν ἀξίαν τὸ πλεῖον ἢ
 τὸ ἔχων, καὶ εἰ ἐστὶν αὐτὸν αὐτὸν ἀδικεῖν. (9) εἰ γὰρ
 ἐνδέχεται τὸ πρότερον λεχθέν καὶ ὁ διανέμων ἀδικεῖ
 ἀλλ' οὐχ ὁ ἔχων τὸ πλεόν, εἰ τις πλεόν ἐτέρῳ ἢ αὐτῷ
 νέμει εἰδὼς καὶ ἐκὼν, οὗτος αὐτὸς αὐτὸν ἀδικεῖ. Ὅπερ
 δοκοῦσιν οἱ μέτριοι ποιεῖν· ὁ γὰρ ἐπεικῆς ἐλαττωτι-
 κός ἐστιν. Ἡ οὐδὲ τοῦτο ἀπλοῦν; ἐτέρου γὰρ ἀγαθοῦ,
 εἰ ἔτυχεν, ἐπλεονέκτει, ὅσον δόξης ἢ τοῦ ἀπλῶς καλοῦ.
 Ἔτι λύεται καὶ κατὰ τὸν διορισμὸν τοῦ ἀδικεῖν· οὐθὲν
 γὰρ παρά τὴν αὐτοῦ πάσχει βούλησιν, ὥστε οὐκ ἀδικεῖ-
 ται διὰ γε τοῦτο, ἀλλ' εἴπερ, βλάπτεται μόνον. (10) Φα-
 νερόν δὲ καὶ ὅτι ὁ διανέμων ἀδικεῖ, ἀλλ' οὐχ ὁ πλεόν
 ἔχων ἀεί· οὐ γὰρ ᾧ τὸ ἀδικῶν ὑπάρχει ἀδικεῖ, ἀλλ' ᾧ
 τὸ ἐκόντα τοῦτο ποιεῖν· τοῦτο δ' ὅθεν ἢ ἀρχὴ τῆς πρά-
 ξεως, ἢ ἐστὶν ἐν τῷ διανεμόντι ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ λαμ-
 βάνοντι. (11) Ἔτι ἐπει πολλαχῶς τὸ ποιεῖν λέγεται,
 καὶ ἐστὶν ὡς τὰ ἀψυχα κτείνει καὶ ἡ χεῖρ καὶ ὁ οἰκέτης
 ἐπιτάξαντος, οὐκ ἀδικεῖ μὲν, ποιεῖ δὲ τὰ ἀδίκαια. (12) Ἔτι
 εἰ μὲν ἀγνοῶν ἔκρινεν, οὐκ ἀδικεῖ κατὰ τὸ νομικὸν δί-
 καιον οὐδ' ἀδικὸς ἢ κρίσις ἐστίν, ἐστὶ δ' ὡς ἀδικὸς·
 ἔτερον γὰρ τὸ νομικὸν δίκαιον καὶ τὸ πρῶτον· εἰ δὲ γι-
 νώσκων ἔκρινεν ἀδίκως, πλεονεκτεῖ καὶ αὐτὸς ἢ χάρι-
 τος ἢ τιμωρίας. (13) Ὅσπερ οὖν κἀν εἴ τις μερίσαιτο
 τοῦ ἀδικήματος, καὶ ὁ διὰ ταῦτα κρίνας ἀδίκως πλεόν
 ἔχει· καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων ὁ τὸν ἀγρὸν κρίνας οὐκ ἀγρὸν
 ἀλλ' ἀργύριον ἔλαβεν. [XIII.] (14) Οἱ δ' ἀνθρωποὶ
 ἐφ' ἑαυτοῖς οἴονται εἶναι τὸ ἀδικεῖν, διὸ καὶ τὸ δίκαιον
 εἶναι βράδιον. Τὸ δ' οὐκ ἐστὶν· συγγενέσθαι μὲν γὰρ
 τῇ τοῦ γείτονος καὶ πατάζει τὸν πλησίον καὶ δοῦναι τῇ
 χεῖρι τὸ ἀργύριον βράδιον καὶ ἐπ' αὐτοῖς, ἀλλὰ τὸ ὠδὶ

atque de justum perpetiendi statuendum. Nam fieri non
 potest ut quis injuriam accipiat, nisi sit qui faciat, aut ut
 jus suum obtineat, nisi sit qui juste agat. (4) Quodsi inju-
 riam facere, simpliciter est alicui sponte sua nocero (sponte
 autem nocere est, scientem et cui, et quo, et quo modo
 noceras), incontinens autem sponte sua sibi ipse nocet :
 ergo sponte sua injuria afflicetur, et fieri poterit ut quis se
 ipse injuria afficiat; quod ipsum etiam unum est ex iis quæ
 dubitantur, fierine possit ut quis sibi ipse injuriam faciat.
 (5) Præterea poterit aliquis sponte sua propter incontinentiam
 suam ab altero item volente damno affici. Atque secundum
 hæc fieri poterit ut quis sponte sua injuria afficiatur. Aut
 non est recta superior definitio, sed illis verbis Nocere scien-
 tem et cui, et quo, et quomodo noceras, addendane sunt
 hæc : Contra illius voluntatem? (6) Damno igitur sua
 sponte quispiam affici resque injustas perferre potest; inju-
 riam autem sua sponte accipere nemo potest. Nemo enim
 vult injuriam accipere, ac ne incontinens quidem : sed
 præter suam voluntatem agit. Nam nec vult quisquam quod
 non arbitratur esse bonum, et incontinens id quod agen-
 dum esse non putat, agit. (7) Neque vero qui dat sua sic
 ut scribit Homerus Glaucum Diomedii

Aurea donantem arma, sibi invicem athena recepse,
 bubus emenda novem hæc, centum æquiparantibus illis,

Injuria afficitur. In ejus enim potestate situm est dare aut
 non dare : at injuriam accipere non est in ejus qui acci-
 pit potestate situm, sed oportet sit qui injuriam faciat.
 (8) Injuria igitur non accipi sponte, sic apparet.

[XII.] Sed ex iis quæ consilium erat proponere, duo
 nobis restant explicanda : utrumnam injuriam faciat is
 qui plus alicui tribuit, præter ejus meritum ac dignitatem;
 an is qui plus consecutus est; et fierine possit ut quis sibi
 ipsi injuriam faciat. (9) Nam si contingere potest id, quod
 priore loco dictum est, ut is qui plus tribuit, faciat inju-
 riam, non is qui plus obtinuit; sequitur ut, si quis plus
 alteri quam sibi tribuit sciens et sua voluntate, is se ipse
 afficiat injuria. Id quod modesti homines facere consueve-
 runt. Nam vir bonus de suo jure libenter et facile aliis con-
 cedere solet. An ne hoc quidem etiam simplex est? nam plus
 sibi alterius boni forsam vindicavit, veluti gloriæ, aut ejus
 quod absolute honestum est. Præterea ex definitione ejus
 quod est injuriam facere, refellitur altera sententia. Nihil
 enim tali accidit præter ipsius voluntatem. Quare propter
 istud injuria non afficitur, sed, si forte, damno afficitur
 dumtaxat. (10) Perspicuum autem etiam illud est, eum qui
 plus æquo dat uni, quum distribuit, facere injuriam; ne-
 que vero semper eum qui plus obtinet. Non enim is in
 quo id inest, quod injustum est, injuriam facit; sed is in
 quo inest sponte hoc facere, hoc est, a quo actionis prin-
 cipium proficiscitur, quod sane est in eo qui distribuit,
 non in eo qui capit. (11) Præterea quoniam Facere multis
 modis dicitur, et usu venit ut inanima quoque interficiant,
 et manus, et servus item domini jussu : non injuriam qui-
 dem facit talis, sed tamen rem injustam facit. (12) Præter-
 ea si quis ignorans judicavit, neque facit injuriam, quod
 quidem ad jus legitimum attinet, neque judicium injustum
 est, sed tamen quasi injustum. Nam jus legitimum aliud est
 ab illo primo. Quodsi sciens injuste judicavit, jam ipse quo-
 que plus consecutus est vel in eo quod gratiam inicit ab
 altero, vel in eo quod inimicitias suas ultus est. (13) Igitur
 si quis injuriæ factæ sit socius, sic etiam in illis is ut
 qui propter hæc injuste judicavit, plus obtinere intelligitur.
 Nam et qui agrum alteri adjudicavit ob hujusmodi rem, non
 agrum mox necesse est ut acceperit, sed pecuniam vel quid
 simile. [XIII.] (14) Homines autem in sua potestate positum
 esse putant injuriam facere; eoque esse facile, justum esse.
 Sed non ita est. Nam cum vicini uxore rem habere, et al-
 terum verberare, et manu pecuniam dare, tum facile est,
 tum in eorum qui faciunt potestate situm est : sed ex hæ-

ἔχοντας ταῦτα ποιεῖν οὔτε βράδιον οὔτ' ἐπ' αὐτοῖς. (16) Ὅμοιος δὲ καὶ τὸ γνῶναι τὰ δίκαια καὶ τὰ ἀδίκαια οὐδὲν οἴονται σοφὸν εἶναι, ὅτι περὶ ὧν οἱ νόμοι λέγουσιν οὐ χαλεπὸν ξυνεῖναι. Ἄλλ' οὐ ταῦτ' ἐστὶ τὰ δίκαια ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ πῶς πραττόμενα καὶ πῶς νεμόμενα δίκαια· τοῦτο δὲ πλεόν ἔργον ἢ τὰ ὑγιεινά εἰδέναι, ἐπεὶ κακεῖ μέλι καὶ οἶνον καὶ ἐλλέβορον καὶ καυσὶν καὶ τομῆν εἰδέναι βράδιον, ἀλλὰ πῶς δεῖ νεῖμαι πρὸς ὑγίειαν καὶ τίνη καὶ πότε, τοσοῦτον ἔργον ὅσον ἱατρῶν εἶναι. (16) Δι' αὐτὸ δὲ τοῦτο καὶ τοῦ δικαίου οἴονται εἶναι οὐθὲν ἤττον τὸ ἀδικεῖν, ὅτι οὐθὲν ἤττον ὁ δίκαιος ἀλλὰ καὶ μάλλον δύναται ἂν ἕκαστον πράξαι τούτων· καὶ γὰρ συγγενέσθαι γυναικὶ καὶ πατάξαι, καὶ ὁ ἀνδρείος τὴν ἀσπίδα ἀφείναι καὶ στραφεῖς ἐφ' ὀπιότραυρον τρέχειν. Ἄλλὰ τὸ δειλαίνειν καὶ τὸ ἀδικεῖν οὐ τὸ ταῦτα ποιεῖν ἐστὶ, πλὴν κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ τὸ ὠδὶ ἔχοντα ταῦτα ποιεῖν, ὡσπερ καὶ τὸ ἱατρεύειν καὶ τὸ ὑγιάειν οὐ τὸ τέμνειν ἢ μὴ τέμνειν ἢ φαρμακεύειν ἢ μὴ φαρμακεύειν ἐστίν, ἀλλὰ τὸ ὠδί. (17) Ἔστι δὲ τὰ δίκαια ἐν τούτοις οἷς μέτεστι τῶν ἀπλῶς ἀγαθῶν, ἔχουσι δ' ὑπερβολὴν ἐν τούτοις καὶ ἔλλειψιν· τοῖς μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ὑπερβολὴ αὐτῶν, οἷον ἴσως τοῖς θεοῖς, τοῖς δ' οὐθὲν μῦριον ὠφέλιμον, τοῖς ἀνάταως κακοῖς, ἀλλὰ πάντα βλάπτει, τοῖς δὲ μέχρι τοῦ· διὰ τοῦτ' ἀνθρώπινόν ἐστι.

bitu et sic affectos hæc facere, id neque facile neque in eorum potestate situm est. (15) Similiter justa et injusta nosse nullius sapientiæ esse putant : quia ea de quibus loquuntur leges, intelligere difficile non est. Verum ista non sunt justa, nisi ex eventu : quum autem certo quodam modo et aguntur et distribuuntur, tunc justa sunt. Hoc autem magis opus est, quam verbi gratia res salubres cognoscere. Nam illic quoque mel, vinum, veratrum, ustionem et sectionem nosse facile est ; sed quomodo, et cui, et quando ad sanitatem adhibenda sint, cognoscere, tam est magnum et operosum, quam medicum esse. (16) Propter hanc ipsam causam non minus justus quam injusti hominis esse putant, injuriam facere : quia justus non minus quam injustus, imo vero magis unumquodque horum agere possit. Nam et hunc cum aliena uxore rem habere, alterumque verberare, et virum fortem clypeum abjicere, et in utramvis conversum partem currere posse dicunt. Atqui ignavum esse et injuriam facere, non est hæc facere, nisi ex eventu : sed sic affectum facere ; quemadmodum mederi et sanare non est secare aut non secare, medicamento purgare aut non purgare ; sed sic affectum hæc prestare. (17) Ceterum jura locum habent tantum inter eos, inter quos eorum quæ absolute bona sunt, communitas est, et quibus horum nimium et parum esse potest. Aliquibus enim non potest esse eorum nimium, ut fortasse diis : aliis nulla prorsus eorum particula utilis est, nempe hominibus insanabiliter improbis, sed omnia nocent : aliis aliquatenus utilia sunt. Atque in eo est humana conditio.

CAP. X. [XIV]

Περὶ δὲ ἐπιεικείας καὶ τοῦ ἐπιεικοῦς, πῶς ἔχει ἢ μὲν ἐπιεικεία πρὸς δικαιοσύνην, τὸ δ' ἐπιεικὲς πρὸς τὸ δίκαιον, ἐχόμενόν ἐστιν εἰπεῖν· οὔτε γὰρ ὡς ταῦτον ἀπλῶς οὐθ' ὡς ἕτερον τῷ γένει φαίνεται σκοπουμένοις, καὶ δὲ μὲν τὸ ἐπιεικὲς ἐπαινοῦμεν καὶ ἀνδρα τὸν τοιοῦτον, ὡστε καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα ἐπαινοῦντες μεταφέρομεν ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ ἐπιεικέστερον ὅτι βέλτιον δηλοῦντες· δεῖ δὲ τῷ λόγῳ ἀκολουθοῦσαι φαίνεται ἀποπον εἶ τὸ ἐπιεικὲς παρὰ τὸ δίκαιόν τι ὃν ἐπαινετόν ἐστιν· ἢ γὰρ τὸ δίκαιον οὐ σπουδαῖον, ἢ τὸ ἐπιεικὲς οὐ δίκαιον, εἰ ἄλλο· ἢ εἰ ἄμφω σπουδαῖα, ταῦτόν ἐστιν. (2) Ἡ μὲν οὖν ἀπορία σχεδὸν συμβαίνει διὰ ταῦτα περὶ τὸ ἐπιεικὲς, ἔχει δ' ἅπαντα τρόπον τινὰ ὀρθῶς καὶ οὐθὲν ὑπεραντίον ἑαυτοῖς· τό τε γὰρ ἐπιεικὲς δικαίου τινὸς ὃν βέλτιον ἐστὶ δίκαιον, καὶ οὐχ ὡς ἄλλο τι γένος ὃν βέλτιον ἐστὶ τοῦ δικαίου. Ταῦτόν ἄρα δίκαιον καὶ ἐπιεικὲς, καὶ ἄμφω σπουδαῖον ὄντων κρείττον τὸ ἐπιεικὲς. (3) Ποιεῖ δὲ τὴν ἀπορίαν ὅτι τὸ ἐπιεικὲς δίκαιον μὲν ἐστίν, οὐ τὸ κατὰ νόμον δέ, ἀλλ' ἐπανόρθωμα νομίμου δικαίου. (4) Αἴτιον δ' ἐστὶ ὁ μὲν νόμος καθόλου πᾶς, περὶ ἐνίων δ' οὐχ οἷόν τε ὀρθῶς εἰπεῖν καθόλου. Ἐν οἷς οὖν ἀνάγκη μὲν εἰπεῖν καθόλου, μὴ οἷόν τε δὲ ὀρθῶς, τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πλεόν λαμβάνει ὁ νόμος, οὐκ ἀγνοῶν τὸ ἀμαρτανόμενον. Καὶ ἐστὶν οὐδὲν ἤττον ὀρθῶς· τὸ γὰρ ἀμάρτημα οὐκ ἐν τῷ νόμῳ οὐδ' ἐν τῷ νομοθέτῃ ἀλλ' ἐν τῇ φύσει τοῦ πράγματός ἐστιν· εὐθύς γὰρ τοιαύτη ἢ τῶν πρακτῶν ὅλη ἐστίν. (5) Ὅταν οὖν λέγῃ μὲν

Sequitur ut de æquitate et de æquo bono dicamus, quam rationem æquitas ad justitiam, quam æquum bonum ad jus habeat. Namque propius intuentibus neque ut idem omnino, neque ut aliud genere videtur. Atque interdum æquum bonum laudamus, eumque virum qui æquus et bonus est. Quin etiam hoc nomen ad alia laudando transferimus, pro bono usurpando id quod dicimus τὸ ἐπιεικέστερον, melius scilicet aliquid significantes. Interdum rationem sequentibus absurdum videtur, æquum bonum, quum sit quidpiam a jure diversum, esse laudabile. Nam vel jus non est bonum, vel æquum bonum non est justum, si quidem hoc a jure aliquid diversum est, vel si utrumque bonum est, idem sunt. (2) Tota igitur de æquo bono quæstio ex his propemodum quæ diximus nascitur. Sed hæc omnia quodammodo bene habent, nec quidem eorum est quod secum pugnet. Nam æquum bonum jure quodam melius jus est ; neque ita jure melius est, ut sit aliud quoddam genus. Idem ergo est jus et æquum bonum : quumque ambo sint bona, melius est æquum bonum. (3) Sed hinc nata dubitatio est, quod, quamvis æquum bonum jus sit, non est tamen jus lege constitutum aut legitimum, sed juris legitimi correctio. (4) Cujus rei hæc causa est, quod lex omnis generalis est ; de quibusdam autem rebus universe et generaliter recte præcipi non potest. Itaque quibus in rebus legis vocem universam ac generalem esse necesse est, id autem est ubi non satis recte fieri potest, in iis id sumit lex quod plerumque solet evenire ; quamvis id quod in hoc peccatur, satis intelligat. Nec tamen idcirco minus recte hoc fit. Non enim culpa legis est, neque ejus qui legem tulit, sed naturæ rerum. Earum enim rerum quæ in actionem cadunt, hujusmodi plane materia est. (5) Quum igitur lege generaliter

ὁ νόμος καθόλου, συμβῆ δ' ἐπὶ τούτου παρὰ τὸ καθόλου, τότε ὀρθῶς ἔχει, ἢ παραλείπει ὁ νομοθέτης καὶ ἤμαρτεν ἀπλῶς εἰπών, ἐπανορθῶν τὸ ἑλλειφθέν, δὲ καὶ ὁ νομοθέτης αὐτὸς οὕτως ἂν εἴποι ἐκεῖ παρών, καὶ εἰ
 6 βέλτιόν τινος δικαίου, οὐ τοῦ ἀπλῶς δὲ ἀλλὰ τοῦ διὰ τὸ ἀπλῶς ἀμαρτήματος. Καὶ ἔστιν αὕτη ἡ φύσις ἢ τοῦ ἐπιεικοῦς, ἐπανόρθωμα νόμου, ἢ ἑλλείπει διὰ τὸ καθόλου. Τοῦτο γὰρ αἴτιον καὶ τοῦ μὴ πάντα κατὰ νόμον
 11 εἶναι, ὅτι περὶ ἐνίων ἀδύνατον θέσθαι νόμον, ὥστε ψηφίσματος δεῖ. (7) Τοῦ γὰρ ἀορίστου ἀόριστος καὶ ὁ κανὼν ἔστιν, ὥσπερ καὶ τῆς Λεσβίας οἰκοδομῆς ὁ μολλέθινος κανὼν· πρὸς γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ λίθου μετακινεῖται καὶ οὐ μένει ὁ κανὼν, καὶ τὸ ψήφισμα πρὸς
 15 τὰ πράγματα. (8) Τί μὲν οὖν ἐστὶ τὸ ἐπιεικὲς, καὶ ὅ,τι δίκαιον, καὶ τίνος βέλτιον δικαίου, δῆλον. Φανερόν δ' ἐκ τούτου καὶ ὁ ἐπιεικὴς τίς ἐστίν· ὁ γὰρ τῶν τοιούτων προαιρετικὸς καὶ πρακτικὸς, καὶ ὁ μὴ ἀκριβοδίκαιος ἐπὶ τὸ χεῖρον ἄλλ' ἐλαττωτικὸς, καίπερ ἔχων
 20 τὸν νόμον βοηθόν, ἐπιεικὴς ἐστὶ, καὶ ἡ ἕξις αὐτῆ ἐπιεικεία, δικαιοσύνη τις οὕσα καὶ οὐχ ἑτέρα τις ἕξις.

locuta, aliquid evenit postea præter genus illud universum; tunc par est, qua prætermisit aliquid lator legis et peccavit in eo quod absolute locutus est, id quod deest quodque omissum est, corrigere : quod etiam lator legis, si illic adesset, ita eloqueretur, et de eo legem tulisset, si præcivisset. (6) Itaque quum jus est æquum bonum, tum quodam jure melius, non eo quod absolute jus est, sed eo quod propter generalem edictionem peccato non caret. Denique hæc æqui boni natura est, ut legis correctio sit, qua aliquid ei deest, propterea quod generaliter loquitur. Hæc enim causa est cur non omnia sint lege comprehensa, quod de quibusdam lex ferri non potest; ut proinde plebiscito opus sit. (7) Rei enim non definitæ infinita quoque regula est, ut et structuræ Lesbæ regula plumbea; nam ad lapidis figuram inflectitur, neque regula eadem manet; sic et populi scitum ad res accommodatur. (8) Quid sit igitur æquum bonum, quid jus, quo denique jure melius sit æquum bonum, ex his perspicuum est. Ex hoc etiam apparet, quis sit vir æquus et bonus. Nam qui consilium hujusmodi cepit ut hæc sequatur, quique ad ea ipsa agenda aptus est, et qui non nimis urget jus summum, neque in deteriore partem, sed de jure suo concedit potius, etiamsi legis auxilio niti possit, is est æquus et bonus : atque hic habitus æquitas appellatur, quæ justitia quædam est, non alius quidam habitus.

CAP. XI. [XV.]

Πότερον δ' ἐνδέχεται ἑαυτὸν ἀδικεῖν ἢ οὐ, φανερόν ἐκ τῶν εἰρημένων· τὰ μὲν γὰρ ἐστὶ τῶν δικαίων τὰ κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν ὑπὸ τοῦ νόμου τεταγμένα, ὅσον οὐ κελεύει
 25 ἀποκτινύναι ἑαυτὸν ὁ νόμος, ἀ δὲ μὴ κελεύει, ἀπαγορεύει. (2) Ἐτι δταν παρὰ τὸν νόμον βλάβη, μὴ ἀντιβλάπτω, ἐκὼν, ἀδικεῖ, ἐκὼν δὲ ὁ εἰδὼς καὶ ὄν καὶ ᾗ. Ὅ δὲ δι' ὀργῆν ἑαυτὸν σφάττων ἐκὼν τοῦτο δρᾷ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, δ οὐκ ἔξ ὁ νόμος· (3) ἀδικεῖ ἄρα.
 30 Ἀλλὰ τίνα; ἢ τὴν πόλιν, αὐτὸν δ' οὐ; ἐκὼν γὰρ πάσχει, ἀδικεῖται δ' οὐθεὶς ἐκὼν. Διὸ καὶ ἡ πόλις ζημιοῖ, καὶ τις ἀτιμία πρόσσει τῷ ἑαυτὸν διαφθεῖραντι ὡς τὴν πόλιν ἀδικούντι. (4) Ἐτι καὶ ὁ ἀδικὸς ὁ μόνον ἀδικῶν καὶ μὴ ὅλως φαῦλος, οὐκ ἔστιν ἀδικῆσαι ἑαυτόν.
 35 Τοῦτο γὰρ ἄλλο ἐκείνου. Ἐστὶ γὰρ πῶς ὁ ἀδικὸς οὕτω πονηρὸς ὥσπερ ὁ δειλός, οὐχ ὡς ὅλην ἔχων τὴν πονηρίαν, ὥστ' οὐδὲ κατὰ ταύτην ἀδικεῖ· ἅμα γὰρ ἂν τῷ αὐτῷ εἴη ἀφροῆσθαι καὶ προσκεῖσθαι τὸ αὐτό· τοῦτο δὲ ἀδύνατον, ἀλλ' αἰεὶ ἐν πλείοσιν ἀνάγκη εἶναι τὸ δίκαιον
 40 καὶ τὸ ἀδικον. (5) Ἐτι δὲ ἐκυσίον τε καὶ ἐκ προαιρέσεως καὶ πρότερον. Ὅ γὰρ διότι ἔπαθε, καὶ τὸ αὐτὸ ἀντιποιῶν οὐ δοκεῖ ἀδικεῖν· αὐτὸς δ' ἑαυτόν, τὰ αὐτὰ ἅμα καὶ πάσχει καὶ ποιεῖ. Ἐτι εἴη ἂν ἐκόντα ἀδικεῖσθαι. (6) Πρὸς δὲ τούτοις, ἀνευ τῶν κατὰ μέρος ἀδικημάτων οὐθεὶς ἀδικεῖ, μοιχεύει δ' οὐδεὶς τὴν ἑαυτοῦ οὐδὲ τοιχωρυχεῖ τὸν ἑαυτοῦ τοῖχον οὐδὲ κλέπτει τὰ ἑαυτοῦ. Ὅλως δὲ λύεται τὸ ἑαυτὸν ἀδικεῖν κατὰ τὸν
 45 διορισμὸν τὸν περὶ τοῦ ἐκουσίως ἀδικεῖσθαι. (7) Φανερόν δὲ καὶ ὅτι ἅμφω μὲν φαῦλα, καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι καὶ τὸ ἀδικεῖν· τὸ μὲν γὰρ ἑλαττον τὸ δὲ πλέον ἔχειν
 50 ἐστὶ τοῦ μέσου καὶ ὥσπερ υγιεινὸν μὲν ἐν ἰατρικῇ, εὐεκτικὸν δὲ ἐν γυμναστικῇ· ἀλλ' ὁμοίως χεῖρον τὸ ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι.

Ex iis autem quæ dicta sunt, perspicuum est, utrum fieri possit ut quis sibi ipse faciat injuriam, necne. Nam et quæ omni virtuti congruentia lege constituta sunt, in juribus sunt habenda; exempli gratia, non jubet lex se ipsum interficere, et quæ non jubet, ea vetat. (2) Et præterea quum quis contra legem non nocet alteri nullo ab eo incommodo accepto, sponte quidem, facit injuriam; sponte autem facit, qui sciens cui et quomodo injuriam facit. At qui ira impulsus sibi ipse mortem consciscit, hoc sponte facit contra rectam rationem, quod lex non permittit. (3) Injuriam igitur facit. Sed cui? an civitati, et non sibi? sponte enim hunc casum subit. At sponte sua nemo afficitur injuria. Itaque et mulctat cum civitas, et ignominia afficitur, qui se ipse exanimavit, ut qui civitatem injuria afficiat. (4) Atque etiam secundum illam injustitiam, qua quis particulariter injustus est, et non prorsus improbus, fieri non potest ut quisquam sibi ipse injuriam inferat, quandoquidem hæc injustitia aliud est ab illa. Nam hic modo dictus injustus sic quodammodo improbus est, ut ignavus, non ut is qui omni genere improbitatis affectus est. Ergo ne hac quidem etiam improbitate sibi injuriam facit; alioqui namque idem eidem decedere simul et accedere posset : quod fieri nullo modo potest : sed semper in pluribus jus et injuriam esse necesse est. (5) Præterea injuriam facere quum a voluntate et consilio proficiscitur, tum etiam tempore prius est. Is enim qui malo accepto malum refert, injuriam facere non videtur; at qui se injuste lædit, eadem ipse et patitur simul et facit. Deinde etiam acciperet aliquis sponte sua injuriam. (6) His accedit quod nemo injuriam facit, nisi quodam certo injuriæ genere. At uxorem suam nemo adulterat, nemo parietem suum perfodit, nemo rei suæ furtum committit. Ad summam, sibi aliquem injuriam facere non sinunt ea quæ a nobis decisa sunt, quod nemo possit sponte sua injuriam accipere. (7) Jam vero ne illud quidem obscurum est, utrumque esse malum, accipere et facere injuriam. Alterum enim minus medio, alterum plus eo obtinere est; quod similem rationem obtinet, atque in medicina quidem id quod ad bonam valetudinem pertinet, in gymnastica autem id quo firma corporis constitutio comparatur. Verumtamen deterius est facere injuriam. Nam injuriam facere cum vi-

καῖν· τὸ μὲν γὰρ ἀδικεῖν μετὰ κακίας καὶ ψεκτόν, καὶ κακίας ἢ τῆς τελείας καὶ ἀπλῶς ἢ ἐγγύς (οὐ γὰρ ἅπαν τὸ ἐκούσιον μετὰ ἀδικίας), τὸ δ' ἀδικεῖσθαι ἄνευ κακίας καὶ ἀδικίας. (8) Καθ' αὐτὸ μὲν οὖν τὸ ἀδικεῖσθαι ἔττον φαῦλον, κατὰ συμβεβηκός δ' οὐθὲν κωλύει μείζον εἶναι κακόν. Ἄλλ' οὐδὲν μέλει τῆ τέγγη, ἀλλὰ πλεονερίτιν λέγει μείζω νόσον προσπταισματος· καίτοι γένοιτ' ἂν ποτε θάτερον κατὰ συμβεβηκός, εἰ προσπταισσαντα διὰ τὸ πεσεῖν συμβαίη ὑπὸ τῶν πολεμίων ληφθῆναι καὶ ἀποθανεῖν. (9) Κατὰ μεταφορὰν δὲ καὶ ὁμοιότητά ἐστιν οὐκ αὐτῷ πρὸς αὐτὸν δίκαιον ἀλλὰ τῶν αὐτοῦ τισίν, οὐ πᾶν δὲ δίκαιον ἀλλὰ τὸ δεσποτικόν ἢ τὸ οἰκονομικόν· ἐν τούτοις γὰρ τοῖς λόγοις διέστηκε τὸ λόγον ἔχον μέρος τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ ἄλογον. Εἰς ἃ δὴ βλέπουσι καὶ δοκεῖ εἶναι ἀδικία πρὸς αὐτόν, ὅτι ἐν τούτοις ἐστὶ πάσχειν τι παρὰ τὰς ἑαυτῶν ὁρέξεις· ὡς περ οὖν ἄρχοντι καὶ ἀρχομένῳ εἶναι πρὸς ἀλλήλα δίκαιόν τι καὶ τούτοις. (10) Περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν διωρισθῶ τὸν τρόπον τοῦτον.

tio conjunctum et vituperandum est; et cum vitio quidem vel perfecto atque absoluto, vel eo quod huic finitimum est. Non enim quicquid sponte fit, conjunctum cum injustitia est. Accipere autem injuriam vitio et injustitia vacat. (8) Per se igitur levius malum est accipere injuriam, quamvis ex eventu gravius esse nihil prohibeat. Sed de hoc ars non laborat; quin lateris dolorem semper esse dicit morbum pedis offensione graviorem, et tamen ex eventu pedis offensio morbo lateri majus malum poterit esse; ut si cui offensa pede venerit ut prolapsus caperetur ab hostibus et occideretur. (9) Ex translatione autem verbi et similitudine quadam poterit esse non ipsi quidem secum, sed sui tamen partium aliquibus inter ipsas quaedam juris communitas: verum non omnis juris, sed vel ejus quo dominus in servum, vel ejus quo paterfamilias in familiam suam uti solet. His enim rationibus pars animi rationis particeps, ab ea distat, quæ ratione vacat. Ad quæ ipsa respiciunt, et hoc respectu videtur homini quoque in se ipsum injustitiæ locus esse, quia fieri potest ut in his partibus aliquid a suis appetitionibus diversum perferat. Itaque etiam in animi partibus inter ipsas, ut inter eum qui præest, et eum qui parat imperio, jus aliquid intercedere videtur. (10) De justitia igitur ceterisque virtutibus moralibus cum hac distinctione sic a nobis sit explicatum.

LIBER VI.

CAP. I.

Ἐπεὶ δὲ τυγχάνομεν πρότερον εἰρηκότες ὅτι δεῖ τὸ μέσον αἰρεῖσθαι καὶ μὴ τὴν ὑπερβολὴν μηδὲ τὴν ἑλλειψιν, τὸ δὲ μέσον ἐστὶν ὡς ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς λέγει, τοῦτο διελόμεν. Ἐν πάσαις γὰρ ταῖς εἰρημέναις ἕξεσι, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἐστὶ τις σκοπὸς πρὸς ἃ ἀποβλέπων ὁ τὸν λόγον ἔχων ἐπιτείνει καὶ ἀνίσχεται, καὶ τις ἐστὶν ὁρὸς τῶν μεσοτήτων, ἃς μεταξὺ φαινομένη εἶναι τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῆς ἑλλείψεως, οὕτως κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον. (2) Ἔστι δὲ τὸ μὲν εἰπεῖν οὕτως ἀληθὲς μὲν, οὐθὲν δὲ σαφές· καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπιμελείαις, περὶ ὧν ἐστὶν ἐπισημῆ, τοῦτ' ἀληθὲς μὲν εἰπεῖν, ὅτι οὕτε πλείω οὕτε ἐλάττω δεῖ πονεῖν οὐδὲ βραθυμεῖν, ἀλλὰ τὰ μέσα καὶ ὡς ὁ ὀρθὸς λόγος· τοῦτο δὲ μόνον ἔχων ἂν τις οὐθὲν ἂν εἰδείη πλεόν, οἷον ποῖα δεῖ προσφέρεισθαι πρὸς τὸ σῶμα, εἰ τις εἴπειν ὅτι ὅσα ἢ ἰατρικὴ κελεύει καὶ ὡς ὁ ταύτην ἔχων. (3) Διὸ δεῖ καὶ περὶ τὰς τῆς ψυχῆς ἕξεις μὴ μόνον ἀληθὲς εἶναι τοῦτ' εἰρημένον, ἀλλὰ καὶ διωρισμένον τίς τ' ἐστὶν ὁ ὀρθὸς λόγος καὶ τούτου τίς ὁρὸς.

[II.] (4) Τὰς δὴ τῆς ψυχῆς ἀρετὰς διελόμενοι τὰς μὲν εἶναι τοῦ ἠθικοῦ ἔφαμεν τὰς δὲ τῆς διανοίας. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἠθικῶν διεληλύθαμεν, περὶ δὲ τῶν λοιπῶν, περὶ ψυχῆς πρώτον εἰπόντες, λέγομεν οὕτως. (5) Πρότερον μὲν οὖν ἐλέγθη δὴ εἶναι μέρη τῆς ψυχῆς, τὸ τε λόγον ἔχον καὶ τὸ ἄλογον· νῦν δὲ περὶ τοῦ λόγον ἔχοντος τὸν αὐτὸν τρόπον διαιρετέον. Καὶ ὑποκείσθω δύο τὰ λόγον ἔχοντα, ἐν μὲν ᾧ θεωροῦμεν τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων ὅσων αἱ ἀρχαὶ μὴ ἐνδέχονται ἄλλως εἶναι, ἐν δὲ ᾧ τὰ ἐνδεχόμενα· πρὸς γὰρ τὰ τῷ γένει ἕτερα καὶ τῶν τῆς ψυχῆς μορίων ἕτερον τῷ γένει τὸ πρὸς ἑκάτερον πεφυκός, εἴπερ καθ' ὁμοιότητά τινα καὶ οἰκειότητά ἢ γυνώσις

Quoniam autem supra diximus medium esse deligendum, non nimium, neque parum; medium autem ita esse ut recta ratio præscribit: de hoc distinctius disseramus. In omnibus enim, quos dixi, habitibus, quemadmodum et in aliis rebus, scopus aliquis est, quem spectans is qui rationis est particeps, tum contentionem adhibet, tum remissionem; ac terminus aliquis esse medicatum, quas inter nimium et parum interjectas esse dicimus, rectæ rationi consentaneas. (2) Quod quum ita dicitur, est illud quidem verum, at non tamen satis perspicuum. Nam et in ceteris exercitationibus, quarum est scientia, licet hoc vere dicere, neque plus neque minus laboris aut remissionis quam res postulet, suscipiendum esse, sed omnia mediocriter et ut recta ratio præscribit, esse faciendâ. Verum qui hoc tantum perceptum et cognitum habeat, nihilo magis sit sciens; ut, si quis quaerenti, qualia alendo et curando corpori sint adhibenda, respondeat: quæ ars medendi præcipit, et ut is qui ea est præditus, præcipit. (3) Quapropter etiam in habitibus animi non solum hoc esse vere dictum, sed plane etiam explicatum ac definitum esse oportet, quæ sit recta ratio, et quæ illius definitio.

[II.] (4) Animi virtutes ita distribuimus, ut alias morum, alias mentis seu rationis esse diceremus. Eas igitur quæ ad mores pertinent, persecuti sumus: de ceteris autem ubi pauca fuerimus prius de animo locuti, ita postea disseremus. (5) Dictum est supra, duas esse animi partes, alteram rationis participem, expertem illius alteram. Nunc autem ejus partis quæ ratione prædita est, faciendâ eodem modo divisio est. Atque hoc positum sit, duas esse animi partes ratione præditas: unam, qua res eas cernimus, quarum principia aliter sese habere non possunt; alteram, qua eas quæ hoc vel illo modo possunt evenire. Ad ea enim quæ genere differunt, diversum etiam pertinet partium animi genus, nimirum id quod ad unumquodque eorum aptum natumque est, si quidem eis ex similitudine quadam atque affinitate existit suorum objectorum per-

ὑπάρχει αὐτοῖς. (6) Λεγέσθω δὲ τούτων τὸ μὲν ἐπιστημονικὸν τὸ δὲ λογιστικόν· τὸ γὰρ βουλευέσθαι καὶ λογίζεσθαι ταῦτόν, οὐθίς δὲ βουλευέται περὶ τῶν μὴ ἐνδεχομένων ἄλλως ἔχειν. (7) Ὡστε τὸ λογιστικὸν ἔστιν ἐν τι μέρει τοῦ λόγου ἔχοντος. Ἀηπτέον ἄρ' ἑκατέρου τούτων τίς ἢ βελτίστη ἔξις· αὕτη γὰρ ἀρετὴ ἑκατέρου, ἢ δ' ἀρετὴ πρὸς τὸ ἔργον τὸ οἰκεῖον.

ceptio. (6) Appelleitur vero harum altera pars, ea in qua inest vis sciendi; altera, quæ ad ratiocinandum valet. Nam consultare et ratiocinari idem sunt. Jam vero nemo de iis consultat, quæ aliter evenire non possunt. Itaque ea quæ ad ratiocinandum valet, una quædam pars est ejus animi partis, quæ ratione prædita est. (7) Intelligendum igitur est, utriusque harum partium quis optimus sit habitus. Hic enim utriusque virtus est; at virtus ad suum quæque opus.

CAP. II.

Τρία δ' ἔστιν ἐν τῇ ψυχῇ τὰ κύρια πράξεις καὶ ἀληθείας· αἰσθησις, νοῦς, ὄρεξις. (2) Τούτων δ' ἡ αἰσθησις οὐδεμιᾶς ἀρχῆς πράξεως· δῆλον δὲ τῶν τὰ θηρία αἰσθησιν μὲν ἔχειν, πράξεως δὲ μὴ κοινωνεῖν. Ἔστι δ' ἕπερ ἐν διανοίᾳ κατὰφασις καὶ ἀπόφασις, τούτ' ἐν ὄρεξι ἐπίστασις καὶ φυγῇ· ὥστ' ἐπειδὴ ἡ ἡθικὴ ἀρετὴ ἔξις προαιρετικῆ, ἡ δὲ προαίρεσις ὄρεξις βουλευτικῆ, δεῖ διὰ ταῦτα τὸν τε λόγον ἀληθῆ εἶναι καὶ τὴν ὄρεξιν ὀρθήν, εἴπερ ἡ προαίρεσις σπουδαία, καὶ τὰ αὐτὰ τὸν μὲν φάναι τὴν δὲ διώκειν. Αὕτη μὲν οὖν ἡ διάνοια καὶ ἡ ἀλήθεια πρακτικῆ. (3) Ἐξ ἧς δὲ θεωρητικῆς διανοίας καὶ μὴ πρακτικῆς μηδὲ ποιητικῆς τὸ εὖ καὶ κακῶς τὰ ληθές ἔστι καὶ ψεῦδος· τοῦτο γὰρ ἔστι παντὸς διανοητικοῦ ἔργου, τοῦ δὲ πρακτικοῦ καὶ διανοητικοῦ ἡ ἀλήθεια δολογῶς ἔχουσα τῇ ὄρεξι τῇ ὀρθῇ. (4) Πράξεως μὲν οὖν ἀρχὴ προαίρεσις, ὅθεν ἡ κίνησις ἄλλ' οὐχ οὗ ἕνεκα, προαιρέσεως δὲ ὄρεξις καὶ λόγος δ' ἕνεκα τινος· διὸ οὐτ' ἀνευ νοῦ καὶ διανοίας οὐτ' ἀνευ ἡθικῆς ἔστιν ἔξεσις ἢ προαίρεσις· εὐπραξία γὰρ καὶ τὸ ἐναντίον ἐν πράξει ἀνευ διανοίας καὶ ἡθους οὐκ ἔστιν. (5) Διάνοια δ' αὕτη οὐθὲν κινεῖ, ἀλλ' ἡ ἕνεκά του καὶ πρακτικῆ· αὕτη γὰρ καὶ τῆς ποιητικῆς ἀρχὴ· ἕνεκα γὰρ του ποιεῖ πᾶς ὁ ποιῶν, καὶ οὐ τέλος ἀπλῶς ἀλλὰ πρὸς τι καὶ τινὸς τὸ ποιητόν. Ἀλλὰ τὸ πρακτόν· ἡ γὰρ εὐπραξία τέλος, ἢ δ' ὄρεξις τούτου· διὸ ἡ ὀρεκτικὸς νοῦς ἢ προαίρεσις ἢ ὄρεξις διανοητικῆ, καὶ ἡ τοιαύτη ἀρχὴ ἀνθρωπος. (6) Οὐκ ἔστι δὲ προαιρετὸν οὐθὲν γεγονός, οἷον οὐθίς προαιρεῖται Ἴλιον πεπορθῆναι· οὐδὲ γὰρ βουλευέται περὶ τοῦ γεγονότος ἀλλὰ περὶ τοῦ ἐσομένου καὶ ἐνδεχομένου, τὸ δὲ γεγονός οὐκ ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι· διὸ ὀρθῶς Ἀγάθων·

Μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκειται,
ἀγένητα ποιεῖν ἄσσο' ἂν ἢ πεπραγμένα.

Ἄμφοτέρων δὲ τῶν νοητικῶν μορίων ἀλήθεια τὸ ἔργον. Καθ' ἃς οὖν μάλιστα ἔξει ἀληθεύσει ἑκάτερον, αὗται ἀρεταὶ ἀμφοῖν.

Tria autem sunt in animo, quæ in actionem et veritatem quasi dominatum habent: sensus, mens, appetitus. (2) Ex his tamen tribus sensus nullius actionis principium est: quod ex eo perspicuum est, quod tametsi bestiae sensu præditæ, actionis tamen communionem non habent. Quod est autem in cogitatione affirmatio et negatio, hoc est in appetitu rei alicujus appetitus et fuga. Quare quoniam virtus moralis est cum consilio seu proposito conjunctus habitus, consilium autem appetitus est ex consultatione: idcirco si consilium bonum esse volumus, oportet et rationem esse veram, et appetitum rectum; eademque et illam affirmare, et hunc persequi. Atque hæc cogitatio et veritas ad agendum valet. (3) Cogitationis autem ejus quæ ad res contemplandas, non ad agendas nec ad efficiendas valet, præstantia et vitium est verum et falsum. In hoc enim consumitur animi partis ad cogitandum valentis omnis vis atque operatio; partis autem animi ad agendum valentis, cum illa conjunctæ, quæ ad cogitandum valet, opus est veritas congruens cum appetitu recto. (4) Actionis quidem igitur principium consilium est: principium, inquam, illud unde motus proficiscitur, non id cujus gratia res agitur. Consilium autem capiendi principium est appetitus et ratio ea quæ est ultimi sive finis alicujus. Ideo neque sine mente et cogitatione, neque sine habitu morali, consilium esse possit. Nam neque bona perfectaque actio neque ei contraria sine cogitatione et moribus constare potest. (5) Cogitatio autem ipsa nihil movet, nisi ea quæ est de fine et de actione. Hæc enim etiam ei quæ ad efficiendum valet, præest. Nam quisquis aliquid efficit, alicujus id gratia efficit: neque absolute finis est, sed ad aliquid refertur et alicujus est illud quod efficitur. Quod idem de eo quod in actionem cadit, dici non potest: actionis enim ultimum est actionis bonitas et præstantia, ad illamque tendit appetitus. Consilium itaque aut mens est ad appetendum excitans; aut appetitus cogitandi vim habens: principiumque tale homo est. (6) Nullius autem rei jam factæ consilium capi potest; ut, nemo consilium capit, captum ab se esse illium. Nam neque de re præterita deliberat quisquam, sed de futura et ea quæ fieri potest: et vero quod factum est, ut sit infectum, fieri non potest. Itaque recte Agathio:

Deficitur hoc uno vel ipse etiam Deus,
quod factum est hoc ut infectum queat dare.

Quocirca ambarum animi partium quæ ad cogitandum valent, opus est veritas. Qui igitur habitus efficiunt ut utraque pars verum enunciat, hi sunt utriusque virtutes.

CAP. III.

Ἀρξάμενοι οὖν ἀνωθεν περὶ αὐτῶν πάλιν λέγωμεν. Ἔστω δὴ οἷς ἀληθεύει ἡ ψυχὴ τῶν καταφάναι ἢ ἀποφάναι, πέντε τὸν ἀριθμόν· ταῦτα δ' ἔστι τέχνη, ἐπιστήμη, φρόνησις, σοφία, νοῦς· ὑπολήψει γὰρ καὶ δόξη ἐνδέχεται διαψεῦδεσθαι. (2) Ἐπιστήμη μὲν οὖν τί ἔστιν, ἐντεῦθεν φανερόν, εἰ δεῖ ἀκριβολογεῖσθαι καὶ μὴ

Principio igitur altius repetito de iis rursus disseramus. Sunt quinque numero ea quibus animus verum enunciat vel aiendo vel negando: Ars, Scientia, Prudentia, Sapientia, Mens sive intelligentia. Nam existimatione et opinione ut mentiatur animus, evenire potest. (2) Ac scientia quidem quid sit, ex eo perspicuum esse potest (si

ἀκολουθεῖν ταῖς ὁμοιότησιν· πάντες γὰρ ὑπολαμβά-
νομεν, ὃ ἐπιστάμεθα, μὴ ἐνδέχασθαι ἄλλως ἔχειν· τὰ
δ' ἐνδεγόμενα ἄλλως, ὅταν ἔξω τοῦ θεωρεῖν γένηται,
λανθάνει εἰ ἔστιν ἢ μὴ. Ἐξ ἀνάγκης ἄρα ἐστὶ τὸ ἐπι-
στητόν. Ἄϊδιον ἄρα· τὰ γὰρ ἐξ ἀνάγκης ὄντα ἀπλῶς
πάντα αἰδία, τὰ δ' αἰδία ἀγένητα καὶ ἀφθαρτα. (3) Ἐτι
διδακτὴ πᾶσα ἐπιστήμη δοκεῖ εἶναι, καὶ τὸ ἐπιστητόν
μαθητόν. Ἐκ προγινοσκομένων δὲ πᾶσα διδασκαλία,
ὡσπερ καὶ ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς λέγομεν· ἢ μὲν γὰρ δι'
ἐπαγωγῆς, ἢ δὲ συλλογισμῶ. Ἡ μὲν δὲ ἐπαγωγή ἀρχή
ἐστὶ καὶ τοῦ καθόλου, ὃ δὲ συλλογισμὸς ἐκ τῶν καθόλου.
Εἰσὶν ἄρα ἀρχαὶ ἐξ ὧν ὁ συλλογισμὸς, ὧν οὐκ ἔστι συλ-
λογισμὸς· ἐπαγωγή ἄρα. (4) Ἡ μὲν ἄρα ἐπιστήμη ἐστὶν
ἐξἴς ἀποδεικτικὴ, καὶ ὅσα ἄλλα προσδιορίζομεθα ἐν τοῖς
Ἀναλυτικοῖς· ὅταν γὰρ πως πιστεύῃ καὶ γνωρίζωμι αὐτῶ
ὧσιν αἱ ἀρχαὶ, ἐπίσταται· εἰ γὰρ μὴ μᾶλλον τοῦ συμ-
περάσματος, κατὰ συμβεβηκὸς ἔξει τὴν ἐπιστήμην.
Περὶ μὲν οὖν ἐπιστήμης διωρίσθω τὸν τρόπον τοῦτον.

CAP. IV.

Τοῦ δ' ἐνδεγόμενου ἄλλως ἔχειν ἐστὶ τι καὶ ποιητόν
καὶ πρακτόν, ἕτερον δ' ἐστὶ ποίησις καὶ πράξις. (2) Πι-
στεύομεν δὲ περὶ αὐτῶν καὶ τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις.
Ὡστε καὶ ἡ μετὰ λόγου ἐξἴς πρακτικὴ ἕτερόν ἐστι τῆς
μετὰ λόγου ποιητικῆς ἐξέως. Διὸ οὐδὲ περιέρονται ὑπ'
ἄλλήλων οὔτε γὰρ ἡ πράξις ποίησις οὔτε ἡ ποίησις πρᾶ-
ξις ἐστίν. (3) Ἐπεὶ δ' ἡ οἰκοδομικὴ τέχνη τίς ἐστὶ καὶ
ὅπερ ἐξἴς τις μετὰ λόγου ποιητικὴ, καὶ οὐδεμία οὔτε
τέχνη ἐστὶν ἥτις οὐ μετὰ λόγου ποιητικὴ ἐξἴς ἐστίν, οὔτε
τοιαύτη ἢ οὐ τέχνη, ταῦτόν ἂν εἴη τέχνη καὶ ἐξἴς μετὰ
λόγου ἀληθοῦς ποιητικὴ. (4) Ἐστὶ δὲ τέχνη πᾶσα περὶ
γένεσιν, καὶ τὸ τεχνάζειν, καὶ θεωρεῖν ὅπως ἂν γένηται
τι τῶν ἐνδεγόμενων καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι, καὶ ὧν
ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ ποιοῦντι ἀλλὰ μὴ ἐν τῷ ποιουμένῳ· οὔτε
γὰρ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων ἡ γινομένων ἡ τέχνη ἐστίν,
οὔτε τῶν κατὰ φύσιν· ἐν αὐτοῖς γὰρ ἔρρουσι ταῦτα τὴν
ἀρχήν. (5) Ἐπεὶ δὲ ποίησις καὶ πράξις ἕτερον, ἀνάγκη
τὴν τέχνην ποιήσεως ἀλλ' οὐ πράξεως εἶναι. Καὶ
τρόπον τινὰ περὶ τὰ αὐτὰ ἐστὶν ἡ τύχη καὶ ἡ τέχνη,
καθάπερ καὶ Ἀγάθων φησὶ

Τέχνη τύχην ἑσπερε καὶ τύχη τέχνην.

(6) Ἡ μὲν οὖν τέχνη, ὡσπερ εἴρηται, ἐξἴς τις μετὰ λό-
γου ἀληθοῦς ποιητικὴ ἐστίν, ἢ δ' ἀτεχνία τοῦναντίον
μετὰ λόγου ψευδοῦς ποιητικὴ ἐξἴς, περὶ τὸ ἐνδεγόμενον
ἄλλως ἔχειν.

rei veritatem subtiliter exquirere, non similitudines con-
sectari volumus), quod omnes existimamus evenire non
posse, ut id quod scimus, aliter sese habeat. Quæ autem
sese aliter habere possunt, ea quoties a conspectu remota
sunt, sint necne sint, obscurum est. Ergo quod scientia
comprehendi potest, necessario est. Itaque est æternum :
nam quæ necessario sunt simpliciter, ea sunt æterna
omnia. Æterna autem, neque unquam orta sunt, neque
interire possunt. (3) Præterea scientia omnis sub doctrinam
cadere videtur : et quicquid sub scientiam cadit, dis-
cendo percipi potest. Jam vero ex rebus ante cognitis
omnis doctrina procedit, ut et in Analyticis docebamus.
Alia enim inductione, alia ratiocinatione comparatur. At-
que inductio quidem principium est, et universi est : ratiocinatio
autem ex universis constat. Sunt ergo principia aliqua,
ex quibus construitur ratiocinatio, quum ipsa ratiocinando
non concludatur : hinc inductio. (4) Scientia ergo habitus
est demonstrativus, quæque alia in Analyticis ad ejus definitionem
addidimus. Quum enim rem ita esse quodammodo credit aliquid,
et nota sunt ei principia, tum scire dicitur. Nam si non erunt
conclusionis notiora, ex eventu parta scientia habebitur. Ac
de scientia quidem hunc in modum a nobis explicatum esto.

Eorum autem quæ aliter evenire possunt, aliud est quod sub effecti-
onem venit; aliud, quod sub actionem. Differt autem ab actione effectio.
(2) Atque exotericis etiam sermonibus hac ipsa in re credendum est.
Itaque et habitus cum ratione conjunctus ad agendum idoneus ab illo
differt, qui, quum ad efficiendum valeat, cum ratione conjunctus est,
neuterque ab altero continetur. Nam neque actio effectio, neque effectio actio est.
(3) Quoniam autem edificandi facultas ars quedam est, et id ipsum
quod habitus quidam cum ratione conjunctus effectivus, neque ars ulla est
quæ non sit habitus cum ratione conjunctus effectivus; neque item ullus talis
habitus, qui non sit ars : idem erunt ars et habitus effectivus cum vera
ratione conjunctus. (4) Ceterum ars omnis in productione rei occupata est,
idque molitur et spectat, ut aliquid fiat eorum quæ esse possunt et non esse,
quorumque principium in eo qui facit, non in eo quod fit, positum est.
Nam neque eorum quæ necessario vel sunt vel fiunt, ars est; neque eorum
quæ natura constant. Hæc enim habent principium in semetipsis.
(5) Quoniam autem effectio et actio inter se differunt, necesse est artem
effectiōnis esse, non actionis : in iisdemque rebus quodammodo ars et fortuna
versantur, ut ait et Agatho :

Fortuna ut artem, sic et ars fortunam amat.

(6) Ars igitur, ut dictum est, habitus est quidam cum vera ratione conjunctus,
operis alicujus efficiens. Inertia contra habitus cum ratione falsa conjunctus,
operis alicujus effectator, in eo quod aliter evenire potest occupatus.

CAP. V.

Περὶ δὲ φρονήσεως οὕτως ἂν λάβοιμεν, θεωρήσαντες
εἴ τινας λέγομεν τοὺς φρονίμους. Δοκεῖ δὲ φρονίμου εἶναι
τὸ δύνασθαι καλῶς βουλευέσασθαι περὶ τὰ αὐτῶ
ἀγαθὰ καὶ συμφέροντα, οὐ κατὰ μέρος, ὧν ποῖα πρὸς
ὕψισται ἢ ἰσχύϊ, ἀλλὰ ποῖα πρὸς τὸ εὖ ζῆν. (2) Ση-
μεῖον δ' ὅτι καὶ τοὺς περὶ τὴν φρονίμους λέγομεν, ὅταν

De prudentia autem sic optime cognoscemus, si, quos prudentes
appellemus, perceperimus. Ac prudentis qui dem videtur esse, in illis
quæ sibi bona et utilia sunt non sigillatim (verbi gratia, quænam ad bonam
valetudinem aut ad vires), sed universæ quæ ad bene beatæque
vivendum conducant, bene consulere posse. (2) Cujus rei argumentum
est, quod prudentes in aliqua certa re dicimus

 ἔδει ἢ φιλία μεταπίπτει, τῆς δὲ τοιαύτης ἡδονῆς ταχέα
 ἢ μεταβολή. Καὶ ἐρωτικοὶ δ' οἱ νέοι· κατὰ πάθος
 γὰρ καὶ δι' ἡδονὴν τὸ πολὺ τῆς ἐρωτικῆς· διόπερ φι-
 λουσι καὶ ταχέως παύονται, πολλάκις τῆς αὐτῆς ἡμέ-
 ρας μεταπίπτοντες. Συνημερεύειν δὲ καὶ συζῆν οὗτοι
 βούλονται· γίνονται γὰρ αὐτοῖς τὸ κατὰ φιλίαν οὕτως.
 10 [IV.] (6) Τελεία δ' ἐστὶν ἡ τῶν ἀγαθῶν φιλία καὶ
 κατ' ἀρετὴν ὁμοίων· οὗτοι γὰρ τὰγαθὰ ὁμοίως βού-
 λονται ἀλλήλους, ἢ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ δ' εἰσι καθ' αὐτούς.
 Οἱ δὲ βουλόμενοι τὰγαθὰ τοῖς φίλοις ἐκείνων ἕνεκα μάλ-
 ιστα φίλοι· δι' αὐτοὺς γὰρ οὕτως ἔχουσι, καὶ οὐ κατὰ
 15 συμβεβηκός· διαμένει οὖν ἡ τούτων φιλία ἕως ἂν ἀγα-
 θοὶ ᾧσιν, ἢ δ' ἀρετῇ μόνιμον. Καὶ ἐστὶν ἐκάτερος
 ἀπλῶς ἀγαθὸς καὶ τῷ φίλῳ· οἱ γὰρ ἀγαθοὶ καὶ ἀπλῶς
 ἀγαθοὶ καὶ ἀλλήλους ὠφελίμοι. Ὅμοίως δὲ καὶ ἡδεῖς·
 καὶ γὰρ ἀπλῶς οἱ ἀγαθοὶ ἡδεῖς καὶ ἀλλήλους· ἐκάστῳ
 20 γὰρ καθ' ἡδονὴν εἰσὶν αἱ οἰκείαι πράξεις καὶ αἱ τοιαύ-
 ται, τῶν ἀγαθῶν δὲ αἱ αὐταὶ ἡ δμοιοί. (7) Ἡ τοιαύτη
 δὲ φιλία μόνιμος εὐλόγως ἐστίν· συνάπτει γὰρ ἐν αὐτῇ
 πάνθ' ὅσα τοῖς φίλοις δεῖ ὑπάρχειν. Πᾶσα γὰρ φιλία
 δι' ἀγαθόν ἐστὶν ἢ δι' ἡδονὴν, ἢ ἀπλῶς ἢ τῷ φιλοῦντι,
 25 καὶ καθ' ὁμοιότητά τινα· ταύτη δὲ πάνθ' ὑπάρχει τὰ
 εἰρημένα καθ' αὐτούς· ταύτη γὰρ ὁμοιοὶ καὶ τὰ λοιπὰ,
 τὸ τε ἀπλῶς ἀγαθὸν καὶ ἡδὺ ἀπλῶς ἐστίν. Μάλιστα δὲ
 ταῦτα φιλητά, καὶ τὸ φιλεῖν δὲ καὶ ἡ φιλία ἐν τούτοις
 μάλιστα καὶ ἀρίστη. (8) Σπανίας δ' εἰκὸς τὰς τοιαύ-
 30 τας εἶναι· ὀλίγοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι. Ἐτι δὲ προσδεῖται
 χρόνον καὶ συνηθείας· κατὰ τὴν παροιμίαν γὰρ οὐκ
 ἐστὶν εἰδῆσαι ἀλλήλους πρὶν τοὺς λεγομένους ἄλας συν-
 αναλωσάι· οὐδ' ἀποδέξασθαι δὴ πρότερον οὐδ' εἶναι
 φίλους, πρὶν ἂν ἐκάτερος ἐκατέρῳ φανῇ φιλητὸς καὶ
 35 πιστευθῇ. (9) Οἱ δὲ ταχέως τὰ φιλικὰ πρὸς ἀλλήλους
 ποιοῦντες βούλονται μὲν φίλοι εἶναι, οὐκ εἰσι δέ, εἰ μὴ
 καὶ φιλητοί, καὶ τοῦτ' ἴσασιν· βούλησις μὲν οὖν τα-
 χεῖα φιλίας γίνεται, φιλία δ' οὐ.

affectibus animi in vita hi obtemperant, quod sibi jucundum, quodque praesens est, sequuntur maxime. Mutata vera aetate mutantur et ea quae sunt jucunda. Idcirco celeriter et amici fiunt, et amare desinunt. Nam eorum amicitia, una cum eo quod eis jucundum est, vertitur. Talis autem voluptas conversionem celerem habet. Ad amores quoque proclives sunt adolescentes. Nam magna ex parte amorum conjunctio perturbatione animi continetur, et causam habet voluptatem. Amant igitur, citoque amandi finem faciunt, ita ut saepe uno et eodem die mutent. Volunt autem hi totos dies una traducere vitaeque societate conjungi: ejusmodi enim illorum amicitia natura atque conditio est.

[IV.] (6) Perfecta vero amicitia est virorum bonorum et virtute similitum. Hi enim se mutuo similiter bonis affici volunt, qua sunt boni: boni autem sunt per se. Jam qui bona amicis optant eorum gratia, maxime sunt amici. Sunt enim hoc animo per se, non ex eventu. Manet igitur horum amicitia tamdiu, quamdiu boni sunt: (virtus autem diuturna quaedam res est:) estque uterque et simpliciter absoluteque bonus, et amico. Nam viri boni et absolute boni sunt, et inter se utiles; itemque jucundi: quandoquidem boni, et absolute jucundi, et inter se jucundi sunt. Voluptati enim sunt suae cuique actiones, et quaecumque sunt ejusdem modi: bonorum autem eadem aut similes sunt actiones. (7) Talis porro amicitia merito firma ac stabilis est. Omnia enim concurrunt in ea quae in amicis esse debent. Nam omnem amicitiam bonum aliquid contrahit, vel voluptas, et utrumque horum vel absolute, vel ei qui amat: spectaturque similitudine quadam. In hac autem ei insunt omnia quae jam dicta sunt per se. Nam hac parte similes, etiam ceteris rebus inter se sunt similes, atque etiam quod absolute bonum est, id absolute quoque est jucundum. Maxime itaque amabilia sunt haec, et amare ipsum, ipsaque amicitia, quae inter tales est, maxime omnium amicitia, eademque optima. (8) Ceterum fieri aliter non potest, quam ut rarae sint tales amicitiae. Magna est enim talium virorum paucitas. Praeterea tempore et consuetudine vitae opus est. Verum enim illud proverbium est, multos molios salis una edendos, ut homines inter se norint: neque quemquam in amicitiam recipere oportet, neque ullos inter se amicos esse, priusquam alter alteri dignus, qui ametur, dignusque, cui fides habeatur, visus fuerit. (9) Qui vero cito ea quae amicitiae propria sunt, inter se faciunt, amici illi quidem esse volunt, sed non sunt tamen, nisi etiam digni sint qui amentur, idque habeant exploratum. Atque amicitiae conciliandae voluptas repente existere sane potest: at non ipsa etiam amicitia.

CAP. IV. [V.]

Αὕτη μὲν οὖν καὶ κατὰ τὸν χρόνον καὶ κατὰ τὰ λοιπὰ
 40 τελεία ἐστὶ, καὶ κατὰ πάντα ταῦτά γίνεται καὶ ὁμοία
 ἐκατέρῳ παρ' ἐκατέρου, ὅπερ δεῖ τοῖς φίλοις ὑπάρ-
 χειν· ἢ δὲ διὰ τὸ ἡδὺ ὁμοίωμα ταύτης ἔχει· καὶ γὰρ
 οἱ ἀγαθοὶ ἡδεῖς ἀλλήλους. Ὅμοίως δὲ καὶ ἡ διὰ τὸ
 χρήσιμον· καὶ γὰρ τοιοῦτοι ἀλλήλους οἱ ἀγαθοί. Μάλ-
 45 ιστα δὲ καὶ ἐν τούτοις αἱ φιλίαι διαμένουσιν, ὅταν τὸ
 αὐτὸ γίνηται παρ' ἀλλήλων, ὅσον ἡδονή, καὶ μὴ μό-
 νον οὕτως ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, ὅσον τοῖς εὐτραπέ-
 λοις, καὶ μὴ ὡς ἐραστῇ καὶ ἐρωμένῳ· οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς
 αὐτοῖς ἡδονταὶ οὗτοι, ἀλλ' ὁ μὲν ὁρῶν ἐκείνον, ὁ δὲ θε-
 50 ραπευόμενος ὑπὸ τοῦ ἐραστοῦ· ληγοῦσης δὲ τῆς ὥρας
 ἐνίοτε καὶ ἡ φιλία λήγει· τῷ μὲν γὰρ οὐκ ἐστὶν ἡδεῖα
 ἢ ὄψις, τῷ δ' οὐ γίνεται ἡ θεραπεία. Πολλοὶ δ' αὖ

Hæc igitur et tempore et reliquis rebus perfecta est, et in omnibus eadem et similia fiunt alteri ab altero: id quod in amicis esse debet. At vero illa quae jucundi causa comparatur amicitia huic similis est: nam etiam boni viri inter se jucundi sunt. Itemque ea quam utilitas emolumentumque conflat: tales enim sunt inter se boni viri. Maxime autem etiam in his amicitiae permanent, quum par pari inter se referunt, verbi gratia, voluptatem: imo quum non hoc modo, sed voluptatem etiam ex uno eodemque genere, ut fit inter urbanos ac facetos, non ut fit inter amatorem eumque qui amatur. Non enim iisdem rebus hi delectantur, sed amator illius aspectu, is vero qui amatur, amatoris erga se studio et observantia. Porro aetate deflorescente interdum evanescit etiam amicitia. Illi enim ejus qui amatur conpectus desinit esse jucundus; hic ab illo non amplius colitur neque observatur. At multi tamen horum in amici-

διαμένουσιν, ἐὰν ἐκ τῆς συνηθείας τὰ ἤθη στέρξωσιν, ὁμσῆθεις ὄντες. (3) Οἱ δὲ μὴ τὸ ἡδὺ ἀντικταλλαττόμενοι ἀλλὰ τὰ χρήσιμον ἐν τοῖς ἐρωτικαῖς καὶ εἰσὶν ἤττον φίλοι καὶ διαμένουσιν. Οἱ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον ὄντες φίλοι ἅμα τῷ συμφέροντι διαλύονται· οὐ γὰρ ἀλλήλων ἦσαν φίλοι ἀλλὰ τοῦ λυσιτελοῦς. Δι' ἡδονὴν μὲν οὖν καὶ διὰ τὸ χρήσιμον καὶ φαύλους ἐνδέχεται φίλους εἶναι ἀλλήλοις, καὶ ἐπικεικῆς φαύλους καὶ μηδέτερον ὁποιοῦν, δι' αὐτοὺς δὲ δῆλον ὅτι μόνους τοὺς

11 ἀγαθοῦς· οἱ γὰρ κακοὶ οὐ χαίρουσιν ἑαυτοῖς, εἰ μὴ τις ἄφελεια γίγνητο. (3) Καὶ μόνη δὲ ἡ τῶν ἀγαθῶν φιλία ἀδιάβλητος ἐστίν· οὐ γὰρ βράδιον οὐδενὶ πιστεῦσαι περὶ τοῦ ἐν πολλῷ χρόνῳ ὑπ' αὐτῶν δεδοκιμασμένου. Καὶ τὸ πιστεῦσιν ἐν τούτοις, καὶ τὸ μηδέποτε ἂν ἀδικῆσαι, καὶ ὅσα ἄλλα ἐν τῇ ὡς ἀληθῶς φιλία ἀξιοῦται. Ἐν δὲ ταῖς ἐτέραις οὐδὲν κωλύει τὰ τοιαῦτα γίνεσθαι.

(4) Ἐπεὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι λέγουσι φίλους καὶ τοὺς διὰ τὸ χρήσιμον, ὥσπερ αἱ πόλεις (δοκοῦσι γὰρ αἱ συμμαχίαι ταῖς πόλεσι γίνεσθαι ἕνεκα τοῦ συμφέροντος), καὶ τοὺς δι' ἡδονὴν ἀλλήλους στέργοντας, ὥσπερ οἱ παῖδες, ἴσως λέγειν μὲν δεῖ καὶ ἡμᾶς φίλους τοὺς τοιοῦτους, εἶδη δὲ τῆς φιλίας πλείω, καὶ πρώτως μὲν καὶ κυρίως τὴν τῶν ἀγαθῶν ἢ ἀγαθῶν, τὰς δὲ λοιπὰς καθ' ὁμοιότητα· ἢ γὰρ ἀγαθὸν τι καὶ ὅμοιον, ταύτη φίλοι· καὶ γὰρ τὸ

26 ἡδὺ ἀγαθὸν τοῖς φιληδέσιν. (5) Οὐ πάνυ δ' αὐταὶ συνάπτουσιν, οὐδὲ γίνονται οἱ αὐτοὶ φίλοι διὰ τὸ χρήσιμον καὶ διὰ τὸ ἡδύ· οὐ γὰρ πάνυ συνδυάζεται τὰ κατὰ συμβεβηχός.

[VI.] (6) Εἰς ταῦτα δὲ τὰ εἶδη τῆς φιλίας νεμεμημένης εἰ μὲν φαῦλοι ἔσονται φίλοι δι' ἡδονὴν ἢ τὸ χρήσιμον, ταύτη ὅμοιοι ὄντες, οἱ δ' ἀγαθοὶ δι' αὐτοὺς φίλοι· ἢ γὰρ ἀγαθοί. Οὗτοι μὲν οὖν ἀπλῶς φίλοι, ἐκείνοι δὲ κατὰ συμβεβηχός καὶ τῷ ὁμοιωθῆναι τούτοις.

CAP. V. [VI.]

Ὡσπερ δ' ἐπὶ τῶν ἀρετῶν οἱ μὲν καθ' ἕξιν οἱ δὲ κατ' ἐνέργειαν ἀγαθοὶ λέγονται, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς φιλίας· οἱ μὲν γὰρ συζῶντες χαίρουσιν ἀλλήλοις καὶ πορίζουσι τὰγαθά, οἱ δὲ καθεύδοντες ἢ κερχωρισμένοι τοῖς τόποις οὐκ ἐνεργοῦσι μὲν, οὕτω δ' ἔχουσιν ὡστ' ἐνεργεῖν φιλικῶς· οἱ γὰρ τόποι οὐ διαλύουσι τὴν φιλίαν ἀπλῶς, ἀλλὰ τὴν ἐνέργειαν. Ἐὰν δὲ χρόνιος ἢ ἀπουσία γίνηται, καὶ τῆς φιλίας δοκεῖ λήθην ποιεῖν· ὅθεν εἰρηται,

πολλὰς δὲ φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν.

(3) Οὐ φαίνονται δ' οὐθ' οἱ πρεσβῦται οὐθ' οἱ στρυφνοὶ φιλικοὶ εἶναι· βραχὺ γὰρ ἐν αὐτοῖς τὸ τῆς ἡδονῆς, οὐδεὶς δὲ δύναται συνημερεύειν τῷ λυπηρῷ οὐδὲ τῷ μὴ ἡδέϊ· μάλιστα γὰρ ἡ φύσις φαίνεται τὸ μὲν λυπηρὸν φεῦγειν, ἐφίεσθαι δὲ τοῦ ἡδέος. (3) Οἱ δ' ἀποδεχόμενοι ἀλλήλους, μὴ συζῶντες δὲ, εὐνοῖς εὐίκασι μάλλον ἢ φίλοις. Οὐδὲν γὰρ οὕτως ἐστὶ φίλων ὡς τὸ συζῆν· ὠφελείας μὲν γὰρ οἱ ἐνδέξει ὀρέγονται, συνημερεύειν

tia permanent, si consuetudine vitæ adhibita mores dilexerint; quum sint videlicet inter se moribus similes. (2) Qui autem in amoribus non pro jucunditate recipiunt mutuam jucunditatem, sed jucundum utili permutant, quum minus amici sunt, tum minus diu in eadem inter se voluptate permanent. Qui vero utilitatis causa sunt amici, utilitate sublata dirimuntur. Non enim se mutuo amabant, sed emolumentum. Propter voluptatem ergo atque utilitatem et malis inter se, et bonis cum malis, et neutris cum quilibuscumque amicitia intercedere potest: sed propter se nimirum amici sunt inter se soli viri boni. Mali enim familiaritate mutua non delectantur, nisi aliquam utilitatem alter ab altero percipiat. (3) Ad hæc vero sola bonorum virorum amicitia criminationibus et calumniis vacat. Non enim facile est quidquam alicui credere de eo quem ipse diu probaris ac spectaris. Præterea fides habetur horum alteri ab altero maxime, summaque ab utroque diligentia adhibetur, ne alteri ab altero injuria inferatur; ceteraque omnia in his insunt, quæ vera amicitia postulat. In aliis autem sodalitatibus nihil prohibet quominus hujusmodi mala incidant. (4) Quoniam enim homines amicos appellant etiam eos qui utilitate ad amandum ducuntur, ut civitates (inter civitates enim utilitatis causa societates bellicæ contrahi videntur), et eos item, qui voluptate, ut pueri: fortasse amicos dici oportet etiam a nobis tales, sed plura poni amicitia genera. Ac primo sane loco et proprie amicitiam nominare oportuerit eam, quæ est inter bonos, qua boni sunt: reliquas vero ex similitudine. Amici enim sunt ea ratione, qua est in eis boni quidpiam, et aliquid simile. Jucundum enim bona quædam res est iis qui rebus jucundis ducuntur. (5) Non autem facile fit ut hæc amicitia copulata reperiantur, neque inter eosdem amicitia utilitate et voluptate jungitur. Nam non admodum copulantur quæ sunt per accidens.

[VI.] (6) Quum sit autem in hæc genera amicitia distributa, mali quidem propter voluptatem aut utilitatem inter se erunt amici, quando sunt hac ratione inter se similes: boni autem propter se amici futuri sunt. Qua enim boni sunt, ea ratione sunt similes. Itaque hi quidem absolute sunt amici, illi vero ex eventu et eo quod his sunt assimiles.

Quemadmodum autem in virtutibus alii habitu, alii re et energia boni nominantur, sic res habet et in amicitia. Alii enim quum mutua vitæ consuetudine et convictu sese oblectant, tum utilitates alter alteri suppeditant: alii vero aut dormientes, aut locorum intervallo disjuncti amicitia numeribus non funguntur quidem illi, sed ita tamen sunt animati, ut fungi possint. Locorum enim intervalla non dirimunt simpliciter amicitiam, sed functionem. Quodsi tamen diuturna fuerit absentia, efficere videtur ut amicitiam quoque inobscuret oblivio. Ex quo dici solet:

Fœdus amicitia diuturna silentia solvunt.

(2) Ceterum videntur nec senes, nec austeri ad amicitiam esse idonei. Nam apud eos non multum loci voluptati relictum est. Nemo autem neque cum eo qui gravis ac molestus est, neque cum eo in quo nihil est jucundi, quotidianæ vitæ usu frui potest. Dolorem enim maxime fugere et jucunditatem expetere videtur natura. (3) Qui vero quum inter se neulquam abhorreant, sed probentur alter alteri, non tamen vitæ usu devinciuntur, benevolis quam amicis sunt similiores. Nihil est enim amicorum tam proprium, quam vitæ societate conjungi. Nam utilitatem quidem egentes expetunt; vitæ autem consuetudinem etiam

δὲ καὶ οἱ μακάριοι· μονώταις μὲν γὰρ εἶναι τοῦτοις
 ἤκιστα προσήκει. Συνδιάγειν δὲ μετ' ἀλλήλων οὐκ
 ἔστι μὴ ἡδέεις ὄντας μηδὲ χαίροντας τοῖς αὐτοῖς, ὅπερ
 ἢ ἑταιρική δοκεῖ ἔχειν.

6 [VII.] (4) Μάλιστα μὲν οὖν ἐστὶ φιλία ἢ τῶν ἀγα-
 θῶν, καθάπερ πολλαίαις εἰρηται· δοκεῖ γὰρ φιλητῶν
 μὲν καὶ αἰρετῶν τὸ ἀπλῶς ἀγαθὸν ἢ ἡδύ, ἐκάστῳ δὲ τὸ
 αὐτῷ τοιοῦτον· ὁ δ' ἀγαθὸς τῷ ἀγαθῷ δι' ἄμφω ταῦτα.
 (5) Ἔοικε δ' ἢ μὲν φιλῆσις πάθει, ἢ δὲ φιλία ἐξεῖ·
 10 ἢ γὰρ φιλῆσις οὐκ ἤττον πρὸς τὰ ἀψυχά ἐστίν, ἀντι-
 φιλοῦσι δὲ μετὰ προαιρέσεως, ἢ δὲ προαίρεσις ἀπ' ἐξεως.
 Καὶ τὰγαθὰ βούλονται τοῖς φιλομῆνοις ἐκείνων ἕνεκα,
 οὐ κατὰ πάθος ἀλλὰ καθ' ἔξιν. Καὶ φιλοῦντες τὸν
 φίλον τὸ αὐτοῖς ἀγαθὸν φιλοῦσιν· ὁ γὰρ ἀγαθὸς φίλος
 15 γινόμενος ἀγαθὸν γίνεται ὡς φίλος. Ἐκότερος οὖν φι-
 λῆται τε τὸ αὐτῷ ἀγαθόν, καὶ τὸ ἴσον ἀναταποδίδουσι τῇ
 βουλήσει καὶ τῷ εἶδει· λέγεται γὰρ φιλότης ἢ ἰσότης.
 Μάλιστα δὲ τῇ τῶν ἀγαθῶν ταυθ' ὑπάρχει.

divites ac beati. Solitaria enim vita his minime omnium
 convenit. Atqui una vivere non possunt, qui nec jucundi
 inter se sunt, nec iisdem rebus delectantur : hoc enim certe
 sodalitas videtur habere proprium.

[VII.] (4) Est itaque amicitia maxime omnium illa, quæ
 bonorum est, ut sæpius jam dictum est. Nam quum id ana-
 abile et optabile videatur quod absolute bonum aut jucundum
 est; et vero quum id cuique amabile sit, quod ei tale est :
 vir bonus viro bono propter horum utrumque amabilis est.
 (5) Videtur autem amatio affectui similis esse; habitu ami-
 citia. Amatio enim non minus res inanimes complectitur,
 quam alias : redamare autem conjunctionum est cum consilio,
 quod ab habitu proficiscitur. Præterea tales bonis affici
 volunt eos quos amant, illorum causa, non secundum affec-
 tionem, sed ex habitu. Ad hæc qui amicum diligunt, id
 quod sibi bono est, diligunt. Nam vir bonus, amicus alicui
 factus, ei ipsi, cui amicus est, bonum est. Uterque igitur
 quum id quod sibi bono est, diligit, tum par pari etiam re-
 fert, voluntati alterius et generi mitorum. Nam vulgo dici
 solet, æqualitatem amicitiam esse. Maxime vero in amicitia
 virorum bonorum hæc insunt.

CAP. VI. [IX.]

Ἐν δὲ τοῖς στρυφνοῖς καὶ πρεσβυτικοῖς ἤττον γίνεται
 20 ἢ φιλία, ὅσω δυσκολώτεροί εἰσι καὶ ἤττον ταῖς ὁμιλίαις
 χαίρουσιν· ταῦτα γὰρ δοκεῖ μάλιστα εἶναι φιλικὰ καὶ
 ποιητικὰ φιλίας. Διὸ νέοι μὲν γίνονται φίλοι ταχύ,
 πρεσβῦται δ' οὐ· οὐ γὰρ γίνονται φίλοι οἷς ἂν μὴ
 25 χαίρωσιν· ὁμοίως δ' οὐδ' οἱ στρυφνοί. Ἄλλ' οἱ τοιοῦ-
 τοι εὐνοί μὲν εἰσιν ἀλλήλοισ· βούλονται γὰρ τὰγαθὰ
 καὶ ἀπαντῶσιν εἰς τὰς χρείας· φίλοι δ' οὐ πάνυ εἰσὶ
 διὰ τὸ μὴ συνημερεύειν μηδὲ χαίρειν ἀλλήλοισ, ἃ δὲ
 30 μάλιστα εἶναι δοκεῖ φιλικὰ. (2) Πολλοὶς δ' εἶναι φίλον
 κατὰ τὴν τελείαν φιλίαν οὐκ ἐνδέχεται, ὥσπερ οὐδ'
 ἐρᾶν πολλῶν ἅμα· εἰκοι γὰρ ὑπερβολῆ, τὸ τοιοῦτο δὲ
 πρὸς ἓνα πέφυκε γίνεσθαι, πολλοὺς δ' ἅμα τῷ αὐτῷ
 ἀρέσκειν σφόδρα οὐ βράδιον, ἴσως δ' οὐδ' ἀγαθοῖς εἶναι.
 (3) Δεῖ δὲ καὶ ἐμπειρίαν λαβεῖν καὶ ἐν συνηθείᾳ γε-
 35 νέσθαι, ὁ παγχάλεπον. Διὰ τὸ χρήσιμον δὲ καὶ τὸ
 ἡδύ πολλοῖς ἀρέσκειν ἐνδέχεται· πολλοὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι,
 καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ αἱ ὑπηρεσίαι. (4) Τούτων δὲ μάλ-
 λον εἰκοι φιλία ἢ διὰ τὸ ἡδύ, ὅταν ταῦτα ὑπ' ἀμφοῖν
 γίνηται καὶ χαίρωσιν ἀλλήλοισ ἢ τοῖς αὐτοῖς, οἳ
 40 τῶν νέων εἰσὶν αἱ φιλικῆ· μάλλον γὰρ ἐν ταύταις τὸ
 ἐλευθέριον. Ἡ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον ἀγοραίων. Καὶ
 οἱ μακάριοι δὲ χρησίμων μὲν οὐδὲν δέονται, ἡδέων δέ-
 συζῆν μὲν γὰρ βούλονται τισι, τὸ δὲ λυπηρὸν ὀλίγον
 45 μὲν χρόνον φέρουσι, συνεχῶς δ' οὐθεὶς ἂν ὑπομείναι,
 οὐδ' αὐτὸ τὸ ἀγαθόν, εἰ λυπηρὸν αὐτῷ εἴη· διὸ τοὺς φι-
 λους ἡδέεις ζητοῦσιν. Δεῖ δ' ἴσως καὶ ἀγαθοῦς τοιοῦτους
 ὄντας, καὶ εἶτι αὐτοῖς· οὕτω γὰρ ὑπάρχει αὐτοῖς ὅσα
 δεῖ τοῖς φίλοις. (5) Οἱ δ' ἐν ταῖς ἐξουσίαις διηρημέ-
 νους φαίνονται χρῆσθαι τοῖς φίλοις· ἄλλοι γὰρ αὐτοῖς
 εἰσι χρησίμοι καὶ ἑτεροὶ ἡδέεις, ἄμφω δ' οἱ αὐτοὶ οὐ
 50 πάνυ· οὕτε γὰρ ἡδέεις μετ' ἀρετῆς ζητοῦσιν οὕτε χρη-
 σίμους εἰς τὰ καλὰ, ἀλλὰ τοὺς μὲν εὐτραπέλους τοῦ
 ἡδέους ἐπιέμενοι, τοὺς δὲ δεινούς πρᾶξαι τὸ ἐπιταχθέν·

Inter austeros tamen et senes eo minus amicitia concilia-
 tur, quo ipsi sunt difficiliores, minusque hominum congressu
 et sermone delectantur : hæc enim et propria sunt amicitia
 maxime, et ad eam conglutinandam plurimum valent.
 Itaque cito fiunt juvenes amici : senes non item. Non
 enim fieri soleunt iis amici, quibus non delectantur. Si-
 militèr neque acerbi tristesque natura. Sed tales homines
 sane benevoli inter se esse possunt : (bene enim alter al-
 teri volunt omnia evenire, præstaque adsunt sibi, adeoque
 occurrunt in re necessaria :) sed non admodum sunt amici,
 quia neque intercedat vitæ quotidianæ consuetudo, neque
 alter alterius moribus delectetur, quæ maxime videntur
 amicitia convenire. (2) Jam quod ad perfectam amicitiam
 attinet, ea uni cum multis intercedere non potest. Nam illa
 naturam sapit ejus quod est ὑπερβολῆ sive excellentia : tale
 autem erga unum quod est. Ad hæc multos uno tempore
 uni vehementer placere haud facile est, ac fortasse neque
 multis bonos esse. (3) Denique periculum facere et consue-
 tudine cum eis conjungi oportet, quod est omnium difficil-
 limum. At vero propter utilitatem et jucunditatem ut quis
 multis placeat, fieri potest. Nam et hujus generis hominum
 magna copia est; et æsequia illa non desiderant longum
 tempus. (4) Harum autem duarum ea magis amicitia simili-
 tudinem gerit, quæ jucundi causa instituta est, quum eadem
 ab altero alteri præstantur, et alter altero delectatur, aut
 uterque eisdem : quales amicitia juvenum sunt. Magis enim
 elucet in his ingenium quoddam liberale. At ea quæ propter
 utile comparatur, forensis turbæ est. Jam et illud constat,
 divites ac beatos non utiles, sed jucundos amicos desiderare.
 Vivere enim cum aliquibus volunt. Ad hæc dolorem ac
 molestiam etiamsi modico tempore ferunt, perpetuo tamen
 nemo sustineat : imo ne ipsum quidem bonum, si ei mole-
 stum sit. Itaque jucundos amicos quærent. Sed oportet,
 opinor, etiam bonos quærrere ad amicitiam homines suaves,
 nec solum absolute, sed etiam ipsis. Sic enim eis illa suppe-
 tent, quibus amici instructi esse debent. (5) Qui vero in
 imperiis versantur, hi distinctis amicis uti videntur. Alii
 enim sunt eis utiles; alii suaves ac jucundi. Nam in uno ambo
 ista inesse haud facile contingit. Neque enim quærent ju-
 cundos cum virtute, neque utiles ad honesta. Sed qua
 jucundum spectatur, eos quærent qui sint faceti atque
 urbani : qua vero utile, eos qui sint sollertes ad imperata
 efficienda : quæ res fere nunquam in uno et eodem repe-

ταῦτα δ' οὐ πάνυ γίνεται ἐν τῷ αὐτῷ. (6) Ἡδὺς δὲ καὶ χρῆσιμος ἅμα εἶρηται διτι ὁ σπουδαῖος· ἀλλ' ὑπερέχοντι οὐ γίνεται ὁ τοιοῦτος φίλος, ἂν μὴ καὶ τῇ ἀρετῇ ὑπερέχῃται· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἰσάζει ἀνάλογον ὁ ὑπερέχόμενος. Οὐ πάνυ δ' εἰώθασι τοιοῦτοι γίνεσθαι.

[VIII.] (7) Εἰσὶ δ' οὖν αἱ εἰρημέται φιλίαι ἐν ἰσότητι· τὰ γὰρ αὐτὰ γίνονται ἀπ' ἀμφοῖν καὶ βούλονται ἀλλήλοισι, ἢ ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου ἀντικαταλλάττονται, οἷον ἡδονὴν ἀντ' ὠφελείας. Ὅτι δ' ἤττον εἰσὶν αὐταὶ φιλίαι καὶ μένουσιν, εἶρηται. Δοκοῦσι δὲ καὶ δι' ὁμοιότητα καὶ ἀνομοιότητα ταυτοῦ εἶναι τε καὶ οὐκ εἶναι φιλίαι· καθ' ὁμοιότητα γὰρ τῆς κατ' ἀρετὴν φαίνονται φιλίαι (ἢ μὲν γὰρ τὸ ἡδὺ ἔχει, ἢ δὲ τὸ χρῆσιμον, ταῦτα δ' ὑπάρχει κακείνῃ), τῷ δὲ τὴν μὲν ἀδιάβλητον καὶ μόνιμον εἶναι, ταύτας δὲ ταχέως μεταπίπτειν ἄλλοις τε διαφέρειν πολλοῖς, οὐ φαίνονται φιλίαι δι' ἀνομοιότητα ἑκαίνας.

CAP. VII. [VIII.]

Ἐτερον δ' ἐστὶ φιλίας εἶδος τὸ καθ' ὑπεροχὴν, οἷον πατρὶ πρὸς υἱὸν καὶ ὄλωσ πρεσβυτέρῳ πρὸς νεώτερον, ἀνδρὶ τε πρὸς γυναῖκα καὶ παντὶ ἄρχοντι πρὸς ἀρχόμενον. Διαφέρουσι δ' αὗται καὶ ἀλλήλων· οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ γονεῦσι πρὸς τέκνα καὶ ἀρχουσι πρὸς ἀρχομένους, ἀλλ' οὐδὲ πατρὶ πρὸς υἱὸν καὶ υἱῷ πρὸς πατέρα, οὐδ' ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα καὶ γυναικὶ πρὸς ἀνδρα. Ἐτέρα γὰρ ἐκάστῳ τούτων ἀρετὴ καὶ τὸ ἔργον, ἕτερα δὲ καὶ δι' αὐτὰ φιλοῦσιν· ἕτεροι οὖν καὶ αἱ φιλήσεις καὶ αἱ φιλίαι. (2) Ταῦτὰ μὲν δὴ οὐτε γίνονται ἐκατέρῳ παρὰ θατέρου οὐτε δεῖ ζητεῖν· ὅταν δὲ γονεῦσι μὲν τέκνα ἀπονέμῃ αὐτὸς τοῖς γεννήσασιν, γονεῖς δὲ υἱέσιν αὐτὸς τοῖς τέκνοις, μόνιμος ἢ τῶν τοιούτων καὶ ἐπεικῆς ἐστὶ φιλία. Ἀνάλογον δ' ἐν πάσαις ταῖς καθ' ὑπεροχὴν οὐσαις φιλίαις καὶ τὴν φιλήσασιν δεῖ γίνεσθαι, οἷον τὸν ἀμείνω μᾶλλον φιλεῖσθαι ἢ φιλεῖν, καὶ τὸν ὠφελιμώτερον, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ὁμοίως· ὅταν γὰρ κατ' ἀξίαν ἢ φιλήσασιν γίνηται, τότε γίνονται πως ἰσότης, ὁ δὲ τῆς φιλίας εἶναι δοκεῖ.

[IX.] (3) Οὐχ ὁμοίως δὲ τὸ ἴσον ἐν τε τοῖς δικαίοις καὶ ἐν τῇ φιλίᾳ φαίνεται ἔχειν· ἐστὶ γὰρ ἐν μὲν τοῖς δικαίοις ἴσον πρῶτως τὸ κατ' ἀξίαν, τὸ δὲ κατὰ ποσὸν δευτέρως, ἐν δὲ τῇ φιλίᾳ τὸ μὲν κατὰ ποσὸν πρῶτως, τὸ δὲ κατ' ἀξίαν δευτέρως. (4) Δῆλον δ' ἐάν ποτὶ τὸ διάστημα γίνηται ἀρετῆς ἢ κακίας ἢ εὐπορίας ἢ τίνος ἄλλου· οὐ γὰρ ἔτι φίλοι εἰσὶν, ἀλλ' οὐδ' ἀξιοῦσιν. Ἐμφανεστάτον δὲ τοῦτ' ἐπὶ τῶν θεῶν· πλεῖστον γὰρ οὗτοι πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ὑπερέχουσιν. Δῆλον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν βασιλέων· οὐδὲ γὰρ τοιοῦτοι ἀξιοῦσιν εἶναι φίλοι οἱ πολλοὶ καταδεέστεροι, οὐδὲ τοῖς ἀρίστοις ἢ σοφωτάτοις οἱ μηδενὸς ἀξιοῖ. (5) Ἀκριβῆς μὲν οὖν ἐν τοῖς τοιοῦτοις οὐκ ἐστὶν ὀρισμὸς, ἕως τίνος οἱ φίλοι· πολλῶν γὰρ ἀφαιρουμένων ἔτι μένει, πολλὴ δὲ χωρισθέντος, οἷον τοῦ θεοῦ, οὐκέτι. (6) Ὅθεν καὶ ἀπορεῖται, μὴ ποτ' οὐ βούλονται οἱ φίλοι τοῖς φίλοις τὰ

riuntur. (6) Quod autem jucundum simul et utilem esse eum diximus, qui sit vir bonus, sciendum et illud est, homini dignitate ac potentia præstanti talem non facile fieri amicum, nisi etiam ille potentia præstans virtute superetur. Nam si id non fiat, non æquatur proportione cum illo præstantiore is qui superatur potentia. Admodum autem raro tales homines reperiri solent.

[VIII.] (7) Atque illæ sane amicitia, quas proximo loco diximus, in æqualitate positæ sunt. Eadem enim ab utroque præstantur, estque mutua inter ipsos voluntas: aut certe aliud alio commutatur: verbi gratia, utilitate voluptas. Interea tamen et minus esse has amicitias, minusque diu permanere sciendum, ut dictum est. Sed videntur etiam propter similitudinem simul ac dissimilitudinem ad veram illam et esse amicitia et non esse. Ex similitudine enim ejus amicitia, quæ virtute constat, amicitia similitudinem gerunt. Inest enim in altera jucundum, utile in altera: quæ ipsa insunt etiam in illa. Eo autem, quod illa criminationum experta est et firma pæne ad perpetuitatem; hæc autem celeriter intercidunt, aliisque multis rebus differunt, non habent speciem amicitia, propter hanc ab illa dissimilitudinem.

Aliud autem amicitia genus est, secundum excellentiam: veluti quæ patri intercedit cum filio, seni cum juvene, viro cum uxore, omni denique qui præest, cum eo qui imperio parere debet: quæ quidem inter se ipsas quoque differunt. Non est enim eadem parentum cum liberis, atque eorum qui præsent, cum subjectis: sed neque eadem patris cum filio, quæ filii cum patre; neque eadem viri cum uxore, quæ uxoris cum viro. Alia enim cujusque horum virtus est, aliud opus, alia denique quæ ad amandum incitant. Ex quo sequitur, diversas quoque esse tam amationes, quam amicitias. (2) Sane eadem ut horum utriusque ab altero præstantur, id neque accidit neque est postulandum. Quum vero is qui procreatur, ea quæ parentibus debentur, liberi tribuunt, vicissimque filiis parentes, quæ debentur liberis: tum firma et æqualis talis amicitia futura est. Ceterum in omnibus his amicitias, quæ in excellentia positæ sunt, amatio debet esse æqualitas proportionis, ut scilicet is qui potior est, ametur magis quam amet; et is qui plus utilitatis affert. Idemque de ceteris singulatum similiter dici poterit. Quum enim amatio fit pro dignitate, tum quodammodo existit æqualitas: id quod amicitia proprium esse existimatur.

[IX.] (3) Non ita porro se habet in rebus justis, ut in amicitia æqualitas. Etenim in rebus justis primo loco ponitur æqualitas ea, quæ censetur dignitatis ac meriti comparatione; secundo ea, quæ æqualitate quantitatis definitur. In amicitia contra primo loco statuitur id æquale, quod est magnitudinis; secundo id, quod est dignitatis seu meriti. (4) Idque ex eo perspicitur potest, quod est, si magna sit virtutis, aut vitii, aut copiar, aut alius alicujus rei distantia. Non enim jam tum amici sunt: imo ne debere quidem se amicos esse judicant alterorum. Idque in diis maxime apparet. Omnibus enim bonis ii longe antecellunt. Perspicuum idem est etiam in regibus. Nam ne ad eorum quidem etiam amicitiam aspirare audent ii qui multo sunt inferiores: ut neque præstantissimorum aut sapientissimorum virorum amicitiam expetunt contemptissimi homines. (5) Sane constitui in his subtiliter certus terminus non potest, quatenus subsistere amicitia possit. Nam si vel multa ab altero detrahantur, manet tamen etiam tum amicitia. At vero si penitus etiam separentur, ut homo a deo, non jam manet. (6) Ex quo etiam queri solet, velintne amicos amici bonis quamaximis affici (verbi gratia deos esse):

μέγιστα τῶν ἀγαθῶν, ὅν θεοὺς εἶναι· οὐδὲ γὰρ ἔτι φίλοι ἔσσονται αὐτοῖς· οὐδὲ δὴ ἀγαθὰ· οἱ γὰρ φίλοι τὰγαθὰ. Εἰ δὴ καλῶς εἴρηται ὅτι ὁ φίλος τῷ φίλῳ βούλεται τὰγαθὰ ἐκείνου ἕνεκα, μένειν ἂν δεῖο οἷός ποτ' ἔστιν ἐκείνος· ἀνθρώπῳ δὲ ὄντι βουλήσεται τὰ μέγιστα ἀγαθὰ· ἴσως δ' οὐ πάντα· αὐτῷ γὰρ μά-
λισθ' ἕκαστος βούλεται τὰγαθὰ.

non enim jam amicos eis futuros esse tales : igitur non optant bona : quum amici amicis optent bona. Quodsi recte dicitur, suo quemque amico bona optare illius causa, profecto talis ut maneat oportet, qualis est alter ille. Sane, ut homini, maxima bona optare ac velle poterit : sed fortasse ne sic quidem omnia. Sibi enim maxime vult quisque bona evenire.

CAP. VIII. [IX.]

Οἱ πολλοὶ δὲ δοκοῦσι διὰ φιλοτιμίαν βούλεσθαι φι-
λεῖσθαι μᾶλλον ἢ φιλεῖν, διὸ φιλοκόλακες οἱ πολλοί·
10 ὑπερχόμενος γὰρ φίλος δ' κόλαξ, ἢ προσποιεῖται τοιού-
τος εἶναι καὶ μᾶλλον φιλεῖν ἢ φιλεῖσθαι. Τὸ δὲ φιλεῖ-
σθαι ἐγγύς εἶναι δοκεῖ τοῦ τιμᾶσθαι, οὗ δὲ οἱ πολλοὶ
ἐφίενται. (2) Οὐ δι' αὐτὸ δ' εὐόκασιν αἰρεῖσθαι τὴν
τιμῆν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· χαίρουσι γὰρ οἱ μὲν
15 πολλοὶ ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς ἐξουσίαις τιμώμενοι διὰ τὴν
ἐλλοιὰ· οἷονταί γὰρ τιμᾶσθαι παρ' αὐτῶν, ἂν του
δέωνται· ὡς δὲ σημείῳ τῆς εὐπαθείας χαίρουσι τῇ τιμῇ.
Οἱ δ' ὑπὸ τῶν ἐπεικῶν καὶ εἰδότην ὀρεγόμενοι τιμῆς
βεβαιῶσαι τὴν οἰκείαν δόξαν ἐφίενται περὶ αὐτῶν· χαί-
20 ρουσι δὲ ὅτι εἰσὶν ἀγαθοί, πιστεύοντες τῇ τῶν λεγόν-
των κρίσει. Τῷ φιλεῖσθαι δὲ καθ' αὐτὸ χαίρουσιν· διὸ
δόξειεν ἂν κρεῖττον εἶναι τοῦ τιμᾶσθαι, καὶ ἡ φιλία καθ'
αὐτὴν αἰρετὴ εἶναι. (3) Δοκεῖ δ' ἐν τῷ φιλεῖν μᾶλλον
ἢ ἐν τῷ φιλεῖσθαι εἶναι. Σημεῖον δ' αἱ μητέρες τῶν
25 φιλεῖν χαίρουσαι· ἔναι γὰρ διδόναι τὰ ἑαυτῶν τρέφε-
σθαι, καὶ φιλοῦσι μὲν εἰδυῖαι, ἀντιφιλεῖσθαι δ' οὐ ζη-
τοῦσιν, ἔαν ἀμφοτέρω μὴ ἐνδέχεται, ἀλλ' ἱκανὸν αὐταῖς
εἶοικεν εἶναι, ἔαν ὁρῶσιν εὖ πράττοντας, καὶ αὐταῖ
φιλοῦσιν αὐτούς, κἂν ἐκείνοι μηδὲν ὦν μητρί προσήκει
30 ἀπονέμωσι διὰ τὴν ἀγνοίαν.

[X.] (4) Μᾶλλον δὲ τῆς φιλίας οὐσης ἐν τῷ φιλεῖν,
καὶ τῶν φιλοφίλων ἐπαινοῦμένων, φίλων ἀρετῇ τὸ φι-
λεῖν εἰοικεν, ὡστ' ἐν οἷς τοῦτο γίνεται κατ' ἀξίαν, οὔτοι
μόνιμοι φίλοι καὶ ἡ τούτων φιλία. (5) Οὕτω δ' ἂν καὶ
35 οἱ ἄνισοι μάλιστα εἶεν φίλοι· ἰσάζονται γὰρ ἂν· ἢ δ' ἰσό-
της καὶ ὁμοιότης φιλοῦσης, καὶ μάλιστα μὲν ἡ τῶν
κατ' ἀρετὴν ὁμοιότης· μόνιμοι γὰρ ὄντες καθ' αὐτούς
καὶ πρὸς ἀλλήλους μένουσι, καὶ οὔτε δέονται φαύλων
οὐθ' ὑπηρετοῦσι τοιαῦτα, ἀλλ' ὡς εἰπεῖν καὶ διακωλύ-
40 οῦσι τῶν ἀγαθῶν γὰρ μήτ' αὐτούς ἀμαρτάνειν μήτε
τοῖς φίλοις ἐπιτρέπειν. Οἱ δὲ μοχθηροὶ τὸ μὲν βέβαιον
οὐκ ἔχουσιν· οὐδὲ γὰρ αὐτοῖς διαμένουσιν ὁμοιοὶ ὄντες·
ἐπ' ὀλίγον δὲ χρόνον γίνονται φίλοι, χαίροντες τῇ ἀλ-
λήλων μοχθηρίᾳ. (6) Οἱ χρήσιμοι δὲ καὶ ἡδεῖς ἐπὶ
45 πλείον διαμένουσιν· ἕως γὰρ ἂν πορίζωσιν ἡδονὰς ἢ
ὑπελείας ἀλλήλοις. Ἐξ ἐναντίων δὲ μάλιστα μὲν
δοκεῖ ἡ διὰ τὸ χρήσιμον γίνεσθαι φιλία, ὅσον πένης
πλουσίῳ, ἀμαθῆς εἰδοτῇ· οὗ γὰρ τυγχάνει τις ἐνδεθῆ
ὦν, τοῦτο ἐπιέμενος ἀντιδωρεῖται ἄλλο. Ἐνταῦθα
50 δ' ἂν τις ἔλαος καὶ ἐραστὴν καὶ ἐρώμενον, καὶ καλὸν
καὶ αἰσχροῦν. Διὸ φαίνονται καὶ οἱ ἐρασταὶ γελοιοὶ
ἐνίοτε, ἀξιοῦντες φιλεῖσθαι ὡς φιλοῦσιν· ὁμοίως δὲ φι-

Vulgus vero hominum honoris studio malle videtur amari quam amare. Itaque multo maximæ parti hominum assentatores placent. Est enim assentator amicus inferior, seu, qui ab altero superatur, aut certe, qui prae se fert putare se talem esse, amareque magis quam amari. Ceterum amare videtur finitimum esse ei quod est honore affici, cujus rei plerique sunt cupidissimi. (2) Verum honor non propter se expeti videtur, sed ex eventu. Nam vulgus quidem quum ab iis qui potestate et imperio præditi sunt, honore afficitur, laetatur, ea spe atque opinione, quod existimat futurum ut, si qua re egeat, ab illis consequatur. Sic igitur honore delectantur quasi argumento et pignore ejus quod sibi bene fieri volunt. Illi vero qui a viris probis et rerum intelligentibus honorem expetunt, opinionem de se propriam stabiliri et confirmari gestiunt. Bonos igitur se esse gaudent, eorum iudicio, qui id dicunt, fidem habentes : ipso vero amore sui gaudent per se. Quo fit ut amor honore potior, amicitiaque per se esse optabilis et expetenda videatur. (3) Magis autem ea consistere videtur in eo, ut quis amet, quam in eo, ut ametur. Atque hoc ipsum matres indicant, quibus ipsum amare est voluptati. Nonnullæ enim filios suos dant alendos, eosque scientes ex se natos, amant, nec ut ab eis redamantur, magnopere laborant, si fieri utrumque non possit : sed satis habent, si videant eos frui secunda fortuna. Denique nihilominus eos diligunt, quamvis illi non possint matri, quod eam non norunt, que convenit tribuere.

[X.] (4) Quum autem in eo, ut amemur, amicitia consistat, laudenturque ii qui amicorum amantes perhibentur, probabile est, amicorum virtutem in eo, ut ament, esse positam. Itaque in quibus hoc fit pro dignitate, ii stabiles ac firmi permanent amici, taliumque amicitia stabilis est ac permanens. (5) Atque hoc modo etiam homines inter se inæquales maxime esse queant amici. Nam et hi possint æquari : æqualitas autem et similitudo amicitia est, maximeque eorum qui virtute similes sunt, similitudo. Nam quum hi maneant ex se ipsis firmi ac stabiles, tum alter quoque ad alterum manet is qui erat, ac neque res malas desiderant, neque se talium rerum ministros præbent : imo vero etiam prohibent. Virorum enim honorum est neque peccare, neque amicis permittere ut peccent. Mali vero quum stabile nihil habeant (quippe qui ne sui quidem similes permaneant), tum ad perexiguum tempus amicitiam inter se tument, mutua improbitate delectati. (6) Utiles autem ac jucundi diutius amici permanent. Tamdiu enim manent, quoad utilitates ac voluptates sibi mutuo suppeditant. Quæ autem ex contrariis constare videatur, maxime quidem illæ sunt, quas utilitas jungit : ut quum pauper diviti, doctus indocto sit amicus. Nam qua quisque re forte eget, eam ab altero expetens alio genere illum muneratur. Deinde vero ad hunc numerum etiam amatorem et eum qui amatur, formosum item ac deformem licet aggregare. Quocirca videntur interdum et amatores ridiculi, quum eos quos amant, pari mensura ipsos reclamare volunt. Sane si æque digni sint qui amentur, jure

λητοὺς ὄντας ἴσους ἀξιωτέον, μηδὲν δὲ τοιοῦτον ἔχοντας γελῶσιν. (7) Ἴσους δὲ οὐδ' ἐρίεται τὸ ἐνχρῆστον τοῦ ἐναντίου καθ' αὐτό, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηχός. ἼΙ δ' ὄρεξις τοῦ μέσου ἐστίν· τοῦτο γὰρ ἀγαθόν, οἷον τῶν ὑγρῶν οὐ ξηρῶν γενέσθαι ἀλλ' ἐπὶ τὸ μέσον εἰσεῖν, καὶ τῶν θερμῶν καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως. Ταῦτα μὲν οὖν ἀφείσθω· καὶ γὰρ ἐστὶν ἀλλοτριώτερα.

fortasse hoc postulari potest : sin nihil tale habeant, ridiculum sit istud postulare. (7) Fortasse vero etiam totum hoc aliter habet, neque res contraria contrariam per se desiderat, sed ex eventu : appetitio autem medii est. Hoc enim bonum est : verbi gratia rei humidæ bonum est, non ut arida fiat, sed ut ad mediocritatem redigatur. Item rei calidæ et ceteris. Sed hæc omittantur sane : sunt enim ab instituto nostro alieniora.

CAP. IX. [XI.]

Ἔοικε δὲ, καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἰρηται, περὶ ταῦτα καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς εἶναι ἢ τε φιλία καὶ τὸ δίκαιον· ἐν ἀπάσῃ γὰρ κοινωνίᾳ δοκεῖ τι δίκαιον εἶναι, καὶ φιλία δὲ προσαγορεύουσι γούν ὡς φίλους τοὺς συμπλους καὶ τοὺς συστρατιώτας, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις κοινωνίαις. Καθ' ὅσον δὲ κοινωνοῦσιν, ἐπὶ τοσοῦτόν ἐστι φιλία· καὶ γὰρ τὸ δίκαιον. Καὶ ἡ παροιμία « κοινὰ τὰ φίλων, » ὁρθῶς ἐν κοινωνίᾳ γὰρ ἢ φιλία. (2) Ἔστι δ' ἀδελφοῖς μὲν καὶ ἑταίροις πάντα κοινὰ, τοῖς δ' ἄλλοις ἀφωρισμένα, καὶ τοῖς μὲν πλείω τοῖς δ' ἐλάττω· καὶ γὰρ τῶν φιλιῶν αἱ μὲν μᾶλλον αἱ δ' ἥττον. Διαφέρει δὲ καὶ τὰ δίκαια· οὐ γὰρ ταῦτα γονεῦσι πρὸς τέκνα καὶ ἀδελφοῖς πρὸς ἀλλήλους, οὐδ' ἑταίροις καὶ πολιταῖς· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων φιλιῶν. (3) Ἔτερα δὲ καὶ τὰ ἄδικοι πρὸς ἐκάστους τούτων, καὶ αὐξήσιν λαμβάνει τῶ μᾶλλον πρὸς φίλους εἶναι, οἷον χρήματα ἀποστερῆσαι ἑταίρον δεινότερον ἢ πολίτην, καὶ μὴ βοηθῆσαι ἀδελφῶν ἢ θνητῶν, καὶ πατάξαι πατέρα ἢ ὄντινόν ἄλλον. Αὐξήσθαι δὲ πέφυκεν ἅμα τῇ φιλίᾳ καὶ τὸ δίκαιον, ὡς ἐν τοῖς αὐτοῖς ὄντα καὶ ἐπ' ἴσον διήκοντα. (4) Αἱ δὲ κοινωνίαι πᾶσαι μορίως εἰσίκασιν τῆς πολιτικῆς· συμπορεύονται γὰρ ἐπὶ τινὶ συμφέροντι, καὶ ποριζόμεναι τι τῶν εἰς τὸν βίον· καὶ ἡ πολιτικὴ δὲ κοινωνία τοῦ συμφέροντος χάριν δοκεῖ καὶ ἐξ ἀρχῆς συνελθεῖν καὶ διαμένειν· τοῦτο γὰρ καὶ οἱ νομοθέται στοχάζονται, καὶ δίκαιόν φασιν εἶναι τὸ κοινῇ συμφέρον. (5) Αἱ μὲν οὖν ἄλλαι κοινωνίαι κατὰ μέρος τοῦ συμφέροντος ἐφίενται, οἷον πλωτῆρες μὲν τοῦ κατὰ τὸν πλοῦν πρὸς ἐργασίαν χρημάτων ἢ τι τοιοῦτον, συστρατιῶται δὲ τοῦ κατὰ τὸν πόλεμον, εἴτε χρημάτων εἴτε νίκης ἢ πόλεως ὀρεγόμενοι, ὁμοίως δὲ καὶ φυλέται καὶ δημόται. Ἔναι δὲ τῶν κοινωνιῶν δι' ἡδονὴν δοκοῦσι γίνεσθαι, θιασωτῶν καὶ ἐρασιπτῶν· αὗται γὰρ θυσίας ἐνεκα καὶ συνουσίας. (6) Πᾶσαι δ' αὗται ὑπὸ τὴν πολιτικὴν εἰσίκασιν εἶναι (οὐ γὰρ τοῦ παρόντος συμφέροντος ἢ πολιτικῆς ἐφίεται, ἀλλ' εἰς ἅπαντα τὸν βίον), θυσίας τε ποιῶντες καὶ περὶ ταύτας συνόδους, τιμὰς ἀπονέμοντες θεοῖς, καὶ αὐτοῖς ἀναπαύσεις πορίζοντες μεθ' ἡδονῆς. Αἱ γὰρ ἀρχαῖαι θυσίαι καὶ σύνοδοι φαίνονται γίνεσθαι μετὰ τὰς τῶν καρπῶν συγκομιδὰς οἷον ἀπαρχαί· μάλιστα γὰρ ἐν τούτοις ἐσθλαζον τοῖς καιροῖς. (7) Πᾶσαι δὲ φαίνονται αἱ κοινωνίαι μόρια τῆς πολιτικῆς εἶναι· ἀκολουθήσουσι δὲ αἱ τοιαῦται φιλίαι ταῖς τοιαύταις κοινωνίαις.

Videntur autem, ut in principio dictum est, ad eadem pertinere jus et amicitia, in iisdemque esse. Nam in omni societate aliquod jus reperitur, et vero etiam aliqua amicitia. Itaque pro amicis compellant et eos quibuscum navigant, et commilitones, itemque alios, quibuscum aliquam inierunt societatem. Quanta porro communio est, tam late patet et amicitia. Nam tam late jus patet. Et proverbium « amicorum res communes » recte jactatur : in communione enim posita est amicitia. (2) Sunt autem fratribus quidem et sodalibus omnia inter ipsos communia ; reliquis autem certa quaedam ac distincta : aliisque plura, aliis pauciora. Nam et amicitiae aliæ magis, aliæ minus sunt amicitiarum. Differunt etiam jura. Non enim eadem sunt patribus cum liberis, quæ fratribus inter ipsos; neque sodalibus et civibus : similiterque se res habet in ceteris quocumque amicitias. (3) Differunt igitur et injuriæ horum singulorum inter se : quæ hoc sunt graviores, quo amicioribus inferuntur. Exempli gratia sodalem pecunia fraudare gravius est, quam civem ; et fratri non succurrere, quam alieno ; et parentem verberare, quam quemlibet alium. Solet autem una cum amicitia etiam jus amplificari natura : quippe quum ambo in iisdem rebus consistant, et æque late pateant. (4) Omnes autem societates sunt tanquam quaedam civilis societatis partes ac membra. Conveniunt enim homines quoniam emolumentum alicujus gratia, tum ut aliquid quærant ac parent vite necessariorum : eodemque modo etiam societas civilis et ab initio utilitatis causa constituta videtur esse, et permanere. Hoc enim legumlatores quoque sibi tanquam scopum proponunt, ac jus esse dicunt, quod communiter rei publicæ utile est. (5) Ceteræ igitur societates pro sua quaque parte utile expetunt : verbi gratia, nauæ id quod ex navigatione quæritur, ut pecuniamificent, aut aliquid tale consequantur : commilitones, id quod bello paratur, sive pecuniam concupiscant, sive victoria potiri, sive urbe aliqua : itemque tribules ac populares. Nonnullæ autem societates propter voluptatem comparari videntur : ut sodalitia eorum qui ad cultum alicujus numinis una epulantur ac saltant ; et eorum qui pro rata cujusque parte symbolas in convivium conferunt. Hæc enim partim sacrificii, partim convicius causa comparantur. (6) Omnes autem κοινωνίαι tales civilis societati subjectæ esse videntur : (quæ præsentem utilitatem, sed eam quæ ad omnem vitam pertinet, expetit), et qui sacrificia instituunt et circa ea conventus, honores deferunt diis, et sibi requiem cum voluptate conjunctam parant. Nam prisca sacrificia, et conventus qui sacrificiorum causa habebantur, ea credibile est collectis jam fructibus ut primitias quasdam fuisse instituta. His enim temporibus maxime erant otiosi. (7) Apparet igitur, societates omnes civilis societatis esse membra. Quales autem fuerint ipsæ illæ societates, tales etiam amicitiae consequentur.

CAP. X. [XII.]

Πολιτείας δ' ἐστὶν εἶδη τρία, ἴσαι δὲ καὶ παρεκβάσεις, ὅον φθοραὶ τούτων. Εἰσὶ δ' αἱ μὲν πολιτεῖαι βασιλεία τε καὶ ἀριστοκρατία, τρίτη δ' ἡ ἀπὸ τιμημάτων, ἣν τιμοκρατικὴν λέγειν οἰκείον φαίνεται, πολιτεῖαν δ' αὐτὴν εἰώθασιν οἱ πλείστοι καλεῖν. (2) Τούτων δὲ βελτίστη μὲν ἡ βασιλεία, χειρίστη δ' ἡ τιμοκρατία. Παρέκθασις δὲ βασιλείας μὲν τυραννίς· ἄμφω γὰρ μοναρχίαι, διαφέρουσι δὲ πλείστον· ὁ μὲν γὰρ τύραννος τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον σκοπεῖ, ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ τῶν ἀρχομένων. Οὐ γὰρ ἐστὶ βασιλεὺς ὁ μὴ αὐτάρχης καὶ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ὑπέρημι· ὁ δὲ τοιοῦτος οὐδενὸς προσδεῖται· τὰ ὠφελίμα οὖν αὐτῷ μὲν οὐκ ἂν σκοποῖη, τοῖς δ' ἀρχομένοις· ὁ γὰρ μὴ τοιοῦτος κληρωτὸς ἂν τις εἴη βασιλεὺς. Ἡ δὲ τυραννίς ἐξ ἐναντίας ταύτης· τὸ γὰρ ἑαυτοῦ ἀγαθὸν δῶκει. Καὶ φανερώτερον ἐπὶ ταύτης ἐστὶ χειρίστη· κακίστον δὲ τὸ ἐναντίον τῆ βελτίστη. (3) Μεταβαίνει δ' ἐκ βασιλείας εἰς τυραννίδα· φαυλότης γὰρ ἐστὶ μοναρχίας ἡ τυραννίς· ὁ δὲ μογθηρὸς βασιλεὺς τύραννος γίνεταί. Ἐξ ἀριστοκρατίας δὲ εἰς ὀλιγαρχίαν κακία τῶν ἀρχόντων, οἱ νέμουσι τὰ τῆς πόλεως παρὰ τὴν ἀξίαν, καὶ πάντα ἢ τὰ πλείστα τῶν ἀγαθῶν ἑαυτοῖς, καὶ τὰς ἀρχὰς αἰεὶ τοῖς αὐτοῖς, περὶ πλείστου ποιούμενοι τὸ πλουτεῖν· ὀλίγοι δὲ ἀρχοῦσι καὶ μογθηροὶ ἀντὶ τῶν ἐπιεικεστάτων. Ἐκ δὲ τιμοκρατίας εἰς δημοκρατίαν· σύνοροι γὰρ εἰσιν αὗται· πληθους γὰρ βούλεται καὶ ἡ τιμοκρατία εἶναι, καὶ ἴσοι πάντες οἱ ἐν τῷ τιμῆματι. Ἥκιστα δὲ μογθηρὸν ἐστὶν ἡ δημοκρατία· ἐπὶ μικρὸν γὰρ παρεκβαίνει τὸ τῆς πολιτείας εἶδος. Μεταβάλλουσι μὲν οὖν μάλιστα οὕτως αἱ πολιτεῖαι· ἐλάχιστον γὰρ οὕτω καὶ βῆστα μεταβαίνουσιν. (4) Ὁμοιώματα δ' αὐτῶν καὶ ὅον παραδείγματα λάβοι τις ἂν καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις. Ἡ μὲν γὰρ πατὴρ πρὸς υἱεὶς κοινωνία βασιλείας ἔχει σημάτων τέκνων γὰρ τῷ πατρὶ μέλει. Ἐντεῦθεν δὲ καὶ Ὀμηρος τὸν Δία πατέρα προαγορεύει πατρικὴ γὰρ ἀρχὴ βούλεται ἡ βασιλεία εἶναι. Ἐν Πέρσαις δ' ἡ τοῦ πατρὸς τυραννικὴ· χρωῖνται γὰρ ὡς δούλοις τοῖς υἱεῖσιν. Τυραννικὴ δὲ καὶ ἡ δεσπότου πρὸς δούλους· τὸ γὰρ τοῦ δεσπότου συμφέρον ἐν αὐτῇ πράττεται. Αὕτη μὲν οὖν ὀρθὴ φαίνεται, ἡ Περσικὴ δ' ἡμαρτημένη· τῶν διαφερόντων γὰρ αἱ ἀρχαὶ διάφοροι. (5) Ἀνδρὸς δὲ καὶ γυναικὸς ἀριστοκρατικὴ φαίνεται· κατ' ἀξίαν γὰρ ὁ ἀνὴρ ἀρχει, καὶ περὶ ταῦτα ἂ δεῖ τὸν ἀνδραῖον δὲ γυναικὶ ἀρμυζει, ἐκείνη ἀποδίδωσιν. Ἀπάντων δὲ κυριέων ὁ ἀνὴρ εἰς ὀλιγαρχίαν μεθίστησιν· παρὰ τὴν ἀξίαν γὰρ αὐτὸ ποιεῖ, καὶ οὐχ ἢ ἀμείνων. Ἐνίστα δὲ ἀρχοῦσιν αἱ γυναῖκες ἐπὶ κληροῖ οὐσαι· οὐ δὲ γίνονται κατ' ἀρετὴν αἱ ἀρχαί, ἀλλὰ διὰ πλοῦτον καὶ δύναμιν καθάπερ ἐν ταῖς ὀλιγαρχίαις. (6) Τιμοκρατικῆ δ' εἴκειν ἡ τῶν ἀδελφῶν· ἴσος γὰρ, πλην ἐφ' ὅσον ταῖς ἡλικίαις διαλλάττουσιν· οἷοιπερ ἂν πολλὴ ταῖς ἡλικίαις διαφέρουσιν, οὐκέτι ἀδελφικὴ γίνεταί ἡ φιλία. Δημοκρατία δὲ μάλιστα μὲν ἐν ταῖς ἀδεσποτοῖς τῶν οἰκί-

Administrandæ porro reipublicæ tria sunt genera, totidemque ab illis declinationes, et veluti vitia. Sunt autem reipublicæ administrandæ formæ : regnum, optimatum principatus, et potestas ex censu, quam timocraticam non inepte appellaverimus : sed eam plurimi politiam sive republicam solent nominare. (2) Harum autem formarum omnium regnum est optima, timocrazia deterrima. Declinatio autem a regno tyrannis est. In utraque enim penes unum summa rerum est potestas. Sed plurimum tamen inter se differunt. Tyrannus enim suam, rex eorum quibus imperat utilitatem spectat. Etenim rex non est, cui sua non sunt satis, quique non omnium bonorum copia antecellit. At qui talis est, nihil præterea desiderat : ideoque non sua, sed eorum quibus præest commoda sibi proponet. Nam qui talis non fuerit, is sorte ductus quispiam rex videatur. Regno adversatur tyrannis : nam quod sibi expedit, sequitur. Atque hanc vel magis perspicuum est esse deterrimam. Quod enim optimo est contrarium, pessimum. (3) Ex regno autem in tyrannidem degenerat imperium. Nam monarchiam vitium tyrannis est : rex malus autem tyrannus efficitur. Ex optimatum vero potestate in paucorum principatum fit commutatio, eorum qui præsent culpa, qui res civitatis tribuunt indignis, et omnia bona aut multo maximam eorum partem vindicant sibi, et magistratus iidem semper deferunt, divitias rebus fere omnibus antepones : quo fit ut pauci magistratum gerant, fiquè improbi ac vitiosi locorum virorum optimorum. Ex timocrazia autem in popularem statum fit conversio. Sunt enim hæc reipublicæ administrandæ formæ inter se finitimæ. Nam etiam hæc ex censu potestas natura sua multorum videtur esse ; omnesque, qui habent censum, inter se sunt pares. Minime vero omnium vitiosa popularis potestas est : quia paullulum admodum a politia forma deflexit. Ac civilis quidem status formæ his fere modis commutari solent : hujusmodi namque minima est et facillima mutatio. (4) Ceterum statuum horum similitudines et velut exempla deprehendat aliquis in privatis quoque domibus. Patris enim cum filii societatis regni speciem quandam præ se fert. Nam filii patri curæ sunt. Ex quo et Homerus Jovem patrem appellat. Patriam enim potestatem regnum videtur proxime referre. Sed apud Persas patria potestas est tyrannica : utuntur enim liberis suis ut servis. Est et domini in servos imperium tyrannicum. In eo enim negotium domini agitur, ejusque utilitati consulitur. Atque hoc sane rectum est ; Persicum tamen illud depravatum ac perversum : eorum enim qui inter se differunt, imperia quoque differre debent. (5) Jam viri et uxoris societas ad optimatum principatum proxime videtur accedere. Nam pro eo, ut ipso dignum est, vir imperat, in iisque adeo rebus, in quibus virum oportet imperare : et quæ mulieri conveniunt, ei permittit. Quodsi vir in omnibus dominetur, rem ille traducit in potestatis paucorum speciem. Id enim facit præter dignitatem, non ea ratione qua vir melior est. Interdum vero fit ut mulieres imperent : hæc scilicet, quibus amplissimæ venerunt hæreditates. Non igitur tum ex virtute, sed propter divitias et potentiam imperatur, ut in paucorum principatu. (6) Denique potestati illi quæ censibus ratione constat, fraterna societas est similis. Sunt enim ii pares ; nisi forte ætatis ratione inter se differunt. Quocirca si multum inter se distent ætatis, jam amicitia fraterna constare non potest. At vero popularis potestas est quum in iis familiis maxime, quæ domino carent (hic enim

σειον (ἐνταῦθα γὰρ πάντες ἐξ ἴσου), καὶ ἐν αἷς ἀσθε-
νῆς δ' ἄρχων καὶ ἐκάστῳ ἐξουσία.

ex æquo omnes imperant), tum in quibus imbecillus est
is qui imperat : ideoque suo quisque arbitrato agit omnia.

CAP. XI. [XIII.]

Καθ' ἐκάστην δὲ τῶν πολιτικῶν φιλία φαίνεται, ἐφ'
ὅσον καὶ τὸ δίκαιον, βασιλεῖ μὲν πρὸς τοὺς βασιλευ-
5 μένους ἐν ὑπεροχῇ εὐεργεσίας· εὖ γὰρ ποιεῖ τοὺς βασι-
λευμένους, εἴπερ ἀγαθὸς ὢν ἐπιμελεῖται αὐτῶν, ἵν' εὖ
πράττωσιν, ὥσπερ νομῆς προβάτων· ἔθεν καὶ Ὁμηρος
τὸν Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν ἔπειν. (2) Τοιαύτη
δὲ καὶ ἡ πατρική, διαφέρει δὲ τῷ μεγέθει τῶν εὐεργε-
10 τημάτων· αἴτιος γὰρ τοῦ εἶναι, δοκοῦντος μεγίστου,
καὶ τροφῆς καὶ παιδείας· καὶ τοῖς προγόνοις δὲ ταῦτα
προσέμεται· φύσει τε γὰρ ἀρχικὸν πατὴρ υἱῶν καὶ πρό-
γονοὶ ἐχθρόν καὶ βασιλεὺς βασιλευμένον. (3) Ἐν
ὑπεροχῇ δὲ αἱ φιλίαι αὐταὶ, οὐδὲ καὶ τιμῶνται οἱ γονεῖς.
15 Καὶ τὸ δίκαιον δὲ ἐν τούτοις οὐ ταῦτό ἀλλὰ τὸ κατ'
ἀξίαν· οὕτω γὰρ καὶ ἡ φιλία. (4) Καὶ ἀνδρὸς δὲ πρὸς
γυναῖκα ἢ ἄλλῃ φιλία καὶ ἐν ἀριστοκρατίᾳ· κατ' ἀρετὴν
γὰρ, καὶ τῷ ἀμείνονι πλέον ἀγαθόν, καὶ τὸ ἀρμόζον
ἐκάστῳ· οὕτω δὲ καὶ τὸ δίκαιον. (5) Ἡ δὲ τῶν ἀδελ-
20 φῶν τῇ ἐταιρικῇ ἔοικεν· ἴσοι γὰρ καὶ ἡλικιωταί, οἱ
τοιούτοι δ' ὁμοπαθεῖς καὶ ὁμοθῆεις ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ.
Ἔοικε δὲ ταύτῃ καὶ ἡ κατὰ τὴν τιμοκρατικὴν· ἴσοι γὰρ
οἱ πολῖται βούλονται καὶ ἐπιεικέες εἶναι· ἐν μέρει δὲ
τὸ ἄρχειν, καὶ ἐξ ἴσου· οὕτω δὲ καὶ ἡ φιλία. (6) Ἐν
25 δὲ ταῖς παρεκβάσεσιν, ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἐπὶ μικρὸν
ἐστίν, οὕτω καὶ ἡ φιλία ἐστὶ, καὶ ἤμιστα ἐν τῇ χει-
ρίσσει· ἐν τυραννίδι γὰρ οὐδὲν ἢ μικρὸν φιλίας. Ἐν
αἷς γὰρ μηδὲν κοινόν ἐστι τῷ ἄρχοντι καὶ τῷ ἀρχομένῳ,
οὐδὲ φιλία· οὐδὲ γὰρ δίκαιον· ἀλλ' οἷον τεχνίτη πρὸς
30 ὄργανον καὶ ψυχῇ πρὸς σῶμα καὶ δεσπότη πρὸς δούλον·
ὠφελείται μὲν γὰρ πάντα ταῦτα ὑπὸ τῶν γρωμένων,
φιλία δ' οὐκ ἐστὶ πρὸς τὰ ἄψυχα οὐδὲ δίκαιον· ἀλλ'
οὐδὲ πρὸς ἵππον ἢ βοῦν, οὐδὲ πρὸς δούλον ἢ δούλος.
Οὐδὲν γὰρ κοινόν ἐστίν· ὁ γὰρ δούλος ἐμψυχον ὄργανον,
35 τὸ δ' ὄργανον ἄψυχος δούλος. (7) Ἡ μὲν οὖν δούλος,
οὐκ ἐστὶ φιλία πρὸς αὐτόν, ἢ δ' ἀνθρώπος· δοκεῖ γὰρ
εἶναι τι δίκαιον παντὶ ἀνθρώπῳ πρὸς πάντα τὸν δυνά-
μενον κοινωῆσαι νόμου καὶ συνθήκης· καὶ φιλίας δὲ,
καθ' ὅσον ἀνθρώπος. (8) Ἐπὶ μικρὸν δὲ καὶ ἐν ταῖς
40 τυραννίσιν αἱ φιλίαι καὶ τὸ δίκαιον, ἐν δὲ ταῖς δημοκρα-
τίαις ἐπὶ πλεῖστον· πολλὰ γὰρ τὰ κοινὰ ἴσοις οὔσιν.

In unaquaque autem reipublicæ administrandæ forma
ratio amicitia esse videtur secundum rationem juris : qua
regi cum iis qui in regno vivunt intercedit, in quadam
beneficii excellentia est posita. Bene enim meretur is de
iis quibus imperat : si, quum sit bonus, curam eorum
habeat velut pastor ovium, ut sint felices. Unde et Ho-
merus Agamemnonem pastorem populorum appellavit.
(2) Talis est etiam paterna amicitia : nisi quod magnitu-
dine beneficiorum præstat. Est enim pater filio causa,
ut sit : quæ videtur esse res omnium maxima. Idem-
que alendum et erudiendum curavit. Atque hæc eadem
avis et majoribus tribuuntur. Ad imperandum etenim
facti sunt natura pater liberis, avi nepotibus, rex iis qui
sub regno sunt. (3) In excellentiæ vero genere amicitia
istæ positæ sunt (ideoque etiam parentibus tribuitur honos),
et vero non æquale jus in iis versatur : sed id quod pro di-
guitate est : cujusmodi est scilicet amicitia eorum. (4) Jam
viri et uxoris amicitia eadem est, atque ea quæ in optima
tum principatu. Ex virtute enim res tota penditur, et plus
boni meliori tribuitur, et quod cuique aptum et accommo-
datum est. Idemque etiam de jure sentiendum. (5) Fra-
trum autem amicitia sodalium amicitia similis est. Sunt
enim pares inter se et æquales ætate : quales qui sunt, ii
plurimum iisdem studiis dediti, consimilibusque moribus
prælitati sunt. Atque similis etiam ea amicitia videtur, quæ
in timocratia reperitur. Postulat enim ratio et natura ta-
lium civium, ut inter se sint pares et æquabiles ac moderati
bonique viri. Singulatim ergo et ex æquo solent imperare :
talisque proinde et eorum amicitia est. (6) In declinatio-
nibus autem a recto ut juris perparum est, sic et amicitia :
minimumque adeo in deterrima. In tyrannide enim aut
nihil aut parum est amicitia. Inter quos enim nihil est
commune illi qui imperat cum eo qui paret, nulla pro-
sus amicitia est : quoniam neque jus. Sed tantum ita sunt
inter se affecti, ut est artifex ad instrumentum, animus
ad corpus, dominus ad servum. His enim omnibus
prosunt quidem et consulunt qui utuntur : verum nec
amicitia nec jus est nobis cum rebus inanibus : imo ne cum
equo quidem aut bove ; sed neque cum servo, qua servus
est : nihil enim domino cum servo commune est. Nam
servus instrumentum est animatum, instrumentum autem
servus inanibus. (7) Quia igitur servus est, nulla cum
eo amicitia intercedit domino : sed qua homo est, aliqua.
Nam omni homini cum eo, cum quo pactio est et rerum
contrahendarum ratio nobis esse potest, jus aliquod inter-
cedere videtur. Ergo et amicitia, quoad homo est. (8) In
tyrannica ergo dominatione neque amicitia : multum esse po-
test, neque juris : at in popularibus potestatibus plurimum ;
nulla enim inter pares communia sunt.

CAP. XII. [XIV.]

Ἐν κοινωσίᾳ μὲν οὖν πᾶσα φιλία ἐστίν, καθάπερ
εἴρηται· ἀφορίσετε δ' ἂν τις τὴν τε συγγενικὴν καὶ τὴν
ἐταιρικὴν. Αἱ δὲ πολιτικαὶ καὶ φιλεταικῆ καὶ συμ-
45 πλοϊκαί, καὶ ὅσαι τοιαῦται, κοινωτικαὶ εἰσὶ καὶ μάλ-
λον· οἷον γὰρ καθ' ὁμολογίαν τινὰ φαίνονται εἶναι. Εἰς
ταύτας δὲ τάξεις ἂν τις καὶ τὴν ξενικὴν. (2) Καὶ
ἡ συγγενικὴ δὲ φαίνεται πολυειδὴς εἶναι, ἡρτῆσθαι
δὲ πᾶσα ἐκ τῆς πατρικῆς· οἱ γονεῖς μὲν γὰρ στέργουσι
50 τὰ τέκνα ὡς ἑαυτῶν τι ὄντα, τὰ δὲ τέκνα τοὺς γονεῖς

In communitate igitur quadam omnis amicitia versatur,
quemadmodum diximus. Possit tamen aliquis forte et
cognatorum et sodalium amicitiam ab his secernere. Ci-
vium namque et tribulium et eorum qui una navigant, et
quæcumque sunt hujus generis amicitia, apertius præ se
ferunt communionem, quam istæ prius dictæ. Consensu
enim et pacto quodam videntur constare. Atque in eodem
numero et ordine etiam hospitalem collocaveris. (2) Jam
cognatorum amicitia multiplex videtur esse, tota autem
a paterna pendere. Parentes enim liberos diligunt, ut
aliquid sui : liberi autem parentes, ut aliquid ab eis pro-

105 ὡς ἀπ' ἐκείνων τι ὄντα. Μᾶλλον δ' ἴσασιν οἱ γονεῖς τὰ ἐξ αὐτῶν ἢ τὰ γεννηθέντα ὅτι ἐκ τούτων, καὶ μᾶλλον συνωκείωται τὸ ἀπ' οὗ τῶν γεννηθέντων ἢ τὸ γενόμενον τῶν ποιήσαντων· τὸ γὰρ ἐξ αὐτοῦ οἰκείον τῷ ἀπ' οὗ, ὡς ὁ θόους, Ὁρίξ, ὅτιον τῶν ἔχοντι· ἐκείνω δ' οὐθὲν τὸ ἀπ' οὗ, ἢ ἤτιον. Καὶ τῶν πλήθει δὲ τοῦ χρόνου· οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς γενόμενα στέργουσιν, τὰ δὲ προελθόντα ταῖς χρόνοις τοὺς γονεῖς, σύνεσιν ἢ αἰσθῆσιν λαβόντα. Ἐκ τούτων δὲ ὄηλον καὶ δι' ἃ φιλοῦσι μᾶλλον αἱ μη-

110 τέρες. (3) Γονεῖς μὲν οὖν τέκνα φιλοῦσιν ὡς ἑαυτοὺς (τὰ γὰρ ἐξ αὐτῶν ὡς ἕτεροι αὐτοὶ τῶν κεραισθαι), τέκνα δὲ γονεῖς ὡς ἀπ' ἐκείνων πεφυκότα, ἀδελφοὶ δ' ἀλλήλους τῶν ἐκ τῶν αὐτῶν πεφυκέναι· ἢ γὰρ πρὸς ἐκεῖνα ταυτοῦτος ἀλλήλοις ταυτοποιεῖ· ὅθεν φασὶ ταῦτον

115 αἷμα καὶ βίξην καὶ τὰ τοιαῦτα. Εἰσὶ δὲ ταῦτό πως καὶ ἐν διηρημένοις. (4) Μέγα δὲ πρὸς φιλίαν καὶ τὸ σύντροφον καὶ τὸ καθ' ἡλικίαν· ἡλιξ γὰρ ἡλικία, καὶ οἱ συνήθεις ἑταῖροι· εἰδὲ καὶ ἡ ἀδελφικὴ τῆς ἑταιρικῆς ὁμοιοῦται. Ἀνεψιοὶ δὲ καὶ οἱ λοιποὶ συγγενεῖς ἐκ

120 τούτων συνωκείωνται· τῶν γὰρ ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἶναι. Γίνονται δ' οἱ μὲν οἰκειότεροι οἱ δ' ἀλλοτριώτεροι τῶν σύγγενων ἢ πόρρω τὸν ἀρχηγὸν εἶναι. (5) Ἔστι δ' ἢ μὲν πρὸς γονεῖς φιλία τέκνων, καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεοῦς, ὡς πρὸς ἀγαθὸν καὶ ὑπερέχον· εὐ γὰρ πεποιθ-

125 κασι τὰ μέγιστα· τοῦ γὰρ εἶναι καὶ τραφῆναι αἰτίοι, καὶ γενομένοις τοῦ παιδευθῆναι. (6) Ἔχει δὲ καὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ χρήσιμον ἢ τοιαύτη φιλία μᾶλλον τῶν ὀδνείων, ὅσω καὶ κοινότερος ὁ βίος αὐτοῖς ἐστίν. Ἔστι δὲ καὶ ἐν τῇ ἀδελφικῇ ἀπερ καὶ ἐν τῇ ἑταιρικῇ, καὶ

130 μᾶλλον ἐν τοῖς ἐπεικείαις, καὶ ἄλλως ἐν τοῖς δμοίοις, ὅσω οἰκειότεροι καὶ ἐκ γενετῆς ὑπάρχουσι σύγγενους ἀλλήλους, καὶ ὅσω δημοθέστεροι οἱ ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ σύντροφοι καὶ παιδευθέντες ὁμοίως· καὶ ἢ κατὰ τὸν χρόνον δοκιμασία πλείστη καὶ βεβαιωτάτη. (7) Ἀνά-

135 λογον δὲ καὶ ἐν τοῖς λοιπαῖς τῶν συγγενῶν τὰ φιλικά. Ἄνδρὶ δὲ καὶ γυναικὶ φιλία δοκεῖ κατὰ φύσιν ὑπάρχειν· ἄνθρωπος γὰρ τῆς φύσεως συνδυαστικὸν μᾶλλον ἢ πολιτικόν, ὅσω πρότερον καὶ ἀναγκασιώτερον οἰκία πόλεως, καὶ τεκνοποιία κοινότερον τοῖς ζώοις. Τοῖς μὲν οὖν

140 ἄλλοις ἐπὶ τοσοῦτον ἡ κοινωμία ἐστίν, οἱ δ' ἀνθρωποὶ οὐ μόνον τῆς τεκνοποιίας χάριν συνοικοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς τὸν βίον εὐθὺς γὰρ διήρηται τὰ ἔργα, καὶ ἐστὶν ἕτερα ἄνδρος καὶ γυναίκας· ἐπαρκούσιν οὖν ἀλλήλοις, εἰς τὸ κοινὸν τιθέντες τὰ ἴδια. Διὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸ

145 χρήσιμον εἶναι δοκεῖ καὶ τὸ ἡδὺ ἐν ταύτῃ τῇ φιλίᾳ. Εἴη δ' ἂν καὶ δι' ἀρετῆν, εἰ ἐπεικειῖς εἶεν· ἐστὶ γὰρ ἐκπρέπου ἀρετῆ, καὶ χαιρίων ἂν τῶν τοιούτων. Σύνδεσμος δὲ τὰ τέκνα δοκεῖ εἶναι· διὸ θάπτον οἱ ἄτεκνοι διαλύονται· τὰ γὰρ τέκνα κοινὸν ἀγαθὸν ἀμφοῖν, συνέχει

150 δὲ τὸ κοινόν. (8) Τὸ δὲ πῶς συμβιωτέον ἀνδρὶ πρὸς γυναίκα καὶ ἄλλως φίλων πρὸς φίλον, οὐδὲν ἕτερον φαίνεται ζητεῖσθαι ἢ πῶς δίκαιον· οὐ γὰρ ταῦτόν φαίνεται τῶν φίλων πρὸς τὸν φίλον καὶ τὸν ὀδνεῖον καὶ τὸν ἐταῖρον καὶ τὸν συμφοιτητήν.

105 fectum. Melius autem noverunt liberos suos parentes, quam sciunt liberi se ex his esse procreatos. Major quoque necessitudine conjunctum est ei quod generatum est, id a quo generatum est, quam id quod natum est, ei quod generavit. Nam quod ab aliquo profectum est, ejus est proprium a quo profectum est : ut dens, aut pilus, aut quilibet ejus qui inhæret. Id autem a quo aliquid ortum est, illi non est proprium aut certe minus. Præterea temporis longinquitate patris amor in filium superior est. Parentes enim liberos statim ut nati sunt, diligunt : liberi parentes ætate progrediuntur, et tum denique, quum intelligere aut scire cœperunt. Atque ex his perspicuum etiam est, quamobrem matribus liberi sint cariores. (3) Ergo parentes quidem liberos ut se ipsos diligunt : (nam qui ex eis nati sunt, eo ipso quod separati sunt, tanquam alteri ipsi sunt :) liberi autem parentes, ut qui ex illis sunt nati : fratres vero inter se amant, quod ex iisdem sint nati. Nam eo ipso, quod idem sunt atque illi, fit ut inter se quoque sint idem. Idcirco de fratribus ita loqui solemus : idem sanguis, stirps eadem, ceteraque ejusdem generis. Sunt ergo quodammodo unum et idem etiam in corporibus separatis. (4) Magnum etiam ad amicitiam momentum habet educationis communitas et ætatis æqualitas. Nam æqualem æqualis, inquit ille : et qui consuetudine mutua delectantur, sodales sunt. Inque amicitia fraterna sodalium amicitia assimilatur. Patruales autem reliquique cognati per hos ipsi quoque inter se devincuntur : ex eo scilicet, quod ex iisdem orti sunt. Atque horum alii sunt inter se propinquiores, alii distantiores, quod vel propius vel longius ab eis abest auctor generis. (5) Amicitia porro, quæ liberis cum parentibus, itemque illa quæ hominibus cum diis intercedit, est tanquam cum bona quadam re atque excellentē intercedens. Beneficiis enim nos maximis affecerunt : sunt enim causa, et ut filii nascantur et alantur, et ut jam conformati insituantur. (6) Et vero inest in tali amicitia eo quoque plus jucunditatis et utilitatis, quam in alienorum, quod etiam vitæ communitate magis inter se devincti sunt. Insunt tamen etiam in fraterna eadem omnia, quæ et in sodalium amicitia : ac multo quidem magis in probis et æquis, in universum denique in his qui sunt similes : eo quidem magis etiam, quo magis illi inter se familiares sunt, et ex eo tempore, quo primum in lucem editi sunt, se mutuo diligunt : quanto denique similibus moribus præditi sunt qui ex iisdem nati et una educati, et simili cura eruditi sunt. Postremo probatio ea, quæ tempore constat, in hac et valet plurimum et firmissima est. (7) Peræque autem in ceteris quoque cognatis res amicitie propriæ reperiantur. Jam vero quæ inter virum et uxorem amicitia est, maxime secundum naturam videtur esse. Homo enim magis ad conjugium factus est a natura, quam ad societatem civilem : et tanto quidem magis, quanto prior magisque necessaria est domus quam civitas quantoque filiorum procreatio animantium omni generi communior est. Atque in ceteris quidem lactens progreditur communitas, quod procreationis causa conjunguntur : homines autem non solum ad procreandos liberos communi domo utuntur, sed etiam ut eorum quæ ad vitam pertinent, majorem habeant facultatem. Statim enim descripta ac divisa sunt eorum officia, aliæque sunt viri, aliæ uxoris partes. Inserviunt igitur alter alteri, sua uterque in commune conferentes : eamque ob rem in hac amicitia et utilitas inesse videtur et voluptas. Poterunt etiam ista inesse propter virtutem, si probus fuerit uterque : est enim sua utriusque virtus, et uterque ea re latabuntur. Liberi autem communes vinculi cuiusdam instar obtinent Inque citius dirimuntur, qui liberis carent Liberi enim commune amborum sunt bonum : atque omne quod commune est, ad continentium valet. (8) Viro autem cum uxore, et omnino amico cum amico quomodo sit vivendum, si queratur, nihil aliud hoc sit quam querere, quid inter eos juris intercedat. Non enim idem, quod est amico cum amico, jus, est etiam cum peregrino, aut eum socio, aut cum discipulo.

CAP. XIII. [XV.]

Τριττῶν δ' οὐσῶν φιλιῶν, καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται, καὶ καθ' ἑκάστην τῶν μὲν ἐν ἰσότητι φιλιῶν ὄντων τῶν δὲ καθ' ὑπεροχὴν (καὶ γὰρ ὁμοίως ἀγαθοὶ φίλοι γίνονται καὶ ἀμείνων χεῖρονι, ὁμοίως δὲ καὶ ἡδέεις, καὶ διὰ τὸ
 5 χρησίμων ἰσάζοντες ταῖς ὠφελείαις καὶ διαφέροντες), τοὺς ἰσούς μὲν κατ' ἰσότητα δεῖ τῷ φιλεῖν καὶ τοῖς λοιποῖς ἰσάζειν, τοὺς δ' ἀνίσους τῷ ἀνάλογον ταῖς ὑπεροχαῖς ἀποδοῖναι. (2) Γίνεται δὲ τὰ ἐγκλήματα καὶ αἱ μείψεις ἐν τῇ κατὰ τὸν χρησίμων φιλίᾳ ἢ μόνῃ ἢ μά-
 10 λιστα, εὐλόγως. Οἱ μὲν γὰρ δι' ἀρετὴν φίλοι ὄντες εὖ ὄραν ἀλλήλους προθυμοῦνται· τούτο γὰρ ἀρετῆς καὶ φιλίας. Πρὸς τούτο δ' ἀμιλλωμένων οὐκ ἔστιν ἐγκλήματα οὐδὲ μάχαι· τὸν γὰρ φιλοῦντα καὶ εὖ ποιοῦντα οὐδεὶς δυσχεραίνει, ἀλλ' ἐὰν ἢ χαρίεις, ἀμύνηται εὖ
 15 ὄρων. Ὁ δ' ὑπερβάλλον, τυγχάνουσι οὐ ἐπίεται, οὐκ ἂν ἐγκαλοῖται τῷ φίλῳ· ἐκότερος γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ ἐπίεται. (3) Οὐ πάνυ δ' οὐδ' ἐν τοῖς δι' ἡδονῆν ἄμα γὰρ ἀμφοῖν γίνεται οὐ δρέγονται, εἰ τῷ συνδιαγεῖν χαίρουσιν. Γελῶσι δ' ἂν φαίνονται καὶ ὁ ἐγκαλῶν τῷ μὴ τέρπονται,
 20 ἐξὸν μὴ συνδιημερεύειν. (4) Ἡ δὲ διὰ τὸν χρησίμων ἐγκληματική· ἐπ' ὠφελείᾳ γὰρ χρώμενοι ἀλλήλοις αἰετὸς πλείονος δέονται, καὶ ἕλαττον ἔχειν οἴονται τοῦ προσήκοντος, καὶ μέμφονται ὅτι οὐχ ὅσον δέονται τοσοῦτων τυγχάνουσι ἀξιοὶ ὄντες· οἱ δ' εὖ ποιοῦντες οὐ δύναται
 25 ἐπαρκεῖν τοσαῦτα ὅσον οἱ πάσχοντες δέονται. (5) Ἔοικε δὲ, καθάπερ τὸ δίκαιόν ἐστι διττόν, τὸ μὲν ἀγραφον τὸ δὲ κατὰ νόμον, καὶ τῆς κατὰ τὸν χρησίμων φιλίας ἢ μὲν ἠθικῆς ἢ δὲ νομικῆς εἶναι. Γίνεται οὖν τὰ ἐγκλήματα μάλιστα ὅταν μὴ κατὰ τὴν αὐτὴν συναλλάξωσι καὶ δια-
 30 λύωνται. (6) Ἔστι δὲ νομικῆ μὲν ἢ ἐπὶ ῥητοῖς, ἢ μὲν πάμπαν ἀγοραία ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα, ἢ δὲ ἐλευθερωτέρα εἰς χρονον, καθ' ὁμολογίαν δὲ τί ἀντὶ τίνος. Δῆλον δ' ἐν ταύτῃ τὸ ὀφειλόμενον ἀμφιλογον, φιλικὸν δὲ τὴν ἀναβολὴν ἔχει· διὸ παρ' ἐνόμις οὐκ εἰσὶ τούτων
 35 δίκαι, ἀλλ' οἴονται δεῖν στέργειν τοὺς κατὰ πίστιν συναλλάξαντας. (7) Ἡ δ' ἠθικῆ οὐκ ἐπὶ ῥητοῖς, ἀλλ' ὡς φίλῳ διαιρεῖται ἢ ὅτιδὲ ποτε ἄλλο. Κομίζεσθαι δὲ ἀξιοὶ τὸ ἴσον ἢ πλεόν, ὡς οὐ δεδωκὼς ἀλλὰ χρησάς. (8) Οὐχ ὁμοίως δὲ συναλλάξας καὶ διαλυόμενος ἐγκα-
 40 λήσει. Τούτο δὲ συμβαίνει διὰ τὸ βούλεσθαι μὲν πάντας ἢ τοὺς πλείστους τὰ καλὰ, προαιρεῖσθαι δὲ τὰ ὠφέλιμα. Καλὸν δὲ τὸ εὖ ποιεῖν μὴ ἵνα ἀντιπάθῃ, ὠφελίμων δὲ τὸ εὐεργετῆσθαι. (9) Δυναμένῳ δὲ ἀναποδοτέον τὴν ἀξίαν ὧν ἔπαθεν, καὶ ἔκοντί· ἄκοντα γὰρ φίλον οὐ ποιητέον· ὡς δὲ
 45 διαμαρτόντα ἐν τῇ ἀρχῇ καὶ εὖ παθόντα ὑπ' οὗ οὐκ ἔδει· οὐ γὰρ ὑπὸ φίλου, οὐδὲ δι' αὐτὸ τοῦτο δρώντος· καθάπερ οὖν ἐπὶ ῥητοῖς εὐεργετηθέντα διαλυτέον, καὶ ὁμολογῆσαι δ' ἂν δυναμένους ἀποδώσειν ἀδυνατοῦντα δ' οὐδ' ὁ δούς ἠξιώσειεν ἂν ὥστ' εἰ δυνατός, ἀποδοτέον. Ἐν ἀρχῇ δ' ἐπι-
 50 σκεπτόν ὑπ' οὗ εὐεργετῆται καὶ ἐπὶ τίνι, ὅπως ἐπὶ τούτοις ὑπομένῃ ἢ μή. (10) Ἀμφισβήτησιν δ' ἔχει πότερα θεῖ τῇ τοῦ παθόντος ὠφελείᾳ μετρεῖν καὶ πρὸς ταύτην

Quum sint tria amicitiae genera, ut initio diximus, et in unaquaque alii sint pares amici, alii praestantia quadam inter se differant (nam et aequae boni inter se fiunt amici, et melior deteriori: similiterque et jucundi, et ii qui utilitatem sequuntur, tum utilitatibus praebendis sunt aequales, tum et differentes): eos quidem qui inter se sunt pares, etiam amando et reliquis rebus oportet aequari; illos autem qui sunt dispaes, id persolvere praestantioribus, quod est proportionem consentaneum. (2) Oriuntur autem criminationes et querelae in ea amicitia sola, quam constituit utilitas, aut certe in ea maxime: neque id sine ratione. Nam qui ob virtutem sunt amici, student alter de altero bene mereri. Hoc enim virtutis et amicitiae proprium est. In tali porro contentione neque criminationes existunt, neque pugnae. In eum enim qui amat et bene meretur, nemo offensus est animo: imo vero si non sit alienus ab omni humanitate, beneficiendo refert gratiam. Jam qui beneficiis alterum superat, quum id quod cupit assequatur, non facile queratur de amico: uterque enim bonum expetit. (3) Ne in amicitia quidem propter voluptatem conciliatis admodum saepe querelae incidunt. Simul enim id quod expetunt, contingit pariter amobus, si quidem consuetudine mutua delectantur. Si id aliter habeat, ridiculus fuerit qui alterum criminetur, eo nomine, quod ab eo non percipiat delectationem, quum ab ejus consuetudine discedere liceat. (4) Amicitia autem ob utilitatem constituta, criminationum et querelarum plena est. Nam quia tales emolumentum causa uluntur consuetudine mutua, semper plura desiderant, et minus quam conveniat tribui sibi existimant, et queruntur se tantum non consequi, quantum merito suo ipsis debeatur. Illi autem qui beneficium conferunt, tam multa suppeditare non possunt, quam multa requirunt ii in quos beneficia conferuntur. (5) Porro ut jus est duplex: unum non scriptum, alterum scriptum et legitimum; sic et amicitiae utilitatibus comparatae duorum generum esse videntur: una in moribus posita, altera in legibus. Nascuntur igitur criminationes maxime, ubi non ex eadem, qua societatem contraxerunt, ratione fit transactio. (6) Est autem legitima sive lege constituta talis, qua certa merces praestituitur: estque haec duplex: altera prorsus forensis, in qua de manu in manum merces aut pretium numeratur: altera liberalior, in qua in diem confertur utilitas, non tamen sine pacto aliquid pro aliquo praestandi. Neque vero in hac obscurum est neque dubium id quod debetur: sed amicitiae aliquid proprium, dilationem, habet. Itaque apud nonnullos non dantur de his judicium aut actiones; sed putant, eos qui fidem alterius secuti cum eo aliquid contraxerunt, aequi bonique facere oportere. (7) Illa vero quae in moribus posita est, certis praescriptisque conditionibus non constat: sed alter alteri, tanquam amico, donat, aut quid aliud praestat: interea tamen aequum esse censet, tantundem, aut plus etiam, ad se redire; proinde, quasi non donaverit, sed utendum dederit et commodarit. (8) Ac si hic aliter solvetur, quam quis contraxerit, alterum accusabit. Idque propterea accidit, quia volunt omnes aut plurimum res honestas, sed honestis utiles anteponunt. Honestum autem est, bene de altero mereri, nulla vicissim utilitate sperata: utile, beneficium accipere. (9) Debet volens qui potest reddere quod tanti sit, quanti id quod accepit: nam invitum amicum facere non debebas: quippe qui tum peccares in ipso principio, amici beneficium accipiendo ab eo a quo non debebas accipere. Neque enim ab amico accepisti, neque ab eo qui amicitiae causa istud faceret. Itaque talis aliquis, perinde quaevis beneficium accepit legitima illa ratione, sic debet dissolvere, ac profiteri quoque, si quidem referre possit, sese parem gratiam relaturum: quodsi non possit, ne is quidem qui dedit, sibi reddi postulet. Quocirca si facultatem habet, referendum beneficium est. Videndum autem statim a principio est, a quo beneficium accipiat, et quam beneficium mercedem ille expectet: ut hac conditione se beneficio affici aut patiatum aut recuset. (10) Sed ambigi potest, utrum ejus utilitate, qui accepit, beneficium sit ponderandum, ad eamque

ποιῆσθαι τὴν ἀνταπόδοσιν, ἢ τῇ τοῦ δράσαντος εὐεργεσίᾳ. Οἱ μὲν γὰρ παθόντες τοιαῦτά φασι λαβεῖν παρὰ τῶν εὐεργετῶν ἢ μικρὰ ἢν ἐκείνοις καὶ ἐξῆν παρ' ἐτέρων λαβεῖν, κατασμικρίζοντες· οἱ δ' ἀνάπαλιν τὰ μέγιστα τῶν παρ' αὐτοῖς, καὶ ἢ παρ' ἄλλων οὐκ ἔν, καὶ ἐν κινδύνοις ἢ τοιαύταις χρείαις. (11) Ἄρ' οὖν διὰ μὲν τὸ χρήσιμον τῆς φιλίας οὐσης ἢ τοῦ παθόντος ὠφέλεια μέτρον ἔστιν; οὗτος γὰρ ὁ δεόμενος, καὶ ἐπαρκεῖ αὐτῷ ὡς κοιτούμενος τὴν ἴσην τοσαύτη οὖν γεγένηται ἢ ἐπικουρία ὅσον οὗτος ὠφέλῃται, καὶ ἀποδοτέον δὴ αὐτῷ ὅσον ἐπηύρατο, ἢ καὶ πλεόν· κάλλιον γάρ. Ἐν δὲ ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐγκλήματα μὲν οὐκ ἔστιν, μέτρον δ' εἴκειν ἢ τοῦ δράσαντος προαίρεσις· τῆς ἀρετῆς γὰρ καὶ τοῦ ἤθους ἐν τῇ προκίρσει τὸ κύριον.

CAP. XIV. [XVI.]

15 Διαφέρονται δὲ καὶ ἐν ταῖς καθ' ὑπεροχὴν φιλίαις· ἀξιοὶ γὰρ ἐκάτερος πλεόν ἔχειν· ὅταν δὲ τοῦτο γίγηται, διαλύεται ἡ φιλία. Οἴεται γὰρ ὁ τε βελτίων προσήκειν αὐτῷ πλεόν ἔχειν· τῷ γὰρ ἀγαθῷ νέμεσθαι πλεόν ἁμοίως δὲ καὶ ὁ ὠφελιμώτερος· ἀγρεῖον γὰρ ὄντα οὐ φασι δεῖν ἴσον ἔχειν· λειτουργίαν τε γὰρ γίνεσθαι καὶ οὐ φιλίαν, εἰ μὴ κατ' ἀξίαν τῶν ἔργων ἔσται τὰ ἐκ τῆς φιλίας· οἴονται γάρ, καθάπερ ἐν χρημάτων κοινωνίᾳ πλείον λαμβάνουσιν οἱ συμβαλλόμενοι πλείον, οὕτω δεῖν καὶ ἐν τῇ φιλίᾳ. Ὁ δ' ἐνδεὴς καὶ ὁ χείρων ἀνάπαλιν φίλου γὰρ ἀγαθοῦ εἶναι τὸ ἐπαρκεῖν τοῖς ἐνδεέσιν· τί γάρ, φασίν, ὄφελος σπουδαῖον ἢ δυνάστη φίλον εἶναι, μὴθὲν γε μέλλοντα ἀπολαύειν; (2) Ἐοικε δ' οὖν ἐκάτερος ὁρθῶς ἀξιοῦν, καὶ δεῖν ἐκατέρω πλεόν νέμειν ἐκ τῆς φιλίας, οὐ τοῦ αὐτοῦ δέ, ἀλλὰ τῷ μὲν ὑπερέχοντι τιμῆς, τῷ δ' ἐνδεεῖ κέρδους· τῆς μὲν γὰρ ἀρετῆς καὶ τῆς εὐεργεσίας ἡ τιμὴ γέρας, τῆς δ' ἐνδείας ἐπικουρία τὸ κέρδος. (3) Οὕτω δ' ἔστιν τοῦτο καὶ ἐν ταῖς πολιτείαις φαίνεται· οὐ γὰρ τιμᾶται ὁ μὴδὲν ἀγαθὸν τῷ κοινῷ προσήκων τὸ κοινὸν γὰρ οἰδοῖται τῷ τὸ κοινὸν εὐεργετοῦντι, ἢ τιμῆ δὲ κοινῶν. Οὐ γὰρ ἔστιν ἅμα χρηματίζεσθαι ἀπὸ τῶν κοινῶν καὶ τιμᾶσθαι· ἐν πᾶσι γὰρ τὸ ἐλαττον οὐδεὶς ὑπομένει. Τῷ δὲ περὶ χρήματα ἐλαττουμένῳ τιμὴν ἀπονέμουσι καὶ τῷ δωροδότην χρήματα· τὸ κατ' ἀξίαν γὰρ ἐπανισοῖ καὶ σώζει τὴν φιλίαν, καθάπερ εἴρηται. Οὕτω δὲ καὶ τοῖς ἀνίσους διμηλτέον, καὶ τῷ εἰς χρήματα ὠφελουμένῳ ἢ εἰς ἀρετὴν τιμὴν ἀνταποδοτέον, ἀνταποδιδόντα τὸ ἐνδεχόμενον. Τὸ δυνατὸν γὰρ ἢ φιλία ἐπιζητεῖ, οὐ τὸ κατ' ἀξίαν· (4) οὐδὲ γὰρ ἔστιν ἐν πᾶσι, καθάπερ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμᾶσι καὶ τοὺς γονεῖς· οὐδεὶς γὰρ ἂν ποτε τὴν ἀξίαν ἀποδοίη, εἰς δὲ δυνάμιν δὲ ὁ θεραπεύων ἐπεικτικὸς εἶναι δοκεῖ. Διὸ κἂν δόξειεν οὐκ ἐξείναι υἱὸν πατέρα ἀπειπασθαι, πατρὶ δ' υἱὸν ὀφείλοντα γὰρ ἀποδοτέον, οὐθὲν δὲ πειθήσας ἀξίον τῶν ὑπεργημένων δέδρακεν, ὥστ' αἰετὸ ὀφείλει. Οἷς δ' ὀφείλεται, ἐξουσίαι ἀφείναι· καὶ τῷ πατρὶ δὴ. Ἄμα δ' ἴσως οὐδεὶς ποτ' ἂν ἀποστῆναι δοκεῖ μὴ ὑπερβάλλοντος μοχθηρίας· χωρὶς γὰρ τῆς συ-

mensuram referenda gratia : an ejus qui dedit liberalitate metiendum. Nam qui acceperunt, ea se a bene meritis extenuantes accepisse dicunt, quæ et illis erant parva, et ab aliis sumi potuissent : illi contra, se quæ maxima potuerint contulisse, et quæ hi ab aliis non tulissent ; item, dedisse se periculosis alterorum temporibus aut in alia aliqua hujusmodi necessitate. (11) Quid? ita hic pronuntiemus, quod amicitiam istam utilitas constituerit, ea re illius, qui accepit, utilitate omnia esse metienda? Hic enim est qui eget, et ille huic opitulatur, tanquam parem gratiam accepturus. Tantam igitur ille huic opem tulit, quantam hic utilitatem cepit. Et reddendum igitur illi tantundem est, quantum est consecutus, et vero etiam amplius : hoc enim futurum est honestius. In iis autem amicitiiis, quæ virtute constant, nullæ criminationes existunt. Ejus tamen, qui bene meritus est, consilio beneficium videtur esse metiendum : virtutis enim et morum vis summa in consilio est atque proposito.

Jam vero in iis quoque amicitiiis, quæ in excellentia quadam consistunt, dissensiones existere solent : postulat enim uterque plus sibi tribui. Quod quum sit, dirimitur amicitia. Existimat enim et is qui melior est, sibi plus tribuendum esse : (bono enim viro plus tribui solere :) et similiter is quoque, qui utilitatum auctor est majorum. Negant enim, eum qui sit inutilis, a quam partem percipere oportere. Omnino enim munerarius quidam constitueretur amicus superior alteri, si non merito operum respondeat ab amico fructus. Arbitrantur enim, ut in societate pecuniaria plura auferunt qui plura in societatem attulerunt, sic et in amicitia fieri oportere. Egentis autem et deterioris contraria est opinio. Esse enim boni amici, egentibus opitulari, eaque quæ desiderant suppeditare. Quid enim juvat (inquit) viro bono aut potenti amicum esse, si nullum ex eo fructum sis consecuturus? (2) Ac videtur æqua utriusque esse postulatio, et utrique ex amicitia plus tribui oportere, sed non ejusdem rei ; verum meliori quidem et ei qui virtute præstat, plus honoris ; egenti vero plus emolumenti. Virtutis enim et beneficentiæ præmium est honos ; egestatis autem subsidium lucrum. (3) Atque etiam in omni republicæ administranda forma ita sese res habere videtur. Non enim honore afficitur is qui nihil boni confert in rempublicam. Nam quod publicum est, ut commune, ei tribuitur, qui de re communi et publica bene meretur. Honos autem res communis est : non enim quantum facere e republica et honore simul afficitur. Nemo enim omnibus in rebus suam conditionem deteriorem esse patitur. Itaque illis qui circa quantum sunt deteriori loco, honorem tribuunt : contraque iis qui lucro capiuntur, pecuniam. Dignitatis enim et meriti ratio amicitiam exæquat et conservat, ut diximus. Sic igitur etiam eos qui non sunt æquales, alterum cum altero agere par est. Et qui vel pecunia vel virtute auctus et ornatus est, is alterum honore remunerari debet, id saltem referens, cujus reddendi facultatem habet. Id enim quod præstari potest, amicitia desiderat ac requirit, non qui quisque dignus sit. (4) Nam hoc ne potest quidem in rebus omnibus effici, uti in honoribus iis quos diis immortalibus et parentibus habere solemus. Nemo est enim qui honorem iis dignum tribuere possit : sed qui eos pro viribus et facultate colat, is probus et pius esse putatur. Eamque ob rem videtur patrem abdicare filio non licere ; sed patri filium maxime. Æquum est enim, ut, qui debet, reddat. Quidquid autem fecerit filius, nihil beneficis a patre acceptis dignum fecerit. Semper igitur debet. Iis vero quibus debetur, dimittendi ac liberandi debitoris datur potestas. Ergo in patris hoc est potestate. Et vero nemo pater fortasse discedere a filio velle videatur, nisi ab eo qui improbitate sit nimia. Nam

σιχῆς φιλίας τὴν ἐπικουρίαν ἀνθρωπικὸν μὴ διωθεῖσθαι. Τῷ δὲ φευκτὸν ἢ οὐ σπουδαστὸν τὸ ἐπαρκεῖν, μοχθηρῶ ὄντι· εὐ πάσχειν γὰρ οἱ πολλοὶ βούλονται, τὸ δὲ ποιεῖν φεύγουσιν ὡς ἀλυσιτελέες. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπὶ
 5 τοσούτων εἰρήσθω.

praeter amicitiam naturalem humanum quoque est, auxili-
 um non aspernari. At vero filius is qui sit improbus,
 aut fugiet maxime, ne patri cogatur opitulari, aut certe
 non admodum, ut id faciat, laborabit. Plerique enim
 beneficium accipere volunt; dare non volunt, quod id sit
 utilitatibus contrarium. Ac de his quidem hactenus.

LIBER IX.

CAP. I.

Ἐν πάσαις δὲ ταῖς ἀνομοιοειδέσι φιλίαις τὸ ἀνάλογον
 ἰσάζει καὶ σώζει τὴν φιλίαν, καθάπερ εἰρηται, οἷον καὶ
 ἐν τῇ πολιτικῇ τῷ σκυτοτόμῳ ἀντὶ τῶν ὑποδημάτων
 ἀμοιβὴ γίνεται κατ' ἀξίαν, καὶ τῷ ὑράντῃ, καὶ τοῖς
 10 λοιποῖς. (2) Ἐνταῦθα μὲν οὖν πεπορίσται κοινὸν μέ-
 τρον τὸ νόμισμα, καὶ πρὸς τοῦτο δὴ πάντα ἀναφέρε-
 ται, καὶ τούτῳ μετρεῖται· ἐν δὲ τῇ ἐρωτικῇ ἐνίοτε μὲν
 ὁ ἐραστὴς ἐγκαλεῖ ὅτι ὑπερφιλῶν οὐκ ἀντιφιλεῖται,
 οὐθὲν ἔχων φιλητόν, εἰ οὕτως ἔτυγεν, πολλακίς δ' ὁ ἐρώ-
 15 μενος ὅτι πρότερον ἐπαγγελλόμενος πάντα νῦν οὐθὲν
 ἐπιτελεῖ. (3) Συμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα, ἐπειδὴν ὁ μὲν
 δι' ἡδονὴν τὸν ἐρώμενον φιλεῖ, ὁ δὲ διὰ τὸ χρήσιμον
 τὸν ἐραστήν, ταῦτα δὲ μὴ ἀμφοῖν ὑπάρχει. Διὰ ταῦτα
 γὰρ τῆς φιλίας οὐσῆς διάλυσις γίνεται, ἐπειδὴν μὴ γί-
 20 νηται ὦν ἕνεκα ἐφίλου· οὐ γὰρ αὐτοὺς ἔστεργον ἀλλὰ
 τὰ ὑπάρχοντα, οὐ μόνιμα ὄντα· διὸ τοιαῦτα καὶ αἱ
 φιλίαι. Ἡ δὲ τῶν ἡθῶν καθ' αὐτὴν οὕσα μένει, κα-
 θάπερ εἰρηται. (4) Διαφέρονται δὲ καὶ ὅταν ἕτερα γί-
 γνηται αὐτοῖς καὶ μὴ ὦν ὀρέγονται· ὅμοιον γὰρ τῷ
 25 μὴθὲν γίνεσθαι, ὅταν οὐ ἐπίεται μὴ τυγχάνη, οἷον
 καὶ τῷ κιθαρωτῷ ὁ ἐπαγγελλόμενος, καὶ ὄσω ἄμεινον
 ἄσειεν, τοσοῦτ' ἢ πλείω· εἰς ἑῷ δ' ἀπαιτοῦνται τὰς ὑπο-
 σῆσεις ἀνθ' ἡδονῆς ἡδονὴν ἀποθεωκέναι ἐφη. Εἰ
 μὲν οὖν ἑκάτερος τοῦτο ἐβούλετο, ἰκανῶς ἂν εἴχεν· εἰ
 30 δ' ὁ μὲν τέρψιν ὁ δὲ κέρδος, καὶ ὁ μὲν ἔχει ὁ δὲ μὴ, οὐκ
 ἂν εἴη τὸ κατὰ τὴν κοινωνίαν καλῶς· ὦν γὰρ δεόμενος
 τυγχάνει, τούτοις καὶ προσέχει, κάκεινός γε χάριν
 ταῦτα δώσει. (5) Τὴν ἀξίαν δὲ ποτέρου τάξει ἐστὶ,
 τοῦ προἰεμένου ἢ τοῦ προλαβόντος; ὁ γὰρ προἰεμένος
 35 εἶοι' ἐπιτρέπειν ἐκείνῳ. Ὅπερ φασὶ καὶ Πρωταγόραν
 ποιεῖν· ὅτε γὰρ διδάξειεν ἄδῃποτε, τιμῆσαι τὸν μαθόντα
 ἐκέλευεν ὅσου δοκεῖ ἀξία ἐπίστασθαι, καὶ ἐλάμβανε
 τοσοῦτον. (6) Ἐν τοῖς τοιοῦτοις δ' ἐνίοις ἀρέσκει τὸ
 «μισθὸς δ' ἀνδρὶ». Οἱ δὲ προλαμβάνοντες τὸ ἀργύριον,
 40 εἶτα μὴθὲν ποιοῦντες ὦν ἔρασαν, διὰ τὰς ὑπερβολὰς
 τῶν ἐπαγγελιῶν, εἰκότως ἐν ἐγκλήμασι γίνονται· οὐ
 γὰρ ἐπιτελοῦσιν ἢ ὠμολόγησαν. (7) Τοῦτο δ' ἴσως
 ποιεῖν οἱ σοφισταὶ ἀναγκάζονται διὰ τὸ μὴθένα ἂν δοῦναι
 ἀργύριον ὦν ἐπίστανται. Οὗτοι μὲν οὖν ὦν ἐλαβον
 45 τὸν μισθόν, μὴ ποιοῦντες εἰκότως ἐν ἐγκλήμασιν εἰσιν·
 ἐν οἷς δὲ μὴ γίνονται διομολογία τῆς ὑπουργίας, οἱ
 μὲν δι' αὐτοὺς προἰεμένοι εἰρηται ὅτι ἀνέγκλητοι·
 τοιαύτη γὰρ ἢ κατ' ἀρετὴν φιλία. Τὴν ἀμοιβὴν τε
 ποιητέον κατὰ τὴν προαίρεσιν· αὐτὴ γὰρ τοῦ φίλου καὶ

In omnibus autem dissimilium amicorum amicitia ratio-
 num similitudo amicitiam exaequat et conservat, ut dixi-
 mus : quomodo etiam in re civili sutori pro calceis retribu-
 tur quod convenit, et textori et ceteris item artificibus
 atque opificibus. (2) Estque ad hanc mensura communis
 comparata nummus : ad hunc omnia referuntur, et hic
 omnia metitur. In amatoria vero amicitia queritur interdum
 amator de eo quem amat, quod quum eum ipse deamet,
 ille sibi mutuo non respondeat in amore, ipse forte nihil in
 se habens amabile. Saep̄ autem etiam is qui amatur, de
 amatore queritur, qui quum antea omnia promitteret, nunc
 nihil praestet. (3) Atque accidere talia tum solent, quum
 amator eum qui colitur, propter voluptatem amat; ille
 amatorem propter utilitatem : et haec utrimque non con-
 gruunt. Nam quum istorum causa amicitiam illi coierint,
 dirimitur haec tum, quum ea non praestantur, quae ipsis erant
 causae diligendi. Non enim alter alterum diligebat, sed
 bona certa alterius alter, quae stabilia non sunt. Quamob-
 rem tales, quales dictum est, sunt et amicitiae istae. At vero
 ea quae ex morum virtute profisciscitur amicitia, quum per
 se sit, manet, ut diximus. (4) Dissident autem inter se amici
 etiam, quum alia, et non ea quae expetebant, consequun-
 tur : perinde enim est, ac si quis nihil consequatur, id quod
 cupiebat, non consequi. Quale illud est quod de citharoxo lo-
 jactatur, cui is qui promiserat, quanto melius caneret,
 tanto se plura daturum, mane promissam mercedem exi-
 genti, voluptatem se pro voluptate reddidisse respondit.
 Sane si hoc volebat uterque, satis illi factum esset. Sin hic
 oblectationem, et ille quastum petebat; et hic habet quod
 voluit, ille non habet : non fuerit rite satis factum. Nam
 quibus quisque eget, ad haec animum refert, illorumque
 gratia haec, quae habet, daturus est. (5) Sed aestimatio
 ejus quod convenit, utrius est? ejusne qui ante dedit,
 an ejus qui antea accepit? Nam qui dat prior, rem per-
 mittere illi alteri videtur. Quod aiunt et Protagoram facere
 solitum. Quum enim docuisset aliquam, eum qui didicerat
 jubebat post modo aestimare, quanti esse judicaret ea qua
 didicisset : et tantum aufererat. (6) In talibus autem placet
 illud nonnullis, « Dicta viro merces ab amico ». Qui autem
 praecipua pecunia nihil eorum quae promiserunt praestant,
 propter immoderatam scilicet promissorum magnitudinem,
 merito accusantur. Non enim persolvunt ea quae promise-
 runt. (7) Atque hoc sophistas fortasse facere necesse est,
 propterea quod nemo in ea quae illi sciunt, pecuniam im-
 pensurus sit. Hi igitur, quia ea, quorum causa mercedem
 acceperunt, non faciunt, non immerito accusantur. Inter
 quos autem nulla intercedit pro opera atque officio mer-
 cedis pactio, ex his illi qui de altero propter ipsum priores
 bene merentur, non solent criminationibus esse obnoxii,
 ut ante dictum est. Talis enim est ea quae virtute consti-
 titur amicitia : atque hic ita est facienda remuneratio,
 ut est hoc instituto dignum. Hoc enim et amici et vir-

τῆς ἀρετῆς. Οὕτω δ' εἴοικε καὶ τοῖς φιλοσοφίας κοι-
 νωνήσασιν· οὐ γὰρ πρὸς χρήμαθ' ἡ ἀξία μετρεῖται, τιμῆ
 τ' ἰσόρροπος οὐκ ἂν γένοιτο, ἀλλ' ἴσως ἰκανόν, καθάπερ
 καὶ πρὸς θεοῦ καὶ πρὸς γονεῖς, τὸ ἐνδεχόμενον. (8) Μὴ
 6 τοιαύτης δ' οὐσίας τῆς δόσεως ἀλλ' ἐπὶ τινι, μάλιστα
 μὲν ἴσως δεῖ τὴν ἀναπόδοσιν γίνεσθαι δοκοῦσαν ἀμ-
 φοῖν κατ' ἀξίαν εἶναι· εἰ δὲ τοῦτο μὴ συμβαίνοι, οὐ
 μόνον ἀναγκαιὸν δόξειεν ἂν τὸν πρέχοντα τάττειν,
 ἀλλὰ καὶ δίκαιον· ὅσον γὰρ οὕτως ὠφελήθη ἢ ἀνθ' ὅσου
 10 τὴν ἡδονὴν εἴλετ' ἂν, τοσοῦτον ἀντιλαβὼν ἔξει τὴν παρὰ
 τοῦτου ἀξίαν· καὶ γὰρ ἐν τοῖς ὀνίοις οὕτω φαίνεται γι-
 νόμενον, (9) ἐνιαχοῦ τ' εἰσὶ νόμοι τῶν ἐκουσίων συμβο-
 λαίων δίκαια μὴ εἶναι ὡς δέον, ὧς ἐπίσταυσε, διαλυθῆναι
 πρὸς τοῦτον καθάπερ ἐκωνῶν ηἴσαν. Ἐὰν γὰρ ἐπετρέψθη,
 15 τοῦτον οἰεταὶ δικαιότερον εἶναι τᾶσαι τοῦ ἐπιτρέψαντος.
 Τὰ πολλὰ γὰρ οὐ τοῦ ἴσου τῶν ὀνίων ἐχόντες καὶ οἱ
 βουλόμενοι λαβεῖν· τὰ γὰρ οἰκεία καὶ ἃ διδόναι ἐκά-
 στοις φαίνεται πολλοῦ ἀξία. Ἄλλ' ὁμοῦς ἡ ἀμοιβὴ
 γίνεται πρὸς τοσοῦτον ὅσον ἂν τάττωσιν οἱ λαμβάνοντες.
 20 Δεῖ δ' ἴσως οὐ τοσοῦτου τιμᾶν ὅσου ἔχοντι φαίνεται ἄξιον,
 ἀλλ' ὅσου πρὶν ἔχειν ἐτίμα.

tutis est. Eademque ratio videtur eorum esse, qui philo-
 sophiam communicarunt cum aliis. Neque enim sapientiae
 aestimationem pecunia metiri potest, neque ullum pretium
 paris momenti reperiri queat: ac fortasse satis esse debeat
 id quod facultates patiuntur, referre, ut et in diis et paren-
 tibus colendis res habet. (8) Ubi vero non hoc modo neque
 hoc animo beneficium confertur, sed remunerationis spe:
 nihil æquius quam ut mensura remunerationis statuatur se-
 cundum id quod utrique parti videatur. Quodsi id locum
 non habere contingat, non modo necessarium, sed etiam
 justum videatur, ut is qui prior acceperit, quantum sit
 reddendum, præfinaat. Quanta enim utilitas huic allata
 est, aut quanti voluptatem emisit, si tantum vicissim ac-
 ceperit alter, justum pretium videbitur ab hoc esse conse-
 secutus. Nam etiam in rebus venalibus hoc idem videmus
 factitari. (9) Et quibusdam in locis leges non dant con-
 tractuum voluntariorum judicia et actiones, quasi oporteat,
 cujus quis fidem secutus est, cum eo sic, ut con-
 traxerat, decidere. Nam cui permissum est, eum justius
 esse arbitratur, quantum sit reddendum, præstiturere,
 quam illum qui permiserit: quum ita comparatum sit, ut
 pleraque non tantidem aestimat ii qui habent, quanti, qui
 ea accipere volunt. Sua enim cuique et quæ quisque dat,
 cara habet magnique aestimat. Verum eo non obstante re-
 muneratio fieri debet ad aestimationem ejus qui acceperit.
 Interea est illud tenendum, videri rectum, ut res aestimetur
 ab illo non ex sensu ipsius eo qui est, quum jam rem habet,
 sed ex illo, qui erat, priusquam eam adipisceretur.

CAP. II.

Ἀπορίαν δ' ἔχει καὶ τὰ τοιαῦτα, οἷον πότερα δεῖ
 πάντα τῷ πατρὶ ἀπονέμειν καὶ πείθεσθαι, ἢ κάμνοντα
 μὲν ἰατρῷ πειστέον, στρατηγὸν δὲ χεῖροτονητέον τὸν
 25 πολεμικόν· ὁμοίως δὲ φίλῳ μᾶλλον ἢ σπουδαίῳ ὑπηρε-
 τητέον, καὶ εὐεργέτῃ ἀναποδοτέον χάριν μᾶλλον ἢ
 ἑταίρῳ προετέον, ἐὰν ἀμφοῖν μὴ ἐνδέχῃται. (2) Ἄρ' οὖν
 πάντα τὰ τοιαῦτα ἀκριβῶς μὲν διορῶσαι οὐ βῆδιον;
 30 πολλὰς γὰρ καὶ παντοίας ἔχει διαφορὰς καὶ μεγέθει καὶ
 μικρότητι καὶ τῷ καλῷ καὶ ἀναγκαίῳ. (3) Ὅτι δ' οὐ
 πάντα τῷ αὐτῷ ἀποδοτέον, οὐκ ἄδηλον. Καὶ τὰς μὲν
 εὐεργεσίας ἀναποδοτέον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μᾶλλον ἢ χα-
 ριστὸν ἑταίροις, καὶ ὡς περ δάνειον, ὧς ὀφείλει ἀπο-
 δοτέον μᾶλλον ἢ ἑταίρῳ δοτέον. (4) ἴσως δ' οὐδὲ
 35 τοῦτ' αἰεὶ, οἷον τῷ λυτρωθέντι παρὰ ληστῶν πότερον
 τὸν λυσάμενον ἀντιλυτρωτέον, κἂν ὅστισοῦν ᾖ, ἢ καὶ
 μὴ ἐαλωκότι ἀπαιτοῦντι δὲ ἀποδοτέον, ἢ τὸν πατέρα
 λυτρωτέον; ὁδοῖε γὰρ ἂν καὶ ἑαυτοῦ μᾶλλον τὸν πα-
 40 τέρα. (5) Ὅπερ οὖν εἰρηται, καθόλου μὲν τὸ ὀφείλημα
 ἀποδοτέον, ἐὰν δ' ὑπερτείνῃ ἢ ὅσους τῷ καλῷ ἢ τῷ
 ἀναγκαίῳ, πρὸς ταῦτ' ἀποκλιτέον· ἐνίοτε γὰρ οὐδ' ἐστὶν
 ἴσον τὸ τὴν προὔπαρχῃν ἀμειψασθαι, ἐπειδὴν ὁ μὲν
 45 σπουδαῖον εἰδὼς εὖ ποιῆσῃ, τῷ δὲ ἢ ἀναπόδοσις γί-
 γνηται, δν οἰεταὶ μοχθηρὸν εἶναι. Οὐδὲ γὰρ τῷ δα-
 νείσαντι ἐνίοτε ἀντιδανειστέον· ὁ μὲν γὰρ οἰόμενος
 κομμεῖσθαι ἐδάνεισεν ἐπιχειρεῖ ὄντι, ὁ δ' οὐκ ἐλπίζει κο-
 μμεισθαι παρὰ πονηροῦ. Εἴτε τοίνυν τῇ ἀληθείᾳ
 οὕτως ἔχει, οὐκ ἴσον τὸ ἀξίωμα· εἴτ' ἔχει μὲν μὴ οὕτως
 οἰόνται δὲ, οὐκ ἂν δόξαιεν ἀποκα ποιεῖν. (6) Ὅπερ
 50 οὖν πολλάκις εἰρηται, οἱ περὶ τὰ πάθη καὶ τὰς πράξεις
 λόγοι ὁμοίως ἔχουσι τὸ ὀρισμένον τοῖς περὶ ἃ εἰσιν.
 Ὅτι μὲν οὖν οὐ ταῦτ' ἅπασιν ἀποδοτέον, οὐδὲ τῷ πατρὶ

Sed hujusmodi quoque questiones in controversia ver-
 santur: omniane patri sint tribuenda, eique in omnibus sit
 obtemperandum; an morbo laborans quis medico potius
 parere debeat; in imperatore item creando viro rei militaris
 perito potius suum dare suffragium: itemque amico po-
 tius, quam viro bono mos gerendus sit; et eine, qui bene
 meritis est, gratia sit referenda potius, quam sodali donan-
 dum, si utrique satisfieri non possit. (2) Hæc omnia subti-
 liter et enucleate distinguere haud dubie difficile est: mul-
 tum enim varieque differunt inter se ista et magnitudine et
 parvitate, et honestate et necessitate. (3) Et interim ta-
 men pro certo habendum, non omnia uni eidemque esse
 præstanda, beneficiaque potius iis, a quibus acceperis,
 esse referenda, quam sodalibus gratificandum: sicut mu-
 tum ei, cui debetur, reddendum est potius, quam so-
 dali donandum. (4) Atqui fortasse ne hoc quidem etiam
 sequendum sit semper: verbi gratia, utrumnam qui a præ-
 donibus redemptus sit, illum qui redemerit, captum vicis-
 sim, redimere debeat, quisquis sit; aut non capto etiam
 illi, sed repenti, quod impenderit, reddet: an patrem
 captivum redimere potius debeat? Nam patrem potius
 quam vel se ipsum redimere debere videatur. (5) Quapro-
 pter universe quidem sanciendo, dicendum: id quod de-
 betur, reddendum esse, ut diximus: verumtamen si plus vel
 honestatis vel necessitatis habeat, dare alii, quam illi red-
 dere, unde acceperis, ad hæc oportet esse propensio-
 rem. Interdum enim ne æquum quidem sit, ei qui alteri prior
 dederit beneficium, gratiam alterum referre, ubi videlicet
 ille sciens hunc esse virum bonum, beneficium in eum con-
 tulerit; illi autem gratiam referens hic alter, hominem im-
 probum ornaturus esse videatur. Nam ne ei quidem in-
 terdum, qui mutuum dederit, mutuum vicissim dandum
 est. Ille enim existimans, se suum recuperaturum, mu-
 tum dedit bono viro: hic autem ab improbo sese re-
 cuperaturum esse non potest sperare. Sive autem re-
 vera ita se res habet, minime æqua sit postulatio: sive
 aliter est, et existimatur tamen ita esse, non fieri illud ab-
 surde videatur. (6) Quod igitur sæpenumero a nobis dic-
 tum est, omnis quæ in perturbationibus et actionibus
 explicandis versatur consideratio, nihilo magis certa aut
 definita est, quam illa, in quibus versatur. Non eadem
 igitur omnibus esse tribuenda, neque patri omnia, quem-

πάντα, καθάπερ οὐδὲ τῷ Διὶ θύεται, οὐκ ἄδῃλον· (7) ἐπεὶ δ' ἕτερα γονεῦσι καὶ ἀδελφοῖς καὶ ἐταίροις καὶ εὐεργέταις, ἐκάστοις τὰ οἰκεία καὶ τὰ ἀρμόττοντα ἀπονεμητέον. Οὕτω δὲ καὶ ποιεῖν φαίνονται· εἰς γάμους μὲν γὰρ καλοῦσι τοὺς συγγενεῖς· τοῦτοις γὰρ κοινὸν τὸ γένος καὶ αἱ περὶ τοῦτο δὴ πράξεις· καὶ εἰς τὰ κήδη δὲ μάλιστα οἴονται δεῖν τοὺς συγγενεῖς ἀπαντᾶν διὰ ταυτό. (8) Δόξειε δ' ἂν τροφῆς μὲν γονεῦσι δεῖν μάλιστα ἐπαρκεῖν, ὡς ὀφειλοντας, καὶ τοῖς αἰτίοις τοῦ εἶναι κάλλιον καθάπερ θεοῖς, οὐ πᾶσαν δέ· οὐδὲ γὰρ τὴν αὐτὴν πατρὶ καὶ μητρί· οὐδ' αὖ τὴν τοῦ σοφοῦ ἢ τοῦ στρατηγικοῦ, ἀλλὰ τὴν πατρικὴν, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν μητρικὴν. (9) Καὶ παντὶ δὲ τῷ πρεσβυτέρῳ τιμὴν τὴν καθ' ἡλικίαν, ὑπαναστάσει καὶ κατακλίσει καὶ τοῖς τοιούτοις. Πρὸς ἐταίρους δ' αὖ καὶ ἀδελφούς παρρησίαν καὶ ἀπάντων κοινότητα. Καὶ συγγενεῖσι δὲ καὶ φυλάταις καὶ πολιταῖσι καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπαντι ἀεὶ πειρατέον τὸ οἰκεῖον ἀπονεμειν, καὶ συγχρίνειν τὰ ἐκάστοις ὑπάρχοντα κατ' οἰκειότητα καὶ ἀρετὴν ἢ χρῆσιν. (10) Τῶν μὲν οὖν ὁμογενῶν ῥάων ἢ κρίσει, τῶν δὲ διαφερόντων ἐργοειστέρα. Οὐ μὴν διὰ γε τοῦτο ἀποστατέον, ἀλλ' ὡς ἂν ἐνδέχεται, οὕτω διοριστέον.

admodum neque Jovi omnia immolantur, non obscurum est. (7) Quoniam autem alia atque alia parentibus, et fratribus, et sodalibus, et bene meritis debentur: sua cuique et accommodata sunt tribuenda. Atque ita sane homines facere videntur. Ad nuptias enim cognatos vocant. Nam quum hi genus habeant cum ipsis commune, erunt quoque, quæ in hoc versantur, actiones communes. Atque ob eandem causam existimant, cognatos maxime funeribus et parentalibus interesse oportere. (8) Ceterum filii parentibus maxime victum suppeditare debere videntur, tanquam debitores; et quum pulchrius adeo sit, iis, per quos sunt, quam sibi met ipsis, huiusmodi rebus suppeditare. Præterea honos parentibus ut diis est habendus; sed non quivis honos parentibus: nam nec patri idem, qui matri; sicuti non etiam sapiente aut imperatore dignus, sed paternus: itemque matri maternus. (9) Omni autem ætate grandiori pro ætate honos tribuendus est, ut ei assurgamus, ut de sede et accubatione honoratior decedamus, et cetera huiusmodi præstemus. Sodalibus autem et fratribus inter ipsos orationis libertas omniumque rerum communitas esse debet. Postremo ut cognatis, tribulibus, civibus ceterisque omnibus suum cuique jus suumque honorem tribuamus, danda opera est, conferendo inter se et perpendendo, quæ cuique insunt ratione necessitudinis, et virtutis, vel usus. (10) Ac de genere conjunctis facilius judicari potest; de non conjunctis difficilior. Non tamen idcirco desistendum est, sed inter se, quoad ejus fieri potest, discernendi sunt.

CAP. III.

Ἐχει δ' ἀπορίαν καὶ περὶ τοῦ διαλύεσθαι τὰς φιλίας ἢ μὴ πρὸς τοὺς μὴ διακείμενους. Ἡ πρὸς μὲν τοὺς διὰ τὸ χρήσιμον ἢ τὸ ἡδῶ φίλους ὄντας, ὅταν μὴ κέτι ταῦτ' ἔχωσιν, οὐδὲν ἄτοπον διαλύεσθαι; ἐκείνων γὰρ ἦσαν φίλοι· ὧν ἀπολιπόντων εὐλογον τὸ μὴ φιλεῖν. Ἐγκαλέσειε δ' ἂν τις, εἰ διὰ τὸ χρήσιμον ἢ τὸ ἡδῶ ἀγαπῶν προσεποιεῖτο διὰ τὸ ἦθος· ὅπερ γὰρ ἐν ἀρχῇ εἶπομεν, πλείστα διαφοράι γίνονται τοῖς φίλοις, ὅταν μὴ ὁμοίως οἴωνται καὶ ὡς φίλοι. (2) Ὅταν μὲν οὖν διαψευσθῇ τις καὶ ὑπολάβῃ φιλεῖσθαι διὰ τὸ ἦθος, μὴθὲν τοιοῦτον ἐκείνου πράττοντας, ἑαυτὸν αἰτιῶν· ἂν ὅταν δ' ὑπὸ τῆς ἐκείνου προσποιήσεως ἀπατηθῇ, δίκαιον ἐγκαλεῖν τῷ ἀπατήσαντι, καὶ μᾶλλον ἢ τοῖς τὸ νόμισμα κισθὸν γλεύουσιν, ὅσω περὶ τιμιώτερον ἢ κακουργία. (3) Ἐὰν δ' ἀποδέχεται ὡς ἀγαθόν, γένηται δὲ μοιθηρὸς καὶ δοκῆ, ἄρ' ἔτι φιλητέον; ἢ οὐ δυνατόν, εἴπερ μὴ πᾶν φιλητὸν ἀλλὰ τάγαθόν; οὔτε δὲ φιλητέον πονηρὸν οὔτε δεῖ· φιλοπόνηρον γὰρ οὐ χρὴ εἶναι, οὐδ' ὁμοιοῦσθαι φαύλῳ· εἴρηται δ' ὅτι τὸ ὁμοιον τῷ ὁμοίῳ φίλον Ἄρ' οὖν εὐθὺς διαλυτέον; ἢ οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀνάτοικα κατὰ τὴν μοιθηρίαν; ἐπανόρθωσιν δ' ἔργου μᾶλλον βοιωθητέον εἰς τὸ ἦθος ἢ τὴν οὐσίαν, ὅσω βέλτιον καὶ τῆς φιλίας οἰκειότερον. Δόξειε δ' ἂν ὁ διαλυόμενος οὐδὲν ἄτοπον ποιεῖν· οὐ γὰρ τούτῳ ἢ τοιούτῳ φίλος ἦν· ἀλλοιωθέντα οὖν ἀδυνατῶν ἀνασῶσαι ἀφίσταται. (4) Εἰ δ' ὁ μὲν διακείμενος, ὁ δ' ἐπιεικέστερος γίνοιτο καὶ πολὺ διαλλάττοι τῇ ἀρετῇ, ἄρα χρηστέον φίλῳ, ἢ οὐκ ἐνδέχεται; ἐν μεγάλῃ δὲ διαστάσει μάλιστα ὄγλον γίνεται, οἷον ἐν ταῖς παιδικαῖς φιλίαις· εἰ γὰρ ὁ μὲν δια-

Est autem quæstio ac dubitatio subdifficilis de dirimendis aut non dirimendis amicitis cum iis qui iidem non permanent, qui fuerant. An vero inter eos, quorum amicitiam utilitas aut jucunditas contraxit, quum utiles aut jucundi esse desierint, discidium nasci nihil est absurdum? Illarum enim rerum erant amici, quibus deficientibus si jam desinant amare, non sit mirum. Merito autem quis eum accuset, qui, quam utili aut jucundo ad amandum ducatur, simulet se moribus et virtute ad id excitari. Nam quod initio diximus, plurimæ inter amicos dissensiones oriuntur, quum non ita, ut existimantur alteri, sunt ipsorum amici. (2) Quum igitur aliquem sua fefellerit opinio, existimanturque se propter mores diligi, alter autem nihil ejusmodi ostenderit, de se ipso queratur. Quum vero illius simulatione in errore inductus ac deceptus fuerit, merito jam is accusandus est, qui fefellerit; tantoque magis iis qui nummos adulterant, quanto pretiosiore in re hoc maleficium versatur. (3) Sed si quis in amicitiam receperit aliquem ut virum bonum, et is malus evaserit aut evasisse videatur, utrum etiam nunc amandus est? An hoc fieri non potest; si quidem non omnis res amabilis est, sed ea demum quæ bona est. [Neque vero quisquam vitiosus est diligendus.] Non enim oportet rerum malarum studio atque amore teneri, neque item improbi hominis similis effici aliquis debet. Supra autem dictum est, simili amicum esse simile. Utrumnam ergo statim discindendæ sunt istæ amicitia? an non cum omnibus, sed cum iis demum, quorum improbitas insanabilis est? Iis autem qui corrigi possunt, succurrendum est, multo magis ad mores, quam ad fortunas et facultates: idque eo magis, quanto hoc melius amicitiaque convenientius est. Videatur tamen, qui sese a tali amico disjungit, nihil absurdi facere: non enim huic ut tali amicus erat. Igitur immutatum restituere ac servare quum non possit, sese ab eo merito segregat. (4) Jam si uno manente qui fuit, alter longe melior fiat, multoque virtute superior, etiamne tum eo amico utendum est? an hoc fieri non potest? ceterum in magna distantia id maxime perspicere licet: ut in iis amicitis, quæ a pueritia constitutæ sunt. Si

μένον τὴν διάνοιαν παῖς, ὁ δ' ἀνὴρ εἴη ὅς κράτιστος, πῶς ἂν εἶεν φίλοι μῆτ' ἀρεσκόμενοι τοῖς αὐτοῖς μῆτε χαίροντες καὶ λυπούμενοι; οὐδὲ γὰρ περὶ ἀλλήλους ταῦθ' ὑπάρξει αὐτοῖς, ἄνευ δὲ τούτων οὐκ ἔν φίλους εἶναι· συμφοῦν γὰρ οὐχ ὅσον τε. Εἰρήται δὲ περὶ τούτων. (5) Ἄρ' οὖν οὐθὲν ἀλλοιότερον πρὸς αὐτὸν ἐκτέον ἢ εἰ μὴ ἐγγόνει φίλος μηδέποτε; ἢ δεῖ μνεῖαν ἔχειν τῆς γενομένης συνηθείας, καὶ καθάπερ φίλος μᾶλλον ἢ θνητοῖς οἰόμεθα δεῖν χαρίζεσθαι, οὕτω καὶ τοῖς γενομένοις ἀπονειμητέον τι διὰ τὴν προγεννημένην φιλίαν, ὅταν μὴ δι' ὑπερβολὴν μοχθηρίας ἢ διαλύσις γένηται;

CAP. IV.

Τὰ φιλικὰ δὲ τὰ πρὸς τοὺς φίλους, καὶ ὅς αἱ φιλίαι ὀρίζονται, ἔοικεν ἐκ τῶν πρὸς ἑαυτὸν ἐληλυθῆναι. Τί-
 15 θῆσαι γὰρ φίλον τὸν βουλούμενον καὶ πράττοντα τὰγαθὰ ἢ τὰ φαίνόμενα ἐκείνου ἕνεκα, ἢ τὸν βουλούμενον εἶναι καὶ ζῆν τὸν φίλον αὐτοῦ χάριν ὅπερ αἱ μητέρες πρὸς τὰ τέκνα πεπονθάσι, καὶ τῶν φίλων οἱ προσκεχρουότες. Οἱ δὲ τὸν συνδιάγοντα καὶ ταῦτ' αἰρούμενον, ἢ τὸν
 20 συναλοῦντα καὶ συγχαίροντα τῷ φίλῳ· μάλιστα δὲ καὶ τοῦτο περὶ τὰς μητέρας συμβαίνει. Τούτων δὲ τινι καὶ τὴν φιλίαν ὀρίζονται. (4) Πρὸς ἑαυτὸν δὲ τούτων ἕκαστον τῷ ἐπιεικεῖ ὑπάρχει, τοῖς δὲ λοιποῖς, ἢ τοιοῦτοι ὑπολαμβάνουσιν εἶναι. Ἔοικε γάρ, καθάπερ εἰρη-
 25 ται, μέτρον ἐκάστω ἢ ἀρετῇ καὶ ὁ σπουδαῖος εἶναι. (3) Οὗτος γὰρ ὁμογενομένη ἑαυτῷ, καὶ τῶν αὐτῶν ὀρέγεται κατὰ πᾶσαν τὴν ψυχὴν, καὶ βούλεται δὴ ἑαυτῷ τὰγαθὰ καὶ τὰ φαίνόμενα καὶ πράττει (τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ τὰγαθὸν διαπονεῖν) καὶ ἑαυτοῦ ἕνεκα· τοῦ γὰρ διανοη-
 30 τικοῦ χάριν, ὅπερ ἕκαστος εἶναι δοκεῖ. Καὶ ζῆν δὲ βούλεται ἑαυτὸν καὶ σώζεσθαι, καὶ μάλιστα τοῦτο ὅφρονεῖ· ἀγαθὸν γὰρ τῷ σπουδαίῳ τὸ εἶναι. (4) Ἐκαστος δ' ἑαυτῷ βούλεται τὰγαθὰ, γενόμενος δ' ἄλλος οὐδεὶς αἰρεῖται πάντ' ἔχειν ἐκεῖνο τὸ γενομένον· ἔχει γὰρ καὶ νῦν
 35 ὁ θεὸς τὰγαθόν, ἀλλ' ὧν ὁ τι ποτ' ἐστίν. Δόξειε δ' ἂν τὸ νοῦν ἕκαστος εἶναι, ἢ μάλιστα. (5) Συνδιάγειν τε ὁ τοιοῦτος ἑαυτῷ βούλεται· ἡδέως γὰρ αὐτὸ ποιεῖ· τῶν τε γὰρ πεπραγμένων ἐπιτερπεῖς αἱ μνήμαι, καὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδες ἀγαθαί· αἱ τοιαῦται δ' ἡδέϊαι. Καὶ
 40 θεωρημάτων δ' εὐπορεῖ τῇ διανοίᾳ, συναλοῖ τε καὶ συνήδεται μάλιστ' ἑαυτῷ· πάντοτε γὰρ ἐστὶ τὸ αὐτὸ λυπηρόν τε καὶ ἡδύ, καὶ οὐκ ἄλλοτ' ἄλλο· ἀμεταμέλητος γὰρ ὡς εἰπεῖν. Τῷ δὲ πρὸς αὐτὸν ἕκαστα τούτων ὑπάρχει τῷ ἐπιεικεῖ, πρὸς δὲ τὸν φίλον ἔχειν ὡς περὶ πρὸς
 45 ἑαυτὸν (ἐστὶ γὰρ ὁ φίλος ἄλλος αὐτός), καὶ ἡ φιλία τούτων εἶναι τι δοκεῖ, καὶ φίλοι ὅς ταῦθ' ὑπάρχει. (6) Πρὸς αὐτὸν δὲ πότερόν ἐστιν ἢ οὐκ ἐστὶ φιλία, ἀφείσθω ἐπὶ τοῦ παρόντος· δόξειε δ' ἂν ταύτη εἶναι φιλία, ἢ ἐστὶ δύο ἢ πλείω ἐκ τῶν εἰρημένων, καὶ ὅτι ἡ ὑπερβολὴ τῆς
 50 φιλίας τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμοιοῦται. (7) Φαίνεται δὲ τὰ εἰρημένα κατὰ τοῖς πολλοῖς ὑπάρχειν, καίπερ οὐσι φαύλοισι. Ἄρ' οὖν ἢ ἀρέσκουσιν ἑαυτοῖς καὶ ὑπολαμβάνου-

enim alter cogitatione et animo purior maneat, alter vir evadat quam optimus et præstantissimus, qui fieri potest ut sint amici, qui neque eadem probent, neque iisdem aut delectentur aut offendantur? Nam neque hæc in eorum altero erga alterum inerunt. At sine his fieri non posse ut sint amici, dicebamus. Una enim vivere non possunt. Sed de his jam dictum est. (5) Erga talem vero num quid non alio animo esse debet, quam si nunquam ei amicus fuisset? An potius præteritæ consuetudinis memoria conservanda est? et quemadmodum amicis potius quam alienis gratificari putamus oportere: ita et iis, quibuscum multos aliquando nobis usus intercessit, aliquid concedendum est propter amicitiam pristinam, quando non immoderata quædam improbitas discidii causam præbuerit?

Officia porro amicitiarum et ea quibus amicitia definiri solent, ex iis quæ sibi ipsi quisque exoptat ac tribuit, videntur fluxisse. Eum enim amicum esse ponunt, qui amicum illius ipsius causa bonis vel iis quæ bonorum speciem præ se ferunt, ornatum esse cupit, et ornat ipse. Item eum, qui amicum vult esse et vivere ipsius causa: quemadmodum matres erga filios affectæ sunt, et amici ii, inter quos aliqua offensiuicula nata est. Alii amicum eum esse volunt, qui una ætatem agit, eandemque vitæ degendæ rationem instituit et eadem studia sequitur. Item eum, qui pari dolore parique lætitiâ atque amicis afficitur. Quod quidem et ipsum matribus accidit maxime. Atque horum aliquo etiam amicitiam definiunt. (2) Porro unumquodque horum in viro bono inest erga se ipsum: atque in ceteris etiam, qua sese tales esse existimant. Consentaneum est enim, virtutem et virum bonum unicuique rei esse mensuram, ut supra diximus. (3) Hic enim secum ipse concordat eademque non una aliqua animi parte, sed toto animo expetit; vultque ea sibi evenire, quæ et vere bona sunt, et talia videntur; ea denique ipsa agit (nam viri boni est, in eo, quod vere bonum est, omni contentione elaborare), idque sua ipsius causa: nimirum ejus partis animi gratia, in qua cogitandi vis inest, quæ unusquisque nostrum videtur esse. Vult præterea sese vivere et salvum esse, maximeque hanc partem qua sapit et in qua prudentia inest. Viro bono enim bonum est esse. (4) Sibi autem quisque, quod est bonum, vult contingere. Nemo autem sibi optarit, ut, si alius quam prius erat (*melior*) sit effectus, in eo quoque statu, in quem transierit, eadem, quæ prius habuit, tum quoque habeat. Obtinet enim nunc quoque deus bonum, sed ille immutabilis. Non immerito autem id quod in nobis intelligit, unusquisque nostrum esse videatur, aut quammaxime. (5) Jam vero is qui talis est, secum vult habitare secumque vivere. Id enim libenter facit. Nam et rerum actarum memoria est ei jucunda, et spes futurarum bona: quæ quidem etiam est jucunda. Præterea rerum plurimarum perceptione et cognitione mens ejus abundat; doletque et lætatur una secum maxime. Nam omni ex parte idem ei molestum est, idemque jucundum, neque alias aliud: quum, prænè dicam, nunquam cujusquam eum penitere possit. Quoniam igitur hæc singula viro bono insunt erga se ipsum, estque idem sic animatus in amicum, ut in se ipsum (amicus enim alter ipse), efficitur ex his, ut amicitia quoque aliquid horum esse, itaque, in quibus hæc insunt, amici esse videantur. (6) Utrum autem cuique erga se ipsum amicitia intercedere possit, necne, in præsentibus quærere omittamus. Sed certe hactenus cuique erga se ipsum amicitia esse videatur, quatenus in eo insunt duo aut plura ex iis quæ supra diximus: itemque quia amicitiam insignem ei amicitia, quæ cuique secum est, solemus comparare. (7) Videntur autem quæ diximus, etiam in vulgo inesse, quamvis id sit pravum. An forte qua sibi ipsi placent et arbitrantur se bonos esse,

νουσιν ἐπιεικεῖς εἶναι, ταύτη μετέχουσιν αὐτῶν; ἐπεὶ τῶν γε χομιδῆ φαύλων καὶ ἀνοσιουργῶν οὐδενὶ ταυθ' ὑπάρχει, ἀλλ' οὐδὲ φαίνεται. (8) Σχεδὸν δὲ οὐδὲ τοῖς φαύλοις διαφέρονται γὰρ ἑαυτοῖς, καὶ ἐτέρων μὲν ἐπι-
 5 ομοῦσιν ἄλλα δὲ βούλονται, ὅσιν οἱ ἀκρατεῖς αἰρούνται γὰρ ἀντὶ τῶν δοκούντων ἑαυτοῖς ἀγαθῶν εἶναι τὰ ἡδέα βλαβερά ὄντα· οἱ δ' αὖ διὰ δειλίαν καὶ ἀργίαν ἀφι-
 10 στανται τοῦ πράττειν ἃ οἰοῦνται ἑαυτοῖς βέλτιστα εἶναι· ἅς δὲ πολλὰ καὶ δεινὰ πέπρακται, καὶ διὰ τὴν μοχθη-
 15 ρίαν μισοῦνται, φεύγουσι τὸ ζῆν καὶ ἀνατροῦσιν ἐκ-
 20 τούς. (9) Ζητοῦσὶ τε οἱ μοχθηροὶ μεθ' ὧν συνδιημε-
 25 ρεύσουσιν, ἑαυτοὺς δὲ φεύγουσιν· ἀναμιμνήσκονται γὰρ πολλῶν καὶ δυσχερῶν, καὶ τοιαυθ' ἕτερα ἐλπίζουσι, καθ' ἑαυτοὺς ὄντες, μεθ' ἐτέρων δ' ὄντες ἐπιλανθάνον-
 30 ται. Οὐδὲν τε φιλητῶν ἔχοντες οὐδὲν φιλικῶν πάσχουσι πρὸς ἑαυτοὺς. Οὐδὲ δὴ συγγαίρουσιν οὐδὲ συναλοῦσιν οἱ τοιοῦτοι ἑαυτοῖς· στασιάζει γὰρ αὐτῶν ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ μὲν διὰ μοχθηρίαν ἀγαεῖ ἀπερόμενον τινῶν, τὸ δ' ἡδεταί, καὶ τὸ μὲν δεῦρο τὸ δ' ἐκείσε ἔλκει ἴσπερ
 35 διασπῶντα. (10) Εἰ δὲ μὴ οἴοντε ἅμα λυπεῖσθαι καὶ ἡδῆσθαι, ἀλλὰ μετὰ μικρὸν γε λυπεῖται ὅτι ἡσθη, καὶ οὐκ ἂν ἐβούλετο ἡδέα ταῦτα γενέσθαι αὐτῷ· μεταμε-
 40 λείας γὰρ οἱ φαῦλοι γέμουσιν. Οὐ δὴ φαίνεται ὁ φαῦλος οὐδὲ πρὸς ἑαυτὸν φιλικῶς διακείσθαι διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν
 45 φιλητῶν. Εἰ δὴ τὸ οὕτως ἔχειν λίαν ἔστιν ἄλλιον, φευκτέον τὴν μοχθηρίαν διαταταμένους καὶ πειρατέον ἐπιεικῆ εἶναι· οὕτω γὰρ καὶ πρὸς ἑαυτὸν φιλικῶς ἂν ἔχοι καὶ ἐτέρῳ φίλος γένοιτο.

eatenus sunt illorum participes? nam in eorum profecto, qui penitus vitiosi et scelerati sunt, nemine ista insunt: quin etiam ne inesse quidem videntur: (8) ac fere vix etiam in ullo vitioso. Semper enim secum pugnant ac di sident tales, aliaque concupiscunt, alia volunt, perinde ut incontinentes. Iis enim rejectis quæ sibi bona esse opinantur, jucunda sequuntur, et quæ sunt damnosa, sumunt. Alii propter ignaviam ac desidiam ab eorum rerum, quas sibi optimas esse ducunt, actione longe se removent. Jam qui multa et atrociora facinora admiserunt et propter improbitatem in odio sunt, vitam fugiunt, sibi que manus afferunt. (9) Et vitiosi homines atque improbi quaerunt quibuscum dies totos traducant; se ipsos autem fugiunt. Multa enim gravia atque horrenda recordantur, taliaque altera, quum soli sunt, expectant; tantisper autem, dum cum aliis sunt, obliviscuntur. Et quum nihil sit in eis amabile, nullo erga se amoris affectu commoventur. Non igitur, qui tales sunt, secum ipsi aut lætantur, aut dolent. In eorum enim animo discordia et seditiones concitantur: et una pars propter pravitatem dolore afficitur, abstinens a quibusdam rebus; altera lætatur: denique una pars huc ipsum trahit, altera illuc, tanquam ipsum divellendo. (10) Quod si fieri non potest ut quis simul doleat ac lætetur; at certe paullo post, quod lætatus sit, mœrore conficitur, nolique hæc sibi voluptatem attulisse; malos enim assidue actionum suarum pœnitet. Non videtur igitur homo malus ne in se ipsum quidem amico esse animo, quia nihil habet amabile. Quodsi ita affectum esse, valde est miserum; acerrima contentione fugienda improbitas est, operaque unicuique danda, ut sit probus. Sic enim et amico in se ipsum erit animo, et alii poterit amicus esse.

CAP. V.

Ἡ δ' εὐνοία φιλία μὲν ἔοικεν, οὐ μὴν ἐστὶ γε φιλία.
 30 γίνεται γὰρ εὐνοία καὶ πρὸς ἀγνωστὰς καὶ λαοθάουσα, φιλία δ' οὐ. Καὶ πρότερον ἐξ ταυτ' εἴρηται. Ἄλλ' οὐδὲ φιλησίς ἐστιν· οὐ γὰρ ἔχει διάτασιν οὐδ' ὄρεξιν, τῆ φιλησίς δὲ ταυτ' ἀκολουθεῖ. (2) Καὶ ἡ μὲν φιλησίς μετὰ συνηθείας, ἡ δ' εὐνοία καὶ ἐκ προσπαίου, ὅσιν
 35 καὶ περὶ τοὺς ἀγωνιστάς συμβαίνει· εὐνοί γὰρ αὐτοῖς γίνονται καὶ συνθέλουσιν, συμπράξαιεν δ' ἂν οὐδέν· ὅπερ γὰρ εἴπομεν, προσπαίως εὐνοί γίνονται καὶ ἐπι-
 40 πολαίως στέργουσιν. (3) Ἐοικε δὴ ἀρχὴ φιλίας εἶναι, ὅσπερ τοῦ ἐρᾶν ἢ διὰ τῆς ὄψεως ἡδονῆ· μὴ γὰρ προση-
 45 σθεὶς τῆ ἰδέα οὐθεὶς ἐρᾷ, ὁ δὲ χαιρων τῷ εἶδει οὐδὲν μᾶλλον ἐρᾷ, ἀλλ' ὅταν καὶ ἀπόντα ποθῆ καὶ τῆς πα-
 50 ρουσίας ἐπιθυμῆ. Οὕτω δὴ καὶ φίλους οὐχ οἴοντ' εἶναι μὴ εὐνοὺς γενομένους, οἱ δ' εὐνοί οὐδὲν μᾶλλον φιλοῦ-
 55 σιν· βούλονται γὰρ μόνον τάγαθὰ οἷς εἰσιν εὐνοί, συμ-
 60 πράξαιεν δ' ἂν οὐθέν, οὐδ' ὀχληθεῖεν ὑπὲρ αὐτῶν. Διὸ μεταφέρων φαίη τις ἂν αὐτὴν ἀργῆν εἶναι φιλίαν, χρο-
 65 νιζομένην δὲ καὶ εἰς συνῆθειαν ἀρκενομένην γίνεσθαι φιλίαν, οὐ τὴν διὰ τὸ χρήσιμον οὐδὲ τὴν διὰ τὸ ἡδύ· οὐδὲ γὰρ εὐνοία ἐπὶ τούτοις γίνεται. Ὅ μὲν γὰρ εὐερ-
 70 γετῆθεὶς ἀνθ' ὧν πέπονθεν ἀπονέμεται τὴν εὐνοίαν, τὰ δίκαια δρῶν ὁ δὲ βουλομένους τιν' εὐπραγεῖν, ἐλπίδα ἔχων εὐπορίας δι' ἐκείνου οὐκ εἶοι' εὐνοὺς ἐκείνου εἶναι,

Delinc fortasse de voluptate ut dicamus, ordo postulat; maxime namque hæc naturæ hominis propria esse videtur; ideoque puerorum informatores voluptatis et doloris veluti gubernaculo ad officium eos adducunt. Videtur vero etiam ad moralem virtutem plurimum referre, ut et gaudeant rebus iis quibus oportet gaudere, et oderint ea quæ odisse oportet; duo enim hæc per totam vitam extenduntur, momentum præcipuum habentia ad virtutem, adeoque ad vitam beatam; quandoquidem omnes jucunda sequuntur, fugiuntque contraria; (2) ejusmodi porro quod sunt, de iis minime videtur tacendum: præsertim quum de eorundem natura opiniones multum varient. Quidam enim voluptatem bonum dicunt; nonnulli contra magnum malum eam asserunt esse, atque id quidem partim eorum, quod fortasse vere ita se rem habere existimant; partim vero, quod utilius ad bene vivendi rationem esse existimant, voluptatem in numero malorum habere, etiamsi malum ipsa non sit. Ultro enim ad eam ferri homines plerosque, eique servire; ideoque oportere ipsos in contrarium reflecti. Sic enim ad mediocritatis statum redigi. (3) Sed fortasse non satis recte ob id asseritur, voluptatem esse malum. Nam quod attinet ad ea quæ sunt in affectibus et actionibus, multo minus ad persuadendum valet oratio quam eventus atque res ipsæ. Itaque quum usurpata de his oratio discrepat ab opere sensibus comperto, primum ipsa ut falsa repudiatur; deinde, si quid etiam veri complectebatur, id una evertitur. Reprehendens enim voluptatem, si forsitan contra quam docuerat, eandem appetere videatur, facere

ἀποκλίνειν δοκεῖ πρὸς αὐτὴν ὡς τοιαύτην οὖσαν ἅπασαν· τὸ διορίζει γὰρ οὐκ ἔστι τῶν πολλῶν. (4) Ἐπίσασιν οὖν οἱ ἀληθεῖς τῶν λόγων οὐ μόνον πρὸς τὸ εἰδέναι χρησιμώτατοι εἶναι, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν βίον· συνωδοὶ γὰρ ὄντες τοῖς ἔργοις πιστεύονται, διὸ προτρέπονται τοὺς ζυγιέντας ἕξιν κατ' αὐτοῦς. Τῶν μὲν οὖν τοιούτων ἄλις, τὰ δ' εἰρημένα περὶ τῆς ἡδονῆς ἐπέλωμεν.

id existimabitur quasi omnem quamcunque voluptatem expetendam haberet. Vulgus enim distinguere nescit. (4) E diverso igitur veri de talibus sermones videntur non tantum ad cognitionem prodesse, sed ad vitam quoque bene transigendam vim habere præcipuam. Quia enim factis consentanei sunt, ob id facile creduntur: ac proinde existimant auditores, ut secundum eos vivant. Sed de his quidem hactenus. Examinemus jam, quæ ab aliis sunt de voluptate dicta.

CAP. II.

Εὐδοξος μὲν οὖν τὴν ἡδονὴν τάγαθόν φησ' εἶναι διὰ τὸ πάνθ' ὄραν ἐπιμέμενα αὐτῆς, καὶ ἔλλογα καὶ ἄλογα· ἐν πᾶσι δ' εἶναι τὸ αἰρετὸν ἐπιεικὲς, καὶ τὸ μάλιστα κράτιστον· τὸ δὲ πάντ' ἐπὶ ταῦτο φέρεσθαι μὴνύειν ὡς πᾶσι τοῦτο ἀριστον· ἕκαστον γὰρ τὸ αὐτῷ ἀγαθὸν εὐρίσκειν, ὡσπερ καὶ τροφήν· τὸ δὲ πᾶσιν ἀγαθόν, καὶ οὐ πάντ' ἐπιταῖ, τάγαθόν εἶναι. Ἐπιστεύοντο δ' οἱ λόγοι διὰ τὴν τοῦ ἥθους ἀρετὴν μάλλον ἢ δι' αὐτοῦς· διαφερόντως γὰρ ἐδόκει ἀσφύρων εἶναι· οὐ δὲ ὡς φίλος τῆς ἡδονῆς ἐδόκει ταῦτα λέγειν, ἀλλ' οὕτως ἔχειν κατ' ἀλήθειαν. (2) Οὐχ ἤττον δ' ὡς εἶναι φανερόν ἐκ τοῦ ἐναντίου· τὴν γὰρ λύπην καθ' αὐτὸ πᾶσι φευκτὸν εἶναι, ὁμοίως δὲ τούναντίον αἰρετόν. Μάλιστα δ' εἶναι αἰρετὸν ὃ μὴ δι' ἕτερον μὴδ' ἑτέρου χάριν αἰρούμεθα· τοιοῦτον δ' ὁμολογουμένως εἶναι τὴν ἡδονήν· οὐδένα γὰρ ἐπερωτᾶν τίνας ἕνεκα ἡδέται, ὡς καθ' αὐτὴν οὖσαν αἰρετὴν τὴν ἡδονήν. Προσθεμένην τε διωσοῦν τῶν ἀγαθῶν αἰρετώτερον ποιεῖν, ὅσον τῷ δικαιοπραγεῖν καὶ σωφρονεῖν· καὶ αὐξεσθαι δὲ τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ αὐτῷ. (3) Ἔοικε δὲ οὕτως γε ὃ λόγος τῶν ἀγαθῶν αὐτὴν ἀποφαίνειν, καὶ οὐδὲν μάλλον ἑτέρου· πᾶν γὰρ μεθ' ἑτέρου ἀγαθοῦ αἰρετώτερον ἢ μονοῦμενον. Τοιοῦτω δὲ λόγῳ καὶ Πλάτων ἀναιρεῖ ὅτι οὐκ ἔστιν ἡδονὴ τάγαθόν· αἰρετώτερον γὰρ εἶναι τὸν ἡδὺν βίον μετὰ φρονήσεως ἢ χωρὶς, εἰ δὲ τὸ μικτόν κρεῖττον, οὐκ εἶναι τὴν ἡδονὴν τάγαθόν· οὐδένα γὰρ προστεθέντος αὐτὸ τάγαθόν αἰρετώτερον γίνεσθαι. ἄλλον δ' ὡς οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τάγαθόν ἂν εἴη, ὃ μετὰ τίνος τῶν καθ' αὐτὸ ἀγαθῶν αἰρετώτερον γίνεται. (4) Τί οὖν ἔστι τοιοῦτον, οὗ καὶ ἡμεῖς κοινωνοῦμεν; τοιοῦτον γὰρ ἐπιζητεῖται. Οἱ δ' ἐνιστάμενοι ὡς οὐκ ἀγαθὸν οὐ παντ' ἐπίεται, μὴ οὐθὲν λέγωσιν· ὃ γὰρ πᾶσι δοκεῖ, τοῦτ' εἶναι φασιν. (5) Ὁ δ' ἀναιρεῖ τὴν ταύτην τὴν πίστιν οὐ πάνυ πιστότερα ἔρει· εἰ μὲν γὰρ τὰ ἀνόητα ὠρέγεται αὐτῶν, ἦν ἂν τι τὸ λεγόμενον, εἰ δὲ καὶ τὰ φρόνιμα, πῶς λέγοιεν ἂν τι; ἴσως δὲ καὶ ἐν τοῖς φαύλοις ἐστὶ τι φυσικὸν ἀγαθὸν κρεῖττον ἢ καθ' αὐτὰ, ὃ ἐπίεται τοῦ οἰκείου ἀγαθοῦ. (1) Οὐκ ἔοικε δὲ οὐδὲ περὶ τοῦ ἐναντίου καλῶς λέγεσθαι. Οὐ γὰρ φασιν, εἰ ἢ λύπη κακὸν ἐστὶ, τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι· ἀντικεῖσθαι γὰρ καὶ κακὸν κακῷ καὶ ἄμφω τῷ μηδετέρῳ, λέγοντες ταῦτα οὐ κακῶς, οὐ μὴν ἐπὶ γε τῶν εἰρημέμων ἀληθεύοντες. Ἄμφω μὲν γὰρ ὄντων κακῶν καὶ φευκτὰ εἶδει ἄμφω εἶναι, τῶν μηδετέρων δὲ μηδέτερον ἢ ὁμοίως εἶδει φαινόνται τὴν μὲν φεύγοντες ὡς κακόν, τὴν δ' αἰρούμενοι ὡς ἀγαθόν· οὕτω δὲ καὶ ἀντίκειται.

Eudoxus igitur existimabat, summum bonum esse voluptatem: quoniam videmus omnia, tam bruta quam ratione prædita animantia, expetere voluptatem; et vero quum omnibus in rebus id quod expetendum sit, esse bonum oporteat; et quidem quod maxime sit expetendum, id maximum bonum esse oporteat: denique quum, ad quod unum omnia feruntur, id jam evidenter constet esse quiddam ipsi optimum. Unumquodque enim, id quod ipsi sit bonum natura duce invenire, sicut et cibum: quod igitur omnibus bonum est, et ab omnibus expetitur, id vere bonum esse. Atqui huic assertioni magis propter mores et virtutem illius viri credebatur, quam propter sese; singularis enim ille temperantiæ videbatur esse. Itaque non tanquam patronus voluptatis existimabatur hæc dicere; sed potius res sic se habere iudicabatur. (2) Atque hoc idem ille etiam ex voluptatis contrario probari putabat: dolorem enim omnibus videri declinandum per se, sicut ejus contrarium e diverso expetendum. Maxime præterea expetendum esse, quod non alterius gratia, sed per sese tale est: quod constanter omnium ore de voluptate affirmatur, quum nemo interrogare soleat alterum, cur voluptatem quis sectetur, quod scilicet per se expetenda illa sit. Eandem quoque adjunctam rei alicui alteri bonæ, efficere eam magis expetendam; quales res sunt, juste agere, temperanter vivere. Porro bonum crescere et augeri non nisi a bono. (3) Atqui hoc ultimum quidem argumentum probare videtur, voluptatem esse de numero rerum bonarum; at non etiam meliorem re qualibet alia, i cct eam meliorem suo accessu faciat; siquidem omne bonum alteri junctum, optabilius est quam ipsum separatim atque solum relictum. Ac tali argumento Plato efficere vult, voluptatem non esse summum bonum. Expetibilior enim, inquit, est vita jucunda cum prudentia conjuncta, quam sine hac illa. Quodsi voluptas alteri bono adjuncta melior evadat, non posse eam dici summum bonum; quia hoc sine ullius additione fiat magis expetendum. Sed si vera esset hæc Platonis ratiocinatio, sequeretur, nec aliud ullum genus rei esse summum bonum, quod altero aliquo per se bonorum addito ad ipsum melius redderetur. (4) Quodnam igitur est illud summum bonum, cujus homo particeps existit? tale namque inquiritur. Qui vero Eudoxo ita resistunt, ut id quod ab omnibus rebus expetitur, esse bonum infitentur, vereor ne nihil dicant. Quod enim omnibus videtur, ita esse statuitur; nec qui communem illam persuasionem tollit, probabiliora allaturus est. Si enim illa ratione ac carentia sola appetere illam, foret alicujus ponderis id quod dicunt. Sed quum non minus eam sequantur ratione utentes, quomodo assertio non sit nihili? Ac fortassis inest etiam in vilibus despectisque quoddam naturale bonum, et id ipsam illorum naturam superans dignitate, quod ipsis conveniens bonum expetit. (5) Sed nec de contrario Eudoxi argumentum satis perite redarguunt, ut videtur, dicentes, non recte concludi ex eo, quod dolor malum sit, voluptatem bonum esse, propterea quod malum malo opponatur, et utrumque horum ei quod est neutrum. Hæc quidem non omnino male dicuntur; at non tamen in præsentī disputatione vere dicuntur. Etenim si dolor et voluptas mala ambo forent, ambo etiam fugienda erant, quia scilicet mala; vel si neutrum essent (nec bonum nec malum), neutrum quoque foret vel fugiendum vel aliquo simili affectu persequendum. Atqui experimur, voluptatem homines ut bonum expetere, dolorem ut malum vitare. Ex eo igitur contrarie opponi inter se illa perspicuum est.

CAP. III. [II.]

Οὐ μὴν οὐδ' εἰ μὴ τῶν ποιότητων ἐστὶν ἡ ἡδονή,
 διὰ τοῦτ' οὐδὲ τῶν ἀγρῶν οὐδὲ γὰρ αἱ τῆς ἀρετῆς
 ἐνέργειαι ποιότητές εἰσι, οὐδ' ἡ εὐδαιμονία. (2) Λέ-
 γουσι δὲ τὸ μὲν ἀγαθὸν ὠρίσθαι, τὴν δ' ἡδονὴν ἀόριστον
 5 εἶναι, ὅτι δέγεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἥττον. Εἰ μὲν
 οὖν ἐκ τοῦ ἤδεσθαι τοῦτο κρῖνεται, καὶ περὶ τὴν δικαιο-
 σύνην καὶ τὰς ἄλλας ἀρετάς, καθ' ἃς ἐναρῶς φασὶ
 μᾶλλον καὶ ἥττον τοὺς ποιούς ὑπάρχειν κατὰ τὰς
 ἀρετάς, ἔσται τὸ αὐτὸ· δίκαιοι γὰρ εἰσι μᾶλλον καὶ
 10 ἀνδρείοι, ἔστι δὲ καὶ δικαιοπραγεῖν καὶ σωφρονεῖν
 μᾶλλον καὶ ἥττον. Εἰ δ' ἐν ταῖς ἡδοναῖς, μὴ ποτ' οὐ
 λέγουσι τὸ αἴτιον, ἂν ὡσιν αἱ μὲν ἀμιγεῖς αἱ δὲ μικταί.
 (3) Τί γὰρ κωλύει, καθάπερ ὑγιεῖς ὠρισμένη οὔσα δέ-
 χεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἥττον, οὕτω καὶ τὴν ἡδονήν;
 15 οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ συμμετρία ἐν πᾶσιν ἐστίν, οὐδ' ἐν τῷ
 αὐτῷ μία τις αἰεῖ, ἀλλ' ἀνιμεμένη διαμένει ἕως τίνος,
 καὶ διαφέρει τῷ μᾶλλον καὶ ἥττον. Τοιούτων δὲ καὶ
 τὸ περὶ τὴν ἡδονὴν ἐνδέχεται εἶναι. (4) Τέλειόν τε
 τάγαθον τιθέντες, τὰς δὲ κινήσεις καὶ τὰς γενέσεις ἀτε-
 20 λείς, τὴν ἡδονὴν κίνησιν καὶ γένεσιν ἀποφαίνουσιν πει-
 ρῶνται. Οὐ καλῶς δ' εὐλοκίαι λέγουσι οὐδ' εἶναι κίνη-
 σιν πάση γὰρ οἰκεῖον εἶναι δοκεῖ τάχος καὶ βραδυτής,
 καὶ εἰ μὴ καθ' αὐτήν, ὅσον τῆ τοῦ κόσμου, πρὸς ἄλλο·
 τῆ δ' ἡδονῆς τούτων οὐδέτερον ὑπάρχει· ἡσθῆναι μὲν
 25 γὰρ ἔστι ταχέως ὡσπερ ὀργισθῆναι, ἡδεσθαι δ' οὐ, οὐδὲ
 πρὸς ἕτερον, βαδίζειν δὲ καὶ αὐξέσθαι καὶ πάντα τὰ
 τοιαῦτα. Μεταβάλλειν μὲν οὖν εἰς τὴν ἡδονὴν τα-
 γέως καὶ βραδέως ἔστιν, ἐνεργεῖν δὲ κατ' αὐτὴν οὐκ
 ἔστι ταγέως, λέγω δ' ἡδεσθαι. (5) Γένεσις τε πῶς ἂν
 30 εἶη; δοκεῖ γὰρ οὐκ ἐκ τοῦ τυχόντος τὸ τυχόν γίνεσθαι,
 ἀλλ' ἐξ οὗ γίνεται, εἰς τοῦτο διαλύεσθαι. Καὶ οὐ
 γένεσις ἡ ἡδονή, τούτου ἡ λύπη φθορά. (6) Καὶ λέ-
 γουσι δὲ τὴν μὲν λύπην ἐνδείαν τοῦ κατὰ φύσιν εἶναι,
 τὴν δ' ἡδονὴν ἀναπλήρωσιν. Ταῦτα δὲ σωματικά
 35 ἐστὶ τὰ πάθη. Εἰ δὲ ἔστι τοῦ κατὰ φύσιν ἀναπλήρωσις
 ἡ ἡδονή, ἐν ᾧ ἀναπλήρωσις, τοῦτ' ἂν καὶ ἡδοίτο· τὸ
 σῶμα ἄρα· οὐ δοκεῖ δὲ οὐδ' ἔστιν ἄρα ἀναπλήρωσις
 ἡ ἡδονή, ἀλλὰ γινομένης μὲν ἀναπληρώσεως ἡδοίτο· ἂν
 40 τις, καὶ τεμνόμενος λυποῖτο. Ἡ δόξα δ' αὕτη δοκεῖ
 γεγενῆσθαι ἐκ τῶν περὶ τὴν τροφὴν λυπῶν καὶ ἡδονῶν
 ἐνδείας γὰρ γινομένους καὶ πολυτηθέντας ἡδεσθαι τῇ
 ἀναπληρώσει. (7) Τοῦτο δ' οὐ περὶ πάσας συμβαίνει
 τὰς ἡδονάς· ἀλποὶ γὰρ εἰσι αἱ τε μαθηματικαὶ καὶ
 τῶν κατὰ τὰς αἰσθήσεις αἱ διὰ τῆς ὀσφρήσεως, καὶ
 45 ἀκροάματα δὲ καὶ δράματα πολλὰ καὶ μνημαὶ καὶ ἐλ-
 πίδες. Τίνος οὖν αὐταὶ γενέσεις ἔσονται; οὐδενός γὰρ
 ἐνδεία γεγένηται, οὗ γένοιτ' ἂν ἀναπληρώσις. (8) Πρὸς
 δὲ τοὺς προφερόντας τὰς ἐπινοείστους τῶν ἡδονῶν
 λέγοι τις ἂν ὅτι οὐκ ἔστι ταῦθ' ἡδέα· οὐ γὰρ εἰ τοῖς
 50 κακῶς διακειμένοις ἡδέα ἐστίν, οἷητέον αὐτὰ καὶ ἡδέα
 εἶναι πλὴν τούτοις, καθάπερ οὐδὲ τὰ τοῖς κάμουσιν ὑγιει-
 νὰ ἢ γλυκέα ἢ πικρά, οὐδ' αὐτὰ λευκὰ τὰ φαινόμενα τοῖς

Non subsistit etiam argumentum illud, quod ideo, quia
 non est qualitas, non sit etiam in bonis voluptas. Non
 enim virtutis energiae qualitates sunt, neque beatitudo.
 (2) Dicunt etiam, bonum esse finitum, voluptatem vero,
 quia recipit magis et minus, indeterminatum. Ob id non
 esse hanc in bonis. Atqui si ex voluptatis percipiendae
 consideratione istud censent, respondemus ipsis, eodem
 modo rem habere in iustitia et aliis virtutibus, quarum
 respectu scilicet dicitur, magis et minus esse tales eos, in
 quibus illae insunt. Etenim alius alio opera iustitiae et temperantiae magis
 vel minus edit. Sin autem ipsius voluptatis ratione dicunt
 indefinitam hanc esse, fortasse veram causam non afferunt:
 quum sint voluptates aliae purae, aliae mixtae, (3) et quid
 obstat quominus, perinde ut sanitas definita est et nihilo-
 minus recipit magis et minus, etiam voluptas quamvis defi-
 nita sit, intendi tamen remittique possit? nam quod ad sani-
 tatem attinet, non eadem omnibus est temperatura, neque
 in uno eadem semper, sed nonnihil in dies remittendo, ita
 aliquatenus permanet: differtque ipsa a se ipsa certis gra-
 dibus. Hujusmodi ergo aliquid et circa voluptatem accidit.
 (4) Quando porro summum bonum perfectum quiddam esse
 arguunt, quum motiones atque ortus constet esse res im-
 perfectas, in eo argumento posse doceri putant, voluptatem
 esse motum et ortum. Non recte autem id affirmare videntur:
 neque motus esse videtur voluptas. Omni namque
 motioni tarditas et celeritas competit: si non absolute seu
 ad sese (ut motioni caeli), at respectu saltem. Sed voluptati
 neutrum horum competit. Nam tametsi contingit ut repente
 quispiam voluptate perfusus sit, sicut et ira quispiam cito
 exarserit: tamen cito inesse actu voluptatem non dicimus,
 neque ad alterum; iis enim tantum haec conveniunt; quae
 sunt ambulare et augeri et omnia hujusmodi. Traduci igitur
 ad voluptatem tarde aut celeriter possumus: sed voluptatis
 energias celeriter aut tarde nemo exercet, sic autem voco
 id quod est voluptate affici. (5) Jam quod voluptas dicitur
 esse ortus, quæso quod habet rationis? Non fit res qualibet
 ex qualibet aliquo fortuito motu: sed ex qua re nascitur
 quidpiam, in eandem quoque resolvitur; et cuius rei volu-
 ptas est generatio, ejusdem dolor est corruptio. (6) Ad-
 dunt vero etiam, voluptatem esse expletionem ejus quod
 natura desiderabat; dolorem contra ejusdem indigentiam:
 atqui expletio haec atque penuria sunt affectiones corporis.
 Quodsi ergo voluptas est ejus quod secundum naturam est
 suppletio; utique id quod expletur, voluptate affici dicitur.
 Nimirum corpus. At id quidem falsum; quando potius
 anima laetari et dolere videtur. Non igitur voluptas indi-
 gentiae est expletio: verum quum fit expletio, potest aliquis
 voluptate affici; sicut contra dolorem percipere, quum seca-
 tur. Haec autem opinio inde orta fuerit, quod solummodo
 voluptatem et dolorem intuiti sunt illum, qui ex alimentis
 percipitur. Nimirum quod homines his destituti, et dolore
 exinde affecti ipsa postmodum expletionem delectantur.
 (7) Atqui hoc non in omnibus voluptatibus accidit. Multae
 enim voluptates omnis doloris expertes sunt, ut mathema-
 ticæ, itemque ex sensuum voluptatibus earum quae odoratu
 percipiuntur, et auditu et visu: item voluptates quas remi-
 niscendo vel sperando percipimus; quæ sane non possunt
 alicujus rei ortus esse, quum nullius rei penuria antecessa
 sit, cuius ipsæ essent expletio. (8) Illis denique, qui turpes
 ac probrosas voluptates obijciendo tollere nituntur Eudoxi
 sententiam, opponimus tales voluptates non esse jucundas;
 non enim si qua hominibus male affectis jucunda sunt,
 absolute et sua natura etiam sunt talia; sicuti nec ægrotis
 salubria, vel dulcisa, vel amara, absolute talia sunt: neque
 etiam lippientibus alba putata, vere talia sunt. (9) Atqui vel

ὀφθαλμῶσιν. (9) Ἡ οὕτω λέγοιτ' ἄν, ὅτι αἱ μὲν ἡδοναὶ αἰρεταὶ εἰσιν, οὐ μὴν ἀπὸ γε τούτων, ὥσπερ καὶ τὸ πλουτεῖν, προδόντι δ' οὐ, καὶ τὸ θγιαίνειν, οὐ μὴν ὀτιοῦν φαγόντι. (10) Ἡ τῶ εἶδει διαφέρουσιν αἱ ἡδοναί· ἕτεραι γὰρ αἱ ἀπὸ τῶν καλῶν τῶν ἀπὸ τῶν αἰσχυρῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἡσθηναὶ τὴν τοῦ δικαίου μὴ ὄντα δίκαιον οὐδὲ τὴν τοῦ μουσικοῦ μὴ ὄντα μουσικόν, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. (11) Ἐμφανίζειν δὲ δοκεῖ καὶ ὁ φίλος, ἕτερος ἂν τοῦ κόλακος, οὐκ οὔσαν ἀγαθὸν τὴν ἡδονὴν ἢ διαφόρους εἶδει· ὁ μὲν γὰρ πρὸς τῆσθον ἡμιλεῖν δοκεῖ, ὁ δὲ πρὸς ἡδονήν, καὶ τῶ μὲν ὀνειδίξεται, τὸν δ' ἐπεινοῦσιν ὡς πρὸς ἕτερα ὁμιλοῦντα. (12) Οὐδεὶς τ' ἂν ἔλοιτο ζῆν παιδίον διάνοιαν ἔχον διὰ βίου, ἡδόμενος ἐφ' ὅς τὰ παιδία ὡς οἶντε μάλιστα, οὐδὲ αἰρεῖν πιῶν τιν τῶν αἰσχίστων, μηδέποτε μέλλον λυπηθῆναι. Περὶ πολλὰ τε σπουδῆν ποιησαίμεθ' ἂν καὶ εἰ μηδεμίαν ἐπιφέρει ἡδονήν, ὅσον δρᾶν, μνημονεύειν, εἰδέναι, τὰς ἀρετὰς ἔχειν. Εἰ δ' ἐξ ἀνάγκης ἔπονται τούτοις ἡδοναί, οὐδὲν διαφέρει· ἐλοιμέθα γὰρ ἂν ταῦτα καὶ εἰ μὴ γίνοιτ' ἀπ' αὐτῶν ἡδονή. (13) Ὅτι μὲν οὖν οὔτε τάγαθόν ἢ ἡδονή οὔτε πᾶσα αἰρετή, ὅσλον ἔοικεν εἶναι, καὶ ὅτι εἰσὶ τινες αἰρεταὶ καθ' αὐτὰς διαφέρουσαι τῶ εἶδει ἢ ἀπ' ὧν. Τὰ μὲν οὖν λεγόμενα περὶ τῆς ἡδονῆς καὶ λύτης ἰκανῶς εἰρήσθω.

sic iisdem respondere posse videmur, voluptates esse quidem expetendas, sed non tamen et illas, quæ sunt ab his rebus profectæ: sicut et divitiæ quaerendæ, sed non tamen ex proditiōne; item valetudini consulendum, sed non ita ut quolibet cibo vesci velis. (10) Quid autem si ita respondeamus, ut distinctiōne utamur, dicendo, alias voluptates a rebus honestis, alias a turpibus percipi? plurimum enim differunt, quas capimus a rebus honestis, et quas ex turpibus; neque potest fieri ut quis iusti hominis voluptate fruatur, qui non sit iustus; aut ut musicâ, qui musicus non sit; quod idem est et in ceteris. (11) Declarat etiam amicus, plurimum discrepans ab assentatore, illud quod docemus, aut non esse voluptatem bonum, aut certe differentes esse voluptatis species; ille enim cum amico conversatur, ut ei sit bono; hic autem, ut voluptati: quorum illud laudant omnes, hoc vituperant; qua re id indicant amicum alio fine quam assentatorem cum altero conversari. (12) Ac nemo sibi exoptatur sit voluptates eas, quæ sunt ætatis puerilis: ita quidem, ut mentem quoque semper habeat ejus ætatis; nemo item reperietur, qui voluptate perfundatur ex perpetrato scelere, si nullum sit ex eo dolorem percepturus (*impunitate proposita*). Postremo multæ sunt res, quibus studeremus propter ipsas solas, citra omnem voluptatis adjunctionem, ut sunt: videre, scire, recordari, virtutes habere. Quod autem actionibus modo dictis necessario adjunctæ sunt voluptates, id nihil obstat jam dictis; quandoquidem etiam prorsus orbatæ ejusmodi voluptatibus, nihilominus expeterentur. (13) Quod igitur voluptas non sit summum bonum, quod item non sit omnis voluptas expetenda, apparet ex hisce argumentis: item et hoc, nonnullas esse per se expetendas differentes specie, vel his rebus, ex quibus oriuntur. Et sic ea quæ de voluptate et dolore ab aliis dicuntur, sunt nobis explicata.

CAP. IV. [III.]

25 Τί δ' ἔστιν ἢ ποῖόν τι, καταφανέστερον γένοιτ' ἂν ἀπ' ἀρχῆς ἀναλαθοῦσιν. Δοκεῖ γὰρ ἢ μὲν ὄρασις καθ' ὄντιον χρόνον τελεία εἶναι· οὐ γὰρ ἔστιν ἐνδεῆς οὐδενός, ὁ εἰς ὕστερον γεγόμενον τελειώσει αὐτῆς τὸ εἶδος. Τοιοῦτ' ὁμοίως δ' εἶκει καὶ ἡ ἡδονή· ὅλον γὰρ τί ἐστι, καὶ 30 κατ' οὐδένα χρόνον λάθοι τις ἂν ἡδονὴν ἢς ἐπὶ πλείω χρόνον γινομένης τελειωθήσεται τὸ εἶδος. (2) Διόπερ οὐδὲ κίνησις ἔστιν· ἐν χρόνῳ γὰρ πᾶσα κίνησις καὶ τέλους τινός, ὅσον ἢ οἰκοδομικῆς τελείας, ὅταν ποιήσῃ οὐ ἐφίεται. Ἡ ἐν ἀπαντι δὴ τῶ χρόνῳ ἢ τούτῳ. Ἐν 35 δὲ τοῖς μέρει τοῦ χρόνου πᾶσαι ἀτελεῖς, καὶ ἕτεραι τῶ εἶδει τῆς ὅλης καὶ ἀλλήλων· ἢ γὰρ τῶν λίθων σύνθεσις ἕτερα τῆς τοῦ κίονος βαδιδώσεως, καὶ αὐτὰ τῆς τοῦ ναοῦ ποιήσεως. Καὶ ἢ μὲν τοῦ ναοῦ τελεία· οὐδενός γὰρ ἐνδεῆς πρὸς τὸ προκειμένον· ἢ δὲ τῆς κρη- 40 πίδος καὶ τοῦ τριγλύφου ἀτελής· μέρους γὰρ ἑκατέρω. Ἰῶ εἶδει οὖν διαφέρουσι, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν ὁμοῦν χρόνῳ λαθεῖν κίνησιν τελείαν τῶ εἶδει, ἀλλ' εἴπερ, ἐν τῶ ἀπαντι. (3) Ὅμοίως δὲ καὶ ἐπὶ βαδιδώσεως καὶ τῶν λοιπῶν· εἰ γὰρ ἔστιν ἢ φορὰ κίνησις πόθεν ποῖ, καὶ 45 ταύτης διαφοραὶ κατ' εἶδη, πτήσις, βადίσις, ἄλισις καὶ τὰ τοιαῦτα. Οὐ μόνον δ' οὕτως, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ τῇ βადίσει· τὸ γὰρ πόθεν ποῖ οὐ ταῦτον ἐν τῶ σταδίῳ καὶ ἐν τῶ μέρει, καὶ ἐν ἑτέρῳ μέρει καὶ ἑτέρῳ, οὐδὲ τὸ διεξίεναι τὴν γραμμὴν τῆσδε ἀκείνην· οὐ μόνον 50 γὰρ γραμμὴν διαπορεύεται, ἀλλὰ καὶ ἐν τόπῳ οὔσαν, ἐν ἑτέρῳ δ' αὐτῇ ἐκείνης. Δι' ἀκριθείας μὲν οὖν περὶ κινήσεως ἐν ἄλλοις εἴρηται, εἶκει δ' οὐκ ἐν ἀπαντι

Quid autem aut qualis res sit voluptas, clarius apparebit, si ab initio rem repetemus. Videtur enim et adpectus quolibet tempore perfectus esse (nullius enim rei indigentia laborat, cujus rei acquisitione postmodum ille perficiatur). Et adpectui in hoc similis est voluptas. Est namque ea totum quiddam, neque voluptatem percipimus aliquo tempore talem, cujus forma productione temporis perficiatur. (2) Ideoque ne motus quidem illa est. Fit enim omnis motus in tempore, et finis alienus gratia suscipitur. Verbi gratia, motus is qui in ædificando consistit, tunc demum perfectus esse putatur, quum id quod desiderat effecerit. Aut igitur in toto tempore motus omnis est; aut in aliquo certo tempore. In ejus vero temporis partibus quicumque sunt, ii omnes imperfecti sunt, ac specie quum ab invicem discrepantes, tum et a toto motu. Lapidum enim compositio alia est a columnæ striatione; et horum motuum uterque a templi perfectione. Et templi quidem fabrica perfectum aliquid est: nihil etenim desideratur ad id quod institutum erat: fundamenti vero et triglyphi elaboratio imperfecta. Utraque enim partis est. Specie igitur discrepant, et non potest in ullo aliquo tempore motus in sua specie perfectus sumi; præterquam in toto tantum illius rei tempore. (3) Idem et de incesso ac reliquis motibus existimandum. Si enim latio seu loci mutatio est motus alicunde aliquo, sane ejus species (ut volatus, saltus, incesso) discrepant specie et ipsæ: imo vero et singulæ hæc species a sese invicem differunt; incesso enim alicunde aliquo, alius est in stadio atque in parte ejus; et quidem alius in alia atque alia parte. Similiter allus etiam incesso est, consideratus in hac vel illa linea. Si quidem non modo linea transitur, sed certo in loco considerata linea. Atqui hæc linea in loco est alio, quam illa; proinde discrepat etiam illius transitus a transitu alterius. Ac de motu accurate disputatur alio in loco. Ceterum illud videtur verum esse, non in omni tempore

χρόνῳ τελεία εἶναι, ἀλλ' αἱ πολλαὶ ἀτελεῖς καὶ διαφέ-
 ρουσαι τῷ εἶδει, εἴπερ τὸ πόθεν ποῖ εἰδοποιούν. (4) Τῆς
 ἡδονῆς δ' ἐν ὅμοιῳ χρόνῳ τελείον τὸ εἶδος. Δῆλον
 οὖν ὡς ἕτεραί τ' ἂν εἴεν ἀλλήλων, καὶ τῶν ὄλων τι καὶ
 5 τελείων ἢ ἡδονῆ. Δόξειε δ' ἂν τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ μὴ
 ἐνδέσθαι κινεῖσθαι μὴ ἐν χρόνῳ, ἤδεσθαι δέ· τὸ γὰρ
 ἐν τῷ νῦν ὄλον τι. Ἐκ τούτων δὲ ὀφθαλμῶν καὶ ὅτι οὐ
 καλῶς λέγουσι κίνησιν ἢ γένεσιν εἶναι τὴν ἡδονῆν. Οὐ
 γὰρ πάντων ταῦτα λέγεται, ἀλλὰ τῶν μεριστῶν καὶ μὴ
 10 ὄλων· οὐδὲ γὰρ δράσεώς ἐστι γένεσις οὐδὲ στιγμῆς οὐδὲ
 μονάδος, οὐδὲ τούτων οὐθὲν κίνησις οὐδὲ γένεσις· οὐδὲ
 δὴ ἡδονῆς· ὄλον γὰρ τι. [IV.] (5) Αἰσθήσεως δὲ πάσης
 πρὸς τὸ αἰσθητὸν ἐνεργοῦσης, τελείως δὲ τῆς εὐ δια-
 χειμένης πρὸς τὸ κάλλιστον τῶν ὑπὸ τὴν αἰσθησιν·
 15 τοιοῦτον γὰρ μάλιστα εἶναι δοκεῖ ἢ τελεία ἐνέργεια·
 αὐτὴν δὲ λέγειν ἐνεργεῖν, ἢ ἐν ᾧ ἐστὶ, μὴθὲν διαφερέτω·
 καθ' ἕκαστον δὲ βελτίστη ἐστὶν ἢ ἐνέργεια τοῦ ἀριστα
 διαχειμένου πρὸς τὸ κράτιστον τῶν ὑφ' αὐτήν. Αὕτη
 δ' ἂν τελειοτάτη εἴη καὶ ἡδίστη· κατὰ πᾶσαν γὰρ αἰ-
 20 σθησὶν ἐστὶν ἡδονῆ, ὁμοίως δὲ καὶ διάνοιαν καὶ θεωρίαν,
 ἡδίστη δ' ἢ τελειοτάτη, τελειοτάτη δ' ἢ τοῦ εὐ ἔχοντος
 πρὸς τὸ σπουδαιότατον τῶν ὑφ' αὐτήν. (6) Τελειοὶ δὲ
 τὴν ἐνέργειαν ἢ ἡδονῆ. Οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἢ τε
 ἡδονῆ τελειοὶ καὶ τὸ αἰσθητὸν τε καὶ ἢ αἰσθησις, σπου-
 25 δαῖα ὄντα, ὡς περ οὐδ' ἢ ὑγίεια καὶ ὁ ἰατρός ὁμοίως
 αἰτία ἐστὶ τοῦ υγιαίνειν. (7) Καθ' ἕκαστην δ' αἰσθη-
 σιν ὅτι γίνεται ἡδονῆ, ὀφθαλμῶν γὰρ ὀράματα καὶ
 ἀκουσμάτα εἶναι ἡδέα. Δῆλον δὲ καὶ ὅτι μάλιστα,
 ἐπειδὴν ἢ τε αἰσθησις ἢ κρατίστη καὶ πρὸς τοιοῦτον
 30 ἐνεργῆ· τοιούτων δ' ὄντων τοῦ τε αἰσθητοῦ καὶ τοῦ
 αἰσθανομένου, αἰεὶ ἐστὶ ἡδονῆ ὑπάρχοντός γε τοῦ
 ποιήσαντος καὶ τοῦ πεισομένου. (8) Τελειοὶ δὲ τὴν
 ἐνέργειαν ἢ ἡδονῆ οὐχ ὡς ἢ ἕξις ἐνυπάρχουσα, ἀλλ' ὡς
 ἐπιγιγνόμενόν τι τέλος, οἷον τοῖς ἀχμαίσις ἢ ἄρα· ἕως
 35 ἂν οὖν τό τε νοητὸν ἢ αἰσθητὸν ἢ οἷον δεῖ καὶ τὸ κρῖνον
 ἢ θεωροῦν, ἐστὶ ἐν τῇ ἐνέργειᾳ ἢ ἡδονῆ· ὁμοίως γὰρ
 ὄντων καὶ πρὸς ἀλλήλα τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχοντων τοῦ
 τε παθητικοῦ καὶ τοῦ ποιητικοῦ ταῦτο πέφυκε γίνεσθαι.
 (9) Πῶς οὖν οὐδεὶς συνεχῶς ἤδεσται; ἢ κάμνει; πάντα
 40 γὰρ τὰ ἀνθρώπεια ἀδυνατεῖ συνεχῶς ἐνεργεῖν. Οὐ γί-
 νεται οὖν οὐδ' ἡδονῆ· ἐπιτεταί γὰρ τῇ ἐνέργειᾳ. Ἐνία
 δὲ τέρπει καινὰ ὄντα, ὑστερον δὲ οὐχ ὁμοίως διὰ ταῦτό-
 τὸ μὲν γὰρ πρῶτον παρακέκληται ἢ διάνοια καὶ διατε-
 ταμένως περὶ αὐτὰ ἐνεργεῖ, ὡς περ κατὰ τὴν ὄψιν οἱ
 45 ἐμβλέποντες, μετέπειτα δ' οὐ τοιαύτη ἢ ἐνέργεια ἀλλὰ
 παρημελημένη· διὸ καὶ ἢ ἡδονῆ ἀμαυροῦται. (10) Ὁρέ-
 γεσθαι δὲ τῆς ἡδονῆς οἰθηθεῖ τις ἂν ἄπαντας, ὅτι καὶ
 τοῦ ζῆν ἄπαντες ἐφίενται· ἢ δὲ ζῶν ἐνέργειά τις ἐστὶ,
 καὶ ἕκαστος περὶ ταῦτα καὶ τούτοις ἐνεργεῖ ἢ καὶ μά-
 50 λιστ' ἀγαπᾷ, οἷον ὁ μὲν μουσικός τῇ ἀκοῇ περὶ τὰ μέλη,
 ὁ δὲ φιλομαθὴς τῇ διανοίᾳ περὶ τὰ θεωρήματα, οὕτω
 δὲ καὶ τῶν λοιπῶν ἕκαστος. Ἡ δ' ἡδονῆ τελειοὶ τὰς
 ἐνεργείας, καὶ τὸ ζῆν δέ, οὐ ὀρέγονται. Εὐλόγως οὖν
 καὶ τῆς ἡδονῆς ἐφίενται· τελειοὶ γὰρ ἕκαστω τὸ ζῆν,

motum perfectum esse, sed plerosque esse imperfectos spe-
 cieque differentes: siquidem id quod diximus alicunde ali-
 quo, speciem illius certam constituit. (4) Sed voluptatis spe-
 cies in quolibet temporis puncto perfecta est. Igitur longe
 aliud quiddam est voluptas quam motus: perfectum nimirum ac totum quiddam. Hoc ipsum etiam inde intel-
 ligi potest, quod nemo nisi in tempore moveri possit, sed
 voluptatem aliter quam in tempore percipere possumus: nimirum in momento. Porro quod in temporis momento
 consistit, id certe totum aliquid est. Ex quo perspicuum
 est, voluptatem non esse motum vel γένεσιν. Duo enim
 hæc non sunt omnium rerum, sed tantum illarum quæ
 partitionem recipiunt, nec sunt quædam tota. Non enim
 visionis est generatio, neque puncti, neque unitatis: sicuti
 neque de horum aliquo dici potest aut ortus aut motus.
 Ergo certe neque voluptatis; quia totum quiddam ea est.
 [IV.] (5) Quum vero omnis sensus agat in suum sensile,
 et perfecte quidem is qui est optime affectus erga suum
 objectum, ipsum quoque bene habens: quum item tale quid
 esse videatur perfecta operatio, denique quum (quod jam
 ponere licet) perinde sit, dicere, ipsum sensum agere, et
 illi actionem tribuere, in quo sensus hæret: sequitur certe,
 ut in quolibet genere actionum illa præstantissima sit, quæ
 editur ab eo quod habet facultatem præstantissimam erga
 suum objectum item optimum: itemque ut hæc actio seu
 functio perfectissima sit atque jucundissima. In omni
 namque sensu inest voluptas, similiterque et in omni cogi-
 tatione et contemplatione: et quidem jucundissima illa,
 quæ et perfectissima. Perfectissima denique ea, quæ erga
 suum objectum optime affectum est bene affecta et ipsa.
 (6) Voluptas igitur perficit energiam. Sed non ita perficit
 voluptas energiam, ut eam perficit res sensui subjecta,
 et sensus ipse, quum integra sunt utraque: sicut nec simili
 modo sanitas et medicus causæ sunt ut valeat quispiam.
 (7) Porro in omni sensu voluptatem existere, perspicuum
 est; dicimus enim spectacula et acroamata jucunda
 esse: et quidem jucundissima esse tum dicimus, quum et
 sensus fuerit optime affectus, et is objectum quoque ha-
 buerit hujusmodi, in quod agat. Et quamdiu talia erunt,
 quum id quod sentitur, tum id quod sentit, semper erit vol-
 uptas: quippe quum præsto sit et quod agere vult, et
 quod pati. (8) Perficit autem voluptas energiam, non ut
 habitus insitus, sed ut accedens finis quidam; perinde ut
 juvenibus flos ætatis. Quamdiu autem sensile aut intelli-
 gibile fuerit quale esse debet, atque ipse etiam sensus aut ra-
 tio similiter talia fuerint, erit etiam in actu voluptas. Quum
 enim illic adsint agens et patiens inter se consentanea, de-
 bitaque ambo ratione affecta, unum et eundem effectum
 produci necesse est. (9) Cur igitur nemo continenter vol-
 uptate afficitur, aut si id fiat, languescit? Quia nullæ res
 humanæ assiduam operationem perferre possunt, ideoque
 nec perpetua voluptas existit: quia munus functionem
 sequitur. Propter eandem causam res quædam, quamdiu
 sunt novæ, delectant: postmodum non item; princi-
 pio enim cogitatio in eas conversa est, obnixæque circa eas
 operatur: sed postea non adhibetur talis energia, sed alia
 remissior; quare et voluptas elanguescit. (10) Quod autem
 omnes voluptatis cupidos esse videmus, id ex eo fieri existi-
 mare possumus, quia vivere consistit in energia seu mune-
 ris functione: et unusquisque in iis maxime operationibus
 versari vult, quas præcipue amat, ut musicus in auditione
 harmoniarum, disciplinarum studiosus in rebus cognoscen-
 dis, et similiter alii aliis in rebus. Operationum porro
 omnium perfectio voluptas est. Ergo eadem et vitæ ener-
 giam (cujus omnes cupidos esse diximus) absolvit. Itaque
 non sine causa voluptas ab omnibus expellitur; quia unicui-

αἰρετὸν ὄν. [V.] (11) Πότερον δὲ διὰ τὴν ἡδονὴν τὸ ζῆν αἰρούμεθα ἢ διὰ τὸ ζῆν τὴν ἡδονήν, ἀφείσθω ἐν τῷ παρόντι. Συνεξεύχθαι μὲν γὰρ ταῦτα φαίνεται καὶ χωρισμὸν οὐδέχθαι· ἀνευ τε γὰρ ἐνεργείας οὐ γίνεται ἡδονή, πᾶσάν τε ἐνεργεῖαν τελειοῖ ἡ ἡδονή.

que vitam, quæ natura optabilis est, perficit. [V.] (11) Utrum porro voluptatis gratia vitam, an illam hujus gratia expectamus, id in præsentia omittatur. Videtur enim hæc connexa esse, neque separationem admittere. Nulla namque voluptas est absque energia; neque ulli energiæ aliunde quam a voluptate, sua est perfectio.

CAP. V.

Ὅθεν δοκοῦσι καὶ τῷ εἶδει διαφέρειν τὰ γὰρ ἕτερα τῷ εἶδει ὑφ' ἐτέρων οἰόμεθα τελειοῦσθαι. Οὕτω γὰρ φαίνεται καὶ τὰ φυσικὰ καὶ τὰ ὑπὸ τέχνης, ὡς ζῶα καὶ δένδρα καὶ γραφὴ καὶ ἀγάλματα καὶ οἰκία καὶ σκεῦος. Ὅμοιως δὲ καὶ τὰς ἐνεργείας τὰς διαφερούσας τῷ εἶδει ὑπὸ διαφερόντων εἶδει τελειοῦσθαι. (2) Διαφέρουσι δ' αἱ τῆς διανοίας τῶν κατὰ τὰς αἰσθήσεις καὶ αὐτὰ ἀλλήλων κατ' εἶδος· καὶ αἱ τελειοῦσαι ὅτ' ἡδοναί. Φανεῖ δ' ἂν τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ συνωκειῦσθαι τῶν ἡδονῶν ἐκάστην τῇ ἐνεργείᾳ ἣν τελειοῖ. Συναύζει γὰρ τὴν ἐνεργεῖαν ἡ οἰκία ἡδονῇ· μᾶλλον γὰρ ἕκαστα κρίνουσι καὶ ἐξακριβοῦσιν οἱ μεθ' ἡδονῆς ἐνεργοῦντες, ὡς γεωμετρικοὶ γίνονται οἱ χαίροντες τῷ γεωμετρεῖν, καὶ κατανοοῦσιν ἕκαστα μᾶλλον, ὁμοίως δὲ καὶ οἱ φιλόμουσοι καὶ φιλοκοδόμοι καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστοι ἐπιδιδόασιν εἰς τὸ οἰκεῖον ἔργον χαίροντες αὐτῷ. Συναύζουσι δὲ αἱ ἡδοναί, τὰ δὲ συναύζοντα οἰκεῖα. Τοῖς ἐτέροις δὲ τῷ εἶδει καὶ τὰ οἰκεῖα ἕτερα τῷ εἶδει. (3) Ἔτι δὲ μᾶλλον τοῦτ' ἂν φανεῖται ἐκ τοῦ τὰς ἀφ' ἐτέρων ἡδονῶν ἐμποδίου ταῖς ἐνεργείαις εἶναι· οἱ γὰρ φίλαυλοι ἀδυνατοῦσι τοῖς λόγοις προσέχειν, ἐὰν κατακούσωσιν αὐλοῦντος, μᾶλλον χαίροντες αὐλητικῇ τῆς παρουσίας ἐνεργείας· ἡ κατὰ τὴν αὐλητικὴν οὐδ' ἡδονὴν τὴν περὶ τὸν λόγον ἐνεργεῖαν φθείρει. (4) Ὅμοιως δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων συμβαίνει, ὅταν ἅμα περὶ δύο ἐνεργῇ· ἡ γὰρ ἡδίων τὴν ἐτέραν ἐκχροῦει, κἂν πολλὴ διαφέρῃ κατὰ τὴν ἡδονήν, μᾶλλον, ὥστε μὴδ' ἐνεργεῖν κατὰ τὴν ἐτέραν. Διὸ χαίροντες δτωσὺν σφόδρα οὐ πάνυ δρωῦμεν ἕτερον, καὶ ἄλλα ποιοῦμεν ἄλλοις ἡρέμα ἀρεσκοῦμενοι, καὶ ἐν τοῖς θεάτροις οἱ τραγηματίζοντες, ὅταν φαῦλοι οἱ ἀγωνιζόμενοι ὦσι, τότε μάλιστα αὐτὸ δρωῦσιν. (5) Ἐπεὶ δ' ἡ μὲν οἰκεῖα ἡδονῇ ἐξακριβοῖ τὰς ἐνεργείας καὶ χρονωτέρας καὶ βελτίους ποιεῖ, αἱ δ' ἀλλότριαι λυμαίνονται, δῆλον ὡς πολλὴ διεστᾶσιν· σχεδὸν γὰρ αἱ ἀλλότριαι ἡδοναὶ ποιοῦσιν ἕπερ αἱ οἰκεῖαι λυπαί· φθείρουσι γὰρ τὰς ἐνεργείας αἱ οἰκεῖαι λυπαί, ὡς ἐν τῷ τῷ γράφειν ἀηδὲς καὶ ἐπίλυπον ἢ τὸ λογιζέσθαι· ὁ μὲν γὰρ οὐ γράφει, ὁ δ' οὐ λογίζεται, λυπηρᾶς οὖσης τῆς ἐνεργείας. Συμβαίνει δὲ περὶ τὰς ἐνεργείας τούναντιον ἀπὸ τῶν οἰκεῖων ἡδονῶν καὶ αἱ λυπῶν οἰκεῖαι δ' εἰσὶν αἱ ἐπὶ τῇ ἐνεργείᾳ καθ' αὐτὴν γινόμεναί. Αἱ δ' ἀλλότριαι ἡδοναὶ εἰρηται δτι παραπλήσιόν τι τῇ λύπῃ ποιοῦσιν· φθείρουσι γὰρ, πλὴν οὐχ ὁμοίως. (6) Διαφερούσων δὲ τῶν ἐνεργειῶν ἐπιεικεία καὶ φαυλότητι, καὶ τῶν μὲν αἰρετῶν οὐσῶν τῶν δὲ φευκτῶν τῶν δ' οὐδ' ἐτέρων, ὁμοίως ἔχουσι καὶ αἱ ἡδοναί· καθ' ἐκάστην γὰρ ἐνεργεῖαν οἰκεῖα ἡδονή ἐστίν. Ἡ μὲν οὖν τῇ σπουδαίᾳ

Atque hinc etiam sequi videtur, voluptates specie differre. Quæ enim specie discrepant, non nisi a specie discrepantibus perfici existimantur; cujus rei tam illa quæ naturâ, quam quæ arte constant, exemplum esse possunt; verbi gratia animalia, arbores, item tabulæ, simulacra, domus, vasa. Simili igitur modo et actiones specie discrepantes perfici videntur a specie differentibus voluptatibus. (2) Porro differunt specie cogitationis et sensionis energiæ: et utraq; item inter sese. Ergo certe et voluptates quæ perficiunt easdem. Atque hoc ipsum etiam ex eo probari videtur, quod unicuique actioni quædam propria atque ipsam perficiens voluptas esse reperitur. Auget enim energiam suam quamque voluptas. Et judicant enim melius singula, et accuratius administrant, qui cum voluptate agunt. Sic geometræ evadunt qui delectantur geometricis studiis, singulaque exactius intelligunt: item in musicis, in architectonica, peritiores evadunt qui ejusmodi exercitiis delectantur. Auget igitur actionem voluptates. Porro quæ adjuvant et augent rem, sunt illi propria ac sua. Quæ vero specie differentibus propria sunt, eadem specie quoque discrepare necesse est. (3) Hujus autem rei evidentius etiam adhuc argumentum est, quod voluptates ortæ ab aliis actionibus impediunt quaslibet actiones. Ut tibiæ cantu gaudentes, si tibiæ canentem aliquem forte audiverint, non possunt attendere orationi quæ forte tum habeatur: magis scilicet gaudentes tibiæ cantu, quam eo quod agitur negotio. Voluptas igitur ea quæ ex tibiæ cantu percipitur, eam actionem impedit quæ est orationis auscultandæ. (4) Idemque in aliis contingit, quum quis duabus simul energiis vacat; jucundior enim energia alteram elidit; idque tanto magis, quanto ejus voluptas major fuerit; adeo ut tum plane nihil, quod ad alteram energiam attinet, præstare ille possit. Ex quo illud accidit, ut vehementer lætitiâ capientes ex re quâpiam, nihil fere aliud agere possimus: contraque, ut re aliqua capti, remissius ac levius alia atque peregrina tractare solemus. Sic et in theatris, quum mali futesque aliqui in scena versantur, tum ex spectatoribus illi qui solent ibi nuces mandere, maxime id agunt. (5) Quoniam autem propria et sua actionis alicujus voluptas actionem eam elaboratam efficit, firmiorem et meliorem, et contra alienæ voluptates corrumpunt actiones non suas: patet ex eo, multum voluptates inter se differre. Propemodum enim idem, quod proprii dolores, alienæ quoque voluptates efficiunt. Illi namque proprias actiones impediunt: verbi gratia, si cui scribere, aut ratiocinari sit injucundum et molestum; ille non scribit, hic non ratiocinatur: quia molesta est ei hujusce muneris functio. Contrarium igitur in munerationibus evenit a propriis ac suis voluptatibus, atque a propriis et suis doloribus. Sunt autem voluptates et dolores ii proprii et sui, qui energiam per se comitantur. Porro de alienis voluptatibus diximus, eas simile quiddam dolori facere: corrumpunt enim, sed dissimili modo. (6) Jam quum energia bonitate et pravitate inter se differant, aliæque sint expetendæ, aliæ vero fugiendæ, nonnullæ neutrius modi: voluptates quoque similis sunt conditionis. Pro cuiuslibet enim natura energiæ, sua quoque est ejus ac propria voluptas. Itaque illa quidem voluptas, quæ honestæ actioni pro-

οικεία ἐπιεικής, ἡ δὲ τῆ φαύλη μοχθηρά· καὶ γὰρ αἱ ἐπιθυμῖαι τῶν μὲν καλῶν ἐπαινεταί, τῶν δ' αἰσχυρῶν ψεκταί. Οἰκειότεραὶ δὲ ταῖς ἐνεργείαις αἱ ἐν αὐταῖς ἡδοναὶ τῶν ὀρέξεων· αἱ μὲν γὰρ διωρισμέναί εἰσι καὶ 6 τοῖς χρόνις καὶ τῆ φύσει, αἱ δὲ σύγγεγυς ταῖς ἐνεργείαις, καὶ ἀδιόριστοι οὕτως ὥστ' ἔχειν ἀμυρισθήτησιν εἰ ταῦτόν ἐστιν ἡ ἐνέργεια τῆ ἡδονῆς. (7) Οὐ μὴν ἔοικέ γε ἡ ἡδονὴ διάνοια εἶναι οὐδ' αἰσθησις· ἀποπον γὰρ ἀλλὰ διὰ τὸ μὴ χωρίζεσθαι φαίνεται τισι ταῦτόν.

10 Ὡσπερ οὖν αἱ ἐνέργειαι ἕτεραι, καὶ αἱ ἡδοναί. Διαφέρει δὲ ἡ ὄψις ἀφῆς καθαριότητι, καὶ ἀκοή καὶ ὀσσησις γέυσεσι· ὁμοίως δὲ διαφέρουσι καὶ αἱ ἡδοναί, καὶ τούτων αἱ περὶ τὴν διάνοιαν, καὶ ἐκάτεραι ἀλλήλων.

(8) Δοκεῖ δ' εἶναι ἐκάστῳ ζῷῳ καὶ ἡδονὴ οἰκεία, ὥσπερ 15 καὶ ἔργον· ἡ γὰρ κατὰ τὴν ἐνέργειαν. Καὶ ἐφ' ἐκάστῳ δὲ θεωροῦντι τοῦτ' ἂν φανεῖται· ἕτέρα γὰρ ἵππου ἡδονὴ καὶ κυνὸς καὶ ἀνθρώπου, καθάπερ Ἡράκλειτός φησιν ὄνου σύρματ' ἂν ἐλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν· ἥδιον γὰρ χρυσοῦ τροφὴ ὄνοις. Αἱ μὲν οὖν τῶν ἐτέρων τῶ εἶδει 20 διαφέρουσιν εἶδει, τὰς δὲ τῶν αὐτῶν ἀδιαφόρους εὐλογον εἶναι. (9) Διαλλαττοῦσι δ' οὐ μικρὸν ἐπὶ γε τῶν ἀνθρώπων· τὰ γὰρ αὐτὰ τοὺς μὲν τέρπει τοὺς δὲ λυπεῖ, καὶ τοῖς μὲν λυπηρὰ καὶ μισητὰ ἐστὶ, τοῖς δὲ ἡδέα καὶ φιλητὰ. Καὶ ἐπὶ γλυκῶν δὲ τοῦτο συμβαίνει· οὐ γὰρ 25 τὰ αὐτὰ δοκεῖ τῷ πυρέττοντι καὶ τῷ ὑγιαίνοντι, οὐδὲ θερμὸν εἶναι τῷ ἀσθενεῖ καὶ τῷ εὐεκτικῷ. Ὅμοίως δὲ τοῦτο καὶ ἐφ' ἐτέρων συμβαίνει. (10) Δοκεῖ δ' ἐν ἅπασιν τοῖς τοιοῦτοις εἶναι τὸ φαινόμενον τῷ σπουδαίῳ. Εἰ δὲ τοῦτο καλῶς λέγεται, καθάπερ δοκεῖ, καὶ ἐστὶν 30 ἐκάστου μέτρον ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ ἀγαθός, ἡ τοιοῦτος, καὶ ἡδοναὶ εἶεν ἂν αἱ τούτῳ φαινόμεναι καὶ ἡδέα οἷς οὗτος χαίρει. Τὰ δὲ τούτῳ δυσχερῆ εἰ τῷ φαίνεται ἡδέα, οὐδὲν θαυμαστόν· πολλαὶ γὰρ φθοραὶ καὶ λύμαι ἀνθρώπων γίνονται· ἡδέα δ' οὐκ ἐστὶν, ἀλλὰ τούτοις καὶ οὕτω 35 διακειμένοις. (11) Τὰς μὲν οὖν ὁμολογουμένως αἰσχυρὰς δῆλον ὡς οὐ φατέον ἡδονὰς εἶναι, πλὴν τοῖς διεσθαρμένοις· τῶν δ' ἐπιεικῶν εἶναι δοκουσῶν ποῖαν ἢ τίνα φατέον τοῦ ἀνθρώπου εἶναι; ἡ ἐκ τῶν ἐνεργειῶν δῆλον; ταῦταις γὰρ ἔπονται αἱ ἡδοναί. Εἴτ' οὖν μία ἐστὶν 40 εἴτε πλείους αἱ τοῦ τελείου καὶ μακαρίου ἀνδρός, αἱ ταύτας τελειοῦσαι ἡδοναὶ κυρίως λέγονται· ἂν ἀνθρώπου ἡδοναὶ εἶναι, αἱ δὲ λοιπαὶ δευτέρως καὶ πολλοστώς, ὥσπερ αἱ ἐνέργειαι.

CAP. VI.

Εἰρημένον δὲ τῶν περὶ τὰς ἀρετὰς τε καὶ φιλίας καὶ 45 ἡδονὰς, λοιπὸν περὶ εὐδαιμονίας τύπου διελεθῆν, ἐπειδὴ τέλος αὐτὴν τίθεμεν τῶν ἀνθρωπίνων. Ἀναλαβοῦσι δὲ τὰ προειρημένα συντομώτερος ἂν εἴη ὁ λόγος. (2) Εἰπομεν δ' ὅτι οὐκ ἐστὶν ἕξις· καὶ γὰρ τῷ καθεύδοντι διὰ βίου ὑπάρχοι ἂν, φυτῶν ζῶντι βίον, καὶ τῷ δυστυχοῦντι τὰ μέγιστα. Εἰ δὲ ταῦτα μὴ ἀρέσκει, ἀλλὰ 50 μᾶλλον εἰς ἐνέργειάν τινα θετέον, καθάπερ ἐν τοῖς πρότερον εἴρηται, τῶν δ' ἐνεργειῶν αἱ μὲν εἰσὶν ἀναγκαῖαι

pria est, bona erit; quæ prævaæ, mala. Nam et ipsæ cupiditates, bonarum rerum quidem laudabiles sunt, malularum vero vituperabiles. Porro multo propius conjunctæ cum actionibus sunt suæ et cum ipsis conjunctæ voluptates, quam appetitiones; hæ enim ab operationibus suis tempore pariter et natura distinctæ sunt: illæ vero proximæ sunt isdem, adeoque ab iis indistinctæ, ut actio et voluptas actionis ferme unum et idem esse videantur. (7) Verumtamen non potest certe cogitatio aut sensio esse voluptas videri. Id enim plane absurdum fuerit: sed propterea quod non separantur, videntur aliquibus esse idem. Ut igitur operationes differunt, ita et voluptates. Differt autem visus a tactu, puritate; et auditus similiter atque odoratus a gustu. Igitur ad eundem modum et voluptates illis propriæ differunt; et ab hisce ipsis cæ quæ sunt cogitationis; et utræque istæ inter sese. (8) Videtur autem et uniuscujusque animalis esse, ut munus proprium ac suum, ita et voluptas. Etenim ea voluptas hujusmodi est, quæ est consentanea actioni: idque etiam inductione ostendi potest; alia enim equo, alia cani, alia homini voluptas est; sicut etiam Heraclitus ait, asino culmos et paleas auro jucundiores esse; pabulum enim jucundius est asinis quam aurum. Quæ igitur disparis sunt speciei animalia, eorum sunt etiam diversæ voluptates: quæ contra ejusdem speciei, eorum et voluptates easdem esse specie consentaneum est. (9) Porro in hominum genere magna est illarum varietas. Etenim eadem res alios quidem molestia afficiunt, alios vero delectant: his odiosa et intoleranda sunt, illis amabilia et jucunda. Atque hoc ita et in rebus dulcibus usu venit; non enim eadem dulcia sunt fabricitanti et valenti neque idem calidum videtur debili, et corpus firmum habenti. Idem vero etiam in aliis usu venit. (10) Sed in hisce omnibus id videtur verum esse, quod viro bono esse videtur. Quodsi hoc recte dicitur, ut certe videtur, sique virtus est rei cuiusque mensura, itemque vir bonus, qua bonus: sane et voluptates æstimandæ sunt, quæ huic videntur, illaque item vere jucunda, quibus hic delectatur: illa autem, quæ huic molesta sunt, si cui alteri suavia videantur, non est mirum; multæ enim sunt hominum pestes et corruptelæ. Vere tamen talia jucunda non sunt, sed his solummodo atque sic effectis. (11) Quæ igitur communi omnium hominum consensu turpes habentur, non debent voluptates vocari, nisi hominibus corruptis; illarum autem, quæ videntur honestæ esse, quænam hominis propria dicenda sit, hoc fortasse indicant energiæ hominis; has enim sequuntur suæ voluptates. Sive igitur hæc una, sive plures fuerint, perfecti et beati viri, quæ has perficiunt voluptates, eas proprias et solas esse hominis recte statuitur; reliquas secundo loco, et ita modo, ut aliarum socias; prout ipsæ quoque energiæ sunt comparatæ.

Explicatis autem iis quæ ad virtutes, ad amicitias, ad voluptates pertinent, restat ut de beatitudine pingui et plano quodam modo dicamus: quandoquidem statuebamus, illam rerum humanarum finem esse. Ac repetitis quæ superius dicta sunt, brevior erit disputatio. (2) Diximus vero eam non esse habitum. Alioqui enim inesset illa etiam tota vita dormienti, stirpisque modo vitam viventis: et item, qui in maximis versaretur calamitatibus. Quodsi hæc non probantur, potiusque energia quædam esse videtur (ut est supra dictum) suntque energia omnes aut necessaria

καὶ δι' ἕτερα αἰρεταί, αἱ δὲ καθ' αὐτάς, ὁῖον ὅτι τὴν εὐδαιμονίαν τῶν καθ' αὐτάς αἰρετῶν τινὰ θετέον καὶ οὐ τῶν δι' ἄλλο· οὐδενὸς γὰρ ἐνδεῆς ἡ εὐδαιμονία ἀλλ' αὐτάρκης. (3) Καθ' αὐτάς δ' εἰσὶν αἰρεταί, ἀφ' ὧν μὴδὲν ἐπιζητεῖται παρὰ τὴν ἐνέργειαν. Τοιαῦται δ' εἶναι δοκοῦσιν αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις· τὰ γὰρ καλὰ καὶ σπουδαῖα πράττειν τῶν δι' αὐτὰ αἰρετῶν. Καὶ τῶν παιδιῶν δὲ αἱ ἡδέεται· οὐ γὰρ δι' ἕτερα αὐτάς αἰροῦνται· βλάπτονται γὰρ ἀπ' αὐτῶν μᾶλλον ἢ ὠφελοῦνται, ἀμελοῦντες τῶν σωματίων καὶ τῆς κτήσεως. Καταφεύγουσι δ' ἐπὶ τὰς τοιαύτας διαγωγὰς τῶν εὐδαιμονιζομένων οἱ πολλοί, διὸ παρὰ τοῖς τυράννοις ἐνδοκίμοισιν οἱ ἐν ταῖς τοιαύταις διαγωγαῖς εὐτράπελοι ὧν γὰρ ἐπίενται, ἐν τούτοις παρέχουσι σφῆς αὐτοῦς ἡδέεις· δέονται δὲ τούτοιον. Δοκεῖ μὲν οὖν εὐδαιμονικὰ ταῦτα εἶναι διὰ τὸ τοὺς ἐν δυναστεῖαις ἐν τούτοις ἀποσχολάζειν. (4) Οὐδὲν δὲ ἴσως σημεῖον οἱ τοιοῦτοί εἰσιν· οὐ γὰρ ἐν τῇ δυναστεύειν ἡ ἀρετὴ οὐδ' ὁ νοῦς, ἀφ' ὧν αἱ σπουδαῖαι ἐνέργειαι· οὐδ' εἰ ἀγευστοὶ οὗτοι ὄντες ἡδονῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἐλευθερίου ἐπὶ τὰς σωματικὰς καταφεύγουσιν, διὰ τοῦτο ταύτας οἰητέον αἰρετωτέρας εἶναι· καὶ γὰρ οἱ παῖδες τὰ παρ' αὐτοῖς τιμώμενα κρᾶτιστα οἰοῦνται εἶναι. Εὐλόγον δὲ, ὥσπερ παιδιὰ καὶ ἀνδράσιν ἕτερα φαίνεται τίμια, οὕτω καὶ φαύλοις καὶ ἐπιεικέσιν. (5) Καθάπερ οὖν πολλαῖς εἴρηται, καὶ τίμια καὶ ἡδέα ἐστὶ τὰ τῷ σπουδαίῳ τοιαῦτα ὄντα· ἐκάστῳ δὲ ἡ κατὰ τὴν οἰκείαν ἕξιν αἰρετωτάτη ἐνέργεια, καὶ τῷ σπουδαίῳ δὲ ἡ κατὰ τὴν ἀρετὴν. (6) Οὐκ ἐν παιδιᾷ ἄρα ἡ εὐδαιμονία· καὶ γὰρ ἀποπρὸν τὸ τέλος εἶναι παιδιᾶν, καὶ πραγματεύεσθαι καὶ κακοπαθεῖν τὸν βίον ἅπαντα τοῦ παιζέειν χάριν. Ἄπαντα γὰρ ὡς εἶπεν ἐτέρου ἕνεκα αἰρούμεθα πλὴν τῆς εὐδαιμονίας· τέλος γὰρ αὕτη. Σπουδαζέειν δὲ καὶ πονεῖν παιδιᾶς χάριν ἡλίθιον φαίνεται καὶ λίαν παιδικόν· παιζέειν δ' ὅπως σπουδαζέειν, κατ' Ἀνάχαρσιν, ὀρθῶς ἔχειν δοκεῖ· ἀναπαύσει γὰρ ἔοικεν ἡ παιδιὰ, ἀδυνατοῦντες δὲ συνεχῶς πονεῖν ἀναπαύσεως δέονται. Οὐ δὲ τέλος ἡ ἀνάπαυσις· γίνεται γὰρ ἕνεκα τῆς ἐνεργείας. Δοκεῖ δ' ὁ εὐδαίμων βίος κατ' ἀρετὴν εἶναι· οὗτος δὲ μετὰ σπουδῆς, ἀλλ' οὐκ ἐν παιδιᾷ. (7) Βελτίω τε λέγομεν τὰ σπουδαῖα τῶν γελοίων καὶ τῶν μετὰ παιδιᾶς, καὶ τοῦ βελτίονος αἰεὶ καὶ μορίου καὶ ἀνθρώπου σπουδαιοτέραν τὴν ἐνέργειαν· ἡ δὲ τοῦ βελτίονος κρείττων καὶ εὐδαιμονικωτέρα ἦδη. (8) Ἀπολαύσειε τ' ἂν τῶν σωματικῶν ἡδονῶν ὁ τυγχὼν καὶ ἀνδραπόδον οὐκ ἤττον τοῦ ἀρίστου· εὐδαιμονίας δ' οὐδεὶς ἀνδραπόδῳ μεταδίδωσιν, εἰ μὴ καὶ βίου· οὐ γὰρ ἐν ταῖς τοιαύταις διαγωγαῖς ἡ εὐδαιμονία, ἀλλ' ἐν ταῖς κατ' ἀρετὴν ἐνεργείαις, καθάπερ καὶ πρότερον εἴρηται.

et propter aliud expetendæ, aut expetendæ propter se ipsas : perspicuum est, beatitudinem esse aliquid ex illarum numero, quæ per se expetuntur, et non propter aliud, quippe quæ rei nullius indiget, sed in semet ipsa bonis omnibus affluit. (3) Sunt autem per sese expetibiles energiæ illæ, ex quibus nihil præter ipsam muneris functionem quæritur; quales videntur esse primum actiones virtutis (nam honesta bonaque agere de numero illarum est, quæ per se expetuntur); deinde etiam ex ludicris actionibus illa, quæ jucunditatis ac recreationis gratia suscipiuntur; hæ enim non propter alia expetuntur: quippe quum inde multi damnis potius afficiantur quam commodis, qui præ his corporis et rei familiaris curam negligunt. Item quum fere ad hanc rationem vitæ confugiunt qui vulgo beati existimantur. Ex quo et illud evenit, ut apud tyrannos in pretio et honore sint illi, qui in tali vitæ consuetudine festivi et urbani sunt. Nam quæ ab illis expetuntur, in iis sese hi suaves exhibent et jucundos: cujus generis hominibus magnates illi indigent. Talia vulgo videntur ad beatam vitam pertinere, propterea quod imperio potestateque præditi talibus in rebus otium suum consumunt. (4) Tamen ab hujusmodi hominum exemplo veritatis argumentum forsitan capi non debet: non enim consistit in principatu virtus vel mens, a quibus honestæ actiones perficiuntur; neque si veræ ac liberalis voluptatis ignari ad corporis voluptates confugiunt, idcirco has magis sectandas esse existimandum est. Nam et pueri, quæ apud ipsos pretiosa habentur, putant optima esse. Nihil ergo absurdum est, si, ut alia pueris, alia adultis in pretio sunt, ita etiam bonis alia et moderatis, alia futilibus ac malis probantur. (5) Quoddicra, ut sæpe jam est dictum, et pretiosa sunt et jucunda ea quæ viro bono talia videntur. Jam quum unicuique energia illa suavis sit, cujus habitu præditus est; viro bono maxime expetenda illa, quæ est secundum virtutem, energia. (6) Non potest certe fieri ut in ludicris actionibus beatitudo consistat. Etenim absurdum est, finem hominis statuere rem ludicram, negotiisque tota vita distringi et difficiles labores perpeti, ludi causa. Cetera namque pæne dixerim omnia alterius alicujus gratia expetimus: sola beatitudo secus est. Hæc enim finis omnium. Porro vehementer nili defatigarique rei ludicræ gratia, stultum videtur et admodum puerile: ludere vero, ut seria postmodum studiose agas (secundum Anacharsin), rectum est. Ludus enim quasi requies est. Atque idcirco homines requitione egent, quod non sufficiunt continuis laboribus. Non est igitur requies illa finis; quippe quæ admittatur non nisi operationis causa. At vero beata vita videtur esse in actionibus virtutis: talis autem vita seria est, neutiquam vero in joco et ludo posita. (7) Sed et meliora illa vocamus, quæ seria sunt, quam quæ ridicula et cum joco ludoque conjuncta: sicuti tum partus in homine melioris, tum hominis item melioris actionem σπουδαιοτέραν, tamquam seriam, dicimus. Porro quod melius, idem jam præstantius quoque et pollutius est ad beatam vitam efficiendam. (8) Postremo, ludis corporeisque voluptatibus etiam unusquisque ac vel mancipium etiam quodlibet, non minus quam vir optimus, potiri poterit: in beatitudinis vero participationem nemo mancipium admittet, nisi forte etiam in vitæ beatæ; quod fieri non potest. Constat enim, non in hujusmodi vitæ conditione beatitudinem consistere, sed in virtutum actionibus, ut dictum est in præcedentibus.

CAP. VII.

Εἰ δ' ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία κατ' ἀρετὴν ἐνέργεια, εὐ-
 λογον κατὰ τὴν κρατίστην αὐτὴ δ' ἂν εἴη τοῦ ἀρίστου.
 Εἶτε δὴ νοῦς τοῦτο εἶτε ἄλλο τι, ὃ δὴ κατὰ φύσιν δοκεῖ
 ἀρχειν καὶ ἡγείσθαι καὶ ἔννοιαν ἔχειν περὶ καλῶν καὶ
 5 θείων, εἶτε θεῶν ὄν καὶ αὐτὸ εἶτε τῶν ἐν ἡμῖν τὸ θεοί-
 τaton, ἡ τούτου ἐνέργεια κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν εἴη ἂν
 ἡ τελεία εὐδαιμονία. Ὅτι δ' ἐστὶ θεωρητικὴ, εἴρηται.
 (3) Ὁμολογούμενον δὲ τοῦτ' ἂν δοξείεν εἶναι καὶ τοῖς
 πρότερον καὶ τῷ ἀληθεῖ. Κρατίστη τε γὰρ αὕτη
 10 ἐστὶν ἡ ἐνέργεια· καὶ γὰρ ὁ νοῦς τῶν ἐν ἡμῖν, καὶ τῶν
 γνωστῶν, περὶ αὐτοῦ. Ἔτι δὲ συνεχεστάτη· θεω-
 ρεῖν τε γὰρ δυνάμεθα συνεχῶς μᾶλλον ἢ πράττειν
 ὄτιοῦ, (3) οἰόμεθα τε δεῖν ἡδονὴν παραμείχθαι τῇ
 εὐδαιμονίᾳ, ἡδίστη δὲ τῶν κατ' ἀρετὴν ἐνεργειῶν
 15 ἡ κατὰ τὴν σοφίαν ὁμολογούμενός ἐστὶν δοκεῖ γούν
 ἡ φιλοσοφία θαυμαστάς ἡδονὰς ἔχειν καθαριότητι καὶ
 τῷ βελτίῳ, εὐλογον δὲ τοῖς εἰδοσὶ τῶν ζητούντων ἡδῶ
 τὴν διαγωγὴν εἶναι. (4) Ἡ τε λεγομένη αὐτάρκεια
 περὶ τὴν θεωρητικὴν μάλιστα ἂν εἴη· τῶν μὲν γὰρ πρὸς
 20 τὸ ζῆν ἀναγκαῖον καὶ σοφὸς καὶ δίκαιος καὶ οἱ λοιποὶ
 δεόνται, τοῖς δὲ τοιοῦτοις ἱκανῶς κεχορηγημένων ὁ μὲν
 δίκαιος δεῖται πρὸς οὐδὲ δικαιοπραγῆσαι καὶ μεθ' ὧν,
 ὁμοίως δὲ καὶ ὁ σώφρων καὶ ὁ ἀνδρείος καὶ τῶν ἄλλων
 ἕκαστος, ὁ δὲ σοφὸς καὶ καλὸς αὐτὸν ὧν δύναται θεωρεῖν,
 25 καὶ ὅσα ἂν σοφώτερος ἢ μᾶλλον βέλτιον δ' ἴσως συν-
 εργῶς ἔχων, ἀλλ' ὁμοῦς αὐταρκέστατος. (5) Δόξαι
 τ' ἂν αὐτὴ μόνη δι' αὐτὴν ἀγαπᾶσθαι· οὐδὲν γὰρ ἀπ'
 αὐτῆς γίνεται παρὰ τὴν θεωρῆσαι, ἀπὸ δὲ τῶν πρακτῶν
 ἢ πλείον ἢ ἕλαττον περιποιούμεθα παρὰ τὴν προῆξιν.
 30 (6) Δοκεῖ τε ἡ εὐδαιμονία ἐν τῇ σχολῇ εἶναι· ἀσχολού-
 μεθα γὰρ ἵνα σχολάζωμεν, καὶ πολεμοῦμεν ἵν' εἰρήνην
 ἄγωμεν. Τῶν μὲν οὖν πρακτικῶν ἀρετῶν ἐν τοῖς πο-
 λιτικοῖς ἢ ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἡ ἐνέργεια· αἱ δὲ περὶ
 ταῦτα πράξεις δοκοῦσιν ἀσχοιοῖ εἶναι, αἱ μὲν πολεμικαὶ
 35 καὶ παντελῶς· οὐδεὶς γὰρ αἰρεῖται τὸ πολεμεῖν τοῦ πο-
 λεμεῖν ἕνεκα, οὐδὲ παρασκευάζει πόλεμον· δόξαι γὰρ ἂν
 παντελῶς μαιφόνος τις εἶναι, εἰ τοὺς φίλους πολεμίους
 ποιεῖτο, ἵνα μάχαι καὶ φόνος γίνωντο. Ἔστι δὲ καὶ
 ἡ τοῦ πολιτικοῦ ἀσχοιοῖ, καὶ παρ' αὐτὸ τὸ πολιτεύεσθαι
 40 περιποιούμενη δύναστέας καὶ τιμὰς ἢ τὴν γε εὐδαιμο-
 νίαν αὐτῷ καὶ τοῖς πολίταις, ἐτέραν οὖσαν τῆς πολι-
 τικῆς, ἣν καὶ ζητοῦμεν ὅλον ὡς ἐτέραν οὖσαν. (7) Εἰ
 δὴ τῶν μὲν κατὰ τὰς ἀρετὰς πράξεων αἱ πολιτικαὶ καὶ
 πολεμικαὶ κάλλει καὶ μεγέθει προέχουσιν, αὗται δ' ἀσχο-
 45 λοι καὶ τέλος τινὸς ἐφίενται καὶ οὐ δι' αὐτάς αἰρεταὶ
 εἰσιν, ἡ δὲ τοῦ νοῦ ἐνέργεια σπουδῇ τε διαφέρειν δοκεῖ
 θεωρητικὴ οὖσα, καὶ παρ' αὐτὴν οὐδενὸς ἐφίεσθαι τέ-
 λους, ἔχειν τε ἡδονὴν οἰκείαν, αὕτη δὲ συναυξεῖ τὴν
 ἐνέργειαν, καὶ τὸ αὐταρκές δὴ καὶ σχολαστικὸν καὶ
 50 ἀτρυτον ὡς ἀνθρώπων, καὶ ὅσα ἄλλα τῷ μακαρίῳ ἀπο-
 νέμεται, κατὰ ταύτην τὴν ἐνέργειαν φαίνεται ὄντα·
 ἡ τελεία δὲ εὐδαιμονία αὕτη ἂν εἴη ἀνθρώπου, λα-

Quodsi beatitudo est actio virtutis, consentaneum est,
 ejus quæ optima est virtutis eam esse. Ea porro virtus
 erit scilicet præstantissimæ partis in homine. Sive igitur
 mens illud sit, sive aliud quiddam, quod videatur imperare
 ac principatum obtinere debere natura, rerumque honesta-
 rum et divinarum notionem in sese continere (sive divi-
 num hoc ipsum sit, sive eorum quæ in nobis sunt : divinis-
 simum) : hujus sane energia illa, quæ a propria virtute proficiscitur, perfecta beatitudo erit. In contemplando porro
 eam esse positam superius diximus. (2) Et hoc quidem
 quum superius expositis, tum ipsi veritati consentaneum est.
 Præstantissima enim primum est hæc energia; nam quum
 eorum omnium quæ sunt in nobis, mens præstantissima
 est; tum omnium cognoscibilium illa optima sunt, quæ
 mente comprehenduntur. Deinde mentis energia etiam
 maxime est continua; contemplari namque assidue facilius
 poterimus, quam agere quidvis. (3) Et vero quum beati-
 tudini voluptatem admixtam esse debere credamus, omnium
 virtutis actionum jucundissimam esse sapientiæ energiam,
 omnium consensu certum est. Et videatur quidem certe
 sapientia mirabiles quasdam quum sinceritate tum sta-
 bilitate voluptates continere; ad hæc probabile est, eos
 qui jam sciunt, vitam agere jucundioerem illis qui adhuc
 scire quærent. Præterea illud quod dicitur αὐταρκείας,
 magis existit in vita eæ in contemplando versatur. Et
 res enim ad vitæ cultum necessarias sapiens et justus et re-
 liqui item desiderant : et vero quum his bonis jam sufficienter
 instructi sunt, requirunt tamen, justus quidem erga quos
 et cum quibus exerceat justas actiones, similiterque et for-
 tis et temperans, et ceteri omnes. At vero sapiens ad
 suam energiam obeundam per se valet, ac quanto est sapientior,
 tanto magis ad illud valet. Fortasse sane melius id
 elliciet, si adjuutores habeat; at nihilominus tamen etiam
 se ipso contentus esse potest. (5) Ad hæc merito fortasse
 videatur sola propter se ipsam diligere illa energia, quod ni-
 hil ex ea existat præter ipsam contemplationem (quum e
 diverso ex practica vita seuper aliquid, præter ipsam actio-
 nem, comparemus, sive plus illud sit, sive minus). (6) Quod-
 que insuper beatitudo videatur in quiete atque otio consi-
 stere. Rebus enim agendis occupamur ob id, ut in otio et
 quiete vivere possimus : bella gerimus, ut pace fruamur.
 Practicæ porro virtutes (quarum energie in negotiis aut
 politicis aut bellicis versantur) earumque expromptæ actio-
 nes scilicet omnes irrequietæ sunt; bellicæ quidem omnino :
 nemo enim expetit, vel ut bellum gerat belli inveniendi
 causa, vel ut serere bellum liceat : videretur enim esse
 plane quispiam sanguinarius, qui ex amicis inimicos faceret,
 ut pugnae atque cædes fierent. Porro est etiam politica ad-
 ministratio negotiosa et irrequieta, parans scilicet præter
 ipsam, quæ navatur, operam, potestates et honores, aut
 certe beatitudinem, vel sibi vel civibus suis, quæ alia sane
 existit a civili scientia : quam etiam nos, ut ab illa diver-
 sam, quærimus. (7) Si itaque actiones virtutis tam bel-
 licæ quam politicæ et honestæ et magnitudine præcellunt,
 cædemque irrequietæ sunt, et finis alicujus gratia susci-
 piuntur, nec propter se sunt expetendæ; at vero mentis
 actio videtur et studii gravitate præstare (quum sit con-
 templationis) et præter se nullum finem expetere, et in
 se voluptatem habere (ea porro actionem promovet et am-
 plificat), habetque illa insuper etiam id quod est se ipso
 contentum esse, et quietam otiosamque esse, et defatiga-
 tionis item esse expertem, quantum quidem res humanæ
 ferunt; cetera denique omnia ei adsunt, quæ beato tribui
 solent : profecto perfecta hominis beatitudo hac actione con-
 tinetur : si quidem perfectam vitæ longitudinem etiam sit

εὐσῶσα μῆκος βίου τέλειον· οὐδὲν γὰρ ἀτελές ἐστι τῶν τῆς εὐδαιμονίας. (8) Ὁ δὲ τοιοῦτος ἂν εἴη βίος κρείττων ἢ κατ' ἀνθρώπων· οὐ γὰρ ἦ ἀνθρωπός ἐστιν οὕτω βιωσεται, ἀλλ' ἢ θεῖον τι ἐν αὐτῷ ὑπάρχει· ὅσα δὲ διαφέρει τούτου τοῦ συνθέτου, τοσοῦτω καὶ ἡ ἐνέργεια τῆς κατὰ τὴν ἄλλην ἀρετῆν. Εἰ δὲ θεῖον ὁ νοῦς πρὸς τὸν ἀνθρώπων, καὶ ὁ κατὰ τοῦτον βίος θεῖος πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον. Οὐ χρὴ δὲ κατὰ τοὺς παραινούντας ἀνθρώπινα φρονεῖν ἀνθρώπων ὄντα οὐδὲ θνητὰ τὸν θνητόν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται ἀθανατίζειν καὶ πάντα ποιεῖν πρὸς τὸ βῆν κατὰ τὸ κράτιστον τῶν ἐν αὐτῷ· εἰ γὰρ καὶ τῷ ὄγκῳ μικρόν ἐστι, δυνάμει καὶ τιμιότητι πολὺ μᾶλλον πάντων ὑπερέχει. (9) Δόξειε δ' ἂν καὶ εἶναι ἕκαστος τοῦτο, εἴπερ τὸ κύριον αὐτὸ ἀμεινον' ἄτοπον οὖν γίνοιτ' ἂν, εἰ μὴ τὸν αὐτοῦ βίον αἰροῖτο ἀλλὰ τινος ἄλλου. Τὸ λεχθέν τε πρότερον ἀρμόσει καὶ νῦν· τὸ γὰρ οἰκεῖον ἐκάστω τῇ φύσει κράτιστον καὶ ἥδιστόν ἐστιν ἐκάστω. Καὶ τῷ ἀνθρώπῳ δὲ ὁ κατὰ τὸν νοῦν βίος, εἴπερ τοῦτο μάλιστα ἀνθρώπος. Οὗτος ἄρα καὶ εὐδαιμονέστατος.

nacta. Nihil namque, quod beatum dicatur, imperfectum est. (8) Talis autem vita præstantior fuerit quam humana. Non enim qua homo est, ita vivet; sed qua divinum quiddam ei inest. Quantum porro illud differt a composito, tantum etiam energia hæc præstat ei quæ est aliarum virtutum. Quodsi igitur mens comparata cum homine divinum quiddam est, sane vita quoque quæ secundum mentem agitur, divina erit, respectu humanæ et vulgaris vitæ. Ceterum oportet nos non, ut quidem hortantur, facere, qui aiunt, humana sapere oportere eum, qui homo sit natus; non autem immortalia sectanda esse mortali. Quin potius summa ope nitendum est, ut quantum licet mortalitatis conditioni nos eximamus, omniaque agenda, ut secundum eam partem nostri, quæ melior est, vivamus: hæc enim etsi mole exigua est, facultate tamen et honore longissime ceteris partibus antecellit. (9) Imo vero videri possit quisque nostrum illud esse: si quidem pars ea principatum obtinet ac melior est. Quamobrem absurdum certe foret, aliquid non suam, sed alienam quandam vitam expetere. Atque illud quod diximus, hic etiam valebit: illud quod cuique natura proprium est, optimum quoque eidem ac jucundissimum esse. Ergo homini etiam ea vita, quæ secundum mentem degitur, optima est et jucundissima: si quidem hæc pars maxime homo est. Hæc igitur vita est etiam beatissima.

CAP. VIII.

Δευτέρως δ' ὁ κατὰ τὴν ἄλλην ἀρετῆν· αἱ γὰρ κατ' αὐτὴν ἐνέργειαι ἀνθρωπικαί· δίκαια γὰρ καὶ ἀνδρεία καὶ ἄλλα τὰ κατὰ τὰς ἀρετὰς πρὸς ἀλλήλους πράττομεν ἐν συναλλάγμασι καὶ χρεαίαις καὶ πράξεις παντοίας ἐν τε τοῖς πάθεσι διατηροῦντες τὸ πρέπον ἐκάστω. Ταῦτα δ' εἶναι φαίνεται πάντα ἀνθρωπικὰ. (2) Ἐνια δὲ καὶ συμβαίνειν ἀπὸ τοῦ σώματος δοκεῖ, καὶ πολλὰ συνυκειῶσθαι τοῖς πάθεσιν ἢ τοῦ ἤθους ἀρετῆς. Συνέζευκται δὲ καὶ ἡ φρόνησις τῇ τοῦ ἤθους ἀρετῇ, καὶ αὕτη τῇ φρονήσει, εἴπερ αἱ μὲν τῆς φρονήσεως ἀρχαὶ κατὰ τὰς ἠθικὰς εἰσιν ἀρετὰς, τὸ δ' ὄρθον τῶν ἠθικῶν κατὰ τὴν φρόνησιν. (3) Συνηρηγμένα δ' αὐτὰ καὶ τοῖς πάθεσι περὶ τὸ σύνθετον ἂν εἴεν· αἱ δὲ τοῦ συνθέτου ἀρεταὶ ἀνθρωπικαί. Καὶ ὁ βίος δὲ ὁ κατ' αὐτὰς καὶ ἡ εὐδαιμονία. Ἡ δὲ τοῦ νοῦ κεχωρισμένη· τοσοῦτον γὰρ περὶ αὐτῆς εἰρήσθω· διακριθῆναι γὰρ μείζον τοῦ προκειμένου ἐστίν. (4) Δόξειε δ' ἂν καὶ τῆς ἐκτὸς χορηγίας ἐπὶ μικρόν ἢ ἐπ' ἑλαττον δεῖσθαι τῆς ἠθικῆς· τῶν μὲν γὰρ ἀναγκαίων ἀμφοῖν χρεία καὶ ἐξ ἴσου ἔστω, εἰ καὶ μᾶλλον διαπονεῖ περὶ τὸ σῶμα ὁ πολιτικός, καὶ ὅσα τοιαῦτα· μικρόν γὰρ ἂν τι διαφεροῖ· πρὸς δὲ τὰς ἐνεργείας πολὺ διοίσει. Τῷ μὲν γὰρ ἐλευθερίῳ δεήσει χρημάτων πρὸς τὸ πράττειν τὰ ἐλευθέρια, καὶ τῷ δικαίῳ δὲ εἰς τὰς ἀνταποδόσεις (αἱ γὰρ βουλήσεις ἀδῆλοι, προσποιοῦνται δὲ καὶ οἱ μὴ δίκαιοι βούλεσθαι δικαιοπραγεῖν), τῷ ἀνδρείῳ δὲ δυνάμειως, εἴπερ ἐπιτελεῖ τι τῶν κατὰ τὴν ἀρετῆν, καὶ τῷ σώφρονι ἐξουσίας· πῶς γὰρ δῆλος ἔσται ἢ οὗτος ἢ τῶν ἄλλων τις; (5) Ἀμφισβητεῖται δὲ πότερον κυριώτερον τῆς ἀρετῆς ἢ προαίρεσις ἢ αἱ πράξεις, ὡς ἐν ἀμφοῖν οὕσης. Τὸ δὲ τέλειον ὄηλον ὡς ἐν ἀμφοῖν ἂν εἴη. Πρὸς δὲ τὰς πράξεις πολλῶν δεῖται, καὶ ὅσα ἂν μείζους ὦσι καὶ καλλίους,

Secundo loco beata habenda illa vita, quæ per alias virtutes degitur. Harum namque actiones humanæ sunt. Justitiæ enim et fortitudinis et aliarum virtutum actiones exercemus inter nos in contractibus, necessitatibus, actionibus omnis generis, in perturbationibus item, cuique competens decorum attribuentes: hæc vero omnia videntur humanæ imbecillitatis propria esse. (2) Secundum nonnullâ etiam a corpore videtur proficisci virtus moralis; multisque in rebus eadem videtur conjuncta esse cum perturbationibus. Quin etiam prudentia conjuncta est cum morum virtutibus, et vicissim hæc cum illa; siquidem principia quidem prudentiæ habent se perinde, ut virtutes quæ dicuntur morales: quod autem rectum in moribus est, a prudentia descendit. (3) Porro quum et inter sese hæc sint complicata, et utraque perturbationibus insuper implicata; utique versabuntur in quodam composito. Quæ autem sunt virtutes compositi, vere sunt humanæ. Ergo et vita secundum eas virtutes et beatitudo humana est. Mentis vero beatitudo separata est et quodammodo abstracta. Tantum enim modo de ea dicatur: subtilior namque de his disputatio non est hujus loci. (4) Ad hæc videtur etiam hæc beatitudo externis bonis parum, aut certe longe minus, indigere, quam ethica beatitudo. Etenim rebus ad usum necessariis ponatur ambas egere, et quidem æqualiter egere. Nam si maxime politicus magis laborat circa corpori necessaria, et circa totum hoc genus: id tamen parum momenti habet. At muneris functionem certe quod atinet, multo alia est in politico, quam in contemplatore, honorum externorum ratio. Liberali enim opes ad liberalitatis officia exercenda necessariae sunt; et justo itidem, ad facultatem remunerandi beneficia (nudæ etenim voluntates in obscuro sunt, multique nec justi simulant voluntatem res justas agendi); et forti viro potentia est opus, si quidem effecturus quidpiam sit virtuti suæ conveniens et temperanti facultate peccandi: alioqui sciri non potest, sitne talis, an alius quispiam. (5) Jam ambigitur, utrum ad virtutem plus in consilio et electione, an in actione positum sit, quippe in hisce duobus consistat virtus. Sane id quod perfectum est, ex utroque consistere perspicuum est: ad actiones vero multa requiruntur, et quo sunt majores ac pulchriores, eo plura.

πλειόνων. (6) Τῷ δὲ θεωροῦντι οὐδενὸς τῶν τοιούτων πρὸς γε τὴν ἐνέργειαν χρεῖα, ἀλλ' ὡς εἶπεν καὶ ἐμπόδια ἔστι πρὸς γε τὴν θεωρίαν· ἥ δ' ἀνθρωπός ἐστι καὶ πλείοσι συζῆ, αἰρεῖται τὰ κατ' ἀρετὴν πράττειν· δεήσει καὶ οὖν τῶν τοιούτων πρὸς τὸ ἀνθρωπεύεσθαι. (7) Ἡ δὲ τελεία εὐδαιμονία ὅτι θεωρητικὴ τίς ἐστὶν ἐνέργεια, καὶ ἐντεῦθεν ἂν φανεῖται· τοὺς θεοὺς γὰρ μάλιστα ὑπειλήφαμεν μακαρίους καὶ εὐδαιμονας εἶναι· πράξεις δὲ ποίας ἀπονεῖμαι χρεῶν αὐτοῖς; πότερα τὰς δικαίας, ἢ γελόιοι φανοῦνται συναλλάττοντες καὶ παρακαταθήκας ἀποδιδόντες καὶ ὅσα τοιαῦτα; ἀλλὰ τὰς ἀνδρείους, ὑπομείνοντας τὰ φοβερά καὶ κινδυνεύοντας, ὅτι καλόν; ἢ τὰς ἐλευθερίους; τίνοι δὲ δώσουσιν; ἄτοπον δ' εἶ καὶ ἔσται αὐτοῖς νόμισμα ἢ τι τοιοῦτον. Αἱ δὲ σώφρονες τί ἂν εἶεν; ἢ φορτικὸς δ' ἔπαινος, ὅτι οὐκ ἔχουσι φαύλας ἐπιθυμίας; διεξιούσι δὲ πάντα φαίνονται ἂν τὰ περὶ τὰς πράξεις μικρὰ καὶ ἀνάξια θεῶν. Ἀλλὰ μὴν ζῆν τε πάντες ὑπειλήφασιν αὐτοὺς καὶ ἐνεργεῖν ἄρα· οὐ γὰρ δὴ καθεῦθεν ὡσπερ τὸν Ἐνδυμίωνα. Τῷ δὲ ζῶντι τοῦ πράττειν ἀφαιρουμένον, ἔτι δὲ μᾶλλον τοῦ ποιεῖν, τί λείπεται πλὴν θεωρία; ὥστε ἢ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια, μακαριότητι διαφέρουσα, θεωρητικὴ ἂν εἴη. Καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δὲ ἡ ταύτη συγγενεστάτη εὐδαιμονικωτάτη. (8) Σημείον δὲ καὶ τὸ μὴ μετέχειν τὰ λοιπὰ ζῶντα εὐδαιμονίας, τῆς τοιαύτης ἐνεργείας ἐστέρημένα τελείως. Τοῖς μὲν γὰρ θεοῖς ἅπας ὁ βίος μακάριος, τοῖς δ' ἀνθρώποις, ἐφ' ὅσον ὁμοίωμα τι τῆς τοιαύτης ἐνεργείας ὑπάρχει· τῶν δ' ἄλλων ζῶων οὐδὲν εὐδαιμονεῖ, ἐπειδὴ οὐδαμῆ κοινωνεῖ θεωρίας. Ἐφ' ὅσον δὲ διατείνει ἡ θεωρία, καὶ ἡ εὐδαιμονία, καὶ οἷς μᾶλλον ὑπάρχει τὸ θεωρεῖν, καὶ εὐδαιμονεῖν, οὐ κατὰ συμβεβηκὸς ἀλλὰ κατὰ τὴν θεωρίαν· αὐτὴ γὰρ καθ' αὐτὴν τιμία. Ὥστ' εἴη ἂν ἡ εὐδαιμονία θεωρία τις.

[IX.] (9) Δεήσει δὲ καὶ τῆς ἐκτὸς εὐημερίας ἀνθρώπων ὄντι· οὐ γὰρ αὐτάρκης ἡ φύσις πρὸς τὸ θεωρεῖν, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸ σῶμα υγιαίνειν καὶ τροφὴν καὶ τὴν λοιπὴν θεραπεῖαν ὑπάρχειν. Οὐ μὴν οἴητόν γε πολλῶν καὶ μεγάλων δεήσεσθαι τὸν εὐδαιμονήσοντα, εἰ μὴ ἐνδέχεται ἄνευ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν μακάριον εἶναι· οὐ γὰρ ἐν τῇ ὑπερβολῇ τὸ αὐτάρκης οὐδ' ἡ πρᾶξις· (10) δυνατὸν δὲ καὶ μὴ ἀργοντα γῆς καὶ θαλάττης πράττειν τὰ καλά· καὶ γὰρ ἀπὸ μετρίων δύναται ἂν τις πράττειν κατὰ τὴν ἀρετὴν. Τοῦτο δ' ἔστιν ἰδεῖν ἐναργῶς· οἱ γὰρ ἰδιώται τῶν δυνασῶν οὐχ ἤττον δοκοῦσι τὰ ἐπιεικῆ πράττειν, ἀλλὰ καὶ αἱ μᾶλλον. Ἰκανὸν δὲ τοσαῦθ' ὑπάρχειν· ἔσται γὰρ ὁ βίος εὐδαιμονία τοῦ κατὰ τὴν ἀρετὴν ἐνεργούντος. (11) Καὶ Σόλων δὲ τοὺς εὐδαιμονας ἴσως ἀπεφαίνετο καλῶς, εἰπὼν μετρίως τοῖς ἐκτὸς κεχορηγημένους, πεπραγότας δὲ τὰ κάλλισθ', ὡς ᾤετο, καὶ βεβιωκότας σωφρόνους· ἐνδέχεται γὰρ μέτρια κεκτημένους πράττειν ἃ δεῖ. Ἔοικε δὲ καὶ Ἀναξαγόρας οὐ πλούσιον οὐδὲ δυναστὴν ὑπολαβεῖν τὸν εὐδαιμόνα, εἰπὼν ὅτι οὐκ ἂν θουμάσσειεν εἰ τις ἄτοπος φανεῖται τοῖς πολλοῖς· οὗτο γὰρ κρινούσι τοῖς ἐκτὸς, τοῦτων ἀισθανόμενοι μόνον.

(6) At vero illi qui in contemplatione versatur, nihil talium rerum necessarium est ad suas quidem energias obeundas: quin talia pæne dixerim obsunt potius contemplationi: quamquam interea tamen qua homo est, cumque aliis vitæ societate conjungitur, statuet scilicet etiam, quæ virtuti consentanea sunt, agere; ac proinde indigebit jam dictis rebus, ad humanitatis vitam colendam. (7) Præterea quod perfecta beatitudo contemplativa quædam sit energia, inde etiam perspicuum est, quod deos felicissimos ac beatissimos existimamus. Diis porro qualesnam actiones tribuemus? num justitiæ? at ridiculum est asserere, eos invicem contrahere, depositaque reddere, et his similia virtutis officia colere. An ergo fortitudinis? ut scilicet res formidolosæ subeant, et periculis se obiciant propter virtutem. An liberalitatis? Sed cuiam dabant obsecro? Absurdum vero dictu et illud sit, si statuatur, esse illis nomismata ejusque generis similia alia. At temperantiæ quales erunt? Atqui pinguis fuerit hæc laus, quod careant vitiosis cupiditatibus. Quodsi omnium actionum genera persequamur, abjecta esse deprehenduntur et diis indigna. Atqui nemo non existimat vivere eos et proinde etiam agere aliquid. Non enim certe instar Endymionis dormiendo ceteram eos transigere fingendum est. Viventi igitur si actio adimatur, multoque etiam magis effectio, quid restat aliud quam ut contemplatio ei trihuatur? Quocirca et dei actio, beatitudine illa antecellens, in contemplatione consistat: et vero humanarum actionum illa, quæ huic familiarissima est, maxime beatam vitam constituit. (8) Et vero hujus rei indicium illud quoque, quod bruta, quia non participant cum homine theoreticas actiones ulla ex parte, felicitatis quoque proinde participia minime censentur. Diis enim tota vita beata est; sed hominibus, quatenus talis actionis simulacrum quoddam ipsi quoque habent. Reliquorum vero animalium nullum beate vivit: quoniam omnia ea contemplatione carent. Quam late igitur patet contemplatio, tam longe etiam beatitudo sese extendit: et quibus inest theoria, iidem sunt etiam beatiore. Neque hoc per accidens, sed ex ipsa contemplationis natura. Hæc enim per se est maximi pretii. Ex quo jam intelligi potest, beatitudinem esse contemplationem quandam.

[IX.] (9) Etsi autem opus etiam futurum est beato externorum quoque bonorum copia, quippe qui homo sit (non enim natura hominis in semet ipsa instructa est bonis omnibus ad contemplandum necessariis; sed indiget præterea corpore sano, item victu, et reliquo vitæ cultu): existimare tamen non oportet, quom beatus absque externis bonis esse non possit, idcirco etiam magnis atque affluentibus ipsum indigere; quippe non est in excessu positum quod satis est, sicuti neque usus et actio. (10) Fieri namque potest ut præclaras res etiam illi agant, qui non sunt domini terræ atque maris. Possunt enim etiam mediocritia sufficere ad edendas virtutis actiones. Ejusque rei documentum ex eo capi potest, quod etiam privatos nihilo impeditur videmus res laude dignas agere, quam qui sunt cum potestate; quin etiam expeditus sæpenumero. Satis itaque fuerit tantam copiam suppetere, quantam diximus. Beata namque erit illius vita, qui potest virtutis muneribus fungi. (11) Et fortasse Solon beatos non absurde pronuntiavit illos, qui mediocriter bonis externis instructi essent, et qui vitam exegissent defuncti honestissimis (ut ipsi videbatur) actionibus, in perpetuo cultu temperantiæ. Nihil enim obstat quominus mediocritum facultatum possessoribus in promptu sit honesta facere. Videtur etiam Anaxagoras non divitem aliquem neque potentem existimasse esse virum beatum, quando dixit, minime se mirari, si ineptus homo videatur vulgo. Multitudo enim ex rebus externis ita judicat, quandoquidem has solum percipit. (12) Con-

(12) Συμφωνεῖν δὴ τοῖς λόγοις εἰοκασιν αἱ τῶν σοφῶν δοξαί. Πίστιν μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα ἔχει τινά, τὸ δ' ἀληθές ἐν τοῖς πρακτοῖς ἐκ τῶν ἔργων καὶ τοῦ βίου κρίνεται· ἐν τούτοις γὰρ τὸ κύριον. Σκοπεῖν δὴ τὰ προειρημένα χρὴ ἐπὶ τὰ ἔργα καὶ τὸν βίον ἐπιφέροντας, καὶ συναδόντων μὲν τοῖς ἔργοις ἀποδεκτέον, διαφωνούντων δὲ λόγους ὑποληπτέον. (13) Ὁ δὲ κατὰ νοῦν ἐνεργῶν καὶ τούτων θεραπεύων καὶ διακαίμενος ἀρίστα καὶ θεοφιλέστατος εἰκοιν εἶναι· εἰ γὰρ τις ἐπιμελεια τῶν ἀνθρωπίνων ὑπὸ θεῶν γίνεται, ὥσπερ δοκεῖ, καὶ εἴη ἂν εὐλογον χαίρειν τε αὐτοὺς τῷ ἀρίστῳ καὶ τῷ συγγενεστάτῳ (τούτῳ δ' ἂν εἴη ὁ νοῦς) καὶ τοὺς ἀγαπῶντας μάλιστα ταῦτα καὶ τιμώντας ἀντεποιεῖν ὡς τῶν φίλων αὐτοῖς ἐπιμελουμένους καὶ ὀρθῶς τε καὶ καλῶς πράττοντας. Ὅτι δὲ πάντα ταῦτα τῷ σοφῷ μάλιστ' ὑπάρχει, οὐκ ἀδελόν. Θεοφιλέστατος ἄρα. Τὸν αὐτὸν δ' εἰκὸς καὶ εὐδαιμονεστάτον ὥστε καὶ οὕτως εἴη ὁ σοφὸς μάλιστ' εὐδαίμων.

CAP. IX. [X.]

Ἄρ' οὖν εἰ περὶ τούτων καὶ τῶν ἀρετῶν, ἐτι δὲ καὶ φιλίας καὶ ἡδονῆς ἰκανῶς εἴρηται τοῖς τύποις, τέλος ἔχειν οἰητέον τὴν προαίρεσιν, ἣ καθάπερ λέγεται, οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς πρακτοῖς τέλος τὸ θεωρῆσαι ἕκαστα καὶ γνῶναι, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πράττειν αὐτά; (2) οὐδὲ δὴ περὶ ἀρετῆς ἰκανὸν τὸ εἰδέναι, ἀλλ' ἔχειν καὶ χρῆσθαι πειρατέον, ἢ εἰ πως ἄλλως ἀγαθοὶ γινόμεθα. (3) Εἰ μὲν οὖν ἦσαν οἱ λόγοι αὐτάρκειαι πρὸς τὸ ποιῆσαι ἐπιεικέις, πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους δικαίως ἔφερον κατὰ τὸν Θεόγνιν, καὶ εἶδει ἂν τούτους πορίσασθαι· νῦν δὲ φαίνονται προτρέψασθαι μὲν καὶ παρορμηθεῖν τῶν νέων τοὺς ἐλευθερίου ἰσχύειν, ἡθὸς τ' εὐγενῆς καὶ ὡς ἀληθῶς φιλόκαλον ποιῆσαι ἂν κατοκώχμιον ἐκ τῆς ἀρετῆς, τοὺς δὲ πολλοὺς ἀδυνατεῖν πρὸς καλοκαγαθίαν προτρέψασθαι. (4) οὐ γὰρ περὶ κλασιν αἰδοῖ πειθαρχεῖν ἀλλὰ φόβῳ, οὐδ' ἀπέχεσθαι τῶν φαύλων διὰ τὸ αἰσχρὸν ἀλλὰ διὰ τὰς τιμωρίας· πάθει γὰρ ζῶντες τὰς οἰκείας ἡδονὰς διώκουσι καὶ δι' ὧν αὐταί εἰσονται, φεύγουσι δὲ τὰς ἀντικειμένας λύπας, τοῦ δὲ καλοῦ καὶ ὡς ἀληθῶς ἡδέος οὐδ' ἔννοιαν ἔχουσι, ἀγευστοὶ ὄντες. (5) Τοὺς δὲ τοιούτους τίς ἂν λόγος μεταρρυθμίσει; οὐ γὰρ οἶόν τε ἢ οὐ βῆδιον τὰ ἐκ παλαιοῦ τοῖς ἡθῆσι κατελιγμένα λόγῳ μεταστῆσαι. Ἀγαπητὸν δ' ἴσως ἐστὶν εἰ πάντων ὑπαρχόντων, δι' ὧν ἐπιεικέις δοκοῦμεν γίνεσθαι, μεταλάβοιμεν τῆς ἀρετῆς. (6) Γίνεσθαι δ' ἀγαθοῦς οἴονται οἱ μὲν φύσει, οἱ δ' ἔθει, οἱ δὲ διδασχῇ. Τὸ μὲν οὖν τῆς φύσεως δῆλον ὡς οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχει, ἀλλὰ διὰ τῆς θείας αἰτίας τοῖς ὡς ἀληθῶς εὐτυχέσιν ὑπάρχει· ὁ δὲ λόγος καὶ ἡ διδασχὴ μή ποτ' οὐκ ἐν ἅπασιν ἰσχύη, ἀλλὰ δέη προδιοριγῆσθαι τοῖς ἔθεσι τὴν τοῦ ἀκροατοῦ ψυχὴν πρὸς τὸ καλῶς χαίρειν καὶ μισεῖν, ὥσπερ γῆν τὴν θρέψουσαν τὸ σπέρμα. (7) Οὐ γὰρ ἂν ἀκούσειε λόγου ἀποτρέποντος οὐδ' αὖ συνείη ὁ κατὰ πάθος ζῶν τὸν δ' οὕτως ἔγοντα πῶς οἶόν τε μεταπεῖσαι; ὅλω

guere igitur videntur hisce rationibus etiam sapientum opinionones. Et certe hæc quoque ad fidem faciendam pondus aliquod habent: veritas tamen practicorum dogmatum ex factis et vita judicatur. In his enim vis eorum præcipue spectatur. Superius igitur dicta ita consideranda sunt, ut ad facta atque vitam hominum referantur. His si consentiant, acceptanda; sin dissonent, fabulæ et verba inania existimanda sunt. (13) Qui vero in fungendis vitæ muneribus gerit se consentaneæ menti, et hanc colit et reveretur; et rectissime affectus videtur esse, et eum probabile est deo esse amicissimum. Etenim si dii aliquam curam habent rerum humanarum (ut eos habere certe verisimile est), illud etiam probabile erit, delectari eos parte hominis longe optima sibi que cognatissima (hæc utique mens fuerit), et hanc maxime diligentibus et honorantibus, vicissimque et benefacere his tanquam cultoribus earum rerum, quæ ipsis caræ sunt, et alioqui etiam recte et honeste vitam agentibus. Hæc omnia autem maxime in sapientem cadere, non est obscurum. Igitur hic deo carissimus est: eundemque verisimile est etiam beatissimum esse. Quare vel hæc quoque ratione sapiens erit omnium beatissimus.

Numquid igitur si et de his, et de virtutibus, et de amicitia et de voluptate satis est disputatum, formis eorum omnium universe adumbratis, instituti nostri finem consecuti vide-mur? an potius, sicuti dicitur, in practicis disciplinis non esse finem, cernere ac nosse singula, sed illa agere, (2) sic porro etiam virtutis non sola notio sufficit, sed actionem usum-que accedere oportet, aut aliquid aliud, si quid est tale, cuius ratione boni evadamus? (4) Sane quidem si nihil præter disputationes atque verba requireretur ad bonitatem virtutemque comparandam, magnam ea merito multamque mercedem reportarent secundum Theognidem: oporteret-que hæc sibi quemque parare. Nunc vero ita comparatum est, ut possint illa quidem liberalia ingenia excitare, et bene nata et amantia honestatis ingenia amore virtutis inflammare: at reliquos, qui sunt multo plurimi, non possint ad virtutem impellere. (4) Horum enim natura est, ut non pudore pareant legibus, sed metu; neque a pravis abstineant propter dedecus, sed metu poenarum. Perturbationibus enim quum regantur, sibi notas voluptates sequuntur, et illa, quibus hæc parantur; fugiunt vero contrarias his molestias: vere honestarum autem vereque jucundarum rerum ne cogitationem ipsi ulla subit: utpote quod earum nunquam quidquam gustarint. (5) Tales igitur homines quæ ratio possit corrigere et a vitiiis ad virtutis respectum traducere? nunquam fit enim, aut fit certe difficillime, ut longo tempore inveterati mores oratione extirpentur, bonique consulendum est, si vel omnibus adhibitis, quibus existimamus bonos nos fieri posse, virtutis participes evadamus. (6) Bonos autem fieri putant alii natura, nonnulli consuetudine, quidam doctrina. Quod ad naturæ donum attinet, non est id penes nos, sed divi-na quadam ex causa inest vere felicibus. Ratio autem et doctrina fortasse non satis validæ sunt ad virtutem inducendam causæ: oportetque prius animum auditoris excoli moribus, ut recte gaudere ac dolere possit: non aliter quam terram, quæ profereudi seminis facultatem habitura sit, prius probe excultam esse oportet. (7) Nam qui affectibus ducitur, nunquam auditurus est dehortantem a vitiiis, neque etiam rationem ac præceptorum momenta intelligit. Talis porro habitus in quo est, eum quomodo a proposito suo abducere ullis rationibus valeas? in summa, perturbatio non parat rationi, sed

τ' οὐ δοκεῖ λόγῳ ὑπέικειν τὸ πάθος ἀλλὰ βία. (8) Δεῖ δὴ τὸ ἥθος προὔπαρχειν πως οἰκεῖον τῆς ἀρετῆς, στέργον τὸ καλὸν καὶ δυσχεραίνειν τὸ αἰσχροῦν. Ἐκ νέου δ' ἀγωγῆς ὀρθῆς τυχεῖν πρὸς ἀρετὴν χαλεπὸν μὴ ὑπὸ τοιούτοις τραφέντα νόμοις· τὸ γὰρ συμφρόνως καὶ καρτερικῶς ζῆν οὐχ ἤδὲ τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰς τε καὶ νέοις. Διὸ νόμοις δεῖ τετάχθαι τὴν τροφὴν καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα· οὐκ ἔσται γὰρ λυπηρὰ συνήθη γινόμενα. (9) Οὐχ ἱκανὸν δ' ἴσως νέους ὄντας τροφῆς καὶ ἐπιμελείας τυχεῖν ὀρθῆς, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἀνδρωθέντας δεῖ ἐπιτηδεύειν αὐτὰ καὶ ἐθίζεσθαι, καὶ περὶ ταῦτα δεοίμεθ' ἂν νόμων, καὶ ὄλων δὴ περὶ πάντα τὸν βίον· οἱ γὰρ πολλοὶ ἀνάγκη μᾶλλον ἢ λόγῳ πειθαρχοῦσι καὶ ζημίαις ἢ τῷ καλῷ. (10) Διόπερ οἰονταί τινες τοὺς νομοθετοῦντας δεῖν μὲν παρακαλεῖν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν καὶ προτρέπεσθαι τοῦ καλοῦ χάριν, ὡς ὑπακουσομένων τῶν ἐπεικῶς τοῖς ἔθεσι προηγμένων, ἀπειθοῦσι δὲ καὶ ἀφυστέρους οὐσι κολάσεις τε καὶ τιμωρίας ἐπιτιθέναι, τοὺς δ' ἀνιάτους ὄλων ἐξορίζειν· τὸν μὲν γὰρ ἐπεικῆ καὶ πρὸς τὸ καλὸν ζῶντα τῷ λόγῳ πειθαρχήσῃ, τὸν δὲ φαῦλον ἡδονῆς ὀρεγόμενον λύπη κολάσεσθαι ὥσπερ ὑποζύγιον. Διὸ καὶ φασὶ δεῖν τοιαύτας γίνεσθαι τὰς λύπας αἱ μάλιστα ἐναντιοῦνται ταῖς ἀγαπωμέναις ἡδοναῖς. (11) Εἰ δ' οὖν, καθάπερ εἴρηται, τὸν ἐσόμενον ἀγαθὸν τραφῆναι καλῶς δεῖ καὶ ἐθισθῆναι, εἴθ' οὕτως ἐν ἐπιτηδεύμασιν ἐπεικέσι ζῆν καὶ μὴτ' ἄκοντα μὴθ' ἐκόντα πράττειν τὰ φαῦλα, ταῦτα δὲ γίγναιτ' ἂν βιουμένοις κατὰ τινα νοῦν καὶ τάξιν ὀρθήν, ἔχουσαν ἰσχύν. (12) Ἡ μὲν οὖν πατρικὴ πρόσταξις οὐκ ἔχει τὸ ἰσχυρὸν οὐδὲ τὸ ἀναγκαῖον, οὐδὲ δὴ ὄλων ἢ ἐνὸς ἀνδρός, μὴ βασιλευῶς ὄντος ἢ τινος τοιούτου· ὁ δὲ νόμος ἀναγκαστικὴν ἔχει δύναμιν, λόγος ὢν ἀπὸ τινος φρονήσεως καὶ νοῦ. Καὶ τῶν μὲν ἀνθρώπων ἐχθαίρουσι τοὺς ἐναντιουμένους ταῖς ὀρμαῖς, καὶ ὀρθῶς αὐτὸ ὀρθῶσιν· ὁ δὲ νόμος οὐκ ἔστιν ἐπαχθῆς τάττων τὸ ἐπεικῆς. (13) Ἐν μόνῃ δὲ τῇ Λακεδαιμονίῳ πολεῖ μετ' ὀλίγων ὁ νομοθέτης ἐπιμελείαν δοκεῖ πεποιῆσθαι τροφῆς τε καὶ ἐπιτηδεύμάτων· ἐν δὲ ταῖς πλείοσιν τῶν πόλεων ἐξημελῆται περὶ τῶν τοιούτων, καὶ ζῆ ἕκαστος ὡς βούλεται, κυκλωτικῶς θεμιστεύων παίδων ἢ δ' ἀλόχου. (14) Κράτιστον μὲν οὖν τὸ γίνεσθαι κοινὴν ἐπιμελείαν καὶ ὀρθὴν καὶ δρᾶν αὐτὸ δύνασθαι· κοινῇ δ' ἐξαμελουμένων ἕκαστω δοξείεν ἂν προσήκειν τοῖς σφετέρους τέκνοις καὶ φίλοις εἰς ἀρετὴν συμβάλλεσθαι, ἢ προαιρεῖσθαι γε. Μάλιστα δ' ἂν τοῦτο δύνασθαι δοξείεν ἐκ τῶν εἰρημένων νομοθετικῶς γινόμενων· αἱ μὲν γὰρ κοιναὶ ἐπιμελείαι ὀφλοῦν ὅτι διὰ νόμων γίνονται, ἐπεικεῖς δ' αἱ διὰ τῶν σπουδαίων. Γεγραμμένων δ' ἢ ἀγράφων, οὐδὲν ἂν δοξείε διαφέρειν, οὐδὲ δι' ὧν εἷς ἢ πολλοὶ παιδευθήσονται, ὥσπερ οὐδ' ἐπὶ μουσικῆς καὶ γυμναστικῆς καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδεύμάτων. Ὡσπερ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐνισχύει τὰ νόμιμα καὶ τὰ ἔθη, οὕτω καὶ ἐν οἰκίαις οἱ πατρικοὶ λόγοι καὶ τὰ ἔθη, καὶ ἔτι μᾶλλον διὰ τὴν συγγένειαν καὶ τὰς εὐεργεσίας· προὔπαρχοι γὰρ στέργοντες καὶ εὐπει-

vi coercenda est. (8) Quocirca moribus accommodatis virtuti imbuendus animus prius est; iis, inquam, moribus, quibus amplectatur honestum, et turpitudinem aversetur. A teneris porro rectam ad virtutem institutionem adipisci difficile est, nisi quis illic, ubi sub huiusmodi legibus vivitur, fuerit educatus; temperanter enim et patienter vivere, insuave est vulgo hominum, praesertim juvenibus. Ideoque educationem et exercitationes legibus ordinatas esse necesse est. Usu enim et consuetudine id assequentur, ut talia sint eis minime molesta. (9) Ac fortasse non satis est pueros recte educari: sed, quod adultos etiam oporteat exerceri et corroborari in iis quae didicerunt; quum ob haec, tum praeterea per totam adeo vitam legum opus est adminiculis. Vulgus namque hominum necessitati potius pareat, quam rationibus et verbis, item damnis et penis potius, quam pulchro et honesto. (10) Proinde sunt qui existunt, legumatores primum quidem oportere homines ad virtutem cohortari atque impellere argumento honesti: quo sit futurum ut boni viri praecipue obtemperent ad id faciendum assuefacti: inobedientibus deinde et natura ineptis ad virtutem, animadversiones et poenas esse constituendas; insanabiles vero penitus exterminandos. Virum enim bonum et virtuti consentaneam vitam amplectentem, verbis obtemperaturum; malum vero voluptatis cupidum dolore veluti iumentum coercitum iri. Quocirca iidem et hoc censent, dolorem illum debere ejusmodi esse, ut maxime sit voluptatibus, quibus isti capiuntur, contrarius. (11) Jam si, ut dictum est, qui sit vir bonus futurus, eum oportet bene educatum esse, bonisque moribus imbutum; si item rectae vitae studii sedulo esse occupatum; si praeterea neque sponte neque invite ad suscipiendum flagitium prolabi: haec contingere illis solum possint, qui mentem aliquam atque ordinem sequuntur praescriptum cum aliquo auctoritate cogendi. (12) Patriae quidem potestati non inest haec vis aut necessitas, neque omnino viri unius praecipio ullius, nisi rex ille fuerit, aut regi similis quispiam. Lex vero habet vim ad cogendum valentem, quum sit ratio a prudentia et mente profecta. Praeterea homines quidem illos, qui cupiditatibus ipsorum (quantumvis id recte fiat) resistunt, graviter odisse solent: lex autem quae ordinat quod aequum est, gravis esse non solet. (13) In sola autem Laconum civitate paululum videtur legumlator rationem habuisse educationis et studiorum: in longe plurimis autem civitatibus haec neglecta sunt, ubi vivit quisque pro libidine, Cycloppum more liberis et uxori imperando. (14) Sane consultissimum est ut communiter hujus rei procuratio suscipiatur, eaque recta; atque ut ea perfici quoque possit. Ceterum quum publice ratio ea negligatur, existimari scilicet possit, uniuscujusque privatim esse, ut liberis atque amicis suis ad virtutem consequendam adjumentum hac in parte afferat, aut afferre certe velit. Porro ut praestare istud possit aliquis, oportet ipsum scientia ferendarum legum pollere, idque ex iis, quae proposita sunt, intelligitur. Quippe institutiones quidem publicas planum est per leges fieri, et quidem bonas, quae ex bonis legibus fiunt. Neque refert, scriptae sint, necne: ut neque illud refert, utrum iisdem privatim instituatur singuli, an publice multi, sicut nec in musica et gymnastica et in ceteris disciplinis. Ut enim in civitatibus leges et instituta valent, ita in privatis domibus verba moresque paterni: et quidem magis valent, quum propter cognationem, tum ob varia in filios collata beneficia. Parentes enim filii per naturam jam ante et diligunt et eorundem auctoritate facile moventur.

θεῖς τῇ φύσει. (15) Ἐτι δὲ καὶ διαφέρουσιν αἱ καθ' ἕκαστον παιδεῖαι τῶν κοινῶν, ὥσπερ ἐπὶ ἰατρικῆς· καθόλου μὲν γὰρ τῷ πυρετῶντι συμφέρει ἡσυχία καὶ ἀσπασία, τινὲ δ' ἰσως οὐ, ὃ τε πυκτικὸς ἰσως οὐ πᾶσι τὴν αὐτὴν μάχην περιτίθησιν. Ἐξακριβοῦσθαι δὲ δόξειεν ἂν μᾶλλον τὸ καθ' ἕκαστον ἰδίᾳ τῆς ἐπιμελείας γινομένης· μᾶλλον γὰρ τοῦ προσφόρου τυγγάνει ἕκαστος. Ἄλλ' ἐπιμεληθεῖν μὲν ἀρίστα καθ' ἕν καὶ ἰατρὸς καὶ γυμναστῆς καὶ πᾶς ἄλλος ὁ τὸ καθόλου εἰδώς, 10 οὐ πᾶσιν ἢ τοῖς τοιοῦσι δὲ τοῦ κοινοῦ γὰρ αἱ ἐπιστήμαι λέγονται τε καὶ εἰσίν. (16) Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἑνός τινος οὐδὲν ἰσως κωλύει καλῶς ἐπιμεληθῆναι καὶ ἀνεπιστήμονα ὄντα, τεθεχμένον δ' ἀκριβῶς τὰ συμβαίνοντα ἐπ' ἑκάστῳ δι' ἐμπειρίαν, καθάπερ καὶ ἰατροὶ ἔνοι δο- 15 κούσιν ἑαυτῶν ἀριστοὶ εἶναι, ἐτέρῳ οὐδὲν ἂν δυνάμενοι ἐπαρκέσαι. Οὐδὲν δ' ἤττον ἰσως τῷ γε βουλομένῳ τεχνικῶ γενέσθαι καὶ θεωρητικῶ ἐπὶ τὸ καθόλου βραδυστέον εἶναι δόξειεν ἂν, κάκεινο γνωριστεόν ὡς ἐνδέχεται· εἰρηται γὰρ οὐτὶ περι τοῦθ' αἱ ἐπιστήμαι. (17) Ἰάχα 20 δὲ καὶ τῷ βουλομένῳ δι' ἐπιμελείας βελτίους ποιεῖν, εἴτε πολλοὺς εἴτ' ὀλίγους, νομοθετικῶ πειρατέον γενέσθαι, εἰ διὰ νόμων ἀγαθοὶ γινοίμεθ' ἂν. Ὅντινα γὰρ οὐκ αὖν καὶ τὸν προτεθέντα διαθεῖναι καλῶς οὐκ ἔστι τοῦ τυγχόντος, ἀλλ' εἴπερ τινός, τοῦ εἰδότες, ὥσπερ 25 ἐπ' ἰατρικῆς καὶ τῶν λοιπῶν ὧν ἔστιν ἐπιμελεία τις καὶ φρόνησις. (18) Ἄρ' οὐκ μετὰ τοῦτο ἐπισκεπτέον πόθεν ἢ πῶς νομοθετικὸς γένοιτ' ἂν τις, ἢ καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, παρὰ τῶν πολιτικῶν; μόριον γὰρ ἐδόκει τῆς πολιτικῆς εἶναι. Ἡ οὐχ ὁμοιον φαίνεται ἐπὶ τῆς 30 πολιτικῆς καὶ τῶν λοιπῶν ἐπιστημῶν τε καὶ δυνάμεων; ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἄλλοις οἱ αὐτοὶ φαίνονται τὰς τε δυνάμεις παραδιδόντες καὶ ἐνεργούντες ἀπ' αὐτῶν, ὡς ἰατροὶ καὶ γραφεῖς· τὰ δὲ πολιτικὰ ἐπαγγέλλονται μὲν διδάσκειν οἱ σοφισταί, πράττει δ' αὐτῶν οὐδεὶς, ἀλλ' οἱ 35 πολιτευόμενοι, οἱ δόξαιεν ἂν δυνάμει τινὲ τοῦτο πράττειν καὶ ἐμπειρία μᾶλλον ἢ διανοία· οὔτε γὰρ γράφοντες οὔτε λέγοντες περὶ τῶν τοιούτων φαίνονται (καίτοι κάλλιον ἦν ἰσως ἢ λόγους δικανικούς τε καὶ δημηγορικούς), οὐδ' αὖ πολιτικούς πεποιηκότας τοὺς 40 σφετέρους υἱεῖς ἢ τινὰς ἄλλους τῶν φίλων. (19) Εὐλόγον δ' ἦν, εἴπερ ἐδύναντο· οὔτε γὰρ ταῖς πόλεσιν ἄμεινον οὐδὲν κατέλιπον ἂν, οὐδ' αὐτοῖς ὑπάρξαι προέλοιπ' ἂν μᾶλλον τῆς τοιαύτης δυνάμεως, οὐδὲ δὲ τοῖς φιλόδοξοις. Οὐ μὴν μικρόν γε εἴκειν ἢ ἐμπειρία συμ- 45 βάλλεσθαι· οὐδὲ γὰρ ἐγίγνοντ' ἂν διὰ τῆς πολιτικῆς συνθηθείας πολιτικοί· διὸ τοῖς ἐπιμετέροις περὶ πολιτικῆς εἰδέσθαι προσδεῖν εἴκειν ἐμπειρίας. (20) Τῶν δὲ σοφιστῶν οἱ ἐπαγγελλόμενοι λίαν φαίνονται πόρρω εἶναι τοῦ διδάξαι· ὅπως γὰρ οὐδὲ ποῖόν τι ἔστιν ἢ περὶ ποῖα 50 ἴσασιν οὐ γὰρ ἂν τὴν αὐτὴν τῆ ἐρητορικῆ οὐδὲ χεῖρω ἐτίθεσαν, οὐδ' ἂν ὧντο βράδιον εἶναι τὸ νομοθετῆσαι συναγαγόντι τοὺς εὐδοκιμοῦντας τῶν νόμων· ἐκλέξασθαι γὰρ εἶναι τοὺς ἀρίστους, ὥσπερ οὐδὲ τὴν ἐκλογὴν οὐσαν συνέσεως καὶ τὸ χρῆναι ὀρθῶς μέγιστον, ὥσπερ ἐν

ARISTOTELES. II.

(15) Est vero et aliud, quo privata institutio differt a publica, illo scilicet, quod de artis medicæ comparatione intelligitur. Universe namque febricitanti prodest inedia et quies: sed huic aut illi forsans obest. Item pugil non omnes discipulos eodem genere pugnæ exercet. Exactius videtur porro effici aliquid singulare, in quod specialiter incumbitur; illa namque magis unaquæque res consequitur illud quod ipsi convenit. Veruntamen et medicus, et gymnastes et quisvis alius melius curabit singulos, intelligens quidem universe prosit vel omnibus vel huic aut illi: scientiæ enim et dicuntur esse et sunt universalium. (16) Veruntamen nihil fortasse obstat quominus uni alicui recte consulat is qui inscius quidem sit; ceterum qui experiendo accurate perspexerit illa quæ singulatim uni illi eveniunt, perinde ut et medici nonnulli videntur sibi ipsis peritissime consulere, quum alteri optulari nequeant. Sed nihilominus tamen si velit artificis ac scientis nomen tueri, ad universalium theorematum considerationem progrediendum est, eorumque, quantum conceditur, gnarum esse oportet. Nam, ut dictum est, scientia circa universalia versatur. (17) Fortasse vero etiam conanti aliquos sive paucos sive plures institutione meliores reddere, danda erit opera, ut habitu hoc nomothetico sese instruat, si quidem facultas inest legibus ea, ut ab iis meliores cives efficiantur. Quippe non cujuslibet est, oblatum alicui recte instituire: sed, si alicujus illud est, tantum illius est quem vocamus scientem; sicut in medicina et aliis artibus, quæ constant diligentia et prudentia, contingit. (18) Numquid igitur deinceps videndum, unde et quomodo facultas illa nomothetica paranda sit? an, inquam, ex illis discenda, qui perhibentur politici, sicut accidit in aliis disciplinis? conficiatur enim in nomothetica politicae partem quandam esse. An potius diversa ratio sit politicæ et aliarum scientiarum ac facultatum? nam in ceteris quidem videmus eosdem scientias ac facultates et tradere et exercere, juxta ejusdem artis decreta, ut medicos et pictores: doctrinam vero rerum civilium profitentur quidem illam ii qui vocantur sophistæ, administrat vero rempublicam nemo illorum, sed ii modo qui versantur in republica, qui existimari possint facultate potius quadam id agere et experientia atque usu, quam scientia aut artis lege. Non enim comperiantur vel scribere vel disserere de ratione regendi rem communem, quum utique multo præclarior esset de hac re præcepta dare, quam forensibus concionibus et orationibus scribendis occupari. Non etiam unquam comperitum est, quod vel filios suos vel ullos alios ex amicis suis effecerint politici viros: (19) quod utique eos facturos fuisse, si potuissent, probabile est. Nihil enim hac facultate melius civitatibus reliquissent; nihil item nec sibi ipsis neque sane amicis etiam suis potius contingere vellent aut studerent. Haud parum tamen etiam usus et experientia confert ad hanc rem. Alioqui enim non efficerentur homines aptiores societatum rectores usu politico. Quamobrem videtur politicae scientiæ cupido, consuetudine agendi insuper opus esse. (20) Jam vero ex sophistis ii qui politicam se docturos profitentur, longissime ab eo præstando absunt quod promittunt. In universum enim illi, quidnam ista scientia sit, aut quibus in rebus occupetur, ignorant. Alioqui enim non dicent modo, esse eam idem cum rhetorica, modo, aliquid ea deterius: non item opinarentur leges concidere facile esse ei qui optimas leges collegerit, quod scilicet inde præcipue conducibiles desumere liceat: quasi vero ipsa electio non sit intelligentiæ res magnæ; quasi item recte de hujusmodi rebus judicare

τοῖς κατὰ μουσικήν· οἱ γὰρ ἔμπειροι περὶ ἕκαστα κρί-
 νουσιν ὀρθῶς τὰ ἔργα, καὶ δι' ὧν ἡ πῶς ἐπιτελεῖται
 συνιᾶσιν, καὶ ποῖα ποίους συνᾶδει· τοῖς δ' ἀπείροις
 5 ἀγαπητὸν τὸ μὴ διαλανθάνειν εἰ εἴ ἢ κακῶς πεποιήται
 τὸ ἔργον, ὡσπερ ἐπὶ γραφικῆς. Οἱ δὲ νόμοι τῆς πολι-
 τικῆς ἔργοις εἰκόασιν· πῶς οὖν ἐκ τούτων νομοθετικὸς
 γένοιτ' ἂν τις, ἢ τοὺς ἀρίστους κρίναι; (21) οὐ γὰρ φαί-
 νονται οὐδ' ἰατρικοὶ ἐκ τῶν συγγραμμάτων γίνεσθαι·
 10 καίτοι πειρῶνται γε λέγειν οὐ μόνον τὰ θεραπεύματα,
 ἀλλὰ καὶ ὡς ἰαθεῖν ἂν καὶ ὡς δεῖ θεραπεύειν ἕκαστους,
 διελεύμενοι τὰς ἕξεις. Ταῦτα δὲ τοῖς μὲν ἔμπειροις
 ὠφέλιμα εἶναι δοκεῖ, τοῖς δ' ἀνεπιστήμοσι ἀχρεῖα.
 Ἴσως οὖν καὶ τῶν νόμων καὶ τῶν πολιτειῶν αἱ συνα-
 15 γωγαὶ τοῖς μὲν δυναμένοις θεωρῆσαι καὶ κρίναι τί κα-
 λῶς ἢ τούναντίον καὶ ποῖα ποίους ἀρμόττει, εὐχρηστ'
 ἂν εἴη· τοῖς δ' ἀνευ ἕξεως τὰ τοιαῦτα διεξιοῦσι τὸ μὲν
 κρίνειν καλῶς οὐκ ἂν ὑπάρχοι, εἰ μὴ ἄρα αὐτόματον,
 εὐσυνετώτεροι δ' εἰς ταῦτα τάχ' ἂν γένοιτο. (22) Πα-
 20 ραλιπόντων οὖν τῶν προτέρων ἀνερεύνητον τὸ περὶ τῆς
 νομοθεσίας, αὐτοὺς ἐπισκέψασθαι μᾶλλον βέλτιον ἴσως,
 καὶ δλωσὶ δὴ περὶ πολιτείας, θπῶς εἰς δύναμιν ἢ περὶ
 τὰ ἀνθρώπινα φιλοσοφία τελειωθῆ. (23) Πρῶτον μὲν
 οὖν εἴ τι κατὰ μέρος εἴρηται καλῶς ὑπὸ τῶν προγεγε-
 25 στέρων πειραθῶμεν ἐπελθεῖν, εἶτα ἐκ τῶν συνηγμένων
 πολιτειῶν θεωρῆσαι τὰ ποῖα σώζει καὶ φθείρει τὰς
 πόλεις καὶ τὰ ποῖα ἕκαστας τῶν πολιτειῶν, καὶ διὰ
 τίνας αἰτίας αἱ μὲν καλῶς αἱ δὲ τούναντίον πολιτεύον-
 30 ται· θεωρηθέντων γὰρ τούτων τάχ' ἂν μᾶλλον συνί-
 δοιμεν καὶ ποῖα πολιτεία ἀρίστη, καὶ πῶς ἕκαστη τα-
 χθεῖσα, καὶ τίσι νόμοις καὶ ἔθεσι χρωσμένη. Λέγωμεν
 οὖν ἀρχάμενοι.

non sit opus longe maximum, sicut de musicis intelligitur.
 Periti enim illius quodcumque opus ejus artis recte dijudi-
 cant, et insuper per quæ quibusque modis efficiantur, quæ
 debent effici, tenent : sciunt item, quæ quibusque con-
 gruunt. Imperitis vero boni satis est, si judicare norint,
 rectumne, an pravum opus sit; ut fit in pictura. Leges
 porro videntur esse opera quædam civilis facultatis. Tales
 ergo quum sint isti sophistæ, quomodo, quæso, ipsorum
 opera potest efficere virum politicum? (21) Sane vero lectio
 commentariorum nunquam efficit medicos, quantumvis
 commemorare tradereque conantur curationum genera,
 itemque rationem et modum curandi, insuper et quomodo
 medicina sit facienda, de cujuslibet corporis habitudine
 distincte disserendo. Quod quidem videtur peritis prodesse,
 inutilia vero esse scientia destitutis. Similiter fortasse le-
 gum ac rerumpublicarum formæ collectæ, peritis ac diju-
 dicare valentibus, quid recte aut secus habeat, item quæ
 quibus apta sint, aliquid proderunt : tali vero facultate
 destitutis nunquam continget ut recte dijudicare possint
 leges, nisi forte casu et temere. Interim ad hoc tamen for-
 tasse conferent tales collectiones, ut, si aliquando ad rein-
 publicam accesserint, ea facilius apprehendant. (22) Quum
 igitur veteres legum ferendarum rationem non tradide-
 rint, non abs re fuerit fortasse, nos ipsos de ea re, et
 de omni adeo reipublicæ forma attentius commentari,
 ut, quantum in nobis est, philosophiæ pars ea, quæ pertinet
 ad res humanas, perfecta sit. (23) Conabimur ergo, si
 quid hac de re singulatim recte dictum est a prioribus, id
 persequi : deinde ex collectis undique rerumpublicarum
 formis videre quid singulis societatibus interitum attrahat,
 quid salutem iisdem pariat : denique quibus de causis aliæ
 civitates bene, aliæ male administrantur, attendere. His
 enim omnibus discussis, fortasse rectius cognoverimus,
 quanam forma reipublicæ sit optima, et quibus institutis,
 legibus ac moribus utentes maxime floreat. Exordiamur
 igitur de his dicere.

(1181, 1182)

CAP. I.

Ἐπειδὴ προαιρούμεθα λέγειν ὑπὲρ ἠθικῶν, πρῶτον ἂν εἴη σκοπεῖον τίνας ἐστὶ μέρος τὸ ἦθος. Ὡς μὲν οὖν συντόμως εἰπεῖν, δοκεῖ οὐκ ἄλλης ἢ τῆς πολιτικῆς εἶναι μέρος. Ἔστι γὰρ οὐθὲν ἐν τοῖς πολιτικοῖς δυνατὸν πρᾶξαι ἄνευ τοῦ ποῖόν τινα εἶναι, λέγω δ' οἷον σπουδαῖον. Τὸ δὲ σπουδαῖον εἶναι ἐστὶ τὸ τὰς ἀρετὰς ἔχειν. (2) Δεῖ ἄρα, εἴ τις μέλλει ἐν τοῖς πολιτικοῖς πρακτικὸς εἶναι, τὸ ἦθος εἶναι σπουδαῖος. (3) Μέρος ἐστὶν ἄρα, ὡς εἴκειν, καὶ ἀρχὴ ἡ περὶ τὰ ἦθη πραγματεία τῆς πολιτικῆς. Τὸ δ' ὅλον καὶ τὴν ἐπωνυμίαν δικαίως δοκεῖ ἂν μοι ἔχειν ἢ πραγματεία οὐκ ἠθικὴν ἀλλὰ πολιτικὴν. (4) Δεῖ ἄρα, ὡς εἴκειν, πρῶτον ὑπὲρ ἀρετῆς εἰπεῖν, τί τ' ἐστὶ καὶ ἐκ τίνων γίνεται. Οὐθὲν γὰρ ἴσως ὄφελος εἰδέναι μὲν τὴν ἀρετὴν, πῶς

15 δ' ἐστὶ καὶ ἐκ τίνων μὴ ἐπαίειν. Οὐ γὰρ μόνον ὅπως εἰδήσομεν τί ἐστὶ σκοπεῖσθαι δεῖ, ἀλλὰ καὶ ἐκ τίνων ἐστὶ σκέψασθαι. Ἄμα γὰρ εἰδῆσαι βουλόμεθα καὶ αὐτοὶ εἶναι τοιοῦτοι· τοῦτο δ' οὐ δυνατόμεθα, ἐὰν μὴ εἰδῶμεν καὶ ἐκ τίνων καὶ πῶς ἐστὶ. (5) Ἀναγκαῖον

20 μὲν οὖν εἰδῆσαι τί ἐστὶν ἀρετὴ· οὐ γὰρ βράδιον εἰδέναι τὸ ἐκ τίνων ἐστὶ καὶ πῶς ἐστὶ, ἀγνοοῦντα τὸ τί ἐστὶν, ὥσπερ οὐδ' ἐπὶ τῶν ἐπιστημῶν. Οὐ δεῖ δὲ λαθάνειν οὐδ' εἰ τινες πρότερον ὑπὲρ τούτων εἰρήκασιν. (6) Πρῶτος μὲν οὖν ἐνεχείρησε Πυθαγόρας περὶ ἀρετῆς εἰπεῖν,

25 οὐκ ὀρθῶς δέ· τὰς γὰρ ἀρετὰς εἰς τοὺς ἀριθμοὺς ἀνάγων οὐκ οἰκείαν τῶν ἀρετῶν τὴν θεωρίαν ἐποιεῖτο· οὐ γὰρ ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη ἀριθμὸς ἰσάκεις ἴσος. (7) Μετὰ τούτων Σωκράτης ἐπιγενομένος βέλτιον καὶ ἐπὶ πλείον εἶπεν ὑπὲρ τούτων, οὐκ ὀρθῶς δὲ οὐδ' οὔτος. Τὰς γὰρ

30 ἀρετὰς ἐπιστήμας ἐποίησε, τοῦτο δ' ἐστὶν εἶναι ἀδύνατον. Αἱ γὰρ ἐπιστήμαι πᾶσαι μετὰ λόγου, λόγος δὲ ἐν τῷ διανοητικῷ τῆς ψυχῆς ἐγγίνεται μορίῳ. Γίνονται οὖν αἱ ἀρεταὶ πᾶσαι κατ' αὐτὸν ἐν τῷ λογιστικῷ τῆς ψυχῆς μορίῳ. Συμβαίνει οὖν αὐτῷ ἐπιστήμας ποιῶντι τὰς

35 ἀρετὰς ἀναίρειν τὸ ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς, τοῦτο δὲ ποιῶν ἀναίρει καὶ πάθος καὶ ἦθος· διὸ οὐκ ὀρθῶς ἤφατο ταύτη τῶν ἀρετῶν. (8) Μετὰ ταῦτα δὲ Πλάτων διελέτεο τὴν ψυχὴν εἰς τε τὸ λόγον ἔχον καὶ εἰς τὸ

Quoniam de moribus agere propositum nobis est, primum illud videndum cujusnam scientiæ vel artis pars sint mores, sive moralis hæc disciplina. Ut igitur paucis absolvam, non alius videtur pars esse quam Civilis. Civilibus autem in rebus absque eo ut sit aliquis talis vel certo modo affectus, effici nihil potest: puta, ut sit honestus. Esse autem honestum, idem est quod virtutes habere. (2) Oportet igitur, si quis secundum Politices sive civilis scientiæ præcepta agere velit, eum moribus probis esse. (3) Itaque, ut apparet, Politices pars est ac principium tractatio de moribus: ut in totum jure mihi videatur omnis hæc disputatio non ethica, sed politica appellanda. (4) Necessè est itaque (ut videre est) de virtute primum dicere, et quid sit, et ex quibus signatur. Inutile enim fero fuerit, virtutem quidem nosse, quomodo autem et ex quibus paretur, non intelligere. Non enim de virtute, tantum ut sciamus quid sit, est quaerendum; sed illud quoque investigandum, quibus rationibus paretur. Utrumque enim volumus, et rem nosse, et ipsi tales fieri. Hoc autem non poterimus, nisi sciamus et ex quibus, et quomodo fiat. (5) Scire igitur quid sit virtus, necesse est: siquidem et ex quibus sit, et quomodo, scitu haudquaquam facile est ignorantibus quid sit, quemadmodum in scientiis. Verum ne latere quidem nos oportet, si qui de his prius disseruerit. (6) Primum igitur Pythagoras de virtute dicere aggressus est; sed non recte: virtutes siquidem ad numeros referens, non convenientem virtutibus inquirendi rationem inivit. Neque enim justitia est numerus pariter par (constitutus ex duobus paribus numeris, quorum alter per alterum fuerit multiplicatus). (7) Huic succedens Socrates de hac re melius et copiosius disseruit, sed ne ipse quidem recte: quoniam virtutes scientias effliciebat: quod fieri nullo modo potest. Cunctæ siquidem scientiæ sunt cum ratione: atqui ratio in sola animæ parte gignitur, qua cogitamus. Quocirca virtutes omnes in animæ parte rationali sint, necesse est. Evenit itaque, ut qui virtutes scientias faciat, irrationalem animæ partem exstinguat: quod faciens, et affectum et moralem indolem perimit. Quamobrem non recte hac in parte disputationem de virtute instituit. (8) Postea demum Plato animam in partem quæ teneret rationem, et in eam quæ

ἀλογον ὀρθῶς, καὶ ἀπέδωκεν ἐκάστου ἀρετὰς προση-
 κούσας. Μέχρι μὲν οὖν τούτου καλῶς, μετὰ μέντοι
 τοῦτο οὐκέτι ὀρθῶς· τὴν γὰρ ἀρετὴν κατέμιζεν εἰς τὴν
 πραγματείαν τὴν ὑπὲρ τάγαθου, οὐ δὴ ὀρθῶς· οὐ γὰρ
 οἰκείον. Ὑπὲρ γὰρ τῶν ὄντων καὶ ἀληθείας λέγοντα
 οὐκ ἔδει ὑπὲρ ἀρετῆς φράζειν· οὐδὲν γὰρ τούτῳ κα-
 κείνῳ κοινόν. (9) Οὗτοι μὲν οὖν ἐπὶ τοσοῦτον ἐφῆψαντο
 καὶ οὕτως, ἐχόμενον δ' ἂν εἶη μετὰ ταῦτα σκέψασθαι
 τί δεῖ αὐτοὺς λέγειν ὑπὲρ τούτων. Πρῶτον μὲν οὖν
 10 ἰδεῖν δεῖ ὅτι πάσης ἐπιστήμης καὶ δυνάμεως ἐστὶ τι
 τέλος, καὶ τοῦτ' ἀγαθόν· οὐδεμία γὰρ οὐτ' ἐπιστήμη
 οὔτε δυνάμις ἐνεκεν κακοῦ ἐστίν. (10) Εἰ οὖν πασῶν
 τῶν δυνάμεων ἀγαθόν τὸ τέλος, ὅθλον ὡς καὶ τῆς βελ-
 τίστης βέλτιστον ἂν εἴη. Ἀλλὰ μὴν ἥ γε πολιτικὴ
 15 βελτίστη δυνάμις, ὥστε τὸ τέλος αὐτῆς ἂν εἴη ἀγαθόν.
 Ὑπὲρ ἀγαθοῦ ἄρα, ὡς εἶπεν, ἡμῖν λεκτέον, καὶ ὑπὲρ
 ἀγαθοῦ οὐ τοῦ ἀπλῶς ἀλλὰ τοῦ ἡμῖν· οὐ γὰρ τοῦ θεῖου
 ἀγαθοῦ· ἀλλ' ὑπὲρ μὲν τούτου καὶ ἄλλος λόγος καὶ ἀλ-
 λοτριὰ ἡ σκέψις. (11) Ὑπὲρ τοῦ πολιτικοῦ ἄρα ἀγαθοῦ
 20 ἡμῖν λεκτέον. Πάλιν δὲ καὶ τοῦτο διελεῖν δεῖ· ὑπὲρ
 ἀγαθοῦ τοῦ πῶς λεγόμενου; οὐ γὰρ ἐστὶν ἀπλόον. Λέ-
 γεται γὰρ ἀγαθόν ἢ τὸ ἀριστον ἐν ἐκάστῳ τῶν ὄντων,
 τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ διὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν αἰρετόν, ἢ οὐ τᾶλλα
 μετὰσχόντα ἀγαθὰ ἐστίν, τοῦτο δ' ἐστὶν ἢ ἰδέα τάγαθου.
 25 (12) Πότερον οὖν ὑπὲρ τῆς ἰδέας τάγαθου δεῖ, ἢ οὐ, ἀλλ'
 ὡς τὸ κοινὸν ἐν ἅπασιν ὑπάρχον ἀγαθόν; ἕτερον γὰρ τῆς
 ἰδέας τοῦτο δοξοῖεν ἂν εἶναι· ἢ μὲν γὰρ ἰδέα χωριστὸν
 καὶ αὐτὸ καθ' αὐτό, τὸ δὲ κοινὸν ἐν ἅπασιν ὑπάρχει. Οὐκ
 ἐστὶ δὲ ταῦτόν τῳ χωριστῳ· οὐ γὰρ ἂν ποτε τὸ χωριστὸν
 30 καὶ τὸ πεφυκὸς αὐτὸ καθ' αὐτό εἶναι ἐν πᾶσιν ὑπάρχοι.
 (13) Πότερον οὖν ὑπὲρ τούτου δεῖ λέγειν τάγαθου τοῦ
 ἐνυπάρχοντος ἢ οὐ; διὰ τί; ὅτι τοῦτο ἐστὶ μὲν τὸ κοινόν,
 ὡς ὁ ὀρισμὸς καὶ ἡ ἐπαγωγὴ. Ὁ δὲ ὀρισμὸς βούλεται
 τὴν ἐκάστου οὐσίαν λέγειν, ἥτοι ὅτι ἀγαθόν ἢ ὅτι κακόν
 35 ἢ ὅτι ἂν ἄλλο ἢ. Λέγει δ' ὁ ὄρος ὅτι τὸ τοιονδ' ἀγα-
 θὸν καθόλου, ὃ ἂν ἢ αὐτὸ δι' αὐτὸ αἰρετόν. Τὸ δὲ ἐν
 ἅπασιν ἐνυπάρχον ὅμοιον τῳ ὄρω ἐστίν. (14) Ὁ δὲ
 ὄρος λέγει ὅτι ἀγαθόν· ἐπιστήμη δὲ γε οὐδὲ δῦ-
 ναμὶς οὐδεμία λέγει ὑπὲρ τοῦ τέλους τοῦ αὐτῆς ὅτι
 40 ἀγαθόν. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἄλλης δυνάμεως ἐστὶ θεω-
 ρῆσαι. Οὔτε γὰρ ὁ ἱατρὸς οὔτε ὁ οἰκοδόμος λέγει ὅτι
 ἀγαθὸν ἢ υγιεῖα οὐδὲ ἡ οἰκία, ἀλλ' ὅτι ὁ μὲν υγιεῖαν
 ποιεῖ, καὶ ὡς ποιεῖ, ὃ δ' οἰκίαν. (15) Δῆλον τοίνυν
 ὅτι οὐδὲ τῇ πολιτικῇ ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ λεκτέον τοῦ κοι-
 45 νοῦ· μία γὰρ ἐστὶ καὶ αὐτῇ τῶν λοιπῶν ἐπιστημῶν,
 τοῦτο δὲ οὐδεμίαν ἦν λέγειν οὔτε δυνάμεως οὐτ' ἐπι-
 στήμης ὡς τέλος. Οὐδ' ἄρα τῆς πολιτικῆς ἐστὶ τὸ
 ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ ἀγαθοῦ λέγειν τοῦ κατὰ τὸν ὀρισμόν.
 (16) Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦ κατὰ τὴν ἐπαγωγὴν κοινοῦ.
 50 Διὰ τί; ὅτι ὅταν βουλώμεθα δεῖξαι τὴν κατὰ μέρος
 ἀγαθῶν, ἢ τῳ ὀρισμῳ δείκνυμεν ὅτι ὁ αὐτὸς λόγος
 ἐφαρμόττει ἐπὶ τὰ τάγαθον καὶ ἐπὶ τοῦτο ὃ ἂν βουλώμεθα
 δεῖξαι ὅτι ἀγαθόν, ἢ τῇ ἐπαγωγῇ, ὅσον ὅταν θέλωμεν
 δεῖξαι ὅτι ἡ μεγαλοψυχία ἐστὶν ἀγαθόν, φημὲν ὅτι ἡ δι-

esset rationis experts, recte distribuit, reddiditque suas utri-
 que virtutes. Hactenus quidem probe; reliqua vero neu-
 tiquam recte: quandoquidem virtutem tractationi quæ
 de bono per se esset, admisit: non sane recte, quia
 non erat is aptus locus. Neque enim de eo quod est
 ac de vero disserentem, de virtute dicere oportuit: illi
 siquidem nihil est cum hoc commune. (9) Huc usque
 igitur atque hoc modo protracta est illorum de moribus
 disputatio. Deinceps ergo restat ut videamus, quidnam
 de his dicendum fuerit nobis. Primum illud observandum
 est, scientiæ omnis atque facultatis finem esse aliquem,
 eumque per se bonum: nulla siquidem scientia, et facultas
 nulla est, quæ finem malum habeat. (10) Quodsi facul-
 tatum omnium bonus est finis, non dubium quin etiam
 optimæ sit optimus. Atqui civilis, optima est facultas:
 igitur ipsius finis, bonus. De bono itaque, ut videtur, nobis
 dicendum est: at de bono non in universum, sed nobis bono.
 Neque enim de deorum bono *agendum est*: sed de eo alia
 habenda fuerit oratio, et consideratio nunc est aliena. (11) De
 civili itaque bono dicendum est nobis. Rursus autem in hoc
 quoque distinguendum est, nimirum bonum, quoniam dica-
 tur modo. Neque enim simplex atque unum est: quando-
 quidem dicitur bonum, aut quod in unoquoque est optimum
 (id vero suapte natura expetendum), aut cuius participa-
 tione alia sunt bona: id nimirum *idea boni* est. (12) An igitur
 de boni *idea* loqui oportet, an non, sed de eo potius quod in
 universum rebus omnibus bonis inest? bonum id namque
 diversum esse ab *idea* merito videatur. *Idea* enim et se-
 parari potest, et per se subsistit: bonum vero illud com-
 mune, rebus omnibus inest. Non est igitur idem cum eo
 quod separari potest: fieri enim nequit ut quod separari
 natura potest ac per se subsistere, rebus omnibus inest.
 (13) Numquid igitur de hoc nobis disserendum bono, quod in
 omnibus existit, aut non? Quid ita? nempe quoniam id
 commune est, ut definitio, et inductio. Definitionem oportet
 quid quæque res sit referre, seu bonum, seu malum
 sit, seu quidvis aliud. Refert autem definitio, tale quid
 bonum esse in universum, quod sit ipsum per sese eli-
 gendum. Verum quod in cunctis existit, definitioni est
 simile. (14) Definitio autem ait bonum esse quippiam: sed
 neque scientia, neque facultas ulla finem suum asserit bo-
 num esse: verum id alius est inspicere facultatis: quan-
 doquidem neque medicus, neque ædificator refert, ille qui-
 dem sanitatem esse bonam, hic vero domum; sed ille
 quidem se sanos homines efficere, et quemadmodum id
 faciat: hic vero, domum. (15) Perspicuum est igitur, ne
 civili quidem scientiæ de communi bono dicendum esse:
 una siquidem et hæc inter reliquas scientias est. Atqui
 hoc nullius esse apparebat dicere aut facultatis, aut scienti-
 æ, ut de fine: ne civilis quidem *scientiæ* igitur erit de
 communi bono dicere, eo quod per definitionem est.
 (16) Verum enimvero neque de eo quod per inductionem
 commune. Quid ita? Quia quando volumus particulare
 aliquod bonum esse demonstrare, aut definitione utimur,
 dicimusque eandem et bono convenire, et rei quam ho-
 nam esse probare propositum fuerit nobis: aut inductione
 utimur: exempli causa, si probare velimus magnanimi-

κασιούνη αγαθόν και η ανδρία και απλως αι αρεται, η δε μεγαλοψυχια αρετη, ωστε και η μεγαλοψυχια αγαθόν. (17) Ουδὲ δὴ ὑπὲρ τοῦ κατὰ τὴν ἐπαγωγὴν κοινοῦ αγαθοῦ λεκτέον τῇ πολιτικῇ, ὅτι τὰ αὐτὰ ἀδύνατα συμβήσεται τούτῳ και τῷ κατὰ τὸν ὅρον κοινοῦ αγαθῷ· ὅτι γὰρ αγαθόν, και ἐνταῦθ' ἔρεϊ. Δῆλον τοίνυν ὅτι ὑπὲρ τοῦ ἀρίστου αγαθοῦ λεκτέον ἐστίν, και ἀρίστου τοῦ ἡμῖν ἀρίστου. (18) Τὸ δ' ἴδιον ἂν τις ὅτι οὐκ ἐστὶ μίᾳς οὔτ' ἐπιστήμης οὔτε δυνάμειος τὸ ὑπὲρ παντὸς αγαθοῦ σκοπεῖν. Διὰ τί; ὅτι τὰγαθὸν ἐν πάσαις ταῖς κατηγορίαις ἐστίν· και γὰρ ἐν τῷ τί και ἐν τῷ ποιῷ και ἐν τῷ ποσῷ και πότε και πρὸς τι και ποῦ, και ἀπλως ἐν ἀπάσαις. (19) Ἀλλὰ μὴν τὸ πότε αγαθὸν ἐν μὲν ἱατρικῇ ὁ ἱατρός οἶδεν, ἐν δὲ κυβερνητικῇ ὁ κυβερνήτης, ἐν ἐκάστῃ δ' ἐκαστος. Πότε μὲν γὰρ δεῖ τεμῖν ὁ ἱατρός οἶδεν, πότε δὲ πλεῖν ὁ κυβερνήτης· ἐν ἐκάστῃ δὲ τὸ πότε αγαθὸν ἐκαστος τὸ καθ' ἑαυτὸν εἰδήσει· οὔτε γὰρ ὁ ἱατρός τὸ ἐν τῇ κυβερνητικῇ αγαθὸν πότε εἰδήσει, οὔτε ὁ κυβερνήτης τὸ ἐν ἱατρικῇ. Οὐκ ἄρα οὐδ' οὔτως ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ αγαθοῦ λεκτέον τὸ γὰρ πότε ἐν πάσαις κοινόν. (20) Ὁμοίως δὲ και τὸ πρὸς τι αγαθὸν και τὸ κατὰ τὰς ἄλλας κατηγορίας κοινὸν μὲν ἀπάσαις, οὐδεμίᾳς δ' ἐστὶν οὔτε δυνάμειος οὔτ' ἐπιστήμης εἰπεῖν ὑπὲρ τοῦ ἐν ἐκάστῃ πότε αγαθοῦ, οὐδ' αὖ τῆς πολιτικῆς ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ αγαθοῦ λέγειν. Ὑπὲρ τοῦ αγαθοῦ ἄρα, και ὑπὲρ τοῦ ἀρίστου, και ὑπὲρ τοῦ ἡμῖν ἀρίστου. (21) Ἴσως δὲ οὐδὲ δεῖ βουλομένον τι ζεικύναι τοῖς μὴ φανεροῖς παραδείγμασι γῆρῆσθαι, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἀφανῶν τοῖς φανεροῖς και ὑπὲρ τῶν νοητῶν τοῖς κίσθητοῖς· ταῦτα γὰρ φανερώτερα. Ὅταν οὖν ὑπὲρ τοῦ αγαθοῦ τις ἐγγειρῇ λέγειν, οὐ λεκτέον ἐστὶν ὑπὲρ τῆς ιδέας. (22) Καίτοι οἴονται γε δεῖν, ὅταν ὑπὲρ τοῦ αγαθοῦ λέγωσιν, ὑπὲρ τῆς ιδέας δεῖν λέγειν· ὑπὲρ γὰρ τοῦ μάλιστα αγαθοῦ φασι δεῖν λέγειν, αὐτὸ δ' ἐκαστον μάλιστα· ἐστὶ τοιοῦτον, ὡστε μάλιστα· ἂν εἴη αγαθὸν ἢ ιδέα, ὡς οἴονται. (23) Ὁ δὴ τοιοῦτος λόγος ἀληθῆς μὲν ἐστιν ἴσως· ἀλλ' οὐχ ἡ πολιτικῇ ἐπιστήμῃ ἢ δύναιμις, ὑπὲρ ἧς νῦν ἐστὶν ὁ λόγος, οὐχ ὑπὲρ τούτου σκοπεῖ τὰγαθὸν, ἀλλὰ τὸ ἡμῖν αγαθοῦ. Οὐδεμία γὰρ οὔτ' ἐπιστήμη οὔτε δύναμις ὑπὲρ τοῦ τέλους λέγει ὅτι αγαθόν, ὡστ' οὐδ' ἡ πολιτικῇ. Διὸ οὐχ ὑπὲρ τοῦ κατὰ τὴν ιδέαν αγαθοῦ τὸν λόγον ποιεῖται. (24) Ἀλλ' ἴσως τούτῳ τὰγαθῷ ἀρχῇ γρησάμενος ὑπὲρ τῶν καθ' ἐκαστα, ἐκ τούτου προβάς, ἔρεϊ. Οὐδ' οὔτως ὀρθῶς· δεῖ γὰρ τὰς ἀρχὰς οικείας λαμβάνειν. Ἄποπον γὰρ, εἴ τις βουλόμενος τὸ τρίγωνον ὡς δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχον δεῖξαι, λάθῃ ἀρχὴν ὅτι ἡ ψυχὴ ἀθάνατος. Οὐ γὰρ οικεία, δεῖ δὲ τὴν ἀρχὴν οικείαν εἶναι και συνημμένην· νῦν δὲ και ἄνευ τοῦ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον εἶναι δεῖξαι τις δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχον τὸ τρίγωνον. (25) Ὁμοίως δὲ και ἐπὶ τῶν αγαθῶν ἐστὶ θεάσασθαι τὰ ἄλλα ἄνευ τοῦ κατὰ τὴν ιδέαν αγαθοῦ, διὰ τὸ οὐκ οικείαν ἀρχὴν εἶναι τούτου τὰγαθοῦ. (26) Οὐκ ὀρθῶς δὲ οὐδ' ὁ Σωκράτης ἐπιστήμης ἐποίησε τὰς ἀρετάς. Ἐκείνος

tatem esse bonum, dicemus justitiam esse rem bonam, itemque fortitudinem omnesque adeo virtutes. Magnanimitas autem virtus est: ergo etiam res bona. (17) Non igitur de communi per inductionem bono, scientiæ civili dicendum est: eadem enim absurda consequentur, quæ in eo communi bono quod in definitionem venit, esse ostendimus. Ipsum enim bonum sic quoque dicit. Manifestum igitur, de optimo bono dicendum esse, eoque, quod nobis optimum sit. (18) Omnino autem non unius esse scientiæ, aut facultatis, de universali bono considerare, facile quis intelligat. Cur ita? Nempe quia bonum est in omnibus categoriis. Nam et in substantia, et in qualitate, et in quantitate, et in tempore, et in loco, et in iis quæ ad aliquid referuntur, in omnibus denique categoriis bonum reperitur. (19) Ceterum bonum id quod ad tempus pertinet, in medicina notum est medico; in arte gubernandi, gubernatori; in unaquaque arte, perita artis cujusque. Quando secundum quidem sit, novit medicus; quando navigandum, gubernator; in unaquaque vero arte, quisque tempus sibi conveniens et bonum cognoscit. Nam neque medicus, quod in gubernatoria bonum sit tempus; neque gubernator, quod in medicina, cognoverit. Igitur ne sic quidem de communi bono dicendum est: nam opportunum tempus omnibus est commune. (20) Similiter ac quod est in categoria temporis, etiam quod in iis quæ ad aliud referuntur, et quod in ceteris categoriis, idem est bonum ac commune omnibus. Atqui nullius est facultatis, aut scientiæ, dicere de eo bono quod in unaquaque est. Ne scientiæ quidem igitur civilis est, dicere de communi bono. De bono igitur dicendum est ac de optimo et quod est nobis optimum. (21) Ceterum eum qui velit quippiam demonstrare, obscuris non oportet exemplis uti, sed ubi obscura aperienda sunt, manifestis, ac in eis quæ sub intelligentiam cadunt, sensibilibus: ea siquidem sunt apertissima. Quum igitur de bono dicere quispiam aggreditur, de idea neutiquam dicendum est. (22) Et tamen quidam de idea dicendum esse existimant, ubi de bono dicunt. Aiunt namque de maxime bono esse disserendum. Est vero ejusmodi ipsum quidem maxime: ita bonum maxime fuerit idea ex ipsorum quidem sententia. (23) Hujusmodi certe oratio est illa quidem fortassis vera: verum neutiquam ad civilem scientiam vel facultatem facit, de qua in præsentia nobis est sermo. Non enim illa de hoc per se bono, sed bono nobis, tractat. Nulla siquidem scientia aut facultas de fine loquitur, quod sit bonum: et proinde, ne civilis quidem. Ideo non de bono quod in idea consistit, loquitur. (24) Verum, dixerit fortasse, hoc per se bono usus ceu principio, ducto inde exordio, de singulis postea dicam. Verum ne id quidem recte. Sua enim et propria cujuslibet scientiæ sumenda sunt principia. Absurdum quippe fuerit volenti ostendere triangulum duobus rectis aequalibus habere angulos, sumere principium ejusmodi, Anima immortalis est; neque enim hoc proposito convenit. Oportet siquidem, principium proprium esse ei rei de qua agatur, atque conjunctum. Jam vero, etiam absque hoc quod anima sit immortalis, demonstraverit quispiam duobus rectis aequalibus habere triangulum. (25) Itidem et de bonis licet cetera intelligere citra ideam boni; quia proprium non est hujus in rebus singulis boni principium. (26) At ne Socrates quidem recte virtutes scientias faciebat. Is enim nihil frustra

γὰρ οὐδὲν ὄφειτο δεῖν μάτην εἶναι, ἐκ δὲ τοῦ τὰς ἀρετὰς ἐπιστήμας εἶναι συνέβαιεν αὐτῷ τὰς ἀρετὰς μάτην εἶναι. Διὰ τί; ὅτι ἐπὶ τῶν ἐπιστημῶν συμβαίνει ἅμα εἰδέναι τὴν ἐπιστήμην τί ἐστὶ καὶ εἶναι ἐπιστήμονα· εἰ γὰρ ἱατρικὴν τις οἶδε τί ἐστίν, καὶ ἱατρὸς οὗτος εὐθὺς ἐστίν, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν. (27) Ἄλλ' οὐκ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν τοῦτο συμβαίνει· οὐ γὰρ εἰ τις οἶδε τὴν δικαιοσύνην τί ἐστίν, εὐθὺς δίκαιός ἐστιν, ὡς δ' αὖτως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Συμβαίνει οὖν καὶ μάτην τὰς ἀρετὰς εἶναι καὶ μὴ εἶναι ἐπιστήμας.

esse arbitratus est. Tamen dum poneret virtutes esse scientias, ei eveniebat virtutes esse frustra. Quid ita? In scientiis namque contingit ut una eademque opera et scientiam cognoscamus quid qualisque sit, et ipsi docti evadamus, scientiamque teneamus. Verbi gratia, medicinam si quis novit quid sit, is statim sit medicus necesse est. Idem est in reliquis scientiis. (27) At in virtutibus non idem est. Neque enim si quis noverit quid sit justitia, continuo etiam justus est. Itidem et in ceteris. Evenit igitur, et frustra virtutes esse, et non esse scientias.

CAP. II.

Ἐπεὶ δ' ὑπὲρ τούτων διώρισται, πειραθῶμεν λέγειν τάγαθόν ποσαχῶς λέγεται. Ἔστι γὰρ τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν τίμια, τὰ δ' ἐπαινετά, τὰ δὲ δυνάμεις. Τὸ δὲ τίμιον λέγω τὸ τοιοῦτον, τὸ θεῖον, τὸ βέλτιον, ὅσον ψυχῇ, νοῦς, τὸ ἀρχαιότερον, ἡ ἀρχή, τὰ τοιαῦτα· τίμια γὰρ ἐφ' οἷς ἡ τιμὴ, τοῖς δὲ τοιούτοις πᾶσι τιμὴ ἀκολουθεῖ. Οὐκ οὖν καὶ ἡ ἀρετὴ τίμιον, ὅταν γὰρ ἀπ' αὐτῆς σπουδαῖός τις γένηται· ἥδη γὰρ οὗτος εἰς τὸ τῆς ἀρετῆς σχῆμα ἔκει. (1) Τὰ δ' ἐπαινετά ὅσον ἀρεταί· ἀπὸ γὰρ τῶν κατ' αὐτὰς πράξεων δ' ἐπαινος γίνεται. Τὰ δὲ δυνάμεις, ὅσον ἀρχή, πλοῦτος, ἰσχύς, κάλλος· τοῦτοις γὰρ καὶ ὁ σπουδαῖός εἰ ἀν δύνηται χρῆσασθαι καὶ ὁ φαῦλος κακῶς, διὸ δυνάμει τὰ τοιαῦτα καλοῦνται ἀγαθὰ. (3) Ἀγαθὰ μὲν δὴ εἰσὶν· δοκιμάζεται γὰρ τῇ τοῦ σπουδαίου αὐτῶν ἕκαστον χρήσει, οὐ τῇ τοῦ φαύλου. Τοῖς δ' αὐτοῖς τοῦτοις συμβέβηκεν ἀγαθοῖς καὶ τὴν τύχην τῆς γενέσεως αὐτῶν εἶναι αἰτίαν· ἀπὸ τύχης γὰρ καὶ πλοῦτος γίγνεται καὶ ἀρχὴ καὶ ὄλιως ὅσα εἰς δυνάμειος τάξιν ἔκει. (4) Λοιπὸν δὲ καὶ τέταρτον τῶν ἀγαθῶν τὸ σωστικὸν καὶ ποιητικὸν ἀγαθῶν, ὅσον γυμνάσια ὑγείας καὶ εἰ τι ἄλλο τοιοῦτον. (5) Ἄλλ' ἔτι καὶ ἄλλην ἔχει τάγαθὰ διαίρσειν, ὅσον ἐστὶ τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν πάντη καὶ πάντως αἰρετά, τὰ δ' οὐ, ὅσον ἡ μὲν δικαιοσύνη καὶ αἱ ἄλλαι ἀρεταί καὶ πάντη καὶ πάντως αἰρεταί, ἰσχύς δὲ καὶ πλοῦτος καὶ δυνάμεις καὶ τὰ τοιαῦτα οὔτε πάντη οὔτε πάντως. (6) Ἔτι καὶ ἄλλως· τῶν γὰρ ἀγαθῶν τὰ μὲν ἐστὶ τέλη, τὰ δ' οὐ τέλη, ὅσον ἡ μὲν ὑγεία τέλος, τὰ δὲ τῆς ὑγείας ἕνεκεν οὐ τέλη. Καὶ ὅσα οὕτως ἔχει, τοῦτιον αἰεὶ τὸ τέλος βέλτιον, ὅσον ἡ ὑγεία βέλτιον ἢ τὰ ὑγιεινά, καὶ ἀπλῶς αἰεὶ καθόλου τοῦτο βέλτιον οὐ ἕνεκεν καὶ τὰ ἄλλα. Πάλιν αὐτῶν τῶν τελῶν βέλτιον αἰεὶ τὸ τέλειον τοῦ ἀτελοῦς. (7) Τέλειον δὲ ἐστὶν οὐ παραγενομένου μηθενὸς ἐπὶ προσδεόμεθα, ἀτελὲς δὲ οὐ παραγενομένου προσδεόμεθα πῶς, ὅσον τῆς δικαιοσύνης μὲν παραγενομένης παλλῶν προσδεόμεθα, τῆς δ' εὐδαιμονίας παραγενομένης οὐδενὸς ἐπὶ προσδεόμεθα. Τοῦτο ἄρα ἐστὶ τὸ ἀριστον ἡμῖν ὁ ζητούμεν, ὅ ἐστι τέλος τέλειον· τὸ δὲ δὴ τέλειον τέλος ἀγαθόν ἐστι, καὶ τὸ τέλος τὸ ἀγαθόν. (8) Μετὰ ταῦτα τίνων πῶς τὸ ἀριστον δεῖ σκοπεῖν; πότερον οὕτως ὡς καὶ αὐτοῦ συναριθμουμένου; ἀλλ' ἄτοπον. Τὸ γὰρ ἀριστον ἐπειδὴ ἐστὶ τέλος τέλειον, τὸ δὲ τέλειον τέλος ὡς ἀπλῶς

His expositis, annitatur dicere bonum quot dicatur modis. Sunt nimirum bonorum alia honore digna, laudabilia alia, potestates alia. Honore dignum, huiusmodi dico, quod divinum, quod melius, ut anima, mensque est: quod antiquius, quod principium, et alia id genus. Honorata enim sunt in quibus honor: talia siquidem omnia honor consequitur. Igitur etiam virtus, honore dignum bonum est: quando ab ipsa probus quispiam gignitur. Is namque jam in virtutis penetravit habitum. (2) Laudabilia sunt, ut virtutes: ab ipsarum namque actionibus laus emergit. Potestates sunt, ut dominatus, opulentia, robor, pulchritudo: iis namque bonus bene, ut malus male uti potuerit; ideo etiam potestate res ejusmodi bona nuncupatur. (3) Bona certe sunt: debet enim res quæque ex usu viri boni, non mali, aestimari. Id genus nimirum bonis evenit ut etiam fortuna ortus causa ipsorum esse possit. A fortuna namque et opulentia, et dominatus est, et quæcumque prorsus in potestatis ordinem perveniunt. (4) Reliquum porro, ac quartum, inter bona, quo conservatur et paratur bonum, sicut exercitatione sanitas, ac si id genus est aliud. (5) Verum aliam quoque subeunt bona distributionem: verbi gratia, bonorum quædam prorsus et omni ratione sunt expetenda; quædam vero non: veluti justitia, et virtutes reliquæ, omni ratione et omnino sunt expetendæ; at robor, et opulentia, potentiaque, et id genus alia, neque omni ratione, neque omnino. (6) Rursus quoque aliter: bonorum alia sunt fines, alia non: quemadmodum sanitas quidem, finis; at quæ sanitatis fiunt causa, neutiquam sunt fines. Et quæcumque ita habent, inter illa finis semper præstat: ut sanitas melior, quam quæ ad sanitatem conferunt; atque in universum semper id melius est cujus gratia sunt et alia. Rursus inter ipsos fines præstat semper, qui perfectus est, imperfecto. (7) Est nimirum perfectus, quo si potiamur, nulla re amplius nobis opus est; imperfectus autem, quo licet potiamur, alia tamen desideramus: quemadmodum si solum adsit justitia, multa desideramus; sin felicitas, nulla re amplius nobis opus est. Id ergo illud est nobis optimum quod desideramus, qui finis est perfectus: absolutus namque finis bonum est, necnon finis bonum. (8) Jam vero quonam modo optimum considerandum est? numquid eo modo, ut ipsum quoque reliquis annumeremus? At hoc est absurdum: siquidem optimum, finis est perfectus; ac perfectus finis, ut paucis absolvam, nil aliud quam felici-

εἰπεῖν οὐθὲν ἂν ἄλλο δοξείεν εἶναι ἢ εὐδαιμονία, τὴν
 ε' εὐδαιμονίαν ἐκ πολλῶν ἀγαθῶν συντίθεμεν, ἐὰν δὴ τὸ
 βέλτιστον σκοπῶν καὶ αὐτὸ συνκριθῆμῃς, αὐτὸ αὐτοῦ ἔσται
 βέλτιον· αὐτὸ γὰρ βέλτιστον ἔσται. Οἷον τὰ ὑγιεινά
 6 θείεις καὶ τὴν ὑγίειαν, σκόπει τί τούτων πάντων βέλτιστον·
 βέλτιστον δ' ἔστιν ὑγίεια· εἰ δὴ τοῦτο πάντων βέλ-
 τιστον, καὶ αὐτὸ αὐτοῦ βέλτιστον· ἄτοπον δὲ συμβαίνει.
 (9) Οὐ δὲ ἴσως οὕτω γε σκεπτέον τὸ βέλτιστον. Ἄλλ'
 ἄρα γε οὕτω πως, οἷον χωρὶς αὐτοῦ; ἢ καὶ τοῦτο ἄτο-
 10 πον; ἢ γὰρ εὐδαιμονία ἔστιν ἐκ τινῶν ἀγαθῶν συγκει-
 μένη· τὸ δ' ἐξ ὧν ἀγαθῶν σύγκειται, σκοπεῖν εἰ τοῦτ'
 ἔστι βέλτιστον, ἄτοπον· οὐ γὰρ ἔστιν ἄλλο τι χωρὶς
 τούτων ἢ εὐδαιμονία, ἀλλὰ ταῦτα. (10) Ἄλλ' ἄρα γε
 οὕτως ἢ τις ὁρθῶς σκοποῖτο συγκρίνων τὸ ἀρι-
 15 στον; οἷον αὐτὴν τὴν εὐδαιμονίαν τὴν ἐκ τούτων τῶν
 ἀγαθῶν οὕσαν συγκρίνων πρὸς ἄλλα ἃ μὴ ἔστιν ἐν αὐτῇ
 ἐνόησα, οὕτως τὸ ἀριστον σκοπῶν ὁρθῶς ἂν σκοποῖτο;
 (11) Ἄλλ' οὐκ ἔστιν ἀπλοῦν τὸ ἀριστον δ ζητοῦμεν νῦν·
 οἷον λέγοι ἂν τις εἶναι ἀριστον τὴν φρόνησιν ἀπάντων
 20 τῶν ἀγαθῶν καθ' ἓν συγκρινόμενον. Ἄλλ' ἴσως οὐχ
 οὕτω ζητητέον ἔστι τὸ ἀριστον ἀγαθόν. Τὸ γὰρ τέ-
 λειον ζητοῦμεν ἀγαθόν, ἢ δὲ φρόνησις μόνη οὕσα οὐ
 τέλειον· οὐκ ἄρα τοῦτο τὸ ἀριστον δ ζητοῦμεν, οὐδὲ τὸ
 οὕτως ἀριστον.

CAP. III.

25 Μετὰ τοίνυν τοῦτο ἔχει τὰγαθὰ καὶ ἄλλην διαίρεσιν.
 Ἔστι γὰρ τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν ἐν ψυχῇ, οἷον αἱ ἀρεταί·
 τὰ δ' ἐν τῷ σώματι, οἷον ὑγίεια, κάλλος· τὰ δ' ἐκτός,
 πλοῦτος, ἀρχή, τιμὴ ἢ εἰ τι ἄλλο τῶν τοιούτων.
 Τούτων δὲ τὰ ἐν ψυχῇ βέλτιστα. (2) Τὰ δ' ἐν ψυχῇ
 30 διωρίζεται ἀγαθὰ εἰς τρία, εἰς φρόνησιν, εἰς ἀρετὴν καὶ
 ἡδονήν. Ἦδη τοίνυν τὸ μετὰ τοῦτο, δ καὶ λέγομεν
 πάντες καὶ δοκεῖ καὶ τέλος τῶν ἀγαθῶν καὶ τελειότατον
 εἶναι, ἢ εὐδαιμονία, καὶ τοῦτο ταῦτο φαμεν εἶναι τῷ
 εὐ πράττειν καὶ εὐ ζῆν. (3) Τὸ δὲ τέλος ἔστιν οὐχ
 35 ἀπλοῦν ἀλλὰ διττόν· ἐνίων μὲν γάρ ἐστι τὸ τέλος αὐτῆ
 ἢ ἐνέργεια καὶ ἢ χρῆσις, οἷον τῆς ὄψεως· καὶ ἔστι γε
 ἢ χρῆσις αἰρετωτέρα τῆς ἔξεως. Τέλος δὲ ἢ χρῆσις·
 οὐδεὶς γὰρ ἂν βούλοιο εἶχειν τὴν ὄψιν μὴ μέλλων ὄραν
 ἀλλὰ μύειν. Ὅμοίως δὲ καὶ ἐπ' ἀκοῆς καὶ τῶν τοιού-
 40 τῶν. (4) Ὡν ἄρα καὶ χρῆσις καὶ ἔξις ἔστιν, ἀεὶ
 βέλτιον καὶ αἰρετώτερον ἢ χρῆσις τῆς ἔξεως· ἢ γὰρ
 χρῆσις καὶ ἢ ἐνέργεια τέλος, ἢ δ' ἔξις τῆς χρῆσεως
 ἐνεκεν. (5) Μετὰ τοῦτο τοίνυν τοῦτ' ἐάν τις σκοπῇ
 ἐπὶ τῶν ἐπιστημῶν πασῶν, ὄψεται οὐκ ἄλλην μὲν
 45 ποιῶσαν οἰκίαν, ἄλλην δὲ σπουδαίαν οἰκίαν, ἀλλὰ τὴν
 οἰκοδομικὴν· καὶ οὗ ποιητικὸς ὁ οἰκοδόμος, ἢ τούτου
 ἀρετὴ τῷ αὐτοῦ τούτου εὐ ποιητικὴ· ὁμοίως ἐπὶ τῶν
 ἄλλων ἀπάντων.

citas esse videtur; ex multis porro bonis felicitatem constare probamus : si igitur de eo quod optimum est disputans, id quoque reliquis annumeres, erit ipsum se ipso melius, siquidem optimum erit. Exempli gratia, salubria et sanitatem pone : tum considera ecquid inter ista omnia sit optimum : sanitas videlicet est optimum : ergo, si *sanitas* horum omnium est optimum, ipsum quoque *optimum* se ipso melius est : quod est perabsurdum. (9) Non igitur ita considerare oportet quod est optimum. An vero ita, ut reliqua sine eo ponantur? Numquid etiam hoc esset absurdum? Nam felicitas ex quibusdam conflata bonis est : quaerere autem, quibus ex bonis ipsa constet, sitne *quod optimum* est iis melius, absurdum est. Neque enim est quicquam aliud ab his felicitas, verum haec ipsa. (10) An ita potius recte disputationem instituerit, si id quod optimum est, comparet cum reliquis? puta, si felicitatem ex his conflata bonis, cum aliis comparet, quae ea non continentur, sicque id quod optimum est, inquirat, an ille recte disputationem instituerit? (11) Ceterum non est simplex, quod nunc quaerimus, optimum : ut si dicat quisi-
 10 am, optimum cunctorum bonorum, si singula inter se compares, esse prudentiam. Verum hoc fortasse modo non est quaerendum optimum bonum : perfectum siquidem quaerimus bonum. At prudentia sola neququam est perfectum : non igitur hoc est optimum quod quaerimus, neque aliud quidquam pari ratione optimum.

Præterea aliam admittunt bona divisionem. Sunt siquidem bonorum alia in animo, ut virtutes : alia in corpore, ut sanitas, pulchritudo : alia externa, opulentia, dominatus, honor, et si quid est huiusmodi. Horum quæ in animo, sunt optima. (2) Quæ porro in animo sunt bona, trifariam distribuuntur : in prudentiam, in virtutem, et in voluptatem. Post hoc igitur, quod profitemur omnes, etiam finis videtur bonorum, idemque absolutissimus esse felicitas : quod sane fatemur esse in bene agendo ac bene vivendo. (3) Ceterum finis simplex non est, sed duplex : quorundam enim est finis ipsa actio ususque, sicut visus : est nimirum usus optabilior habitu : finis autem est usus. Nemo siquidem velit visum habere ea lege ut non spectet, sed conniveat et oculos claudat. Idem de auditu ceterisque talibus dicendum. (4) Proinde quorum usus et habitus est, semper melius et optabilius eorum est usus habitu. Usus enim et actio, finis, quum sit propter usum ipse habitus. (5) Post id si consideravit quispiam in cunctis scientiis, intuebitur non aliam esse quæ domum, aliam quæ probam domum exstruat, sed unam eandemque esse artem ædificandi; et cujus effector, ædificator, ut cujus sit virtus, ejusdem sit proba effectrix. In aliis omnibus eundem se in modum habet.

CAP. IV.

Μετὰ τοίνυν τοῦτο ὁρῶμεν ὅτι οὐθενὲ ἄλλω ἢ ψυχῇ ζῶμεν· ἐν ψυχῇ δ' ἐστὶν ἀρετὴ· τὸ αὐτὸ γὰρ τοὶ φαίμεν τὴν τε ψυχὴν ποιεῖν καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν. Ἄλλ' ἢ μὲν ἀρετὴ ἐν ἐκάστῳ τοῦ· εὖ ποιεῖ οὐδ' ἐστὶν ἀρετὴ, ἢ δὲ ψυχὴ καὶ τὰλλα μὲν, ψυχῇ δὲ ζῶμεν· διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν ἄρα εὖ ζήσομεν. (2) Τὸ δὲ γε εὖ ζῆν καὶ εὖ πράττειν οὐθὲν ἄλλο ἢ τὸ εὐδαιμονεῖν λέγομεν. Τὸ ἄρα εὐδαιμονεῖν καὶ ἡ εὐδαιμονία ἐν τῷ εὖ ζῆν ἐστίν, τὸ δ' εὖ ζῆν ἐν τῷ κατὰ τὰς ἀρετὰς ζῆν. Τοῦτ' ἄρ' ἐστὶ τέλος καὶ ἡ εὐδαιμονία καὶ τὸ ἀριστον. (3) Ἐν χρήσει τοίνυν τινὶ ἂν εἴη καὶ ἐνεργεῖα ἢ εὐδαιμονία. Ὡς γὰρ ἦν ἕξις καὶ χρῆσις, ἡ χρῆσις καὶ ἡ ἐνεργεῖα τέλος· τῆς δὲ ψυχῆς ἡ ἀρετὴ ἕξις ἐστίν· ἐστὶ δὲ καὶ ἐνεργεῖα καὶ χρῆσις αὐτῆς τῶν ἀρετῶν, ὥστε τέλος ἂν εἴη ἡ ἐνεργεῖα καὶ ἡ χρῆσις αὐτῆς. Ἡ εὐδαιμονία ἄρ' ἂν εἴη ἐν τῷ κατὰ τὰς ἀρετὰς ζῆν. (4) Ἐπειδὴ περ οὖν τὸ ἀριστον ἀγαθόν ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία, καὶ αὕτη τέλος ἐνεργεῖα, ζῶντες ἂν κατὰ τὰς ἀρετὰς εὐδαιμονοῦμεν ἂν εἴημεν καὶ ἔχομεν τὸ ἀριστον ἀγαθόν. (5) Ἐπεὶ δ' οὖν ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία τέλειον ἀγαθόν καὶ τέλος, οὐδὲ τοῦτο δεῖ λαθάνειν ὅτι καὶ ἐν τελείῳ ἔσται. Οὐ γὰρ ἔσται ἐν παιδί (οὐ γὰρ ἐστὶ παῖς εὐδαίμων), ἀλλ' ἐν ἀνδρί· οὐδὲ ἐν χρόνῳ γε ἀτελεῖ, ἀλλ' ἐν τελείῳ. Τέλειος δ' ἂν εἴη χρόνος, ὅσον ἀνθρώπος βιοῖ. Καὶ γὰρ λέγεται ὀρθῶς παρὰ τοῖς πολλοῖς ὅτι δεῖ τὸν εὐδαίμονα ἐν τῷ μεγίστῳ χρόνῳ τοῦ βίου κρῖνειν, ὡς δέον τὸ τέλειον εἶναι καὶ ἐν χρόνῳ τελείῳ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ. (6) Ὅτι δὲ ἐνεργεῖα ἐστίν, ἴδοι ἂν τις καὶ ἐντεῦθεν. Ἐν γὰρ τοῖς ὕπνοις, οἷον εἰ τις καθεύδοι διὰ βίου, τὸν τοιοῦτον οὐ πᾶν βουλόμεθα λέγειν εὐδαίμονα εἶναι· τὸ μὲν γὰρ ζῆν αὐτῷ ὑπάρχει, ἀλλὰ τὸ ζῆν αὐτῷ κατὰ τὰς ἀρετὰς οὐχ ὑπάρχει, ὃ ἦν κατὰ τὴν ἐνεργεῖαν. (7) Μετὰ τοῦτο τὸ μέλλον λέγεσθαι οὔτε λίαν δόξειεν ἂν οἰκεῖον εἶναι τούτων οὔτε μακρὰν ἀπέχον, οἷον ἐπειδὴ περ ἐστίν, ὡς δοκεῖ, μὲν τὴν τῆς ψυχῆς ὅτι τρεφόμεθα, ὃ καλοῦμεν θρεπτικόν· (τοῦτο γὰρ εὐλογόν ἐστὶν εἶναι· τοὺς γοῦν λίθους δρωῦμεν ἀδυνάτους τρέφεσθαι ὄντας, ὥστε δῆλον ὅτι τῶν ἐμψύχων ἐστὶ τὸ τρέφεσθαι· εἰ δὲ τῶν ἐμψύχων, ἡ ψυχὴ ἂν εἴη αἰτία· (8) τῆς δὲ ψυχῆς τούτων μὲν τῶν μορίων οὐθὲν αἰτιον ἂν εἴη τοῦ τρέφεσθαι, οἷον τὸ λογιστικὸν ἢ τὸ θυμικὸν ἢ τὸ ἐπιθυμητικόν, ἄλλο δὲ τι παρὰ ταῦτα, ᾧ οὐθὲν ἔχομεν οἰκειότερον ὄνομα ἐπιθεῖναι ἢ θρεπτικόν· (9) τί οὖν, ἂν τις εἴποι, πότερον καὶ τούτου τοῦ μορίου τῆς ψυχῆς ἐστὶν ἀρετὴ; Εἰ γὰρ ἐστὶ, δῆλον ὅτι καὶ ταύτῃ δεήσει ἐνεργεῖν· τῆς γὰρ τελείας ἀρετῆς ἡ ἐνεργεῖα εὐδαιμονία. Εἰ μὲν οὖν ἐστὶν ἀρετὴ τούτου ἢ μὴ ἐστίν, ἄλλος λόγος· εἰ δ' ἄρ' ἐστίν, οὐκ ἐστὶ ταύτης ἐνεργεῖα. Ὡς γὰρ μὴ ἐστὶν ὁρμή, οὐδ' ἐνεργεῖα τούτων ἔσται. Οὐκ ἔοικε δὲ εἶναι ὁρμὴ ἐν τῷ μορίῳ τούτῳ, ἀλλ' ὅμοιον ἔοικεν εἶναι τῷ πυρί· καὶ γὰρ ἐκεῖνο ὃ τι ἂν ἐμβάλῃ καταναλώσει, κἂν μὴ

Præterea hoc videmus, alia re nulla quam anima nos vivere. In anima autem est virtus. Idem certe fatemur facere animam atque animæ virtutem. Ceterum virtus in quoque, cuius est virtus, bene id facit. Anima vero quum alia nobis præstat, tum per eam quoque vivimus: per animæ itaque virtutem bene vivemus. (2) Ceterum bene vivere, et bene agere, nihil aliud dicimus, quam felicem esse: ergo et feliciter agere, et felicitas, in vivendo est. Verum bene vivere est in eo positum, ut secundum virtutem vivamus. Hoc igitur est finis, et felicitas, et optimum. (3) In usu itaque sit necesse est, et actione, felicitas. Nam quorum habitus ususque est, in his usus et actio est finis. Atqui animæ virtus est habitus: sed præterea etiam et actio et usus in ejus virtutibus sunt: ergo finis, ipsius actio ususque fuerit: felicitas igitur in vivendo ex virtutibus sit necesse est. (4) Quoniam igitur optimum bonum est felicitas, et hæc ipsa finis per actionem, vivendo ex virtutibus, felices fuerimus, optimumque bonum habuerimus. (5) Quum igitur sit felicitas bonum perfectum, ac finis, nos latere non oportet, id in ætate perfecta esse. Non enim erit in puero (quia puer dici felix nequit), sed in viro: is namque perfectus. Neque in tempore imperfecto, sed perfecto. Perfectum fuerit utique tempus, vitæ humana: spatium. Recte namque vulgo dicitur, felicem in longissimo vitæ tempore esse judicandum: quod nimirum oporteat perfectionem hanc tam in tempore perfecto quam in homine constare. (6) Quod autem sit actio vel hinc quispiam intelligat. In somnis namque, ut si toto vitæ spatio quispiam dormiat, hominem ejusmodi non facile solemus dicere esse felicem. Nam vivit ille quidem; sed non secundum virtutem vivit: quod in actione et muneris functione positum est. (7) Rursus quod mox dicendum, non admodum proposito argumento conveniens, neque ab eo nimis alienum videatur: quoniam nimirum animæ pars quædam est qua alimur, quam altricem appellamus: (est enim rationi consentaneum ita esse: siquidem lapides ali non posse videmus; et proinde non dubium quin sit animalibus proprium ali; quod si est animatorum tantum, causa est anima;) (8) atqui animæ talium partium nulla alendi fuerit causa, quales sunt rationalis, vel qua irascimur aut concupiscimus, sed alia quædam præter has: et ei nullum magis peculiare possumus nomen, quam θρεπτικῆς, id est alendi vim habentis, accommodare: (9) hujus quoque igitur, dicat fortassis quispiam, numquid est partis animæ virtus? Enimvero si fuerit, non dubium quin etiam hac agere opus sit. Perfectæ siquidem virtutis actio, felicitas est. At numquid ejus sit, vel non sit virtus, alius fuerit quærendi locus. Sane si fuerit, ejus non est actio. Quæ enim appetitu carent, eorum nulla est actio. Hujus vero partis non videtur esse appetitus, quæ quidem igni similis videtur: cui quicquid objeceris, absument; at si non

ἐμβάλῃς, οὐκ ἔχει ὁρμὴν πρὸς τὸ λαθεῖν. Οὕτω καὶ τοῦτο τὸ μῶριον τῆς ψυχῆς ἔχει· ἂν μὲν γὰρ ἐμβάλῃς τροφὴν, τρέφει, ἂν δὲ μὴ ἐμβάλῃς τροφὴν, οὐκ ἔχει ὁρμὴν τοῦ τρέφειν. Διὸ οὐδὲ ἐνέργεια οὐ μὴδὲ ὁρμὴ.

Ἔστ' οὐδὲν συνεργεῖ τὸ μῶριον τοῦτο πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν.

10. Μετὰ ταῦτα τοίνυν λεκτέον ἂν εἴη τί ἐστὶν ἡ ἀρετὴ, ἐπεὶπερ ἡ ταύτης ἐνέργεια ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία. Ὡς μὲν οὖν ἀπλῶς εἰπεῖν, ἐστὶν ἡ ἀρετὴ ἕξις ἡ βελτίσται· ἀλλ' ἴσως οὐχ ἱκανὸν οὕτως ἀπλῶς εἰπεῖν, ἀλλὰ σαφέστερον οἰοῖσθαι δεῖ.

CAP. V.

Πρῶτον μὲν οὖν λεκτέον ὑπὲρ τῆς ψυχῆς ἐν ᾗ ἐγγίνεταί, οὐ τί ἐστὶν ἡ ψυχὴ (ὑπὲρ μὲν γὰρ τοῦτου ἄλλος λόγος), ἀλλ' ὡς τύπων διελέσθαι. Ἔστι δ' ἡ ψυχὴ, ὡς φαμέν, εἰς δύο μέρη διηρημένη, εἰς τε λόγον ἔχον καὶ ἄλογον. Ἐν μὲν δὴ τῷ λόγον ἔχοντι ἐγγίνεταί φρόνησις, ἀγγίνοια, σοφία, εὐμάθεια, μνήμη καὶ τὰ τοιαῦτα· ἐν δὲ τῷ ἄλογῳ αὐταὶ αἱ ἀρεταὶ λεγόμεναι, σωφροσύνη, δικαιοσύνη, ἀνδρεία, ὅσαι ἄλλαι τοῦ ἡθους δοκοῦσιν ἐπαινεταὶ εἶναι. (2) Κατὰ γὰρ ταύτας ἐπαινετοὶ λεγόμεθα, κατὰ δὲ τὰς τοῦ τὸν λόγον ἔχοντος οὐδεὶς ἐπαινεῖται· οὔτε γὰρ ὅτι σοφός, οὐδεὶς ἐπαινεῖται, οὔτε ὅτι φρόνιμος, οὐδ' ὅλως κατὰ τι τῶν τοιούτων οὐθέν. Οὐδὲ δὴ τὸ ἄλογον, εἰ μὴ ἢ ὑπηρετικόν ἐστὶ καὶ ὑπηρετεῖ τῷ λόγον ἔχοντι μορίῳ. (1) Ἔστι δ' ἡ ἀρετὴ ἡ ἡθικὴ ὑπὸ ἐνδείας καὶ ὑπερβολῆς φθειρομένη. Ὅτι δὲ ἡ ἐνδεία καὶ ἡ ὑπερβολὴ φθεῖρει, τοῦτ' ἰδεῖν ἐστὶν ἐκ τῶν ἡθικῶν. Δεῖ δ' ὑπὲρ τῶν ἀφανῶν τοῖς φανεροῖς μαρτυροῖς χρῆσθαι. Εὐθέως γὰρ ἐπὶ γυμνασίων ἴδοι ἂν τις· πολλῶν γὰρ γινομένων φθεῖρεται ἡ ἰσχὺς, ὀλίγων τε ὡσαύτως. Ἐπὶ τε ποτῶν καὶ σιτιῶν ὡσαύτως· πολλῶν τε γὰρ δὴ γινομένων φθεῖρεται ἡ ὑγίεια, ὀλίγων τε ὡσαύτως, συμμέτρων δὲ γινομένων σώζεται ἡ ἰσχὺς καὶ ἡ ὑγίεια. (4) Ὅμοιός δὲ τοῦτοις συμβαίνει καὶ ἐπὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρίας καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν. Ἐὰν μὲν γὰρ τινα λίαν ποιήσῃς ἄφοβον, ὥστε μὴδὲ τοὺς θεοὺς φοβεῖσθαι, οὐκ ἀνδρείος ἀλλὰ μαινόμενος, ἂν δὲ φοβούμενον πάντα, δευλός· ἀνδρείος ἄρα ἐστὶ οὔτε ὁ φοβούμενος πάντα, οὔτε ὁ μηθέν. (5) Ταῦτ' ἄρα καὶ αὖξαι καὶ φθεῖρει τὴν ἀρετὴν. Καὶ γὰρ οἱ λίαν φόβος καὶ πάντες φθεῖρουσι, καὶ οἱ περὶ μὴθὲν δὲ ὁμοίως. Ἔστι δ' ἡ ἀνδρεία περὶ φόβους, ὥστε οἱ μέτριοι φόβος αὖξουσι τὴν ἀνδρίαν. Ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἄρα καὶ αὖξεται καὶ φθεῖρεται ἡ ἀνδρεία· ὑπὸ φόβων γὰρ τοῦτο πάσχουσιν. Ὅμοιός δὲ καὶ αἱ ἄλλαι ἀρεταί.

objeceris, ad capiendum nulla ratione impellitur. Ita etiam hæc se habet pars animæ. Si enim alimentum objicias, alet; sin minus, ad alendum nullo modo commovetur, et proinde ejus non erit actio, cujus non est appetitus. Itaque hæc pars ad felicitatem capessendam nihil coadjuvat.

10. Deinceps igitur, quid sit virtus, dicendum erit: quoniam quidem ejus actio est felicitas. Ut paucis itaque absolvam, virtus habitus est optimus. Verum non satis forte sit, ita simpliciter loqui, sed evidentius fuerit definiendum.

Primum igitur de anima, in qua virtus exoritur, dicendum est: non, quid sit anima (alia siquidem ejus rei consideratio), sed ut rudi quodam modo distribuatur. Anima nimirum, ut dicere solemus, in duas partes distribuitur, in eam quæ rationem habet, et quæ rationis experta est. In ea parte quæ habet rationem, nascitur prudentia, sollertia, sapientia, doctrina, memoria, et id genus alia. At in parte rationis experte hæc quæ virtutes appellantur, temperantia, justitia, fortitudo, et quæcumque aliæ ad mores pertinentes, laude dignæ censentur. (2) Per has enim laude digni habemur: at per eas quæ ad partem rationem habentem pertinent, nemo laudatur: nec enim quod sapiens, nec quod prudens, nec prorsus ex hujusmodi aliquo quispiam laudatur. Neque porro pars rationis experta laudatur, nisi quatenus ad se suggerendum idonea est, suggeritque se ei quæ obtinet rationem. (3) Est nempe moralis virtus, quæ ab excessu defectoque corrumpitur. Quod autem tam defectus quam excessus corrumpat, ex eis est videre, quæ ad mores pertinent. Utendum sane in rebus incertis, testimoniis certis est. Ne longe abeam igitur, in exercitationibus corporis hoc viderit quispiam: quæ si excedant, robur perimunt; similiter si deficiant. Idem in potu ciboque evenit. Nam sive sit nimia eorum copia, sive deficiant, læditur valetudo: contra, mediocri eorum usu et robur corporis et valetudo conservantur. (4) His consimile evenit in temperantia, et fortitudine, reliquisque virtutibus. Nam si quempiam eo usque feceris intrepidum, ut ne deos quidem metuat; jam non fortis, sed demens fuerit: sin cuncta formidantem, meticulosus. Fortis ergo erit, qui neque omnia metuet, neque nihil. (5) Eadem igitur sunt, quæ tam augent quam labefaciunt virtutem. Nam et nimii metus, et omnes (sive qui de omni re temere concipiuntur), labefaciunt. Itidemque qui re nulla commoventur. Versatur autem circa metus fortitudo. Mediocres itaque metus ei dant incrementum. Ab eisdem igitur et crescit et perimitur fortitudo: metu enim ita diverse alii atque alii afficiuntur. Idem de ceteris dicendum virtutibus.

CAP. VI.

Ἔτι οὐ μόνον τοῖς τοιούτοις τὴν ἀρετὴν ἀφροῖσινεν ἂν τις, ἀλλὰ καὶ λύπη καὶ ἡδονή· διὰ μὲν γὰρ τὴν ἡδονὴν τὰ φαῦλα πράττομεν, διὰ δὲ τὴν λύπην τῶν καλῶν ἀπεργόμεθα, ὅλως τε οὐκ ἐστὶ λαθεῖν ἀρετὴν καὶ κακίαν

Rursus non his modo virtutem quispiam definierit, sed etiam ægritudine, et voluptate. Nam voluptate affecti, improba factitamus: ægritudini autem succumbentes, ab honestis deficiamus. Omnino non est virtutem et vitium ad-

ἀνευ λύπης καὶ ἡδονῆς. (2) Ἔστιν οὖν ἡ ἀρετὴ περὶ ἡδονᾶς καὶ λύπας· ἡ δ' ἠθικὴ ἀρετὴ ἐντεῦθεν ἔχει τὰς ἐπωνυμίας, εἰ δεῖ παρὰ γράμμα λεγόντα τὴν ἀλήθειαν ὡς ἔχει σκοπεῖν· δεῖ δ' ἴσως. Τὸ γὰρ ἦθος ἀπὸ τοῦ ἔθους ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν· ἠθικὴ γὰρ καλεῖται διὰ τὸ εὐθιζεσθαι. (3) Ἡ καὶ δῆλον ὅτι οὐδεμία ἡμῶν τῶν ἀρετῶν τῶν τοῦ ἀλόγου μέρους φύσει ἐγγίνεται· οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων φύσει ἔθει ἄλλως γίνεται· οἷον ὁ λίθος καὶ ὄλιως τὰ βράεα πέφυκε κάτω φέρεσθαι· ἂν τις οὖν ἄνω βίπτῃ, πολλάκις καὶ ἐθίξῃ ἄνω φέρεσθαι, ὁμοίως οὐκ ἂν ποτ' ἄνω ἐνεχθεῖν, ἀλλ' αἰεὶ κάτω. Ὅμοίως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων.

mittere citra ægritudinem et voluptatem. (2) Circa voluptates igitur et ægritudines virtus versatur. Virtus porro ἠθικὴ sive moralis, hinc est appellata (si liceat rei veritatem ex literarum similitudine et ratione nominis venari; quod faciendum sane est). Igitur a voce ἔθος, id est consuetudo, ἦθος est appellatum. Ethica ergo dicta est ἀπὸ τοῦ εὐθιζεσθαι, id est, quia consuetudine acquiritur. (3) Unde perspicuum est, nullam earum virtutum quæ ad animæ partem rationis expertem referuntur, natura nobis esse insitam. Siquidem eorum quæ natura fiunt, nihil est quod assuetudine aliud evadat: velut lapis, graviusque prorsus omnia, quæ ferendi deorsum vim insitam habent, si quis ea sursum sæpius jaciatur, et sursum ferri assuescat, nunquam tamen sursum ferentur, sed semper deorsum. Idem de ceteris ejusmodi est intelligendum.

CAP. VII.

Μετὰ τοίνυν τοῦτο δεῖ βουλομένους εἰπεῖν τὸ τί ἐστὶν ἡ ἀρετὴ, εἰδῆσαι τίνα ἐστὶ τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενα. Ἔστι δ' ἃ γίνεται ταῦτα, πάθη, δυνάμεις, ἐξεις· ὥστε δῆλον ὅτι τούτων ἂν τι εἴη ἀρετὴ. (2) Πᾶθος μὲν οὖν ἐστὶν ὀργή, φόβος, μῖσος, πόθος, ζῆλος, ἔλεος, τὰ τοιαῦτα, οἷς εἴωθε παρακολουθεῖν λύπη καὶ ἡδονή· δυνάμεις δὲ καθ' ἃς παθητικοὶ τούτων λεγόμεθα, οἷον καθ' ἃς δυνατοὶ ἐσμεν ὀργισθῆναι, λυπηθῆναι, ἐλεῆσαι, τὰ τοιαῦτα. (3) Ἐξεις δ' εἰσὶ καθ' ἃς πρὸς ταῦτα ἔργου ἐν εὐ κακῶς, οἷον πρὸς τὸ ὀργισθῆναι, εἰ μὲν λίαν ὀργίλιως, κακῶς ἔργου πρὸς ὀργήν, εἰ δ' ὄλιως μὴ ὀργιζόμεθα ἐφ' οἷς δεῖ, καὶ οὕτω κακῶς ἔργου πρὸς ὀργήν. Τὸ ἄρα μέσως ἔχειν τὸ μήτε λίαν ὑπεραλγεῖν μήτε παντελῶς ἀναλγητῶς ἔχειν. (4) Ὅταν οὖν οὕτως ἔργου ἐν εὐ διακειμεθα. Ὅμοίως δὲ καὶ πρὸς τᾶλλα τὰ ὁμοία. Τὸ γὰρ εὐὸργητον καὶ τὸ πρᾶον ἐν μεσότητι ἐστὶν ὀργῆς καὶ ἀναλγησίας τῆς πρὸς ὀργήν. Ὅμοίως καὶ ἐπ' ἀλαζονείας καὶ εἰρωνείας· τὸ μὲν γὰρ πλείω προσποιεῖσθαι τῶν ὑπαρχόντων ἔχειν ἀλαζονείας, τὸ δ' ἐλάττω εἰρωνείας· ἡ ἄρα μεσότης ἡ τούτων ἡ ἀληθινὰ ἐστίν.

Præterea, qui velit quid sit virtus dicere, scire expedit quænam demum in anima procreentur. Sunt autem hæc hujusmodi: perturbationes, potestates, habitus. Et proinde non dubium quin horum quid sit virtus. (2) Perturbationes igitur sunt, ira, metus, odium, cupiditas, livor, miseratio et id genus alia, quæ comitari consueverunt ægritudo et voluptas. Potestates autem, per quas hæc pati posse dicimur, ut per quas possumus excandescere, dolere, miserescere, et alia hujusmodi. (3) At habitus sunt, per quos erga hæc habemus bene vel male, sicut ad excandescendum. Si namque supra modum iracunde, circa iram peccamus: sin in quibus expedit, prorsus iram non commovemur, ita quoque circa iram peccamus. Medium igitur est, ut neque supra modum commoveamur, neque prorsus simus a commotione alieni. (4) Ita igitur si habeamus, recte affecti sumus. In similibus quoque aliis, idem intelligendum. Nam mediocriter esse iracundum et lenem, medium est inter iram et lenitudinem animi sive vacillatam iræ. Simile est in arrogantia et dissimulatione: plura namque quam adsint, sibi arrogare, arrogantia est; minus vero, dissimulationis. Inter hæc igitur medium est veritas.

CAP. VIII.

Ὅμοίως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πάντων· τοῦτο γὰρ ἐστὶ τῆς ἐξέως, τὸ εὐ ἢ κακῶς πρὸς ταῦτα ἔχειν· τὸ δ' εὐ ἔχειν πρὸς ταῦτα ἐστὶ τὸ μήτε πρὸς τὴν ὑπερβολὴν ἔχειν μήτε πρὸς τὴν ἔνδειαν· πρὸς μεσότητα ἄρα τῶν τοιούτων καθ' ἃ ἐπαινετοὶ λεγόμεθα ἢ ἐξεις ἐστὶ τοῦ εὐ ἔχειν, τοῦ δὲ κακῶς πρὸς ὑπερβολὴν καὶ ἔνδειαν. (2) Ἐπεὶ τοίνυν ἐστὶν ἡ ἀρετὴ τῶν παθῶν τούτων μεσότης, τὰ δὲ πάθη ἧτοι λύπαι εἰσὶν ἢ ἡδοναὶ ἢ οὐκ ἀνευ λύπης ἢ ἡδονῆς, ἢ ἄρα ἀρετὴ ἐστὶ περὶ λύπας καὶ ἡδονᾶς, καὶ ἐντεῦθεν ἐστὶ δῆλον. (3) Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πάθη, ὡς ὀφθαλμοὶ ἂν τι, ἐφ' ὧν ἡ κακία οὐκ ἐστὶν ἐν ὑπερβολῇ καὶ ἐλλείψει τινί, οἷον μοιχεία καὶ ὁ μοιχός· οὐκ ἐστὶν οὗτος ὁ μᾶλλον τὰς ἐλευθέρους διαφθεῖρων. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο, καὶ εἰ τι ἄλλο τοιούτον ἐστίν, ὁ περιέγεται ἡδονῇ τῇ κατ' ἀκολασίαν, ἢ καὶ ὁ ἐν ἐλλείψει καὶ ὁ ἐν ὑπερβολῇ τὸ ψεκτὸν ἔχει.

Idem in ceteris omnibus est intelligendum. Id enim proprium ipsius est habitus, ut bene maleve erga hæc habeat. Bene autem in iis habere, fuerit neque excedere neque deficere. Medium horum igitur habitus is obfinet, per quem laude digni habemur: vituperamur autem vel propter nimium vel propter parum. (2) Quandoquidem igitur harum perturbationum, virtus est medium; perturbationes autem sunt ægritudines, et voluptates, aut non citra ægritudinem vel voluptatem: esse virtutem circa ægritudines vel voluptates, etiam hinc est certum. (3) Sunt autem etiam affectus alii, ut videri posset cuiquam, in quibus non in excessu et defectu aliquo est vitium: velut adulterium, et adulter. Nec enim magis est talis, qui ingenuas constuprarit. Ceterum et hoc, et si quid aliud hujusmodi est, quod a voluptate comprehenditur in intemperantia posita, sive in eo quod nimium est, sive in eo quod parum, vituperationem suam invenit.

CAP. IX.

Μετὰ τοίνυν τοῦτο ἀναγκαῖόν ἐστιν ἴσως βῆθῆναι τί τῇ μεσότητι ἀντίκειται, πότερον ἢ ὑπερβολῇ ἢ ἡ ἔνδεια. Ἐνιαίς μὲν γὰρ μεσότησιν ἔνδεια ἐναντίον, ἐνιαίς δὲ ὑπερβολῇ, οἷον ἀνδρῖα μὲν οὐχ ἢ θρασύτης ὑπερβολῇ οὔσα, ἀλλ' ἢ δειλία ἔνδεια οὔσα, τῇ δὲ σωφροσύνῃ μεσότητι οὐσῃ ἀκολασίας καὶ ἀναισθησίας τῆς περὶ ἡδονὰς οὐ δοκεῖ ἐναντίον εἶναι ἢ ἀναισθησία ἔνδεια οὔσα, ἀλλ' ἢ ἀκολασία οὔσα ὑπερβολῇ. (2) Ἔστι δ' ἀμφοτέρα ἐναντία τῇ μεσότητι, καὶ ἢ ὑπερβολῇ καὶ ἢ ἔνδεια. 10 ἢ γὰρ μεσότης τῆς μὲν ὑπερβολῆς ἐνδεέστερον, τῆς δ' ἔνδειας ὑπερβάλλον. Διὸ καὶ οἱ μὲν ἄσωτοι τοὺς ἐλευθερίου ἀνελευτέρους φασὶν εἶναι, οἱ δ' ἀνελεύθεροι τοὺς ἐλευθερίου ἄσωτους, καὶ οἱ μὲν θρασεῖς καὶ προπετεῖς τοὺς ἀνδρείους καλοῦσι δειλοὺς, οἱ δὲ δειλοὶ τοὺς 15 ἀνδρείους προπετεῖς καὶ μαινομένους. (3) Διὰ δύο δὲ αἰτίας δοξαίμεν ἂν ἀντιτιθέναι τῇ μεσότητι τὴν ὑπερβολὴν καὶ τὴν ἔνδειαν· ἢ γὰρ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος σκοποῦσι πότερον ἐγγυτέρον ἐστὶ τοῦ μέσου ἢ πορρώτερον, οἷον ἐλευθεριότητι πότερον ἄσωτία ἢ ἀνελευθερία πορρώτερον· μᾶλλον γὰρ ἂν δοξείεν ἐλευθεριότης ἢ ἄσωτία ἢ ἢ ἀνελευθερία. Πορρώτερον ἄρα ἢ ἀνελευθερία. (4) Τὰ δὲ πλεον ἀπέχοντα τοῦ μέσου ἐναντιώτερα δοξείεν ἂν εἶναι. Ἐκ μὲν ἄρα αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἢ ἔνδεια ἐναντιώτερον φαίνεται. Ἔστι δὲ 25 καὶ ἄλλως, οἷον πρὸς ἂ μᾶλλον πεφύκαμεν, ταῦτα μᾶλλον ἐναντία τῷ μέσῳ. Οἷον πεφύκαμεν μᾶλλον ἀκόλαστοι εἶναι ἢ κόσμιοι· ἢ οὖν ἐπίδοσις γίνεται μᾶλλον πρὸς ἂ πεφύκαμεν· πρὸς ἂ δὲ μᾶλλον ἐπίδομεν, ταῦτα καὶ μᾶλλον ἐναντία. Ἐπίδομεν δὲ πρὸς ἀκολασίαν 30 μᾶλλον ἢ πρὸς κοσμιότητα· ὥστ' ἐναντιώτερον ἂν εἴη ὑπερβολῇ μεσότητος· ἢ γὰρ ἀκολασία ὑπερβολῇ σωφροσύνης. (5) Ὅ τι μὲν οὖν ἐστὶν ἢ ἀρετῇ, ἐπέσκεπται· μεσότης γὰρ δοκεῖ τις εἶναι τῶν παθῶν, ὥστε δέοι ἂν τὸν μέλλοντα κατὰ τὸ ἦθος εὐδοκιμήσειν τὴν 35 μεσότητα τῶν παθῶν ἐκάστου διατηρεῖν. (6) Διὸ καὶ ἔργον ἐστὶ σπουδαῖον εἶναι. Ἐν ἐκάστῳ γὰρ τὸ μέσον λαβεῖν ἔργον, οἷον κύκλον μὲν γράψαι παντός ἐστι, τὸ δὲ μέσον τὸ ἐν αὐτῷ ἦδη λαβεῖν χαλεπόν. Ὅμοίως δὲ καὶ ὀργισθῆναι μὲν βράδιον, καὶ τὸ ἐναντίον δὲ τούτῳ, 40 τὸ δὲ μέσως ἔχειν χαλεπόν. Ἀπλῶς δὲ ἐν ἐκάστῳ τῶν παθῶν ἐστὶν ἰδεῖν ὅτι τὸ ἐμπεριέχον τὸ μέσον βράδιόν ἐστι, τὸ δὲ μέσον χαλεπόν, καὶ δ' ἐπαινούμεθα· διὸ καὶ σπάνιον τὸ σπουδαῖον.

7. Ἐπεὶ δ' οὖν ὑπὲρ ἀρετῆς εἰρηται, μετὰ τοῦτ' 45 ἂν εἴη σκεπτόν πότερον δυνατὴ παραγενέσθαι ἢ οὐ, ἀλλ' ὥσπερ Σωκράτης ἔφη, οὐκ ἐφ' ἡμῖν γενέσθαι τὸ σπουδαῖον εἶναι ἢ φαῦλον. Εἰ γὰρ τις, φησὶν, ἐρωτήσειεν ὄντιναοῦν πότερον ἂν βούλοιο δίκαιος εἶναι ἢ ἀδίκος, οὐθεὶς ἂν εἴλοιο τὴν ἀδικίαν. Ὅμοίως 50 δ' ἐπ' ἀνδρείας καὶ δειλίξ καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν αἰεὶ ἰσασύτως. (8) Δῆλον δ' ὡς εἰ φαῦλοί τινές εἰσιν, οὐκ ἂν ἐκόντες εἴησαν φαῦλοι· ὥστε δῆλον ὅτι οὐδὲ σπου-

Deinceps igitur fuerit sane dictu necessarium, quidnam demum medietati adversetur, excessusne an defectus. Nam quibusdam medietatibus defectus opponitur, ut nonnullis excessus : sicut fortitudini, nentiquam excessus, quæ est audacia, sed quæ defectus est timiditas ; temperantiæ vero quæ est medietas inter intemperantiam et stuporem illum qui est ab omni sensu voluptatis alienus, non videtur stupor iste esse contrarius, in quo est parum, sed intemperantia, in qua est nimium. (2) Sunt nimirum utraque, tam excessus quam defectus, medietati opposita. Medietas siquidem, excessus inferior, sed defectu superior. Ideo etiam prodigi, liberales esse illiberales aiunt ; contra illiberales, liberales prodigos vocant. Audaces vero et petulantes, fortes nominant timidus ; ut timidi, fortes esse petulantes et furibundos dicendos putant. (3) Duabus itaque de causis duxerimus medietati opponendum esse excessum atque defectum : quippe vel e re ipsa licet nobis considerare, utrum extremorum ad medium propius accedat an longinquius : ut, longinquiorne liberalitati sit prodigalitas, an avaritia : magis esse liberalitas videatur profusio opum, quam sordes et avaritia : longius ergo abest ab liberalitate avaritia. (4) Atqui a medio quæ magis absunt, magis opposita merito existimentur. E re itaque ipsa, defectum magis opponi apparet. Est etiam aliter, ut ad quæ naturam magis pronam habemus, ea medio sint magis contraria : velut ad intemperantiam nati sumus proniores, quam modestiam et id quod decet : potius igitur illa incrementum capiunt, ad quæ sumus proniores ; quæ autem facilius incrementum capiunt, sunt magis contraria. Atqui proniores ad intemperantiam sumus, quam ad modestiam et temperantiam : magis ergo excessus medietati contrarius. Intemperantia siquidem temperantiæ est excessus. (5) Quid ergo sit virtus, sic dispeximus : medietas siquidem affectuum quædam esse videtur. Proinde qui velit moribus compositis et laude dignis esse, ei affectuum singulorum medietas est tuenda. (6) Proinde, probum esse, operosum atque difficile est. Quandoquidem in unoquoque medium capere, operosum est : velut circulum describere, cuius obvium est ; at in ipso medium capere, arduum. Itidem et excandescere quidem facile, necnon contrarium huic : at mediocriter se habere, arduum. Omnino autem in quavis perturbatione est videre, id quod medium ambiat, esse facile ; medium vero, unde laudamur, arduum : ideo etiam rarum est quod probum.

7. Quoniam vero de virtute dictum est, deinceps fuerit considerandum, possitne ea adesse nobis, necne quemadmodum Socrates dixit, in nobis non esse situm, probos vel malos esse : quandoquidem sit quis roget aliquem, velitne justus esse, an injustus ; nemo delegerit injustitiam. Iidem de fortitudine, et timiditate, reliquisque virtutibus semper eodem modo. (8) Inde perspicuum est, si mali sint aliqui, non sponte esse eos malos ; et proinde ne probos qui-

δαῖοι. (9) Ὁ ὅς τοιοῦτος· λόγος οὐκ ἔστιν ἀληθής. Διὰ τί γὰρ ὁ νομοθέτης οὐκ ἔα τὰ φαῦλα πράττειν, τὰ δὲ καλὰ καὶ σπουδαῖα κελεύει; καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς φαύλοις ζημίαν τάττει, ἂν πράττη, ἐπὶ δὲ τοῖς καλοῖς, ἂν μὴ πράττη; Καίτοι ἄσποπος ἂν εἴη ταῦτα νομοθετῶν ἢ μὴ ἐφ' ἡμῖν ἔστι πράττειν. (10) Ἄλλ', ὡς ἔοικεν, ἐφ' ἡμῖν τὸ σπουδαῖον εἶναι καὶ τὸ φαύλον. Ἐτι δὲ μαρτυροῦσιν οἱ τ' ἐπαινοὶ καὶ οἱ ψόγοι γινόμενοι· ἐπὶ μὲν γὰρ τῇ ἀρετῇ ἐπαινος, ἐπὶ δὲ τῇ κακίᾳ ψόγος, ἐπαινος δὲ καὶ ψόγος οὐκ ἐπὶ τοῖς ἀκουσίοις· ὥστε ὀφθαλμῶν ὅτι ὡσαύτως ἐφ' ἡμῖν καὶ τὰ σπουδαῖα ἔστι πράττειν καὶ τὰ φαῦλα. (11) Ἐλεγον δὲ καὶ τοιαύτην τινὰ παραβολήν, βουλόμενοι δεικνύουσι ὅτι οὐχ ἔκούσιον. Διὰ τί γὰρ, φασίν, ὅταν νοσῶμεν ἢ αἰσχροὶ ὦμεν, οὐδεὶς ψέγει τοὺς τοιούτους; Τὸ δ' οὐκ ἀληθές· ψέγομεν γὰρ καὶ τοὺς τοιούτους, ὅταν αὐτοὺς οἰθρῶμεν αἰτίους εἶναι τοῦ νοσεῖν ἢ τοῦ κακῶς εἶναι τὸ σῶμα, ὡς ὅν καὶ ἐνταῦθα τὸ ἔκούσιον. Ἐοικεν οὖν ἐν τῷ κατ' ἀρετὴν καὶ κακίαν εἶναι τὸ ἔκούσιον.

dem. (9) Hæc ratio neutiquam vera. Nam cur legislator mala facere non permittit, at honesta et proba jubet, et poenas, si quis res malas patnaverit, aut bonas prætermiserit, statuit? Absurde namque fecerit si leges de iis tulerit, quæ perficere in nostra potestate non est. (10) Verum, ut videtur, in nobis est ut probi simus aut improbi. Item laudes et vituperationes id quoque attestantur: virtutem namque laus, vitium autem vituperatio consequitur. Atqui laus et vituperatio iis quæ quis invitatus fecerit, non tribuuntur. Manifestum igitur hoc modo, in nostro arbitrio esse bona malaque facere. (11) Similitudine vero hujusmodi utebantur, volentes demonstrare, non esse id in nobis positum. Cur namque, inquit, ægrotantes aut turpes forma nemo vituperat? At hoc minime verum. Tales namque reprehendimus, quando ipsos putamus sibi aut morbi aut alienus deformitatis esse auctores, quia videlicet in ipsis id fuisse positum intelligitur. Apparet igitur ut quis vel virtutem vel vitium sequatur, id sponte fieri.

CAP. X.

Ἐτι δ' ἂν τις τοῦτο ἐναργέστερον καὶ ἐνταῦθεν ἴδοι. Πᾶσα γὰρ φύσις γεννητικὴ ἔστιν οὐσίας τοιαύτης οἷα ἔστιν, οἷον τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῷα· ἀμφοτέρα γὰρ γεννητικὰ. Γεννητικὰ δὲ ἔκ τῶν ἀρχῶν, οἷον τὸ δένδρον ἐκ τοῦ σπέρματος· αὕτη γὰρ τις ἀρχή. Τὸ δὲ μετὰ τὰς ἀρχὰς οὕτως ἔχει· ὡς γὰρ ἂν ἔχωσιν αἱ ἀρχαί, οὕτως καὶ τὰ ἐκ τῶν ἀρχῶν ἔχει. (2) Ἐναργέστερον δ' ἔστι κατεῖναι τοῦτο ἐν τοῖς κατὰ γεωμετρίαν· καὶ γὰρ ἐκεῖ ἐπιδή τινες λαμβάνονται ἀρχαί, ὡς ἂν αἱ ἀρχαὶ ἔχωσιν, οὕτως καὶ τὰ μετὰ τὰς ἀρχὰς, οἷον εἰ τὸ τρίγωνον δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας ἔχει, τὸ δὲ τετράγωνον τέτταρσιν, ὡς ἂν μεταβάλλῃ τὸ τρίγωνον, οὕτως καὶ τὸ τετράγωνον συµμεταβάλλει· ἀντιστρέφει γάρ· καὶ ἐὰν τὸ τετράγωνον μὴ ἔχῃ τέτταρσιν ὀρθαῖς ἴσας, οὐδὲ τὸ τρίγωνον ἔξει δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας.

Rursus hinc etiam poterit quispiam evidentius intueri, quod omnis natura ejusdem essentiae est procreatrix atque ipsa est: veluti stirpes, et animalia; nam utraque procreandi vim habent: ex principiis vero producunt, ut arbor ex semine; id namque principium est. Quod porro principia consequitur, ita habet: ut enim habuerint principia, ita quæ a principiis ortum ducunt. (2) Perspicue autem magis licet hoc in geometria intueri, ubi quum ponantur principia quædam, qualia fuerint ipsa, talia erunt quæ ipsa consequentur. Velut, si triangulum duobus rectis æquales habet angulos, quadratum quoque quattuor angulis rectis habeat, necesse est. Et si in triangulo sit secus, etiam in quadrato secus erit: nam hæc convertuntur. Et si quadratum quattuor angulis rectis æquales non habuerit angulos, ne triangulum quidem duobus rectis habebit æquales.

CAP. XI. [XII.]

Οὕτω τοίνυν καὶ ὁμοίως τούτοις καὶ ἐπ' ἀνθρώπου. Ἐπειδὴ γὰρ γεννητικὸν ἔστιν ἄνθρωπος οὐσίας, ἐκ τινῶν ἀρχῶν καὶ τῶν πράξεων ὧν πράττει ἄνθρωπος γεννητικὸν ἔστιν. Τί γὰρ ἂν ἄλλο; οὔτε γὰρ ἀψύχων οὐδὲν λέγομεν πράττειν, οὔτε τῶν ἐμψύχων τῶν ἄλλων ἔξω ἀνθρώπων. Δῆλον οὖν ὅτι ὁ ἄνθρωπος τῶν πράξεων ἔστι γεννητικός. (2) Ἐπεὶ οὖν δοῶμεν μεταβαλλούσας τὰς πράξεις καὶ οὐδέποτε τὰ αὐτὰ πράττομεν, εἰσὶ δὲ αἱ πράξεις γεγενημένοι ἐκ τινῶν ἀρχῶν, ὀφθαλμῶν ὅτι, ἐπειδὴ αἱ πράξεις μεταβάλλουσιν, καὶ αἱ ἀρχαὶ τῶν πράξεων, ἀφ' ὧν εἰσὶ, μεταβάλλουσιν, ὡς περ ἔφραμεν παραβάλλοντες ἐπὶ τῶν ἐν γεωμετρίᾳ. (3) Ἀρχὴ δ' ἔστι πράξεως καὶ σπουδαίας καὶ ἀπολύτης προαίρεσις καὶ βούλησις καὶ τὸ κατὰ λόγον πᾶν. Δῆλον τοίνυν ὅτι καὶ αὗται μεταβάλλουσιν· μεταβάλλομεν γὰρ καὶ ταῖς πράξεσιν ἐκόντες, ὥστε καὶ ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ προαίρεσις.

Par igitur ac similis ratio est in homine: nam quum insita sit ei natura vis quædam res producendi, nimirum per principia quædam atque actiones quæ ab ipso proficiscuntur, res edit in lucem. Nam quid aliud? neque enim inanimatum ullum agere dicimus; neque etiam animatum, præter hominem. Manifestum igitur, actionum hominem esse progenitorem. (2) Proinde quoniam actiones commutari videmus, nec eadem unquam agimus, suntque actiones ex aliquibus progenitæ principiis; manifestum, quandoquidem actiones immutantur, etiam actionum immutari principia, a quibus sunt, quemadmodum similitudine ostendimus rerum geometricarum. (3) Atqui actionis tam bonæ quam malæ principium est consilium, et voluntas, et quicquid ad rationem tendit. Non dubium igitur quin hæc quoque commutentur. Sponte namque actiones immutamus: et proinde etiam principium atque consilium pro-

μεταβάλλει γὰρ ἑκουσίως. Ὡστε δῆλον ὅτι ἐφ' ἡμῖν ἂν εἴη καὶ σπουδαίους εἶναι καὶ φαύλους. (1) Ἰσως οὖν λέγοι ἂν τις, ἐπειδήπερ ἐπ' ἐμοί ἐστι τὸ δικαίω εἶναι καὶ σπουδαίω, ἐὰν βούλωμαι, ἔσομαι πάντων σπουδαϊότατος. Οὐ δὲ δυνατόν τοῦτο. Διὰ τί; ὅτι οὐδ' ἐπὶ τοῦ σώματος γίνεταί τοῦτο. Οὐ γὰρ ἂν τις βούληται ἐπιμελεῖσθαι τοῦ σώματος, καὶ δὴ πάντων ἀριστον ἔξει τὸ σῶμα. Δεῖ γὰρ μὴ μόνον τὴν ἐπιμέλειαν ὑπάρχειν, ἀλλὰ καὶ τῇ φύσει γίνεσθαι τὸ σῶμα καλὸν καὶ γαθόν. Βέλτιον μὲν οὖν ἔξει τὸ σῶμα, ἀριστα μέντοι πάντων οὐ. (6) Ὁμοίως δὲ δεῖ ὑπολαμβάνειν καὶ ἐπὶ ψυχῆς· οὐ γὰρ ἔσται ὁ προαιρούμενος εἶναι σπουδαϊότατος, ἂν μὴ καὶ ἡ φύσις ὑπάρξῃ, βελτίων μέντοι ἔσται.

positum : nam hæc sponte fit mutatio. Proinde non dubium quin in nobis sit, et probos et malos esse. (4) Fortasse igitur hic quispiam dixerit : Quandoquidem in me situm est ut sim justus et probus, ero, si voluero, omnium optimus. Id vero fieri nullo modo potest. Curnam? Quoniam ne in corpore quidem fieri id potest. Neque enim si quispiam voluerit corporis curam habere, is statim omnium optime habebit corpore. Nam opus est non solum curam adhiberi, verum etiam natura honestum et bonum corpus esse. Melius igitur *per curam* certe habebit corpus, non tamen erit omnium optimum. (5) Idem de anima intelligendum est : neque enim ut quisque voluerit, erit omnium optimus, nisi etiam natura accesserit : melior tamen erit.

CAP. XII. [XIII.]

16 Ἐπεὶ οὖν φαίνεται ἐφ' ἡμῖν ὅτι τὸ σπουδαίον εἶναι, ἀναγκαῖον τὸ μετὰ ταῦτα εἰπεῖν ὑπὲρ ἑκουσίου, τί ἐστι τὸ ἑκούσιον· τοῦτο γὰρ ἐστι τὸ κυριώτατον πρὸς τὴν ἀρετὴν, τὸ ἑκούσιον. Ἐκούσιον δὲ ἀπλῶς μὲν οὕτως βρῆθῆναι ἐστὶν ὁ πράττομεν μὴ ἀναγκαζόμενοι· ἀλλ' ἴσως 21 σαφέστερον λεκτέον ἐστὶν ὑπὲρ αὐτοῦ. (2) Ἔστιν οὖν καθ' ὃ πράττομεν ὀρεξίς, ὀρεξέως δ' ἐστὶν εἶδη τρία, ἐπιθυμία, θυμός, βούλησις. Πρῶτον μὲν οὖν τὴν κατ' ἐπιθυμίαν πρᾶξιν ἐπισκεπτέον, πότερον ἑκουσίως ἐστὶν ἢ ἀκούσιως. Τὸ μὲν οὖν ἀκούσιον οὐκ ἂν δοξείεν. 25 Διὰ τί καὶ πόθεν; ὅτι ὅσα μὴ ἐκόντες πράττομεν, ἀναγκαζόμενοι πράττομεν, ἐπὶ δὲ τοῖς ἐξ ἀνάγκης πραττομένοις πᾶσιν ἐπιτεταμένη λύπη· τοῖς δὲ δι' ἐπιθυμίαν πραττομένοις ἡδονὴ ἀκολουθεῖ· ὥστε οὕτως γὰρ οὐκ ἂν εἴη τὰ δι' ἐπιθυμίαν πραττόμενα ἀκούσια, ἀλλ' ἑκούσια. 30 (3) Ἀλλὰ πάλιν ἄλλος λόγος τις τούτῳ ἐναντιοῦται, ὃ ἐπὶ τῇ ἀκρασίᾳ. Οὐθεὶς γὰρ, φησί, πράττει ἐκὼν τὰ κακά, εἰδώς δὲ κακὰ ἐστὶν· ἀλλὰ μήν, φησὶν, ὃ γὰρ ἀκρατής εἶδος ὅτι ταῦτα φαυλόσ ἐστὶν ὅμως πράττει, καὶ κατ' ἐπιθυμίαν γὰρ πράττει· οὐκ ἄρα ἐκὼν· ἀναγκαζόμενος ἄρα. (4) Ἐνταῦθα πάλιν ὁ αὐτὸς λόγος ἀπαντήσεται. Καὶ γὰρ εἰ κατ' ἐπιθυμίαν, οὐκ ἐξ ἀνάγκης τῇ γὰρ ἐπιθυμίᾳ ἡδονὴ ἀκολουθεῖ, τὰ δὲ δι' ἡδονὴν οὐκ ἐξ ἀνάγκης. Καὶ ἄλλως τοῦτ' ἂν γένοιτο δῆλον, ὅτι ὁ ἀκρατής ἐκὼν πράττει· οἱ μὲν γὰρ ἀδικούντες 40 ἐκόντες ἀδικοῦσιν, οἱ δὲ ἀκρατεῖς ἀδικοὶ καὶ ἀδικοῦσιν· ὥστε ὁ ἀκρατής ἐκὼν ἂν πράττοι τὰ κατὰ τὴν ἀκρασίαν.

Quoniam igitur probum esse in nobis, ut apparet, situm est, dicendum deinceps est nobis de sponte factis, quidnam sit quod sponte factum dicitur. Principem enim locum in virtute obtinet quod sponte fit. Ac simpliciter quidem sponte fieri dicendum, quod non coacti agimus. Verum de hoc magis adhuc perspicue nobis disserendum est. (2) Nempe ad id quod agimus, aliquis nos impellit appetitus. Atqui tres sunt appetitus species, cupiditas, ira, voluntas. Primum igitur de actione, quæ a cupiditate oritur, videndum spontene an invite a nobis suscipiatur. Invitum hoc neutiquam videri debet. Cur ita, et unde id? Nempe quod quæcumque invitati agimus, coacti faciamus necesse est. Atqui ubi subest agentibus aliqua necessitas, dolor consequitur. Verum ex cupiditate agentis voluptas comitatur : proinde hoc pacto non erit ex cupiditate agere quippiam invite, sed sponte. (3) Atqui est rursus alia ratio quæ huic adversatur, quæ est de incontinentia : neque enim, inquam, sponte mala peragit, qui sciat mala esse : verum qui incontinens est, scit ea esse improba ; agit tamen, quippe cupiditate illectus agit. Non ergo sponte sua : coactus ergo est. (4) Hic vero rursus eadem occurrit ratio. Nam si ex cupiditate, non ex necessitate : cupiditatem enim voluptas comes consequitur ; at quæ ex voluptate fiunt, non possis dicere ex necessitate. Sed et alia ratione manifestum est, incontinentem sponte agere si *incontinenter* agat. Quandoquidem qui afficiunt injuria, ultro afficiunt injuria. Atqui incontinentes injusti sunt, atque injuria afficiunt : incontinens ergo in incontinentiam sponte delabitur.

CAP. XIII. [XIV.]

Ἀλλὰ πάλιν ἄλλος λόγος ἐναντιοῦται, ὃς φησὶν οὐκ ἑκούσιον εἶναι. Ὁ γὰρ ἐγκρατής ἐκὼν πράττει τὰ κατὰ τὴν ἐγκράτειαν· ἐπαινεῖται γὰρ, ἐπαινοῦνται δὲ ἐπὶ τοῖς 45 ἑκουσίοις. Εἰ δ' ἐστὶ τὸ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἑκούσιον, τὸ παρὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἀκούσιον· ὃ δ' ἐγκρατής παρὰ τὴν ἐπιθυμίαν πράττει, ὥστε ὁ ἐγκρατής οὐκ ἐκὼν ἂν εἴη ἐγκρατής. Ἀλλ' οὐ δοκεῖ· οὐδ' ἄρα τὸ κατ' ἐπιθυμίαν ἑκούσιον ἐστὶν. (2) Πάλιν ἐπὶ τῶν 50 κατὰ τὸν θυμὸν ὁμοίως· οἱ γὰρ αὐτοὶ λόγοι ὅπερ καὶ

Verum enimvero alia iterum ratio adversatur, non esse voluntarium affirmans. Contingens siquidem laudatur, quod sponte continenter agat. Laudantur autem illa quæ sponte fiunt. Quodsi ex cupiditate sponte agitur ; quod cupiditati adversatur, invitum erit. Atqui continens cupiditati adversatur, continenter agens. Contingens ergo, præter voluntatem fuerit continens. Verum hoc non videtur. Non ergo id quod ex cupiditate est, voluntarium est. (2) Rursus idem est in eis quæ ira fiunt : eadem namque hic, quas de cupiditate diximus, rationes conveniunt,

σύνη ταλεία τις ἀρετὴ ἐστίν. (3) *Ἐν μὲν δὴ τι δίκαιον ἐν τε τούτοις ἐστὶ καὶ περὶ ταῦτα. Ἄλλὰ μὴν οὐ τοῦτο τὸ δίκαιον οὐδὲ τὴν περὶ ταῦτα δικαιοσύνην ζητοῦμεν. Κατὰ μὲν γὰρ ταῦτα τὰ δίκαια ἐστὶ καθ' ἑαυτὸν ὄντα δίκαιον εἶναι· ὁ γὰρ σώφρων καὶ ὁ ἀνδρείος καὶ ὁ ἐγκρατὴς καὶ αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἐστὶ τοιοῦτος. Ἄλλὰ τὸ δίκαιον τὸ πρὸς ἕτερον ἄλλο τοῦ εἰρημένου κατὰ νόμον δικαίου ἐστίν· οὐ γὰρ ἐστὶν ἐν τοῖς πρὸς ἕτερον δίκαιός οὔσι καθ' αὐτὸν εἶναι δίκαιον. Τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ ζητοῦμεν δίκαιον καὶ τὴν δικαιοσύνην τὴν περὶ ταῦτα. (4) Τὸ τοίνυν δίκαιόν ἐστὶ τὸ πρὸς ἕτερον ὡς ἀπλῶς εἰπεῖν τὸ ἴσον. Τὸ γὰρ ἀδίκον τὸ ἀνίσον ἐστίν· ὅταν γὰρ τῶν μὲν ἀγαθῶν τὰ μείζω αὐτοῖς νέμωσι, τῶν δὲ κακῶν τὰ ἐλάσσονα, ἀνίσον τοῦτ' ἐστὶ, καὶ οὕτως ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι ὄνεται. (5) Δῆλον ἄρα ὅτι ἐπειδὴ ἡ ἀδικία ἐν ἀνίσοις, ἡ δικαιοσύνη καὶ τὸ δίκαιον ἐν ἰσότητι συμβολαίων. Ὡστε δῆλον ὅτι ἡ δικαιοσύνη μεσότης τις ἀν εἴη ὑπερβολῆς καὶ ἐλλείψεως καὶ πολλοῦ καὶ ὀλίγου. (6) Ὁ τε γὰρ ἀδικός τῷ ἀδικεῖν πλείον ἔχει, καὶ ὁ ἀδικούμενος δὲ τῷ ἀδικεῖσθαι ἐλάττω· τὸ δὲ γέ μῆσον τούτων δίκαιόν ἐστίν. Τὸ δὲ μῆσον ἴσον, ὥστε τὸ ἴσον ἀν πλείονος καὶ ἐλάττωτος εἶη δίκαιον, καὶ δίκαιος δὲ ὁ τὸ ἴσον βουλόμενος ἔχειν. (7) Τὸ δὲ γέ ἴσον ἐν ἐλαχίστοις δυσὶν ἐγγίνεται· τὸ ἄρα πρὸς ἕτερον ἴσον εἶναι δίκαιόν ἐστι, καὶ δίκαιος ὁ τοιοῦτος ἀν εἶη. (8) Ἐπεὶ οὖν ἡ δικαιοσύνη ἐν δικαίῳ καὶ ἐν ἴσῳ καὶ ἐν μεσότητι, τὸ μὲν δίκαιον ἐν τισὶ λέγεται δίκαιον, τὸ δ' ἴσον τισὶν ἴσον, τὸ δὲ μῆσον τισὶ μῆσον, ὡς θ' ἡ δικαιοσύνη καὶ τὸ δίκαιον ἔσται καὶ πρὸς τινὰς καὶ ἐν τισίν. (9) Ἐπεὶ οὖν ἐστὶ τὸ δίκαιον ἴσον, καὶ τὸ τῷ ἀνάλογον ἴσον δίκαιον ἀν εἶη. Τὸ δ' ἀνάλογον ἐν τέτταρσι γίνεται ἐλαχίστοις· ὡς γὰρ τὸ Α πρὸς τὸ Β, τὸ Γ πρὸς τὸ Δ· ὅλον ἀνάλογόν ἐστὶ τὸν τὰ πολλὰ κεκτημένον πολλὰ εἰσφέρειν, τὸν δὲ τὰ ὀλίγα κεκτημένον ὀλίγα· πάλιν ὁμοίως τὸν μὲν πολλὰ πεπονηκότα πολλὰ λαμβάνειν, τὸν δὲ ὀλίγα πεπονηκότα ὀλίγα λαμβάνειν. Ὡς δ' ἔχει δὲ πεπονηκῶς πρὸς τὸν μὴ πεπονηκῶς, οὕτως τὰ πολλὰ πρὸς τὰ ὀλίγα· ὡς δ' ὁ πεπονηκῶς πρὸς τὰ πολλὰ, οὕτως ὁ μὴ πεπονηκῶς πρὸς τὰ ὀλίγα. (10) Ἐοικε δὲ καὶ Πλάτων τῇ ἀναλογίᾳ ταύτῃ τῷ δικαίου χρῆσθαι ἐν τῇ Πολιτείᾳ. Ὁ μὲν γὰρ γεωργός, φησί, σίτον ποιεῖ, ὁ δ' οἰκοδόμος οἰκίαν, ὁ δ' ὑφάντης ἱμάτιον, ὁ δὲ σκυτοτόμος ὑπόδημα. Ὁ μὲν οὖν γεωργὸς τῷ οἰκοδόμῳ σίτον δίδωσιν, ὁ δ' οἰκοδόμος τῷ γεωργῷ οἰκίαν· ὁμοίως δὲ οἱ ἄλλοι πάντες οὕτως ἔχουσιν ὥστε τὰ παρ' αὐτοῖς ἀντικαταλλάττεσθαι τῶν παρὰ τοῖς ἄλλοις. (11) Ἔστι δ' ἡ ἀναλογία αὕτη· ὡς γὰρ ὁ γεωργὸς τῷ οἰκοδόμῳ, οὕτως ὁ οἰκοδόμος τῷ γεωργῷ· ὁμοίως τῷ σκυτεῖ, τῷ ὑφάντῃ, τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἡ αὕτη ἀναλογία πρὸς ἀλλήλους γίνεται, καὶ συνέχει δ' ἡ αὕτη ἀναλογία τὴν πολιτείαν. Ὡστε τὸ δίκαιον εἶναι εἰκοε τὸ ἀνάλογον· τὸ γὰρ δίκαιον συνέχει τὰς πολιτείας, τὸ αὐτὸ δ' ἐστὶ τὸ δίκαιον τῷ ἀνάλογον. (12) Ἐπεὶ δὲ ὁ οἰκοδόμος

perfecta est. (3) Unum itaque quoddam justum in his, et circa hæc. Verum enimvero neque id justum, sive jus, neque eam quæ circa ea versatur, justitiam querimus. Secundum hæc justa fieri potest ut quis per sese justus sit. Nam temperans, et fortis, et continens, per sese est ejusmodi. Sed justum indagamus, quod ad alterum refertur, aliud sane quam quod dictum est ex lege justum. Nam non est in iis quæ adversus alterum justa sunt, per sese esse justum. Id nimirum est quod querimus justum, atque eam quæ circa hoc versatur justitiam. (4) Quod igitur in alterum justum, ut paucis absolvam, hoc æquale est: nam injustum inæquale. Quum enim bonorum majora sibi adsciscunt, malorum vero minora admittunt, id inæquale, et hoc modo injuria afficere se alios, afficique ipsi ab aliis homines putantur. (5) Non dubium igitur, quum sit injuria in rebus inæqualibus, quin justitia et justum in contractuum æquitate sive æqualitate collocetur. Proinde certum est, justitiam, medietatem quandam esse inter excessum atque defectum, et multum et paucum. (6) Nam et qui injuste agit, eo ipso quod injuste agit, plus habet quam oporteat: et qui injuria afficitur, eo ipso quod injuriam patitur, minus: quod autem in horum medio est, id justum est. Atqui medium æquale est: ergo æquale, pluris et paucioris fuerit justum, justusque is qui æquale volet. (7) Sed æquale in duobus saltem conficitur: ergo in alterum æquum seu æquale esse, justum est: talis demum fuerit justus. (8) Quum igitur justitia, et in justo et in æquali, et in medietate, justum quidem in quibusdam dicatur: æquale vero, quibusdam æquale; necnon medium, in quibusdam medium: erit justitia, et justum, erga quosdam et in quibusdam. (9) Quoniam igitur justum, æquale est, et quod proportionem quandam respondet æquale, hoc justum fuerit. Atqui proportionale in quattuor terminis minimum perficitur. Nam quemadmodum A ad B, ita C ad D: sic proportionale est, ut qui multa possideat, conferat multa: ita qui pauca possideat, pauca conferat. Rursus eodem modo qui plurimum laboraverit, plurima capiat: qui vero parum laboraverit, parum capiat. Ut autem laborans ad non laborantem habuerit, ita plurima ad pauca: ut vero laborans ad plurima, ita non laborans ad pauca. (10) Visus sane et in libris de Republica Plato uti ejusmodi de justo proportionem. Agricola enim (inquit) cibum parat, ædificator vero domum; ut textor vestem, ita sutor calceum. Agricola igitur ædificatori cibum suggerit, et ædificator agricolæ domum. Ita et eodem modo ceteri omnes habent, et perinde quæ apud se, permutant in ea quæ apud alios. (11) Est namque hujusmodi proportio. Nam ut agricola ædificatori, ita ædificator agricolæ, similiterque sutori, textori, atque aliis omnibus eadem invicem inter ipsos est proportio, quæ continet et tuetur totam rempublicam: ut liceat nobis intelligere justum proportionale esse: siquidem continet justum respublicas, idemque est justum, quod proportionale. (12) At quoniam ædificator suo opere

πλείονος ἄξιον ποιεῖ τὸ αὐτοῦ ἔργον ἢ ὁ σκυτεὺς, καὶ ἦν ἔργον ἀντικαταλλάττεσθαι τῷ σκυτεὶ πρὸς τὸν οἰκοδόμον, ἀνθ' ὑποδημάτων δ' οὐκ ἦν οἰκίαν λαβεῖν, ἐνταῦθα ἦδη ἐνόμισαν, οὐ πάντα ταῦτα ὠνητὰ ἔστιν, ἀργύριον
 5 προσαγορεύσαντες νόμισμα, τοῦτω χρῆσθαι, καὶ τὴν ἀξίαν ἕκαστον ἑκάστου διδόντας τὴν ἀλλαγὴν ποιεῖσθαι παρ' ἀλλήλων, καὶ τοῦτω τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν συνέχειν. (13) Ἐπεὶ οὖν τὸ δίκαιόν ἐστιν ἐν τούτοις καὶ τοῖς εἰρημένοις ἐμπροσθεν, ἢ περὶ ταῦτα δικαιοσύνη ἀνεῖν
 10 τῇ ἕξει ὁρμὴν ἔχουσα μετὰ προαιρέσεως περὶ ταῦτα καὶ ἐν τούτοις. Ἔστι δὲ δίκαιον καὶ τὸ ἀντιπεπονθός, οὐ μέντοι γὰρ ὡς οἱ Πυθαγόρειοι ἔλεγον. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ὦντο δίκαιον εἶναι, εἰ τις ἐποίησε, ταῦτ' ἀντιπαθεῖν. (14) Τὸ δὲ τοιούτον οὐκ ἔστι πρὸς ἅπαντας.
 15 Οὐ γὰρ ἔστι δίκαιον οἰκέτῃ πρὸς ἐλεύθερον ταυτόν· οἰκέτης γὰρ ἐὰν πατάξῃ τὸν ἐλεύθερον, οὐκ ἔστι δίκαιος ἀντιπληγῆναι, ἀλλὰ πολλαίκι. Καὶ τὸ ἀντιπεπονθός δὲ δίκαιόν ἐστιν ἐν τῷ ἀνάλογον· ὡς γὰρ ὁ ἐλεύθερος ἔχει πρὸς τὸν δούλον τῷ βελτίων εἶναι, οὕτως τὸ ἀντιποιῆσαι πρὸς τὸ ποιῆσαι. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐλεύθερῳ πρὸς ἐλεύθερον ἕξει. Οὐ γὰρ δίκαιον, εἰ τις τὸν ὀφθαλμὸν ἐξέκοψέ τις, ἀντεκκοπῆναι μόνον, ἀλλὰ
 20 πλείονα παθεῖν, ἀκολουθήσαντα τῇ ἀναλογίᾳ· καὶ γὰρ ἦρξε πρότερος καὶ ἠδικήσεν, ἀδικεῖ δὲ κατ' ἀμφοτέρα· ὡςτε ἀνάλογον καὶ τὰ ἀδικήματα, καὶ τὸ ἀντιπαθεῖν πλείω ὧν ἐποίησε δίκαιόν ἐστιν. (15) Ἐπεὶ δὲ τὸ δίκαιον πολλαχῶς λέγεται, διοριστέον ἀν εἴη ὑπὲρ ποίου δίκαιόν ἐστιν ἢ σκέψις. Ἔστι δὲ δίκαιόν τι, ὡς φασιν, οἰκέτῃ πρὸς δεσπότην καὶ υἱῷ πρὸς πατέρα. Τὸ
 30 δ' ἐν τούτοις δίκαιον ὁμωνύμως ἀν δόξειεν λέγεσθαι τῷ πολιτικῷ δίκαιῳ. Ἔστι γὰρ τὸ δίκαιον ὑπὲρ οὗ ἔστιν ἢ σκέψις, τὸ πολιτικὸν δίκαιον. (16) Τοῦτο γὰρ μάλιστ' ἔστιν ἐν ἰσότητι· κοινωνοὶ γὰρ οἱ πολῖται τινες, καὶ ὅμοιοι βούλονται εἶναι τῇ φύσει, τῷ δὲ τρόπῳ
 35 ἕτεροι. Τῷ δὲ υἱῷ πρὸς πατέρα καὶ οἰκέτῃ πρὸς δεσπότην οὐκ ἀν δόξειεν εἶναι δίκαιον οὐθέν· οὔτε γὰρ τῷ ποδὶ τῷ ἐμῷ πρὸς ἐμέ οὔτε τῇ χειρὶ, ὁμοίως δ' οὐδ' ἑκάστῳ τῶν μορίων. Ὡσαύτως ἀν οὖν δόξειεν ἔχειν καὶ ὁ υἱὸς πρὸς πατέρα· ὡσπερ γὰρ μέρος τί ἐστι τοῦ
 40 πατρὸς ὁ υἱός, πλὴν σταν ἦδη λάβῃ τὴν τοῦ ἀνδρὸς τάξιν καὶ χωρισθῆ ἀπ' αὐτοῦ, τότε ἦδη ἐν ἰσότητι καὶ ὁμοιότητι ἔστι τῷ πατρὶ· οἱ δὲ πολῖται τοιοῦτοί τινες ἐθέλουσιν εἶναι. (17) Ὡς δ' αὖτως οὐδ' οἰκέτῃ πρὸς δεσπότην ἔστι δίκαιον διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν· τοῦ γὰρ
 45 δεσπότητος τί ἐστιν ὁ οἰκέτης. Ἀλλὰ δὴ καὶ εἰ ἔστιν αὐτῷ δίκαιον, τὸ οἰκονομικὸν δίκαιον πρὸς αὐτόν ἐστιν. Οὐ τοῦτο δὲ γὰρ ἡμεῖς ζητοῦμεν, ἀλλὰ τὸ πολιτικόν· ἐν ἰσότητι γὰρ καὶ ὁμοιότητι τὸ πολιτικὸν δίκαιον εἶκοιεν εἶναι. (18) Ἀλλὰ δὴ τὸ μὲν ἐν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς
 50 κοινωνίᾳ δίκαιόν ἐστιν ἐγγὺς τοῦ πολιτικοῦ δικαίου· χειρὸν μὲν γὰρ ἢ γυνῆ τοῦ ἀνδρός, ἀλλ' οἰκειότερον, καὶ μετέχει ἰσότητος πῶς μᾶλλον, διότι ἐγγὺς τῆς πολιτικῆς κοινωνίας ὁ βίος αὐτῶν, ὡστε καὶ τὸ δίκαιον τὸ γυναικὶ πρὸς ἄνδρα μάλιστα πῶς ἦδη τῶν ἄλλων πο-

plura meretur, quam eo quod sutor praestat, difficile quodque erat, ut aedificator cum sutore faceret permutatorem; neque enim pro calcis par fuerit domum capere: hic jam instituerunt, quo haec omnia venalia sint, argento uti, quod numisma vocant: ut pro aestimatione et pretio cuiuslibet fiat inter ipsos invicem contrahentes permutatio, quae civilem communicationem contineat. (13) Quum igitur in his, et quae proxime dicta sunt, justum sit, erit justitia quae circa haec et in his consistit, cum delectu ex habitu impulsum nacta. Est vero etiam talio jus: non tamen, ut aiebant Pythagorici; rati namque illi sunt, justum esse, ubi quae quis effecisset, eadem essent talionis vice ferenda: (14) quod erga omnes non potest eo modo fieri. Neque enim justum, eadem servum cum ingenuo fere: quandoquidem si servus ingenuum ceciderit, justum non est ex altera parte tantum caedi, sed impensius: nam et ipsa talio, jus est proportionem constans. Nam quemadmodum ingenuus adversus servum habet, eo longe praestantior, eadem ratione et proportione rependendum est, quod alter fecerit prior. Idem etiam ingenuo adversus ingenuum res habebit. Nec enim justum est, ut qui oculum eruerit, ei tantum talionis poena infligatur, sed multo plura ferat, proportionis consecutione: quandoquidem et cepit prior, et affecit injuria. Atqui utrumque illata injuria est: et proinde proportionale est, ut etiam injuriae ratio habeatur, atque plura ferat quam fecerit: idque justum exigit ratio. (15) Verum quoniam multis modis justum, vel jus, dicitur, definiendum fuerit de quonam demum justo sit nobis disceptatio. Est nimirum, ut perhibent, aliquod justum servo adversus dominum, et filio adversus patrem. In quibus quod obtinet justum, aequivoce nomine justum civile dici videbatur. Est namque justum de quo nunc loquimur, civile justum. (16) Id prope modum in ipsa aequalitate positum. Cives enim communionem quandam inter se habent, et natura quidem consimiles esse volunt, diversi vero more. At filio erga patrem, et servo erga dominum, jus ullum non esse videbitur: neque enim pedi adversum me, neque manui, neque illidem alicui membro. Similiter igitur habere videbitur et filius erga patrem: nam veluti membrum patris est filius, nisi jam virilem induerit aetatem, qua ab ipso separatur; tunc enim in similitudine et aequalitate est patri: sed civibus hujusmodi esse licet. (17) Eadem de causa ne servo quidem erga dominum est justum: domini namque quiddam est servus. Ceterum si modo ei justum sit aliquid, id justum erga ipsum fuerit domesticum, quod in praesentia minime indagamus, sed civile: siquidem in similitudine et aequalitate civile justum apparet esse positum. (18) Praeterea, in mulieris et viri communicatione, justum est fere idem quod civile justum: deterius namque est mulier viro, sed quiddam magis conjunctum, et quodammodo magis aequalitatis particeps: proinde ipsorum vita ad societatem civilem proximè accedit. Quare justum etiam mulieri erga virum, praeci-

λιτικὸν ἐστίν. (19) Ἐπεὶ οὖν ἐστὶ δίκαιον τὸ ἐν πολιτικῇ κοινωνίᾳ ὄν, ἡ δικαιοσύνη καὶ ὁ δίκαιος περὶ τὸ πολιτικὸν δίκαιον ἔσται. Τῶν δὲ δικαίων ἐστὶ τὰ μὲν φύσει, τὰ δὲ νόμῳ. Δεῖ δ' οὕτως ὑπολαμβάνειν μὴ ὡς μηδέποτε ἂν μεταπεσόντα· καὶ γὰρ τὰ φύσει ὄντα μεταλαμβάνουσι μεταβολῆς· (20) λέγω δ' οἷον εἰ τῇ ἀριστερᾷ μελετῶμεν πάντες αἰεὶ βάλλειν, γινομένῳ ἂν ἀμφιδέξιοι· ἀλλὰ φύσει γε ἀριστερὰ ἐστὶ, καὶ τὰ δεξιὰ οὐδὲν ἤττον φύσει βελτίω ἐστὶ τῆς ἀριστερᾶς, κἂν πάντα ποιῶμεν τῇ ἀριστερᾷ καθάπερ τῇ δεξιᾷ. Οὐδ' ἔτι μεταπίπτουσι, διὰ τοῦτ' οὐκ ἐστὶ φύσει· ἀλλ' εἰ ὡς ἐπὶ τὸ πολλὸν καὶ τὸν πλείω χρόνον οὕτω διαμένει ἡ ἀριστερὰ οὕσα ἀριστερὰ καὶ ἡ δεξιὰ δεξιὰ, τοῦτο φύσει ἐστίν. (21) Ὡσαύτως ἐπὶ τῶν φύσει δικαίων, μή, εἰ μεταβάλλει διὰ τὴν ἡμετέραν χρῆσιν, διὰ τοῦτ' οὐκ ἐστὶ δίκαιον φύσει, ἀλλ' ἐστίν. Τὸ γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολλὸν διαμένον, τοῦτο φύσει δίκαιον προφανές. Ὁ γὰρ ἂν ἡμεῖς θώμεθα καὶ νομίσωμεν, τοῦτο καὶ ἐστὶ δίκαιον ἤδη καὶ καλοῦμεν κατὰ νόμον δίκαιον. Βέλτιον οὖν δίκαιον τὸ κατὰ φύσιν τοῦ κατὰ νόμον. Ἄλλ' ὁ ζητούμεν, δίκαιόν ἐστι πολιτικόν. Τὸ δὲ πολιτικόν ἐστὶ τὸ νόμῳ, οὐ τὸ φύσει. (22) Τὸ δ' ἀδίκον καὶ τὸ ἀδικημα δόξειεν ἂν εἶναι οὕτω ταυτὸν, οὐκ ἐστὶ δέ· τὸ μὲν γὰρ ἀδίκον ἐστὶ τὸ νόμῳ ὀρισμένον, οἷον τὸ παρακαταθήκην ἀποστερησαὶ ἀδίκον ἐστίν, τὸ δ' ἀδικημὰ ἐστὶ τὸ ἤδη ἀδίκως τι πράξαι. Ὁμοίως δὲ τὸ δίκαιον καὶ τὸ δικαιοπράγημα οὐ ταυτὸν· τὸ μὲν γὰρ δίκαιον τὸ τῷ νόμῳ ὀρισμένον, τὸ δὲ δικαιοπράγημα τὸ τὰ δίκαια πράττειν. (23) Πότε οὖν τὸ δίκαιον, καὶ πότε οὐ; Ὡς ἀπλῶς μὲν εἰπεῖν, ὅταν πράττη κατὰ προαίρεσιν καὶ ἐκουσίως (τὸ δ' ἐκουσίως ὁ ἦν, εἴρηται ἐν τοῖς ἐπάνω ἡμῖν), καὶ ὅταν εἰδῶς καὶ ὄν καὶ ᾧ καὶ οὐ ἔνεκα, οὕτως δίκαιον πράττει. Ὁμοίως καὶ ὠσαύτως καὶ ὁ ἀδίκος ἔσται ὁ εἰδῶς καὶ ὄν καὶ ᾧ καὶ οὐ ἔνεκα. Ὅταν δὲ μηθὲν τούτων εἰδῶς πράξῃ τι ἀδίκον, ἀδίκος μὲν οὐκ ἐστίν, ἀτυγῆς δέ· εἰ γὰρ οἰόμενος τὸν πολέμιον ἀποκτείνειν τὸν πατέρα ἀπέκτεινεν, ἀδίκον μὲν τι ἐπραξεν, ἀδικεῖ μὲντοι οὐθένα, ἀτυγεῖ δέ. (24) Ὡστε οὖν τὸ μὴ ἀδικεῖν τὰ ἀδίκῃ πράττοντα ἐν τῷ ἀγνοεῖν ἐστὶ τοῦτο, ὃ καὶ μικρὸν ἐπάνω ἐλέγετο, ὅταν μὴ εἰδῶς μήθ' ὄν βλάβῃ μήθ' ᾧ μήθ' οὐ ἔνεκεν. Ἄλλ' ἤδη καὶ τὴν ἀγνοίαν διοριστέον ἐστὶ, πῶς ἂν γινομένης τῆς ἀγνοίας, ὄν βλάβῃ, οὐκ ἀδικήσῃ. (25) Ἐστὶ δὲ οὕτως ὁ διορισμός· ὅταν μὲν γὰρ ἡ ἀγνοία αἰτία ᾗ τοῦ πράξαι τι, οὐχ ἑκὼν τοῦτο πράττει, ὥστε οὐκ ἀδικεῖ· ὅταν δὲ τῆς ἀγνοίας αὐτὸς ᾗ αἰτίας, καὶ πράττη τι κατὰ τὴν ἀγνοίαν ἧς αὐτὸς αἰτίας ἐστίν, οὕτως ἤδη ἀδικεῖ, καὶ δικαίως αἰτίας ὁ τοιοῦτος κληθήσεται. Οἷον ἐπὶ τῶν μεθύοντων· οἱ γὰρ μεθύοντες καὶ πράξαντες τι κακὸν ἀδικοῦσιν· τῆς ἀγνοίας αὐτοὶ εἰσὶν αἰτίοι· ἐξῆν γὰρ αὐτοῖς μὴ πίνεῖν τοσοῦτον ὥστ' ἀγνοήσαντας τύπτειν τὸν πατέρα. (26) Ὁμοίως ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀγνοῶν ὅσαι μὲν γίνονται δι' αὐτοῦς, οἱ κατὰ ταύτας ἀδικοῦντες ἀδικοὶ· ὧν δὲ μὴ αὐτοὶ εἰσὶν αἰτίοι, ἀλλ' ἡ ἀγνοία κακείνη ἐστὶν αἰτία

quodammodo jam prae ceteris civile est. (19) Quoniam igitur justum est id quod in civili communicatione positum est : tam justitia quam justus, circa civile justum erit. Sed justorum quaedam natura, quaedam lege sunt. Verum arbitrari ita oportet, ne putemus nunquam ea inter se mutari : etenim quae natura sunt, sane etiam mutationem subeunt : (20) ut, inquam, si jaculari omnes semper sinistra annitamus, tandem sinistra manu aequae ac dextra utemur. Atqui a natura sinistra est : sed dextera nihilominus natura potiora sunt sinistris, tametsi cuncta sinistra, sicut et dextra, faciamus. Neque ideo quod mutari haec queant, ob hoc a natura non sunt : verum si ut plurimum diutiusque ita permanent, ut sinistra sit sinistra, et dextra dextra, hoc a natura esse censendum est. (21) Idem obtinet in iis quae a natura sunt justa, si nostro usu immutentur : non ob hoc a natura justa non fuerint, imo equidem fuerint. Nam quod ut plurimum perdurat, id propterea justum a natura est. Quod vero nos constituamus, legeque sciscamus, id certe justum jam, atque etiam ex lege justum nuncupamus. Praestat igitur justum quod a natura est, illi quod ex lege. Ceterum quod indagamus justum, civile est : atqui civile, non natura, sed lege est. (22) Porro injustum, et injuria sive injuste factum, videri possint idem esse : non sunt tamen. Siquidem quid injustum sit, lege definitur : veluti deposito quendam fraudare, injustum est : at injuria, ubi injuste aliquid perpetratur. Itidem porro justum, ac justum facinus, non est idem : nam justum lege definitum est, quum sit justum facinus facere justa. (23) Quando igitur justum, et quando non? Nempe (ut paucis absolvam) quum dedita opera et sponte quis peregerit, (quid sponte sit, paullo ante a nobis dictum est,) et quando sciverit, et in quem, et cui, et qua de causa, tum justa peragit. Itidem adsimiliter erit etiam injustum, qui sciverit et in quem, et cui, et cujus causa deliquerit. At quum horum nihil sciens, injusti tamen quippiam commiserit, tum ille injustus non est, sed infortunatus. Nam si patrem occiderit, se hostem ratus occidere, injustum quidem commisit aliquid, et quum neminem affecerit injuria, egit tamen infeliciter. (24) Ergo non afficere injuria, ubi injusta peragantur, id est in ignorando positum, quod et paullo ante disseruimus : quum non sciat quemnam offenderit, neque cui, neque qua de causa. At definienda quoque videtur ignorantia, quoniam pacto quis per ignorantiam quem laedit, non afficiet injuria. (25) Sit nimirum haec definitio : Quodcumque perpetrandi aliquid causa fuerit ignorantia, id non fit sponte ; et proinde non afficit injuria. Verum quando ipse suae causa fuerit ignorantiae, perpetraturque quippiam ex ignorantia, cujus ipse exstiterit causa, is plane jam afficit injuria, ac ejusmodi jure criminis arguetur : velut in ebriis evenit. Vino namque mersi, si quid mali perpetrarint, sine controversia afferunt injuriam : quandoquidem ipsi sibi ejus ignorantiae causa exstiterunt. In ipsis enim fuit, ne tantum hiberent, ut ignorantes caederent patrem. (26) Idem in ceteris est ignorantiae, quae ex ipsis gignuntur facientibus, ut qui per ipsas inferant injuriam, sint injusti. Quorum autem non ipsi sunt causa,

τοῖς πράξασι τοῦ πράξει, οὐκ ἄδικοι. Ἔστι δ' ἡ τοιαύτη ἄγνοια ἢ φυσική, ὡς τὰ παιδία ἀγνοοῦντα τοὺς πατέρας τύπτουσιν, ἀλλ' ἢ ἐν τούτοις ἄγνοια φυσική οὐσα οὐ ποιεῖ διὰ τὴν πρᾶξιν ταύτην τὰ παιδία λέγεσθαι ἄδικα· ἢ γὰρ ἄγνοια αἰτία τοῦ πράττειν ταῦτα, τῆς δ' ἄγνοιας οὐκ αὐτὰ αἰτία· διὸ οὐδ' ἄδικοι λέγονται. (27) Ὑπέρ δὲ δὴ τοῦ ἀδικεῖσθαι πῶς; πότερον ἐκόντα ἔστιν ἀδικεῖσθαι ἢ οὐ; δίκαια μὲν γὰρ καὶ ἄδικοι πράττομεν ἐκόντες, ἀδικούμεθα δὲ οὐκέτι ἐκόντες· τὸ γὰρ κολάζεσθαι φεύγομεν, ὥστε δῆλον ὅτι οὐκ ἂν ἀδικούμεθα ἐκόντες. Οὐδεὶς γὰρ ἐκὼν βλάπτεσθαι ὑπομένει· τὸ γὰρ ἀδικεῖσθαι βλάπτεσθαι ἔστιν. (28) Naί, ἀλλ' εἰσὶ τινες οἱ δέον αὐτοὺς τὸ ἴσον ἔχειν παραχωροῦσί τισιν, ὥστε εἰ τὸ ἴσον ἔχειν ἦν δίκαιον, τὸ δ' ἔλαττον ἔχειν ἀδικεῖσθαι ἔστιν, ἔλαττον δὲ ἐκὼν ἔχει, ἐκὼν ἄρα, φησίν, ἀδικεῖται. Ἄλλ' ἐντεῦθεν δῆλον· πάλιν ὅτι οὐκ ἐκὼν. Πάντες γὰρ οἱ ἔλαττον λαμβάνοντες ἀντικαταλλάττονται ἢ τιμὴν ἢ ἔπαινον ἢ δόξαν ἢ φιλίαν ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων· ὁ δ' ἀντικαταλλαττόμενός τι ἀν' οὗ προίεται, οὐκέτι ἀδικεῖται· εἰ δὲ μὴ ἀδικεῖται, οὐδὲ ἐκὼν ἄρα. (29) Ἐτι πάλιν οἱ τὸ ἔλαττον λαμβάνοντες καὶ ἀδικούμενοι, ἢ οὐκ ἴσον λαμβάνουσιν, οὗτοι καλλωπίζονται καὶ σεμνύνονται ἐπὶ τοῖς τοιούτοις, ὅτι φασίν = ἐξόν μοι ἴσον λαμβάνειν οὐκ ἐλάμβανον, ἀλλὰ παρῆκα τῷ πρεσβυτέρῳ ἢ τῷ φίλῳ. » Ἀδικούμενος δὲ γε οὐδεὶς σεμνύεται. Εἰ δ' ἐπὶ τοῖς ἀδικήμασι μὴ σεμνύνονται, ἐπὶ δὲ τούτοις σεμνύνονται, ὅπως οὐκ ἂν ἀδικοῖντο οὕτως ἔλαττοῦμενοι. Εἰ δὲ μὴ ἀδικοῦνται, οὐδ' ἂν ἐκόντες ἀδικοῖντο. (30) Πρὸς δὴ ταῦτα καὶ τοὺς τοιούτους λόγους ὁ ἐπὶ τοῦ ἀκρατοῦς λόγος ἐναντιοῦται· ὁ γὰρ ἀκρατὴς βλάπτει αὐτὸς αὐτὸν τὰ φαῦλα πράττων, καὶ ἐκὼν γε ταῦτα πράττει, βλάπτει ἄρα αὐτὸς αὐτὸν εἰδώς, ὥσθ' ἐκὼν αὐτὸς ὑπ' αὐτοῦ ἀδικεῖται. Ἄλλ' ἐνταῦθα ὁ διορισμὸς προστεθείς κωλύσει τὸν λόγον τοῦτον. Ἔστι δὲ ὁ διορισμὸς οὗτος, τὸ μηδὲνα βούλεσθαι ἀδικεῖσθαι. Ὁ δὲ γε ἀκρατὴς βουλόμενος πράττει τὰ κατὰ τὴν ἀκρασίαν, ὥστε αὐτὸς αὐτὸν ἀδικεῖ· βούλεται ἄρα τὰ φαῦλα πράττειν αὐτῷ. Ἄλλ' οὐδεὶς βούλεται ἀδικεῖσθαι, ὥσθ' οὐδ' ὁ ἀκρατὴς αὐτὸς αὐτὸν ἐκὼν ἀδικοῖ. (31) Ἄλλ' ἴσως ἐνταῦθα πάλιν ἀπορήσειεν ἄν τις, ἄρα γε ἐνδέχεται αὐτὸν αὐτὸν ἀδικεῖν; ἐκ μὲν δὴ τοῦ ἀκρατοῦς σκοποῦμένῳ ἔοικεν ἐνδέχεσθαι. Καὶ πάλιν οὕτως· εἰ γὰρ ἂ δ νόμος πράττειν τάττει, ταῦτά ἐστι δίκαια, ὁ μὴ πράττων ταῦτα ἀδικεῖ· καὶ εἰ πρὸς τὸν κελεύει πράττειν, πρὸς τοῦτον εἰ μὴ πράττει, τοῦτον ἀδικεῖ· ὁ δὲ νόμος κελεύει σώφρονα εἶναι, οὐσίαν κεκῆσθαι, σώματος ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα· ὁ ἄρα ταῦτα μὴ πράττων ἀδικεῖ αὐτὸν εἰς οὐθένα γὰρ ἄλλον τῶν τοιούτων ἀδικημάτων ἢ ἀναφορά ἐστιν. (32) Ἀλλὰ μὴ ποτε ταῦτα οὐκ ἀληθῆ ἦν, οὐδ' ἐνδέχεται αὐτὸν ἀδικεῖν αὐτόν. Τὸν γὰρ αὐτὸν οὐκ ἐνδέχεται κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον πλεῖον ἔχειν καὶ ἔλαττον, οὐδ' ἐκόντα ἅμα καὶ ἄκοντα· ἀλλὰ μὴν ὁ ἀδικῶν, ἢ ἀδικεῖ, πλεῖον ἔχει, ὁ δ' ἀδικούμενος, ἢ ἀδι-

sed ignorantia sola, ut delinquant, neutiquam injusti. Est enimvero ejusmodi ignorantia naturalis, velut nescii infantes, patres caedunt. Haec nimirum naturalis inscientia non facit ut ab hac actione infantes dicantur injusti. Ipsa siquidem haec faciendi causa est inscientia. Neque ipsi suae sunt causa inscientiae; ideo nec injusti dicuntur. (27) Verum de deferenda injuria quid dicemus? utrum qui afficit injuria, sponte afficitur, an non? Justa namque, et injusta, sponte agimus: at non sponte afficimur injuria. Cruciatu siquidem devitamus: et proinde non dubium quin non sponte afficiamur injuria, quoniam ultro nemo offendi sufferat. Nam affici injuria, nonne est offendi? (28) Est ita. At sunt quibus licuit aequale assequi, sed id aliis concedunt. Quod si aequale consequi, justum fuit; et minus habere, injuria affici; sponteque minus habet: sponte ergo, ait, quis afficitur injuria. Verum manifestum hinc quoque est quod nemo sponte laeditur. Nam cuncti, qui sponte minus consequuntur, illius vice nanciscuntur aut honorem, aut laudem, aut gloriam, aut amicitiam, aut aliud quid id genus. Verum qui in vicem ejus quod dimisit aliquid recepit, is neutiquam afficitur injuria. Quodsi injuria non afficitur, ne sponte quidem ergo. (29) Rursus qui minus assequuntur, et quatenus aequale non accipiunt, affecti injuria, iidem sese jactant ostentantque hac de causa, quod dicunt, « Aequale mihi capere licuit, at nolui: cessi equidem seniori aut amico. » Atqui affectus injuria, nemo id sibi laudi ducit neque jactat se ideo. Quodsi in acceptis injuriis nulla gloria est, at propter ista illi gloriari solent, prorsus necesse est ut qui hoc modo minus acceperint, nulla injuria fuerint affecti. Quodsi injuriae non subjiciuntur, ne sponte quidem afficiuntur injuria. (30) Interim hujusmodi orationi adversari videtur quod fit in incontinentibus: quandoquidem incontinentes, nequiter agendo, se ipse offendit, idque sponte facit: consulto igitur sese ipse laedit: proinde sponte ipse a sese afficitur injuria. Verum hic definitio proposita hanc praepedit rationem. Est autem definitio, Neminem velle affici injuria. At incontinentes, volens incontinenter agit: proinde ipse se afficit injuria; vult ergo mala sibi infligere. Atqui vult nemo affici injuria: proinde ne incontinentes quidem sese sponte affecerit injuria. (31) Ceterum hinc fortassis ambigat quispiam, numquid accidat ut sibi quisquam ipse inferat injuriam. In incontinentem quidem injecta consideratione videatur contingere. Rursus in hunc modum ratiocinemur: si quae agenda lex jubet, ea sunt justa; qui non agit ea, injuste facit. At si, erga quem agendum jubet, neutiquam erga eundem id egerit, ipsum afficit injuria. Lex vero temperantem esse jubet, rem suam tueri, corpus curare, ac id genus alia. Qui ergo haec non peragit, se afficit injuria: quandoquidem erga alium neminem, fit talium affectio injuriarum. (32) Sed videndum ne haec parum vera sint, ut contingat se quempiam afficere injuria. Contingere enim quod potest, ut eodem tempore plus quispiam habeat, et minus; ut simul sponte, et invitatus agat quicquam? Siquidem qui afficit injuria, quatenus afficit, plus admittit: injuria affectus, quatenus afficitur, minus.

καίται, ἔλαττον· εἰ ἄρα αὐτὸς αὐτὸν ἀδικεῖ, ἐνδέχεται τὸν αὐτὸν κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ πλεῖον ἔχειν καὶ ἔλαττον. Ἀλλὰ τοῦτ' ἀδύνατον· οὐκ ἄρα ἐνδέχεται αὐτὸν αὐτὸν ἀδικεῖν. (33) Ἐτι δὲ μὲν ἀδικῶν ἔκων ἀδικεῖ, δὲ δὲ ἀδικούμενος ἄκων ἀδικεῖται, ὥστε εἰ ἐνδέχεται αὐτὸν αὐτὸν ἀδικεῖν, ἐνδέχοιτ' ἂν ἄμα καὶ ἀκουσίως καὶ ἔκουσίως πράττειν τι. Τοῦτο δὲ ἀδύνατον οὐκ ἄρα οὐδ' οὕτως ἐνδέχεται αὐτὸν αὐτὸν ἀδικεῖν. (34) Ἐτι εἰ τις λαμβάνοι ἐκ τῶν κατὰ μέρος ἀδικημάτων. Ἀδικοῦσι γὰρ πάντες ἴητοι παρακαταθήκην ἀποστεροῦντες ἢ μοιχεύοντες ἢ κλέπτοντες ἢ τι ἄλλο τῶν κατὰ μέρος ἀδικημάτων ποιοῦντες· οὐδεὶς δὲ πώποτε αὐτὸς αὐτὸν παρακαταθήκην ἀπεστέρησεν, οὐδ' ἐμίχθευσεν τὴν αὐτοῦ γυναῖκα, οὐδ' ἔκλεψεν αὐτὸς τὰ αὐτοῦ, ὥστε εἰ τὸ μὲν ἀδικεῖν ἐν τοῖς τοιοῦτοις ἐστί, τούτων δὲ μὴβὲν ἐνδέχεται πρὸς αὐτὸν ποιεῖν, οὐκ ἂν ἐνδέχοιτο αὐτὸν ἀδικεῖν. (35) Εἰ δὲ μή, οὐ τὸ γε πολιτικὸν ἀδικημα, ἀλλὰ τὸ οἰκονομικόν· ἢ γὰρ ψυχὴ εἰς πλείω μεμερισμένη ἔχει τι αὐτῆς τὸ μὲν χεῖρον τὸ δὲ βέλτιον, ὡστ' εἰ τι ἐγγίγνεται τῶν ἐν ψυχῇ ἀδικημα, τῶν μερῶν ἐστί πρὸς ἀλληλα. Τὸ οἰκονομικὸν γὰρ ἀδικημα διειλόμμεθα τῷ ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ βέλτιον, ὡς γίνεσθαι πρὸς αὐτὸν ἀδικον καὶ δίκαιον. Οὐ τοῦτο δ' ἡμεῖς ἐπισκοποῦμεθα, ἀλλὰ τὸ πολιτικόν. (36) Ὡστ' ἐν τοῖς τοιοῦτοις ἀδικήμασιν ἐν οἷς ἡμεῖς ζητοῦμεν, οὐκ ἐνδέχεται αὐτὸν αὐτὸν ἀδικεῖν. Πότερος δὲ πάλιν ἀδικεῖ, καὶ ἐν ποτέρῳ ἐστί τὸ ἀδικημα, ἐν τῷ ἀδικῶς ὄντων ἔχοντι ἢ τῷ κρίναντι καὶ τῷ ἀπονεύσαντι, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀγῶσιν; καὶ γὰρ ὁ λαβὼν τὸν φοῖνικα παρὰ τοῦ ἐφεστῶτος καὶ ταῦτα κρίναντος οὐκ ἀδικεῖ, κὰν ἀδικῶς αὐτῷ ἀποδοθῇ· ἀλλ' ἤδη δὲ κρίνας κακῶς καὶ δούς, οὗτος ἀδικεῖ. Καὶ οὗτος ἐστί μὲν ἢ ἀδικεῖ, ἐστί δὲ ἢ οὐκ ἀδικεῖ· ἢ μὲν γὰρ τὸ τῇ ἀληθείᾳ καὶ τῇ φύσει ὄν δίκαιον μὴ ἔκρινε, ταύτη μὲν ἀδικεῖ, ἢ δὲ τὸ αὐτῷ δοκοῦν εἶναι δίκαιον, οὐκ ἀδικεῖ.

Quodsi ipse sibi infert injuriam, contigerit ut per idem tempus plus idem habeat, et minus. Verum hoc fieri non potest. Non ergo se quisquam affecerit injuria. (33) Rursus, qui afficit injuria, sponte facit injuriam, at affectus injuria, invitus fert injuriam. Proinde si contingat se quempiam afficere injuria, contigerit simul et invito et sponte aliquid agere. Id autem fieri non potest: ne sic quidem igitur contigerit, sibi quemquam inferre injuriam. (34) Rursus, si consideraverit quispiam particulares injurias, *idem apparet*. Nam quicumque alteri faciunt injuriam; id illi faciunt, aut deposito fraudando, aut adulterium aut furtum committendo, aut aliquod ejusmodi injuriæ genus particulatim admittendo: nec tamen quisquam se unquam deposito fraudavit, neque suam adulterio vitiavit uxorem, neque sua ipsius furatus est. Itaque si istis modis inferitur injuria, neque ea in ipsum fieri auctorem potest: ne sic quidem contigerit cuiquam se ipsum afficere injuria. (35) Sin secus, ea non fuerit civilis injuria, sed domus administrationis, planeque familiaris. Anima siquidem in plures distributa partes, unam habet suam quidem deteriorem, alteram vero meliorem: proinde si quid in anima procreetur injuriarum, id partium adversum se invicem est. Familiarem porro injuriam distribuimus in deteriorem ac meliorem, ut fiat adversum se justum, et injustum. Verum id nos nunc non inquiremus, sed civile. (36) Proinde in id genus injuriis, quas nunc ipsum pervestigamus, neutiquam contingit ut se quisquam afficiat injuria. At insuper uter afficit injuria, et in utro injuria est? in eone, qui utcumque injuste possideat, an in judicante atque distribuyente, veluti in certaminibus? Enimvero qui præmium a præside atque hæc judicante accepit, non ipse facit injuriam, tametsi ei injuste tributum est; sed qui tulit judicium, maleque attribuit, is afficit injuria. Estque ubi hic *judex* afficiat injuria, et ubi non. Nam quatenus vere, et ut justè natura postulabat, non judicavit, eatenus afficit injuria: quatenus vero quod ipsi justum esse visum est pronunciat, neutiquam afficit injuria.

CAP. XXXV.

Ἐπειδὴ δ' ὑπὲρ τῶν ἀρετῶν εἰρηται, καὶ τίνες εἰσὶ καὶ ἐν τίσιν καὶ περὶ ποῖα, καὶ περὶ ἐκάστης αὐτῶν, οἷ εἰ πράττοιμεν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον τὸ βέλτιστον, τὸ μὲν οὕτως εἰπεῖν, τὸ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν, ὁμοῖον ἐστὶν ὥσπερ ἂν εἰ τις εἴποι οἷ ὑγίεια ἄριστ' ἂν γένοιτο, εἰ τις τὰ ὑγιεινὰ προσφέροιτο. Τὸ δὲ τοιοῦτον ἀσαφές· ἀλλ' ἔρεϊ μοι, τὰ ποῖα διασάφησον ὑγιεινὰ ἐστὶν. (2) Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ λόγου, τί ἐστὶν ὁ λόγος καὶ τίς ὁ ὀρθὸς λόγος; Ἀναγκαῖον ἴσως ἐστί πρῶτον μὲν, ἐν ᾧ ὁ λόγος ἐγγίγνεται, ὑπὲρ τούτου διελέσθαι. 3. Διωρίσθη μὲν οὖν ὑπὲρ ψυχῆς ὡς τύπῳ καὶ πρότερον, οἷ τὸ μὲν αὐτῆς ἐστί λόγον ἔχον, τὸ δ' ἄλογον μόριον τῆς ψυχῆς. Ἐστί δὲ εἰς δύο τὴν διαίρεσιν ἔχον τὸ λόγον ἔχον μόριον τῆς ψυχῆς, ὧν ἐστί τὸ μὲν βουλευτικόν, τὸ δ' ἐπιστημονικόν. Ὅτι δὲ ἕτερα ἀλλήλων ἐστὶν, ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἂν γένοιτο φανερόν. (4) Ὡσπερ γὰρ δὴ ἕτερά ἐστιν ἀλλήλων

Quoniam autem de virtutibus, et quæ sint, et in quibus, et circa quæ, jam dictum est; de singulisque, quod, si recta agamus ratione, sit optimum: ita nimirum ex recta ratione agere dicendo, est, ut si quis dixerit valetudinem fieri optimam, si quis salubribus vescatur. Id utique minus apertum: sed jam mihi dicat aliquis, Aperito mihi quæ sunt salubria. (2) Idem erit in ratione, et tam quid sit ratio, quam quæ sit recta ratio *scire postulabit*. Erit igitur necessarium, primum in quo ratio gignitur, considerare.

3. Paucis equidem de anima antea locuti, diximus animæ partem esse quæ habeat rationem, partem quæ sit rationis expers. Ea, inquam, pars animæ, quæ habet rationem, in duas est partes distributa: quarum una quidem consultatrix, altera autem scientiæ indagatrix. Quæ quod inter se invicem distinguantur, ex subjectis facile fuerit intelligere. (4) Nam quemadmodum inter se invicem differunt

χρῶμά τε καὶ χυμὸς καὶ φῶφος καὶ ὄσμη, ὡσαύτως καὶ τὰς αἰσθήσεις ἑτέρας αὐτῶν ἢ φύσις ἀπέδωκεν· φῶφον μὲν γὰρ ἀκοῆ, χυμὸν δὲ γούσει γνωρίζομεν, χρῶμα δὲ ὄψει. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰλλα τὸν αὐτὸν τρόπον δεῖ
 6 ὑπολαμβάνειν, ἐπεὶ ἕτερα τὰ ὑποκείμενά ἐστιν, ἕτερα καὶ τὰ τῆς ψυχῆς εἶναι μέρη οἷς ταῦτα γνωρίζομεν.
 (6) Ἐτερον δ' ἐστὶ τὸ νοητὸν καὶ τὸ αἰσθητὸν, ταῦτα δὲ ψυχῇ γνωρίζομεν· ἕτερον ἄρ' ἂν εἴη τὸ μόριον τὸ περὶ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ νοητὰ. Τὸ δὲ βουλευτικὸν καὶ προαι-
 10 ρητικὸν περὶ τὰ αἰσθητὰ καὶ ἐν κινήσει, καὶ ἀπλῶς ὅσα ἐν γενέσει τε καὶ φθορᾷ ἐστίν. (8) Βουλευόμεθα γὰρ ὑπὲρ τούτων ἢ ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ καὶ πράξει καὶ μὴ πράξει προελομένοις, περὶ ἃ ἐστὶ βουλή καὶ προαιρέσεις τοῦ πράξει ἢ μὴ πράξει· ταῦτα δ' ἐστὶν αἰσθητὰ καὶ
 15 ἐν κινήσει τοῦ μεταβάλλειν, ὥστε τὸ προαιρητικὸν μόριον τῆς ψυχῆς κατὰ τὸν λόγον τῶν αἰσθητῶν ἐστίν.
 (7) Τούτων δὲ διωρισμένων, μετὰ ταῦτα λεκτέον ἂν εἴη, ἐπειδὴ ὑπὲρ ἀληθοῦς ἐστὶν ὁ λόγος καὶ τάληθές ὡς ἔχει σκοπούμεθα, ἐστὶ δ' ἐπιστήμη, φρόνησις, νοῦς,
 20 σοφία, ὑπόληψις, περὶ τί δὴ ἕκαστον τούτων ἐστίν.
 (8) Ἡ μὲν οὖν ἐπιστήμη ἐστὶ περὶ ἐπιστητὸν, καὶ τοῦτο μετ' ἀποδείξεως καὶ λόγου διατεινόμενον· ἢ δὲ φρόνησις περὶ τὰ πρακτὰ, ἐν οἷς αἴρεσις καὶ φυγὴ καὶ ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ πράξει καὶ μὴ πράξει. (9) Ἐστὶ δὲ τῶν ποιουμέ-
 25 νων καὶ πραττομένων οὐ ταῦτὸ τὸ ποιητικὸν καὶ πρακτικὸν· τῶν μὲν γὰρ ποιητικῶν ἐστὶ τι παρὰ τὴν ποίησιν ἄλλο τέλος, οἷον παρὰ τὴν οἰκοδομικὴν, ἐπειδὴ ἐστὶ ποιητικὴ οἰκίας, οἰκία αὐτῆς τὸ τέλος παρὰ τὴν ποίησιν. Ὁμοίως ἐπιτεκτονικῆς καὶ τῶν ἄλλων τῶν ποιητικῶν. (10) Ἐπὶ δὲ
 30 τῶν πρακτικῶν οὐκ ἐστὶν ἄλλο οὐθὲν τέλος παρ' αὐτὴν τὴν πράξιν, οἷον παρὰ τὸ κιθαρίζειν οὐκ ἐστὶν ἄλλο τέλος οὐθὲν, ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο τέλος, ἢ ἐνέργεια καὶ ἢ πράξις. Περὶ μὲν οὖν τὴν πράξιν καὶ τὰ πρακτὰ ἢ φρόνησις, περὶ δὲ τὴν ποίησιν καὶ τὰ ποιητὰ ἢ τέχνη· ἐν γὰρ
 35 τοῖς ποιητοῖς μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς πρακτοῖς ἐστὶ τὸ τεχνάζειν. (11) Ὡστε ἢ φρόνησις ἂν εἴη ἕξις τις προαιρετικὴ καὶ πρακτικὴ τῶν ἐφ' ἡμῖν ὄντων καὶ πράξει καὶ μὴ πράξει, ὅσα εἰς τὸ συμφέρον ἤδη συντείνει.
 (12) Ἐστὶ δ' ἢ φρόνησις ἀρετὴ, ὡς δόξειεν ἂν, οὐκ
 40 ἐπιστήμη· ἐπαινετοὶ γὰρ εἰσιν οἱ φρόνιμοι, ὁ δ' ἐπαινος ἀρετῆς. Ἐτι δ' ἐπιστήμης μὲν πάσης ἀρετὴ ἐστὶ, φρονήσεως δὲ ἀρετὴ οὐκ ἐστὶν, ἀλλ' ὡς ἔοικεν, αὐτὸ τί ἐστὶν ἀρετὴ. (13) Ὁ δὲ νοῦς ἐστὶ περὶ τὰς ἀρχὰς τῶν νοητῶν καὶ τῶν ὄντων· ἢ μὲν γὰρ ἐπιστήμη τῶν μετ'
 45 ἀποδείξεως ὄντων ἐστίν, αἱ δ' ἀρχαὶ ἀναπόδεικτοι· ὥστ' οὐκ ἂν εἴη περὶ τὰς ἀρχὰς ἢ ἐπιστήμη, ἀλλ' ὁ νοῦς. (14) Ἡ δὲ σοφία ἐστὶν ἐξ ἐπιστήμης καὶ νοῦ συγχειμένη. Ἐστὶ γὰρ ἢ σοφία καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς καὶ τὰ ἐκ τῶν ἀρχῶν ἤδη δεικνύμενα, περὶ ἃ ἢ ἐπι-
 50 στήμη· ἢ μὲν οὖν περὶ τὰς ἀρχὰς, τοῦ νοῦ αὐτὴ μετέχει, ἢ δὲ περὶ τὰ μετὰ τὰς ἀρχὰς μετ' ἀποδείξεως ὄντα, τῆς ἐπιστήμης μετέχει. Ὡστε δῆλον ὅτι ἢ σοφία ἐστὶν ἐκ τε νοῦ καὶ ἐπιστήμης συγχειμένη, ὥστ' εἴη ἂν περὶ ταῦτα περὶ ἃ καὶ ὁ νοῦς καὶ ἢ ἐπιστήμη.

color, et succus, et sonus, et odor, itidem alios ipais sensu natura accommodavit. Sonum namque auditu, succum gustu cognoscimus, et colorem visu. Similiter etiam cetera ita se habere oportet existimare. Quod porro alia sint sub-
 jecta, alias quoque esse animæ partes manifestum est, quibus illa cognoscimus. (5) Aliud siquidem intellectu percipitur (intellectile vocant); aliud sensu (sensible appellat). Atqui subjecta illa, anima deprehendimus. Alia ergo pars fuerit, quæ circa sensilia, et alia, quæ circa intellectilia. Consultatrix autem et quæ deligit, circa sensilia et ea quæ in motu sunt, versatur, atque prorsus circa omnia quæ in ortu interitque sunt. (6) Nam consultamus de eis quæ in nostra sunt potestate agendi ac non agendi cum delectu, circa quæ consilium ac delectus est agendi, vel non agendi. Hæc nimirum sensilia, in motuque ad permulationem. Proinde pars animæ qua res agendas aut non agendas deligimus, sensilis. (7) His itaque definitis, deinceps dicendum fuerit, quandoquidem de veritate est nobis sermo, et verum cujusmodi sit consideramus: (est autem scientia, prudentia, mens, sapientia, existimatio:) *dicendum, inquam, fuerit*, circa quod unumquodque istorum sit. (8) Scientia igitur, circa id quod sub scientiam cadit: quod cum demonstratione ac ratione explicatur. Prudentia vero, circa ea quæ sub actionem cadunt, in quibus delectus evitatioque, et in nobis agere, ac non agere est. (9) Jam vero eorum quæ fiunt, quæque aguntur, non est communis quædam facultas tam ad faciendum quam ad agendum apta. Facultati enim ad faciendum idoneæ, alius est præter effectiorem finis. Ut in ædificandi arte, cuius est domus ædificare, præter effectiorem, finis ei est propositus, domus: idem est in arte fabrilis, et reliquis omnibus quæ pertinent ad faciendum aliquid operis. (10) At in iis artibus quæ ad res agendas pertinent, præter actionem, nullus est alius finis: ut præter citharæ modulationem, finis non est alius; sed id ipsum pro fine est, operatio atque actio. Circa actionem itaque et quæ in agendo posita sunt, prudentia: circa effectiorem et quæ in faciendo posita sunt, ars: siquidem in faciendo potius quam agendo est artem exercere. (11) Proinde fuerit prudentia, deligendi et agendi quæ in nostra sunt potestate, habitus, tendente ad commodum ipsa quoque actione. (12) Prudentia autem virtus est, ut videtur, non scientia. Laudandi siquidem sunt prudentes: at laus, virtutis est. Item scientiæ quidem omnis est virtus: at prudentiæ, virtus non est, sed, ut apparet, id ipsum quiddam est virtus. (13) Mens porro est circa principia intellectuum. Scientia vero eorum quæ sunt cum demonstratione. Atqui principia sunt indemonstrabilia; et proinde non circa principia scientiæ est, sed mens. (14) Sapientia porro ex scientia mentisque constituitur. Complectitur enim sapientia tam principia quam quæ ex principis sunt demonstrata, circa quæ versatur scientia. Quatenus igitur principia complectitur sapientia, est mentis particeps: at quatenus circa ea quæ post principia sunt, cum demonstratione, scientiæ est particeps. Proinde non dubium quin sapientia ex mente scien-

(15) Ἡ δὲ ὑπόληψις ἐστίν, ἥ ὑπὲρ ἀπάντων ἐπαμφο-
 τερίζομεν πρὸς τὸ καὶ εἶναι ταῦτα οὕτω καὶ μὴ εἶναι.
 (16) Πότερον δ' ἐστὶν ἡ φρόνησις καὶ ἡ σοφία ταῦτὸν ἢ
 οὐ; ἡ μὲν γὰρ σοφία ἐστὶ περὶ τὰ μετ' ἀποδείξεως καὶ αἰ-
 5 ὤσαυτως ὄντα, ἡ δὲ φρόνησις οὐ περὶ ταῦτα ἀλλὰ περὶ
 τὰ ἐν μεταβολῇ ὄντα· λέγω δὲ οἷον εὐθὺ μὲν ἡ καμπύλον
 καὶ κοῖλον καὶ τὰ τοιαῦτα αἰεὶ ἐστὶ τοιαῦτα, τὰ δὲ συμ-
 10 φέροντα οὐκέτι οὕτως ἔχουσι τὸ μὴ εἰς ἀλλήλα μεταβάλ-
 λειν, ἀλλὰ μεταβάλλουσι, καὶ νῦν μὲν συμφέρει τοῦτο,
 αὐριον δ' οὐ, καὶ τῷ μὲν, τῷ δ' οὐ, καὶ οὕτω μὲν
 συμφέρει, ἐκείνως δὲ οὐ συμφέρει. Περὶ δὲ τὰ συμ-
 15 φερόντα ἐστὶν ἡ φρόνησις, ἡ δὲ σοφία οὐ. Ἔτερον ἄρα
 ἡ σοφία καὶ ἡ φρόνησις. (17) Πότερον δ' ἐστὶν ἡ σοφία
 ἀρετὴ ἢ οὐ; διὰ τούτων ἂν δῆλον γένοιτο, ὅτι ἐστὶν
 20 ἀρετὴ, ἐξ αὐτῆς τῆς φρονήσεως. Εἰ γὰρ ἡ φρόνησις
 ἀρετὴ ἐστίν, ὡς φαμέν, τοῦ μορίου τοῦ ἐτέρου τῶν
 λόγον ἔχόντων, ἐστὶ δὲ χεῖρων ἡ φρόνησις τῆς σοφίας
 (περὶ χεῖρω γὰρ ἐστίν· ἡ μὲν γὰρ σοφία περὶ τὸ αἰδῖον
 καὶ τὸ θεῖον, ὡς φαμέν, ἡ δὲ φρόνησις περὶ τὸ συμφέ-
 25 ρον ἀνθρώπων), εἰ οὖν τὸ χεῖρον ἀρετὴ ἐστὶ, τό γε βέλ-
 τιον εἰκὸς ἐστὶν ἀρετὴν εἶναι, ὥστε δῆλον ὅτι ἡ σοφία
 ἀρετὴ ἐστίν. (18) Ἡ δὲ σύνεσις τί ἐστὶν ἢ περὶ τί;
 ἐστὶ δ' ἡ σύνεσις ἐν ὄσπερ καὶ ἡ φρόνησις, περὶ τὰ
 30 πρακτά. Ὁ γὰρ συνετός που λέγεται τῷ δυνατὸς βου-
 λεύεσθαι καὶ ἐν τῷ ὀρθῶς τι χρῆναι καὶ ἰδεῖν, περὶ μικρῶν
 τε καὶ ἐν μικροῖς ἡ κρίσις αὐτοῦ. Ἔστιν οὖν ἡ σύνεσις
 καὶ ὁ συνετὸς μέρος τι φρονήσεως καὶ τοῦ φρονίμου,
 καὶ οὐκ ἄνευ τούτων· οὐ γὰρ ἂν χωρίσαις τὸν συνετὸν
 τοῦ φρονίμου. (19) Ὁμοίως δ' ἂν δόξειεν ἕξει καὶ τὰ
 35 ἐπὶ τῆς δεινότητος· ἡ γὰρ δεινότης καὶ ὁ δεινὸς οὐκ
 ἐστὶ μὲν οὔτε φρόνησις οὔτε φρόνιμος, ὁ μὲντοι φρό-
 νιμος δεινός· διὸ καὶ συνεργεῖ πως τῇ φρονήσει ἡ δει-
 νότης. (20) Ἀλλὰ δεινὸς μὲν καὶ ὁ φαῦλος λέγεται,
 ὅσον Μέντωρ δεινὸς μὲν ἐδόκει εἶναι, ἀλλ' οὐ φρόνιμος
 40 ἦν. Τοῦ γὰρ φρονίμου καὶ τῆς φρονήσεως ἐστὶ τὸ τῶν
 βελτίστων ἐπίεσθαι καὶ τούτων προαιρετικὸν εἶναι καὶ
 πρακτικὸν αἰεὶ, τῆς δὲ δεινότητος καὶ τοῦ δεινοῦ σκέ-
 ψασθαι ἐκ τίνων ἂν ἕκαστον γένοιτο τῶν πρακτῶν, καὶ
 τὰ ταῦτα πορίσαι. Δόξειεν ἂν οὖν εἶναι ὁ δεινὸς ἐν
 45 τοῖς τοιοῦτοις τε καὶ περὶ ταῦτα. (21) Ἀπορήσειε δ'
 ἂν τις καὶ θαυμάσειε, διὰ τί ὑπὲρ ἡθῶν λέγοντες καὶ
 πολιτικῆς τινὸς πραγματείας ὑπὲρ σοφίας λέγομεν.
 Ὅτι ἴσως γε πρῶτον μὲν οὐδ' ἄλλοτρία δόξειεν ἂν εἶναι
 ἡ σκέψις ἡ ὑπὲρ αὐτῆς, εἴπερ ἐστὶν ἀρετὴ, ὡς φαμέν.
 50 Ἔτι δ' ἴσως ἐστὶ φιλοσόφου καὶ περὶ τούτων παρεπι-
 σκοπεῖν ὅσα ἐν τῷ αὐτῷ τυγχάνουσιν ὄντα. (22) Καὶ
 ἀναγκαῖον δέ, ἐπεὶ περὶ τῶν ἐν ψυχῇ λέγομεν, περὶ
 ἀπάντων λέγειν ἐστὶ δὲ καὶ ἡ σοφία ἐν ψυχῇ, ὥστε
 οὐκ ἄλλοτρίως ὑπὲρ ψυχῆς ποιούμεθα τοὺς λόγους.
 55 (23) Ὡσπερ δ' ἔχει ἡ δεινότης πρὸς φρόνησιν, οὕτως
 δόξειεν ἂν ἔχειν ἐπὶ τῶν ἀρετῶν ἀπασῶν· λέγω δὲ οἷον
 εἰσὶν ἀρεταὶ καὶ φύσει ἐν ἑκάστοις ἐγγινόμεναι, οἷον
 ὁρμαὶ τινες ἐν ἑκάστῳ ἄνευ λόγου πρὸς τὰ ἀνδρείαα καὶ
 τὰ δίκαια καὶ καθ' ἑκάστην πρὸς τὰ τοιαῦτα. (24) Ἔστι

tiague consletur. Quare circa ea versabitur, circa quæ
 mens atque scientia. (15) Existimatio est, qua in omni-
 bus ferimur ancipites, sintne hæc ita, an secus. (16) Sed
 utrum prudentia et sapientia idem est, an non? Sapientia
 enim est circa ea quæ cum demonstratione sunt quæque
 semper eodem modo habent: prudentia vero non de tali-
 bus, sed de his quæ sunt in permutatione, quemadmodum
 rectum, inflexumve, et cavum, et talia quæ sunt ejusmodi.
 At utilia, et quæ conferunt, eo non habent modo, ut non
 inter se invicem permulentur; sed permulantur, ut nunc
 hoc conferat, quod cras non conferet; et huic conferat, illi
 autem non; atque hoc modo conferat, illo autem modo non
 conferat. Atqui circa ea quæ conferunt, prudentia est,
 non sapientia. Differunt ergo inter se prudentia atque
 sapientia. (17) Utrum autem sapientia virtus est, an non?
 Hinc perspicuum est, ex ipsa quidem prudentia, virtutem
 esse. Nam si virtus est prudentia, partis nempe alterius
 (ut diximus) quæ ex ratione sunt; estque prudentia, quam
 sapientia, deterior; (circa deteriora enim versatur: quando-
 quidem sapientia circa æternum divinumque, ut diximus,
 quum prudentia de hominis sit commodo;) ergo si, quod
 est deterius, virtus est: æquum fuerit, quod melius est,
 et ipsum esse virtutem. Non dubium igitur quin sapientia
 sit virtus. (18) Quid est autem seu circa quod intelligen-
 tia sive peritia? Est nempe peritia in iis, in quibus et pru-
 dentia, circa ea quæ sub actionem cadunt. Peritus siqui-
 dem dicitur, quatenus consulere recte aliquid, judicare ac
 perspicere potuerit; circa pusilla in pusillisque ejus judi-
 cium est. Igitur peritia atque peritus, prudentiæ, et pru-
 dentis pars, nec citra hæc. Neque enim peritum a prudente
 separaveris. (19) Idem profecto et in astutia existimandum
 est. Nam astutia, et astutus, non est quidem prudentia,
 neque prudens: verumtamen prudens, astutus; ideo astutia
 adjuvat quodammodo prudentiam. (20) Ceterum astutus
 etiam malus dicitur: quemadmodum Mentor astutus qui-
 dem fuisse visus est, non etiam prudens. Prudentis namque,
 et prudentiæ est, optima expetere, eaque semper sibi
 proponere atque acclitare: at astutiæ, et astuti fuerit, con-
 jectare ex quibusnam fiant singula quæ sub actionem ca-
 dunt, eaque sibi parare. Astutus igitur in hujusmodi
 ac circa talia esse videatur. (21) Dubitaverit quispiam,
 et admirari potuerit, quod loquentes de moribus, deque
 civili negotio, de sapientia dicamus. Nempe quia primum
 quidem de hac re non videatur esse aliena consideratio, si,
 ut diximus, sapientia est virtus. Item philosophi est, de
 iis omnibus vel obiter tractare quæ in eodem fuerint. (22) At
 necessarium, quum de his quæ in anima sunt loquimur, de
 omnibus dicere. Atqui est in anima sapientia: proinde alieno
 ab re modo ita de anima disputamus. (23) Quemadmodum
 vero habet astutia ad prudentiam, ita de cunctis virtutibus
 haberi putandum est: velut, inquam, sunt virtutes, quæ
 natura sunt singulis ingenitæ, tanquam impulsus quidam
 ad fortia ac justa, in unoquoque citra rationem; et singulæ
 sunt impulsus ad talia agenda. (24) Sunt autem tam

δε δὴ καὶ εἶναι καὶ προαιρέσει. Αἱ δὲ δὴ μετὰ λόγου
 οὔσαι τελείως ἀρεταί εἰσιν ἐπαινεταί ἐπιγιγνώμεναι.
 Ἔστιν οὖν ἡ φυσικὴ ἀρετὴ αὕτη ἡ ἀνευ λόγου χωρι-
 ζομένη μὲν τοῦ λόγου μικρὰ καὶ ἀπολειπομένη τοῦ
 5 ἐπαινεῖσθαι, πρὸς δὲ τὸν λόγον καὶ τὴν προαίρεσιν
 προστιθεμένη τελείαν ποιεῖ τὴν ἀρετὴν. Διὸ καὶ συν-
 εργεῖ τῷ λόγῳ καὶ οὐκ ἔστιν ἀνευ τοῦ λόγου ἡ φυσικὴ
 ὁρμὴ πρὸς ἀρετὴν. (25) Οὐδ' αὖ ὁ λόγος καὶ ἡ προαί-
 ρεσις οὐ πάντῃ τελειοῦται τῷ εἶναι ἀρετὴ ἀνευ τῆς φυ-
 10 σικῆς ὁρμῆς. Διὸ οὐκ ὀρθῶς Σωκράτης ἔλεγε, φάσκων
 εἶναι τὴν ἀρετὴν λόγον· οὐδὲν γὰρ ὄφελος εἶναι πράττειν
 τὰ ἀνδρεία καὶ τὰ δίκαια, μὴ εἰδότα καὶ προαιρούμε-
 νον τῷ λόγῳ. Διὸ τὴν ἀρετὴν ἐφη λόγον εἶναι, οὐκ
 ὀρθῶς, ἀλλ' οἱ νῦν βέλτιον· τὸ γὰρ κατὰ τὸν ὀρθὸν λό-
 15 γον πράττειν τὰ καλὰ, τοῦτό φασιν εἶναι ἀρετὴν, ὀρθῶς
 μὲν οὐδ' οὕτως. (26) Πράξει μὲν γὰρ ἂν τις τὰ δίκαια
 προαιρέσει μὲν οὐδεμιᾶ, οὐδὲ γνῶσει τῶν καλῶν, ἀλλ'
 ὁρμῇ τινὶ ἀλόγῳ, ὀρθῶς δὲ ταῦτα καὶ κατὰ τὸν ὀρθὸν
 λόγον. Λέγω δέ, ὡς ἂν ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς κελεύσειεν,
 20 οὕτως ἐπραξεν. Ἄλλ' ὁμοίως ἡ τοιαύτη πρᾶξις οὐκ
 ἔχει τὸ ἐπαινετόν· ἀλλὰ βέλτιον, ὡς ἡμεῖς ἀφορίζο-
 μεν, τὸ μετὰ λόγου εἶναι τὴν ὁρμὴν πρὸς τὸ καλόν· τὸ
 γὰρ τοιοῦτον καὶ ἀρετὴ καὶ ἐπαινετόν. (27) Πότερον
 δ' ἔστιν ἡ φρόνησις ἀρετὴ ἢ οὐ, ἀπορήσειεν ἂν τις.
 25 Οὐ μὴν ἀλλ' ἐντεῦθεν ἂν γένοιτο δῆλον ὅτι ἀρετὴ. Εἴ-
 περ γὰρ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀνδρία καὶ αἱ ἄλλαι ἀρεταί,
 διότι τῶν καλῶν πρακτικαί, ἐπαινεταί εἰσι, ὅθλον ὡς
 καὶ ἡ φρόνησις τῶν ἐπαινετῶν ἂν τις εἴη καὶ τῶν ἐν
 ἀρετῆς τάξει ὄντων· ἐφ' ἃ γὰρ ἡ ἀνδρία ὁρμᾷ πράττειν,
 30 ἐπὶ ταῦτα καὶ ἡ φρόνησις. Τὸ γὰρ ὄθλον ὡς ἂν αὕτη
 προστάτῃ, οὕτω καὶ ἡ ἀνδρία πράττει· ὥστε εἰ αὕτη
 ἐπαινετὴ τῷ ποιεῖν ἃ ἂν ἡ φρόνησις προστάτῃ, ἢ γε
 φρόνησις τελείως ἀνεῖται καὶ ἐπαινετὴ καὶ ἀρετὴ. (28) Πό-
 τερον δ' ἔστιν ἡ φρόνησις πρακτικὴ ἢ οὐ, ἴδοι ἂν τις
 35 ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰς ἐπιστήμας ἐπιβλέψας, ὅλον ἐπὶ τὴν
 οἰκοδομικὴν. Ἔστι γὰρ, ὡς φημὲν, ἐν οἰκοδομικῇ
 ὁ μὲν ἀρχιτέκτων τις καλούμενος, ὁ δὲ ὑπηρέτων τούτῳ
 οἰκοδόμος· οὗτος δ' ἔστι ποιητικὸς οἰκίας. Ἔστι δὲ
 καὶ ὁ ἀρχιτέκτων, καθὼς οὗτος ἐποιεῖ οἰκίαν, ποιητικὸς
 40 οἰκίας. Ὁμοίως δὲ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ποιητικῶν
 ἔχει, ἐν αἷς ἔστιν ἀρχιτέκτων καὶ ὑπηρέτης τούτου.
 Ποιητικὸς ἄρα τινὸς καὶ ὁ ἀρχιτέκτων ἔσται, καὶ τοῦ
 αὐτοῦ τούτου, οὗ ποιητικὸς καὶ ὁ ὑπηρέτικός. (29) Εἰ
 τοίνυν ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν ἔχει, ὅπερ εἰκὸς καὶ
 45 εὐλογον, καὶ ἡ φρόνησις ἂν εἴη πρακτικὴ. Αἱ γὰρ
 ἀρεταὶ πᾶσαι πρακτικαί εἰσιν, ἢ δὲ φρόνησις ὡσπερ
 ἀρχιτέκτων τις αὐτῶν ἔστιν· ὅπως γὰρ αὕτη προστάξει,
 οὕτως αἱ ἀρεταὶ καὶ οἱ κατ' αὐτάς πράττουσιν· ἐπεὶ
 οὖν αἱ ἀρεταὶ πρακτικαί, καὶ ἡ φρόνησις πρακτικὴ ἂν
 50 εἴη. (30) Πότερον δὲ αὕτη πάντων ἄρχει τῶν ἐν τῇ
 ψυχῇ, ὡσπερ δοκεῖ καὶ ἀπορεῖται, ἢ οὐ; τῶν γὰρ βελ-
 τίονων οὐκ ἂν δόξειεν, ὅλον τῆς σοφίας οὐκ ἄρχει.
 (31) Ἀλλά, φησὶν, αὕτη ἐπιμελεῖται πάντων, καὶ
 κυρία ἔστι προστάττουσα. Ἄλλ' ἴσως ἔχει ὡσπερ ἐν

consuetudine quam consilio. At quæ cum ratione sunt,
 veluti temperantia, aut fortitudo, perfecte sunt virtutes
 atque laudabiles. Naturalis igitur virtus ea quæ est citra
 rationem, ubi est a ratione separata, parva est, et quæ
 laudatione digna nequaquam sit; sed rationi et consilio ad-
 juncta perfectam efficit virtutem: ideo etiam cum ratione
 exercetur neque citra rationem est ad virtutem naturalis
 impulsus: (25) neque virtus ratio atque delectus admo-
 dum perficitur, ut sit virtus, citra impulsum naturale.
 Ideo non recte Socrates sentiebat, quum diceret, virtutem
 esse rationem: nihil enim *aiebat* proficere agendo fortia
 atque justa eum qui nesciret ac non ratione duce propone-
 ret. Et proinde virtutem rationem esse aiebat, non recte
 quidem. Sed melius ii qui nostra ætate philosophantur.
 Nam juxta rectam rationem honesta agere, virtutem esse
 perhibent. At ne ita quidem recte. (26) Agat siquidem
 quispiam justa, nullo proposito honestorum, nulla eorum
 cognitione, sed irrationali aliquo impulsu: recte vero agat
 et juxta rectam rationem: ita, inquam, egit, sicut recta
 jusserit ratio. Nihilominus tamen hujusmodi actio neutiquam
 sub laudem cadit. Sed melius, ut nos definimus, cum ratio-
 ne impulsus esse ad honestatem. Hoc namque virtus est
 atque sub laudem cadit. (27) Utrum prudentia virtus sit,
 an non, ambigere quispiam poterit. Verum enimvero
 hinc, esse virtutem, certum fuerit. Nam si justitia, et
 fortitudo, ceteræque virtutes, quod honesta exsequuntur,
 laudabiles sunt, non dubium quin prudentia quoque eorum
 sit quæ sub laudem cadunt, quæque in virtutis ordinem
 veniunt. Nam ad quæ fortitudo agenda impellit, in eadem
 etiam prudentia: in totumque, ut ipsa præscribit, ita etiam
 agit fortitudo. Proinde si hæc sub laudem cadit, ea faciendo
 quæ præscripserit prudentia, sine controversia etiam pru-
 dentia sub laudem cadit, virtusque est. (28) Utrum pru-
 dentia sub actionem cadat, an non, licuerit hinc nosse
 cuivis, spectando scientias, quemadmodum ædificaturam.
 Est namque in ædificatura, ut dici solet, unus quidem
 quispiam architectus, cui subministrat esse ædificator: is
 domus est effector. Est vero etiam architectus, quatenus
 de hujus præscripto ad domum exstruendam se faber accin-
 git, effector domus. Idem in reliquis effectivis locum habet,
 in quibus est architectus, et ejus minister. Erit igitur et ar-
 chitectus alicujus effector, et ejus quidem ipsius, cujus
 etiam minister est effector. (29) Si igitur eodem modo etiam
 in virtutibus se res habet, (quod æquum ac rationi con-
 sentaneum,) etiam prudentia sub actionem cadit. Quan-
 doquidem virtutes omnes sub actionem cadunt, quarum
 prudentia tanquam architectus quidam est: nam sicut ipsa
 præscripserit, ita virtutes, et qui eas sequuntur, agunt.
 Quum igitur virtutes sub actionem cadant, etiam sub actio-
 nem cadet prudentia. (30) Utrum vero omnibus quæ sunt
 in anima, hæc imperat, ut censetur, pariterque ambigitur,
 an secus? Melioribus certe, ut sapientia est, imperare eam
 videri par non est. (31) Sed hæc (dicat aliquis) cuncta
 ipsa procurat, præscribensque domina est. At forsitan,

οικία ὁ ἐπίτροπος. Οὗτος γὰρ πάντων κύριος καὶ πάντα διοικεῖ· ἀλλ' οὕτω οὗτος ἀρχεῖ πάντων, ἀλλὰ παρασκευάζει τῷ δεσπότη σχολήν, ὅπως ἂν ἐκεῖνος μὴ κωλυόμενος ὑπὸ τῶν ἀναγκαίων ἐκκλείηται τοῦ τῶν καλῶν τι καὶ προσηκόντων πράττειν. (31) Οὕτω καὶ ἁμοίως τούτῳ ἢ φρόνησις ὥσπερ ἐπίτροπος τίς ἐστὶ τῆς σοφίας, καὶ παρασκευάζει ταύτη σχολήν καὶ τὸ ποιεῖν τὸ αὐτῆς ἔργον, κατεχούσα τὰ πάθη καὶ ταῦτα σωφρονίζουσα.

ita se habet, ut in ædibus dispensator : is namque præest omnibus, dispensatque omnia, sed nondum idem imperat omnibus: verum domino otium parat, ne is præpeditus rerum domesticarum necessitate dissolvatur, quominus honesti quippiam et officiosi agat. (32) Ita atque similiter prudentia tanquam dispensator quidam est sapientiæ; et huic otium parat, ut suum peragat opus, affectus cohibendo eosque temperando.

LIBER II.

CAP. I.

10 Μετὰ δὲ ταῦτα ὑπὲρ ἐπιεικείας δέοι ἂν τὴν ἐπίσκεψιν ποιήσασθαι, τί τ' ἐστὶ καὶ ἐν τίσιν καὶ περὶ ποῖα. Ἔστι δ' ἡ ἐπιεικεία καὶ ὁ ἐπιεικὴς ὁ ἐλαττωτικὸς τῶν δικαίων τῶν κατὰ νόμον. Ἐὰ γὰρ ὁ νομοθέτης ἐξαδυνατεῖ καθ' ἕκαστα ἀκριβῶς διορίζει, ἀλλὰ καθόλου λέγει, ὁ ἐν 15 τούτοις παραχωρῶν, καὶ ταῦθ' αἰρούμενος ἢ ὁ νομοθέτης ἐβούλετο μὲν τῷ καθ' ἕκαστα διορίσαι, οὐκ ἠδυνήθη δέ, ὁ τοιοῦτος ἐπιεικὴς. Οὐκ ἐστὶ δὲ ἐλαττωτικὸς τῶν δικαίων ἀπλῶς· τῶν μὲν γὰρ φύσει καὶ ὡς ἀληθῶς ὄντων δικαίων οὐκ ἐλαττοῦται, ἀλλὰ τῶν κατὰ νόμον, 20 ἢ ὁ νομοθέτης ἐξαδυνατῶν ἀπέλιπεν.

Post ea quæ tradidimus, par videtur ut de æquitate disseramus, quidque sit, et in quibus, et circa qualia. Æquitas autem, homoque æquus is est qui de suo jure cedit, quod ei legibus competit : nam qui in iis quæ legislator particulatim examine et ad unguem definire non potest (in universum enim loquitur), suo jure cedit, idque sequitur quod voluisset quidem legislator etiam particulatim definire, sed non potuit : is est homo æquus. Porro autem non omni jure cedit is simpliciter : quandoquidem quæ naturæ ac vere justa sunt, non dimittit, sed ea dumtaxat quæ legislator deseruit, quum definire non posset.

CAP. II.

Ἡ δὲ εὐγνωμοσύνη καὶ ὁ εὐγνώμων ἐστὶ περὶ ταῦτα περὶ ἢ καὶ ἡ ἐπιεικεία, περὶ τὰ δίκαια τὰ ἐλλειψιμμένα ὑπὸ τοῦ νομοθέτου τῷ μὴ ἀκριβῶς διορίσθαι, κριτικὸς ὢν τῶν ἐλλειψιμμένων ὑπὸ τοῦ νομοθέτου, 5 καὶ γινώσκων ὅτι ὑπὸ μὲν τοῦ νομοθέτου ἐλλέλειπται, ἐστὶ μόντοι δίκαια. Ὁ τοιοῦτος εὐγνώμων. Ἔστι μὲν οὖν οὐκ ἄνευ ἐπιεικείας ἡ εὐγνωμοσύνη· τὸ μὲν γὰρ κρῖναι τοῦ εὐγνώμονος, τὸ δὲ δὴ πράττειν κατὰ τὴν κρίσιν τοῦ ἐπιεικούς.

Modestia, ac modestus (sive æqui et boni intelligens) est circa eadem circa quæ et æquitas, nempe circa justa, quæ ommissa a legislatore, non satis ad unguem definita sunt, ut judex inveniat eorum quæ legislator omittit, certoque cognoscit a legislatore prætermisssa, quæ justa tamen sunt; is modestus est. Itaque non citra æquitatem est modestia. Judicare siquidem, modesti : agere vero secundum hoc judicium, æqui fuerit.

CAP. III.

 ἀπὸ τοῦ θεωρεῖν ἡδονὴ γινομένη οὐκ ἐστὶ γένεσις, οὐδ'
 ἡ ἀπὸ τοῦ ἀκοῦσαι καὶ ὀσφρανεῖν. Οὐ γὰρ ἐξ ἐν-
 δείας γινομένη, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, οἷον ἐκ τοῦ
 φαγεῖν ἢ πιεῖν. Αὗται μὲν γὰρ ἐξ ἐνδείας καὶ ὑπερ-
 βολῆς γίνονται, τῷ ἢ τὴν ἐνδειαν ἀναπληροῦσθαι ἢ
 τῆς ὑπερβολῆς ἀφαιρεῖσθαι· διὸ γένεσις δοκεῖ εἶναι.
 (5) Ἡ δ' ἐνδεία καὶ ἡ ὑπερβολὴ λύπη. Λύπη οὖν ἐν-
 ταῦθα ἐνθα ἡδονῆς γένεσις. Ἐπὶ δὲ γε τοῦ ἰδεῖν καὶ
 ἀκοῦσαι καὶ ὀσφρανεῖν οὐκ ἐστὶ προλυπηθῆναι· οὐδεὶς
 γὰρ ἡδόμενος τῷ ὄρᾶν ἢ τῷ ὀσφρανεῖσθαι προελυπήθη.
 (6) Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῆς διανοίας ἐστὶ θεωροῦντά τι
 ἡδῶσθαι ἄνευ τοῦ προλυπηθῆναι, ὥστ' εἴη ἂν τις ἡδονὴ
 ἢ οὐκ ἐστὶ γένεσις. Εἰ οὖν ἡ μὲν ἡδονὴ, ὡς ὁ λόγος
 αὐτῶν ἔφη, διὰ τοῦτο οὐκ ἀγαθὸν ὅτι γένεσις, ἐστὶ δὲ
 τις ἡδονὴ ἢ οὐκ ἐστὶ γένεσις, αὕτη ἂν εἴη ἀγαθόν.
 (7) Ἐὶ δ' ὅλον οὐκ ἐστὶν οὐδέμεγα ἡδονὴ γένεσις· οὐδὲ
 γὰρ αὗται αἱ ἀπὸ τοῦ φαγεῖν καὶ πιεῖν ἡδοναί οὐκ εἰσὶ
 γένεσις, ἀλλὰ διαμαρτάνουσιν οἱ ταύτας φάσκοντες
 εἶναι τὰς ἡδονὰς γενέσεις. Οἴονται γὰρ, ἐπειδὴ τῆς
 προσφορᾶς γινομένης γίνεται ἡδονή, διὰ τοῦτο γένεσιν
 εἶναι· ἐστὶ δ' οὐ. (8) Ἐπειδὴ γὰρ ἐστὶ τῆς ψυχῆς τι
 μέρος ὃ ἡδόμεθα ἅμα τῇ προσφορᾷ ὧν ἐσμεν ἐνδεεῖς,
 τοῦτο τὰ μόριον τῆς ψυχῆς ἐνεργεῖ καὶ κινεῖται, ἣ δὲ
 κίνησις αὐτοῦ καὶ ἡ ἐνεργεῖα ἐστὶν ἡδονή· διὰ δὲ τὸ
 ἅμα τῇ προσφορᾷ ἐκείνῳ τὸ μόριον τῆς ψυχῆς ἐνεργεῖν,
 ἣ διὰ τὴν αὐτοῦ ἐνεργεῖαν, οἴονται γένεσιν εἶναι τὴν
 ἡδονὴν τῷ τὴν προσφορὰν δῆλον εἶναι, τὸ δὲ τῆς ψυχῆς
 μόριον ἀδελόν. (9) Ὁμοίον οὖν εἴ τις τὸν ἀνθρώπον
 οἶεται εἶναι σῶμα, ὅτι τοῦτο μετ' αἰσθητόν ἐστιν ἢ δὲ
 ψυχῆ· οὐ· ἐστὶ δὲ γε καὶ ἡ ψυχὴ. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ
 τοῦτου· ἐστὶ γὰρ μόριόν τι τῆς ψυχῆς ὃ ἡδόμεθα,

Sine ægritudine esse igitur, vicinum voluptati est. (2) Qua-
 propter de voluptate quoque dicendum, non modo quia
 etiam alii ita arbitrantur, verum etiam quod nobis de vo-
 luptate dicere necessarium esse censeamus. Nam quum de
 felicitate nobis sit oratio, felicitatemque definierimus, et
 dicamus in vita perfecta esse virtutis actionem, sitque virtus
 circa voluptatem et ægritudinem; de voluptate dicere ne-
 cesse est, quandoquidem citra voluptatem non est felicitas.
 (3) Primum itaque dicamus, quænam nonnulli afferentes
 voluptatem in numero bonorum non esse censendam exi-
 stiment. Aiunt namque primo ortum esse voluptatem. At
 ortum, quiddam imperfectum : bonum porro, imperfecti
 locum nunquam obtinere. Secundo loco, voluptates esse
 quasdam improbas : at improbitatem nunquam bonum ad-
 mittere. Rursus, quod gignatur in omnibus. Nam et malo, et
 improbo, et feræ, et pecudi deputatur : at bonum, malis
 immisceri, nefas, et ne multis quidem commune est. Quod-
 que non potentissimum, voluptas : at bonum, potentissi-
 mum. Quodque honesta agendi sit impedimentum. Nam
 quod honesta agere prohibeat, bonum quæ potest esse?
 (4) Primum igitur primo occurrendum, de ortu, ratioque
 diluenda, quod neutiquam vera sit. Est igitur in primis non
 omnis voluptas ortus. Nam quæ ab inspicendo voluptas
 gignitur, ortus non est : nec quæ ab audiendo, et olfaciendo.
 Neque enim ex egestate procreata, quemadmodum in aliis,
 ut ex comedendo, vel bibendo. Hæ namque ex egestate
 et redundantia fiunt, aut saturando egestatem, aut redun-
 dantiæ auferendo : ideo ortus esse videntur. (5) At eges-
 tas, et redundantia, ægritudo : igitur ægritudo hic, ubi
 ortus voluptatis. Atqui in spectando, et audiendo, et
 olfaciendo, non est ut ægritudo antecedit : nemo siquidem
 qui spectando delectatur, aut olfaciendo, prius tristatus est.
 (6) Itidem in cogitatione : potest enim contemplanti rem
 aliquam delectatio esse citra præcedentem ægritudinem :
 et proinde fuerit voluptas aliqua, quæ ortus non est.
 Quodsi voluptas, (ut eorum dicit oratio,) ideo bonum
 non est, quia ortus; estque voluptas aliqua, quæ ortus
 non est : fuerit utique bonum, voluptas. (7) Atqui in
 totum non est voluptas ortus; nam neque quæ a come-
 dendo et bibendo voluptates, ortus dici possunt. Verum
 hallucinantur qui has voluptates ortus esse perhibent.
 Putant siquidem, quoniam, dum admoventur et sumun-
 tur res (cibus), gignitur voluptas, ob hoc ortum esse : sed
 non est : (8) quandoquidem enim est pars animæ quæ-
 dam, qua oblectamur : simul admotis, quibus indigeba-
 mus, rebus, ea pars animæ, quatenus exercetur et mo-
 vetur, oblectatur. Atqui motus ipsis, et exercitium,
 voluptas est : quod una cum admotis rebus ea pars animæ
 exercentur, aut propter ipsius actionem, ortum esse censent
 voluptatum : quod non manifesta sit rerum admotio, animæ
 tamen pars non cernatur : (9) perinde atque si quis homi-
 nem esse opinetur corpus, quod id sub sensum cadat, non
 autem animam : verum est etiam anima. Itidem et in hoc.
 Est namque pars quædam animæ, qua oblectamur, quæ,

δ ἄμα τῇ προσφορᾷ ἐνεργεῖ· διὸ οὐκ ἔστιν οὐδεμία ἡδονὴ γένεσις. (10) Καὶ ἀποκατάστασις δέ, φασί, εἰς φύσιν αἰσθητή. Καὶ γὰρ μὴ ἀποκαθισταμένοις εἰς φύσιν ἔστιν ἡδονή. Τὸ γὰρ ἀποκαθιστάσθαι ἔστι τὸ τοῦ ἐνδεοῦς τῇ φύσει, τούτου τὴν ἀναπλήρωσιν γενέσθαι· ἔστι δέ, ὡς φαμέν, μὴ ὄντα ἐνδεᾶ ἡδεσθαι. Ἡ μὲν γὰρ ἐνδεῖα λύπη, ἀνευ δὲ λύπης καὶ πρὸ λύπης φαιμέν ἡδεσθαι, ὥστ' οὐκ ἂν εἴη ἡ ἡδονὴ ἀποκατάστασις τοῦ ἐνδεοῦς· ἐνδεᾶ γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων ἡδονῶν οὐδέν. Ὡστε εἰ διότι μὲν γένεσις ἡ ἡδονὴ οὐκ ἀγαθὸν ἐδόκει εἶναι, οὐκ ἔστι δὲ οὐδεμία ἡδονὴ γένεσις, ἀγαθὸν ἂν εἴη ἡ ἡδονή. (11) Ἀλλὰ μετὰ τοῦτο οὐ πᾶσα, φησί, ἡδονὴ ἀγαθόν. Συνίδοι δ' ἂν τις καὶ ὑπὲρ τούτου οὕτως. Ἐπεὶ γὰρ τὰγαθὸν φαιμέν ἐν πάσαις ταῖς κατηγορίαις λέγεσθαι (καὶ γὰρ ἐν οὐσίᾳ καὶ ἐν τῷ πρὸς τι καὶ ποσῶ καὶ πότε καὶ ὅπως ἐν ἀπάσαις), ἥδη γ' ἐκείνου φανερόν· κατὰ πάσα γὰρ ἀγαθοῦ ἐνεργείας ἡδονὴ τις ἀκολουθεῖ. Ὡστ' ἐπειδὴ τὸ ἀγαθὸν ἐν πάσαις ταῖς κατηγορίαις, καὶ ἡδονὴ ἂν εἴη ἀγαθόν. Ὡστ' ἐπειδὴ ἐν τούτοις μὲν τὰγαθὰ καὶ ἡδονή, ἡ δ' ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν ἡδονὴ ἡδονή, ἀγαθὸν ἂν εἴη πᾶσα ἡδονή. (12) Ἀμα δὲ δῆλον ἐκ τούτου ὅτι καὶ διάφοροι τῷ εἶδει αἱ ἡδοναὶ εἰσὶν διάφοροι γὰρ καὶ αἱ κατηγορίαι, ἐν αἷς ἔστιν ἡδονή. Οὐ γὰρ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἐπιστημῶν ἔχει, οἷον τῆς γραμματικῆς ἢ ἄλλης ἡσιτισσοῦν. Ἐὰν γὰρ ἔχη Λάμπρος τὴν γραμματικὴν, ὁμοίως διακρίσεται ὑπὸ τῆς γραμματικῆς ταύτης [γραμματικὸς] ἄλλω ὄντων ἔχοντι γραμματικῆν, οὐ δὴ εἰσὶ διάφοροι αἱ γραμματικαὶ ἢ τ' ἐν Λάμπρῳ καὶ ἐν Ἰλει. Ἄλλ' ἐπὶ τῆς ἡδονῆς οὐχ οὕτως· ἡ γὰρ ἀπὸ τῆς μέθης ἡδονὴ καὶ ἡ ἀπὸ τοῦ συγγίνεσθαι οὐχ ὁμοίως διατιθέασιν, διὸ διάφοροι τῷ εἶδει δόξαιεν ἂν εἶναι αἱ ἡδοναί. (13) Ἀλλὰ δὴ καὶ διότι φαῦλαι εἰσὶν ἡδοναὶ τινες, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἐδόκει ἡ ἡδονὴ αὐτοῖς ἀγαθὸν εἶναι. Τὸ δὴ τοιούτον καὶ ἡ τοιαύτη κρίσις οὐκ ἰδίος ἔστιν ἡδονῆς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ φύσεως καὶ ἐπιστήμης. Ἔστι γὰρ καὶ φύσις φαῦλη, οἷον ἡ τῶν σκωλήκων καὶ ἡ τῶν κανθάρων καὶ ὅπως ἡ τῶν ἀτίμων ζώων, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἡ φύσις τῶν φαύλων. (14) Ὅμοίως δ' εἰσὶ καὶ ἐπιστήμαι φαῦλαι, οἷον αἱ βάνασοι, ἀλλ' ὁμοῦς οὐ διὰ τοῦτο φαῦλον ἡ ἐπιστήμη, ἀλλ' ἀγαθὸν τῷ γένει καὶ ἐπιστήμῃ καὶ φύσει. Ὡσπερ γὰρ οὐδ' ἀνδριανοποῖον θεωρεῖν δεῖ ποῖος τις ἔστιν ἐξ ὧν ἀπέτυχε καὶ κακῶς εἰργάσατο, ἀλλ' ἐξ ὧν εὔ, οὕτως οὐδ' ἐπιστήμην οὐδὲ φύσιν οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν ποῖόν τι ἔστιν ἐκ τῶν φαύλων, ἀλλ' ἐκ τῶν σπουδαίων. (15) Ὅμοίως δὲ καὶ ἡ ἡδονὴ τῷ γένει ἀγαθὸν ἔστιν, ἐπεὶ ὅτι γ' εἰσὶ φαῦλαι ἡδοναί, οὐδ' ἡμᾶς λανθάνει. Ἐπεὶ γὰρ καὶ φύσεις τῶν ζώων εἰσὶ διάφοροι, οἷον καὶ φαῦλη καὶ σπουδαία, οἷον ἡ μὲν ἀνθρώπου σπουδαία, ἡ δὲ λύκου ἢ τινος ἄλλου θηρίου φαῦλη, ὁμοίως δ' ἕτερα φύσις ἵππου καὶ ἀνθρώπου καὶ ὄνου καὶ κύνος· (16) ἡ δὲ ἡδονὴ ἔστι κατὰστασις ἐκ τοῦ παρὰ φύσιν εἰς φύσιν ἐκάστω τῆν αὐτοῦ, ὥστε τοῦτ' ἂν εἴη ἥδιστον τῇ γε φαύλῃ φύσει, φαῦλῃ ἡδονή.

simul atque res admotæ sunt, exercetur : ideo nulla voluptas est ortus. (10) Verum et conversio, inquit, in naturam sub sensum cadit. Nam non convertentibus sese in naturam, voluptas est. Siquidem convertendo naturam egestatem, fit exsaturatio. At, ut diximus, fieri potest ut sine ulla egestate fiat oblectatio. Siquidem egestas, aegritudo. At citra aegritudinem atque ante aegritudinem dicimus posse aliquem oblectari : et proinde non fuerit voluptas, egestatis conversio. Indignum namque in huiusmodi voluptatibus nihil. Proinde si ideo quod ortus est, voluptas non bonum esse existimetur, nullaque est voluptas ortus, bonum utique fuerit voluptas. (11) Præterea, non omnis, inquit, voluptas bonum. De quo poterit aliquis dispicere hoc pacto. Nam quia bonum in omnibus dicimus esse prædicamentis (nempe in essentia, et in ad aliquid, et in quanto, et quando, ac universe in omnibus); illud quoque manifestum, per omnes boni actiones voluptatem aliquam comitari. Proinde, quia in omnibus prædicamentis est bonum, etiam voluptas fuerit bonum. Et proinde, quoniam in his quidem per se bona, etiam voluptas fuerit per se bonum. Atqui a bonis voluptas, est voluptas : bonum ergo fuerit omnis voluptas. (12) Simul certum hinc, etiam differre inter se specie voluptates, quandoquidem differunt etiam prædicamenta, in quibus est voluptas. Neque enim est quemadmodum in scientiis, ut grammatica, vel quacumque alia. Nam si Lamprus grammaticam habeat, similiter afficietur hic ab hac grammatica, ut quivis alius habens grammaticam : non sunt igitur duæ grammaticæ diversæ, quæ in Lampro, et quæ in Ileo. At in voluptate non ita. Nam quæ ex ebrietate voluptas, et quæ ex copulatu, non eodem modo afficiunt : quamobrem specie inter se distingui videbuntur voluptates. (13) Ceterum quia sunt et malæ voluptates, etiam ob hoc voluptas bonum non esse illis videbatur. At id voluptatis minime proprium iudicium est, sed naturæ etiam atque scientiæ. Nam est et natura mala, sicut vermium, et crabronum, ac prorsus vilium animalium; nec tamen ob hoc, ipsa natura malorum. (14) Eodem modo habentur et malæ scientiæ, sicut sedentariæ, nec tamen ob hoc, malum scientia est; sed genere bonum tam scientia quam natura. Nam quemadmodum statuarius inspiciendus non est, qualisnam sit, ex eo quod per errorem commiserit et male fecerit, sed quod bene : ita ne scientiam quidem naturamve, aut quippiam aliud, quale sit, ex malis, sed ex probis. (15) Itidem ergo voluptas quoque genere bonum est. Quod vero sint et malæ voluptates, ne nos quidem latet. Nam sunt etiam diversæ naturæ animalium, bona, et mala; sicut hominis quidem, bona; lupi vero, vel cuiusvis alterius feræ, mala. Similiter equi natura alia quam hominis, et asini, et canis. (16) At voluptas conversio est ex eo quod contra naturam, in naturam cuiuslibet suam : proinde et hoc fuerit suavissimum improbæ naturæ, improbam dico voluptatem. Neque enim equo idem

Οὐ γὰρ ἔστι ταῦτόν ἴπῳ καὶ ἀνθρώπῳ, ὁμοίως οὐδὲ τοῖς ἄλλοις, ἀλλ' ἐπέπερ αἱ φύσεις διάφοροι, καὶ αἱ ἡδοναὶ διάφοροι. Ἡ γὰρ ἡδονὴ ἦν ἀποκατάστασις, καὶ ἡ ἀποκατάστασις, φασί, εἰς φύσιν καθίστη, ὥστε τῆς μὲν φασί τῆς φύσεως ἢ κατὰστασις φασί, τῆς δὲ σπουδαίας σπουδαία. (17) Ἄλλ' οἱ φάσκοντες εἶναι τὴν ἡδονὴν οὐ σπουδαίαν, πεπόνθασιν οἷον οἱ μὴ εἰδότες τὸ νέκταρ οἶονταί τοὺς θεοὺς οἶνον πίνειν καὶ οὐκ εἶναι τοῦτου ἡδίου οὐδέν. Τοῦτο δὲ πάσγουσι διὰ τὴν ἀγνοίαν. Οἷς ὅμοιον

10 πεπόνθασιν οἱ πάσας τὰς ἡδονὰς γενέσεις φάσκοντες εἶναι καὶ οὐκ ἀγαθόν· διὰ γὰρ τὸ μὴ εἰδέναι ἄλλας ἡδονὰς ἀλλ' ἢ τὰς σωματικάς, ταύτας τε ὄραν γενέσεις τε ἡδονὰς καὶ οὐ σπουδαίας, ὧστε οὐκ οἶονται εἶναι τὴν ἡδονὴν ἀγαθόν. (18) Ἐπεὶ δ' οὖν ἔστιν ἡ ἡδονὴ καὶ

15 καθισταμένης τῆς φύσεως καὶ καθεστηκυίας, οἷον καθισταμένης μὲν αἱ ἐξ ἐνδοῦς ἀναπληρώσεις, καθεστηκυίας δὲ αἱ ἀπὸ τῆς ὄψεως καὶ τῆς ἀκοῆς καὶ τῶν τοιούτων οὔσαι, βελτίους ἂν εἴησαν αἱ καθεστηκυίας τῆς φύσεως ἐνέργειαι· αἱ γὰρ ἡδοναὶ κατ' ἀμφοτέρους

20 λεγόμεναί τοὺς τρόπους ἐνέργειαι εἰσιν, ὥστε ὅλον ὅτι αἱ ἀπὸ τῆς ὄψεως ἡδοναὶ καὶ τῆς ἀκοῆς καὶ τοῦ διανοεῖσθαι βέλτιοι αἱ εἴησαν, ἐπεὶ αἱ γε σωματικαὶ ἐξ ἀναπληρώσεως. (19) Ἐτι καὶ τοῦτο ἐλέγετο, ὅτι οὐκ ἀγαθόν· τὸ γὰρ ἐν πᾶσι εἶναι καὶ πᾶσι κοινόν οὐκ

25 ἀγαθόν. Τὸ δὲ τοιοῦτον ἐπὶ φιλοτίμου μᾶλλον καὶ φιλοτιμίας οἰκεῖόν ἐστιν· ὁ γὰρ φιλοτιμῶς ἐστιν ὁ μόνος βουλούμενος εἶναι καὶ τῷ τοιούτῳ τῶν ἄλλων ὑπερέγειν. Καὶ τὴν ἡδονὴν οὖν, εἰ μέλει τὰγαθὸν εἶναι, τοιοῦτον δεῖν εἶναι. (20) Ἡ οὐ, ἀλλὰ καὶ τούναντίον διὰ τοῦτο

30 ἂν ὀφείλει ἀγαθόν εἶναι, ὅτι πάντα τοῦτου ἐφίεται· τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ πάντα πέφυκεν ἐφίεσθαι, ὥστ' εἰ τῆς ἡδονῆς πάντα ἐφίεται, ἀγαθόν ἂν εἴη τῷ γενεῖ ἢ ἡδονῇ. (21) Πάλιν καὶ ὅτι ἔστιν ἐμπόδιον ἢ ἡδονῇ, οὐκ ἔφασαν αὐτὴν ἀγαθόν εἶναι. Τὸ δ' ἐμπόδιον φάσκειν εἶναι

35 διὰ τὸ μὴ ὀρθῶς σκοπεῖν φαίνεται· αὐτοῖς. Οὐ γὰρ ἐστιν ἐμπόδιον ἢ ἀπὸ τοῦ πράγματος τοῦ πραττομένου ἡδονῇ. Ἐὰν μέντοι ἄλλη, ἐμπόδιον, οἷον ἢ ἀπὸ τῆς μέθης ἡδονῇ ἐμπόδιον ἐστὶ τοῦ πράττειν. (22) Ἄλλ' οὕτω μὲν καὶ ἐπιστήμη ἐπιστήμης ἐμπόδιον ἐστὶ· οὐ

40 γὰρ ἐστὶν ἅμα ἀμφοτέραις ἐνεργεῖν. Ἀλλὰ διὰ τί οὐκ ἀγαθὸν ἢ ἐπιστήμη, ἂν ποιῇ τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιστήμης ἡδονῇ; καὶ πότερον ἐμπόδιον ἐστὶ, ἢ οὐ; ἀλλὰ μᾶλλον πράξει· (23) ἡ γὰρ ἡδονὴ παρορμᾷ πρὸς τὸ μᾶλλον πράττειν ἀπ' αὐτοῦ γινομένη, ἐπεὶ τὸν σπουδαῖον

45 ποιήσον πράττειν τὰ κατ' ἀρετὴν, καὶ ἡδέως ταῦτα πράττειν· ἄρα οὐ πολλῷ μᾶλλον ἐνεργήσει κατὰ τὴν πρᾶξιν; καὶ ἐὰν μὲν γε ἡδόμενος πράττη, σπουδαῖος ἐστὶ, ἂν δὲ λυπούμενος τὰ κατὰ πρᾶττη, οὐ σπουδαῖος. Ἡ γὰρ λύπη ἐπὶ τοῖς δι' ἀνάγκην ἐστὶν, ὥστ' εἰ λυ-

50 πείται τις τὰ κατὰ πρᾶττων, ἀναγκαζόμενος πράττει· ὁ δ' ἐξ ἀνάγκης πράττων οὐ σπουδαῖος. (24) Ἄλλὰ μὴν οὐκ ἐστὶ γε μὴ λυπούμενον ἢ ἡδόμενον τὰ κατ' ἀρετὴν πράττειν· τὸ δ' ἀνὰ μέσον οὐκ ἐστὶν. Διὰ τί; ὅτι ἡ ἀρετὴ ἐν πάθει, τὸ δὲ πάθος ἐν λύπῃ καὶ ἡδονῇ·

quod homini, similiterque neque aliis. At quoniam diversæ naturæ, sunt diversæ etiam voluptates. Nam voluptas, conversio est; et conversio, (inquunt,) sive restauratio, in naturam restituit. Proinde et malæ naturæ mala conversio est, ut probæ proba. (17) Qui porro voluptatem non esse bonam contendunt, eo afficiuntur modo, quo qui nectar incognitum habent, et deos vinum potare existimant, nihilque eo esse suavis: ex inscitia in id delabuntur. Simile contingit iis qui cunctas voluptates ortus esse asserunt, et neutiquam bonum. Nam quod alias voluptates ignorant, præter eas quæ corporis sunt, easque ducunt ortus esse, nec bonas; in universum non rentur voluptatem esse bonum. (18) Quoniam igitur est voluptas et restituentæ naturæ et jam restitutæ, (restituendæ naturæ sunt, nimirum repletiones post defectum; restitutæ autem, quæ oculis et auribus percipiuntur, ac similes,) videntur restitutæ ac suum, ut sic dicam, statum obtinentis naturæ functiones esse meliores. Voluptates namque utrovis modo dictæ, sunt actiones. Proinde non dubium quin a visu voluptates, et auditu, et intelligentia sint longe optimæ, quum eæ quæ sub corpus cadunt, ab expletione proceunt. (19) Rursum id dicebatur, quod bonum non sint. Siquidem unum in omnibus et commune omnibus esse non bonum. Id certe in honoris cupido, et honoris cupiditate, magis proprium est. Honoris siquidem cupidus, solus vult habere, et illo ceteros anteire. Voluptatem igitur, si ipsam per se bonum esse oporteat, convenire esse ejusmodi. (20) An non ita est, sed etiam contrario modo ob id bonum esse videatur quod cuncta eam expetant? Agnatum enim cunctis, bonum expetere. Et proinde si cuncta voluptatem expetunt, genere bonum fuerit voluptas. (21) Rursum, quod sit impedimentum voluptas, ipsam bonum esse negaverunt. Sed impedimentum esse eos asserere apparet, quod non recte rem considerant. Minime enim ad res transigendas est impedimentum, si qua sit ex ipsa rei, dum agitur, actione. At si est alia voluptas, sane est impedimentum: ut ebrietatis voluptas actionem inhibet. (22) Ceterum ita etiam scientia scientiæ fuerit impedimentum. Nam fieri non potest ut simul utramque exerceas. Sed cur non bonum scientia, si voluptatem ex scientia excitarit? et utrum impedimentum sit, anne? Ceterum multo magis ager; (23) voluptas namque ad magis agendum, inde suscitata impellit: quippe fac probum aliquem agere quæ sunt ex virtute, et ea suaviter agere: nonna multo etiam magis quæ ad actionem pertineant, exercebit? Ac si oblectatus agat, probus erit; sin tristatus honesta prosequatur, non probus. Ægritudo namque in iis est quæ sunt ex necessitate. Proinde si quispiam dolore afficiatur, honesta prosequendo, coactus peragit; qui autem a necessitate agere compellitur, non probus. (24) Ceterum nemo potest quæ sunt virtuti consentanea, agere, ut non aliqua vel voluptate vel aegritudine afficiatur: medium enim nihil est. Cur? nempe quod virtus in affectu, affectus

ἐν δὲ τῶ ἀνὰ μέσον οὐκ ἔστιν. ἄλλον οὖν ὡς καὶ ἡ ἀρετὴ μετὰ λύπης καὶ ἡδονῆς. Εἰ μὲν οὖν λυπούμενός τις τὰ κατὰ πράττει, οὐ σπουδαίος. Ὡστε οὐκ ἂν εἴη ἡ ἀρετὴ μετὰ λύπης· μεθ' ἡδονῆς ἄρα. (25) Οὐ μόνον ἄρα οὐκ ἐμποδίων ἔστιν ἡ ἡδονή, ἀλλὰ καὶ προτρεπτικὸν πρὸς τὸ πράττειν, καὶ τὸ δλον δὲ οὐκ ἐνδέχεται ἄνευ ἡδονῆς εἶναι τῆς ἀπ' αὐτῆς γινομένης. (26) Ἄλλος ἦν λόγος ὅτι οὐδεμία ποιεῖ ἐπιστήμη ἡδονήν. Ἔστι δὲ οὐδὲ τοῦτο ἀληθές· οἱ γὰρ δειπνοποιοὶ καὶ στεφανοποιοὶ καὶ μυρσειοὶ ἡδονῆς εἰσὶ ποιητικοί. Ἀλλὰ δὴ ταῖς ἄλλαις ἐπιστήμαις οὐκ ἔστιν ἡ ἡδονὴ ὡς τέλος, ἀλλὰ μεθ' ἡδονῆς τε καὶ οὐκ ἄνευ ἡδονῆς· ἔστιν οὖν καὶ ἐπιστήμη ποιητικὴ ἡδονῆς. (27) Ἔτι δὲ καὶ ἄλλως ἐλέγετο, ὅτι οὐκ ἀριστον. Ἀλλ' οὕτω μὲν καὶ τῶ τοιοῦτω λόγῳ ἀναίρησις καὶ τὰς καθ' ἕκαστα λεγομένας ἀρετάς. Ἡ γὰρ ἀνδρεία οὐκ ἔστιν ἀριστον· ἄρ' οὖν διὰ τοῦτ' οὐκ ἀγαθόν; ἢ τοῦτ' ἄτοπον; ὁμοίως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Οὐδὲ ἡδονὴ διὰ τοῦτ' οὐκ ἀγαθόν, ὅτι οὐκ ἀριστον. (28) Ἀπορήσειε δ' ἂν τις μεταβάς καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν τὸ τοιοῦτον, οἷον ἐπειδὴ ὁ λόγος κρατεῖ ποτὲ τῶν παθῶν (φαμὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ ἐγκρατοῦς), καὶ τὰ πάθη δὲ πάλιν ἀντεστραμμένως τοῦ λόγου κρατεῖ, οἷον ἐπὶ τῶν ἀκρατῶν συμβαίνει· ἐπεὶ οὖν τὸ ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς ἔχον τὴν κακίαν κρατεῖ τοῦ λόγου εὖ διακειμένου (ὁ γὰρ ἀκρατὴς τοιοῦτος), καὶ ὁ λόγος ὁμοίως φαῦλος· διὸ κακίως κρατῆσει τῶν παθῶν εὖ διακειμένων καὶ ἐχόντων τὴν οἰκίαν ἀρετήν. Εἰ δὲ τοῦτ' ἔσται, συμβήσεται τῇ ἀρετῇ κακῶς χρῆσθαι· ὁ γὰρ λόγος φαῦλῳ διακείμενος καὶ χρώμενος τῇ ἀρετῇ κακῶς αὐτῇ χρῆσεται. Τὸ δὴ τοιοῦτον ἄτοπον ἂν συμβαίνειν δοξείεν. (29) Πρὸς δὴ τὴν τοιαύτην ἀπορίαν βράζιον ἀντειπεῖν καὶ λύσαι ἐκ τῶν ἐμπροσθεν ἡμῶν εἰρημένων ὑπὲρ ἀρετῆς. Τότε γὰρ φαμὲν εἶναι ἀρετήν, ὅταν ὁ λόγος εὖ διακείμενος τοῖς πάθεσιν ἔχουσι τὴν οἰκίαν ἀρετήν σύμμετρος ἦ, καὶ τὰ πάθη τῶν λόγῳ. Οὕτω γὰρ διακείμενα συμφωνήσουσι πρὸς ἀλλήλα, ὥστε τὸν μὲν λόγον προστάττειν αἰετὸ βέλτιστον, τὰ δὲ πάθη βραδίως εὖ διακείμενα ποιεῖν ὁ ἂν ὁ λόγος προστάττει. (30) Ἄν οὖν ὁ λόγος φαῦλως ἢ διακείμενος, τὰ δὲ πάθη εὖ, οὐκ ἔσται ἀρετὴ ἐκλείποντος τοῦ λόγου· ἐξ ἀμφοτέρων γὰρ ἡ ἀρετὴ. Ὡστ' οὐδὲ κακῶς χρῆσθαι ἐνδέχεται ἀρετῇ. Ἀπλῶς δ' οὐχ, ὡς οἴονται οἱ ἄλλοι, τῆς ἀρετῆς ἀρχὴ καὶ ἡγεμών ἔστιν ὁ λόγος, ἀλλὰ μᾶλλον τὰ πάθη. Δεῖ γὰρ πρὸς τὸ καλὸν ὁρμῆν ἄλογόν τινα πρῶτον ἐγγίνεσθαι (ὁ καὶ γίνεταί), εἴθ' οὕτως τὸν λόγον ὑστερον ἐπιβηφίζοντα εἶναι καὶ διακρίνοντα. (31) Ἴδοι δ' ἂν τις τοῦτο ἐκ τῶν παιδίων καὶ τῶν ἄνευ λόγου ζώντων· ἐν γὰρ τούτοις ἄνευ τοῦ λόγου ἐγγίνονται ὁρμαὶ παθῶν πρὸς τὸ καλὸν πρότερον, ὁ δὲ λόγος ὑστερος ἐπιγινομένης καὶ σύμψηρος ὧν ποιεῖ πράττειν τὰ κατὰ. Ἀλλ' οὐκ ἔάν ἀπὸ τοῦ λόγου τὴν ἀρχὴν λάβῃ πρὸς τὰ κατὰ, οὐκ ἀκολουθεῖ τὰ πάθη ὑπογυμνοῦντα, ἀλλὰ πολλάκις ἐναντιοῦται· διὸ μᾶλλον ἀρχῇ εἶκει πρὸς τὴν ἀρετὴν τὸ πάθος εὖ διακείμενον ἢ ὁ λόγος.

vero in aegritudine et voluptate; nec quicquam in medio positum est. Non dubium igitur quin virtus cum aegritudine et voluptate esse possit. Si quis igitur maestus honesta prosequatur, non bonus. Proinde non fuerit virtus cum aegritudine: cum voluptate ergo. (25) Tantum ergo abest ut sit impedimentum voluptas, ut etiam ad agendum exhortetur. In totumque non contingit ut sit actio citra voluptatem eam quae ab ipsa procreatur. (26) Alia fuit oratio, quod nulla scientia faciat voluptatem. Sed ne id quidem verum est. Conviviorum namque structores, et qui coronas plectunt, necnon unguentarii, voluptatis sunt effectores. Ceterum aliis scientiis non est voluptas ut finis, sed cum voluptate, nec citra voluptatem. Est igitur etiam scientia, voluptatis effectrix. (27) Rursus etiam aliter dicebatur, quod non optimum. Verum hoc modo atque hac ratione etiam singulas ieris perditum virtutes. Siquidem fortitudo, optimum non est. Numquid igitur ob hoc non bonum? An id absurdum sit? Idem et in ceteris. Igitur non dicendum, voluptatem non esse bonum, quia non est optimum. (28) Dubitaverit autem quispiam ad aliud transiens etiam tali modo in hoc loco de virtutibus: quia ratio quandoque imperat affectibus, (de continente enim hoc dicebamus,) et e converso affectus imperant rationi, ut evenit incontinentibus; quia, inquam, expers rationis pars animae, vitium admitendo, imperat rationi bene dispositae, (talis siquidem incontinens,) et ratio similiter mala: ipsa quoque ratio bene dispositis perturbationibus imperabit et suam virtutem continentibus. Hoc si ita fit, eveniet abuti virtute. Improba namque ratione affectus, virtutem usurpando, ipsa abutetur. Hoc nimirum absurdum evenire videbitur. (29) Tali sane dubitationi facile est ex eis quae a nobis ante de virtute dicta sunt, occurrere, atque hoc refellere. Tum demum namque virtutem esse dicebamus, quum ratio bene affecta, perturbationibus suam virtutem habentibus fuerit moderata, necnon perturbationes rationi consentaneae. Ita namque affecta, inter se invicem consentient, ut ratio, quod optimum sit, semper praescribat; perturbationes vero facile, bene dispositae, id exsequantur quod ratio praescripserit. (30) Si ratio igitur male fuerit affecta, perturbationes vero bene, non fuerit virtus, deficiente ratione; nam ex utroque virtus. Proinde non contigerit abuti virtute. Simpliciter vero non, quemadmodum alii opinantur, dux ratio virtutis est atque principium, sed potius perturbationes. Ad honestum namque impulsus quandam oportet primo innasci irrationalem, qui producatur, atque ita postremo rationem esse discernentem atque constituentem. (31) Quod sane viderit quispiam ex pueris, et rationis expertibus animantibus. In his namque sine ratione, perturbationum impulsus exoriuntur primo ad honestum: mox posterior adveniens ratio, et constituens, honesta agere exhortatur. Sed non, si a ratione ad honesta cepit principium, perturbationes consentientes comitantur, verum saepenumero controversantur. Quamobrem potius convenerit, perturbationem ad virtutem anteire bene affectam, quam rationem.

CAP. VIII.

Ἐγόμενον δ' ἂν εἴη τούτων εἰπεῖν, ἐπειδὴ περὶ εὐ-
 δαιμονίας ἐστὶν ὁ λόγος, περὶ εὐτυχίας. Οἴονται γὰρ
 οἱ πολλοὶ τὸν εὐδαιμονα βίον τὸν εὐτυχεῖν εἶναι ἢ οὐκ
 ἄνευ γε εὐτυχίας, καὶ ὀρθῶς ἴσους· ἄνευ γὰρ τῶν ἐκτός
 5 ἀγαθῶν, ὧν ἡ τύχη ἐστὶ κυρία, οὐκ ἐνδέχεται εὐδαιμονα
 εἶναι. Διὸ βητέον ἐστὶν ὑπὲρ εὐτυχίας, καὶ ἀπλῶς ὁ εὐ-
 τυχεὶς τίς ἐστι καὶ ἐν τίσει καὶ περὶ τί. (2) Πρῶτον μὲν
 οὖν ἐπὶ ταῦτ' ἂν τις ἐλθὼν καὶ ἐπιβλέψας ἀπορήσειεν.
 Οὔτε γὰρ ἂν εἴποι τις τὴν τύχην ὡς ἐστὶ φύσις. Ἢ γὰρ
 10 φύσις αἰεὶ οὐ ἐστὶν αἰτία, τούτου * ὡς ἐπὶ τὸ πολλὸν ἡ ἰσασύ-
 τως ποιητικὴ ἐστίν, ἡ δὲ γε τύχη οὐδέποτε, ἀλλ' ἀτά-
 κτως καὶ ὡς ἔτυχε· διὸ ἡ τύχη ἐν τοῖς τοιοῦτοις λέγεται.
 Οὔτε δὲ νοῦν γέ τινα ἢ λόγον ὀρθῶν καὶ γὰρ ἐνταῦθα
 οὐκ ἤττόν ἐστι τὸ τεταγμένον καὶ τὸ αἰεὶ ἰσασύτως,
 15 ἡ δὲ τύχη οὐ. Διὸ καὶ οὗ πλείστος νοῦς καὶ λόγος, ἐν-
 ταῦθα ἐλαχίστη τύχη· οὐ δὲ πλείστη τύχη, ἐνταῦθ'
 ἐλάχιστος νοῦς. (3) Ἄλλ' ἄρα γε ἡ εὐτυχία ἐστὶν ὡς
 ἐπιμελεία τις θεῶν; ἢ τοῦτ' οὐκ ἂν δοξείεν; τὸν γὰρ
 θεὸν ἀξιοῦμεν κύριον ὄντα τῶν τοιοῦτων τοῖς ἀξίοις
 20 ἀπονέμειν καὶ τὰγαθὰ καὶ τὰ κακὰ, ἡ δὲ τύχη καὶ τὰ
 ἀπὸ τῆς τύχης ὡς ἀληθῶς ὡς ἂν τύχη γίνεται. Εἰ δὲ
 γε τῆς θεῶ τὸ τοιοῦτον ἀπονέμμεν, φαῦλον αὐτὸν κριτὴν
 ποιήσομεν ἢ οὐ δίκαιον· τοῦτο δ' οὐ προσήκον ἐστὶ θεῶ.
 (4) Ἄλλὰ μὴν ἔξω γε τούτων εἰς οὐδὲν ἄλλο τὴν τύχην
 25 ἂν τις τάξειεν, ὥστε δῆλον ὅτι τούτων ἂν τι εἴη. Νοῦς
 μὲν δὲ καὶ λόγος καὶ ἐπιστήμη παντελῶς ἀλλότριόν τι
 εἴκειν εἶναι. Ἄλλὰ μὴν οὐδ' ἡ ἐπιμελεία καὶ ἡ εὐνοία
 ἢ παρὰ τοῦ θεοῦ δοξείεν ἂν εἶναι εὐτυχία διὰ τὸ καὶ ἐν
 τοῖς φαύλοις ἐγγίνεσθαι· τὸν δὲ θεὸν τῶν φαύλων οὐκ
 30 εἰκὸς ἐπιμελεῖσθαι. (5) Λοιπὸν τοίνυν καὶ οἰκειότατον
 τῆς εὐτυχίας ἐστὶν ἡ φύσις, ἐστὶ δ' ἡ εὐτυχία καὶ
 ἡ τύχη ἐν τοῖς μὴ ἐφ' ἡμῖν οὔσι, μὴδ' ὧν αὐτοὶ κύριοί
 ἐσμεν καὶ δυνατοὶ πράξει. Διὸ τὸν δίκαιον, ἢ δίκαιος,
 οὐθεὶς λέγει εὐτυχεῖ, οὐδὲ τὸν ἀνδρείον, οὐδ' ὄλιος τὸν
 35 κατ' ἀρετὴν οὐδένα· ἐφ' ἡμῖν γὰρ ἐστὶ ταῦτα καὶ ἔχειν
 καὶ μὴ ἔχειν. Ἄλλ' ἤδη ἐπὶ τοῖς τοιοῦτοις οἰκειότερον
 τὴν εὐτυχιαν ἐροῦμεν· τὸν γὰρ εὐγενῆ εὐτυχεῖ λέγομεν,
 καὶ ὄλιος ἢ τὰ τοιαῦτα τῶν ἀγαθῶν ὑπάρχει ὧν μὴ
 αὐτὸς κύριος ἐστίν. (6) Ἄλλ' ὅμως οὐδ' ἐνταῦθα κυρίως
 40 ἂν ἡ εὐτυχία λέγοιτο. Ἔστι δὲ πολλὰ γὰρ ὁ εὐτυχεὶς
 λεγόμενος· καὶ γὰρ ἢ παρὰ τὸν λογισμὸν τὸν αὐτοῦ
 συνέβη τι ἀγαθὸν πράξαι, εὐτυχεῖ φαμέν, καὶ ἢ κατὰ
 λόγον ζημίαν ἦν λαβεῖν, τὸν τοιοῦτον κερδάναντα εὐ-
 τυχεῖ φαμέν. (7) Ἔστιν οὖν ἡ εὐτυχία ἐν τῷ ἀγαθῶν τι
 45 ὑπάρχει παρὰ λόγον καὶ ἐν τῷ κακῶν μὴ λαβεῖν εὐλο-
 γον. Ἄλλὰ μᾶλλον καὶ οἰκειότερον ἡ εὐτυχία ἂν δοξείεν
 εἶναι ἐν τῷ ἀγαθῶν λαβεῖν· τὸ μὲν γὰρ ἀγαθὸν λαβεῖν
 καθ' αὐτὸ δοξείεν ἂν εὐτύχημα εἶναι, τὸ δὲ κακὸν μὴ
 λαβεῖν κατὰ συμβεβηκὸς εὐτύχημα. (8) Ἔστιν οὖν
 50 ἡ εὐτυχία ἀλογος φύσις· ὁ γὰρ εὐτυχεὶς ἐστὶν ὁ ἄνευ
 λόγου ἔχων ὀρθῶς πρὸς τὰγαθὰ καὶ τούτων ἐπιτυχεῖ-
 νων, τοῦτο δ' ἐστὶ φύσει· ἐν γὰρ τῇ ψυχῇ ἐνεσσι τῇ

Conjunctus his est locus de prospera fortuna, quoniam
 de felicitate nobis est oratio. Arbitrantur namque plerique,
 felicem vitam esse vitam fortunatam aut certe non citra
 prosperam fortunam. Et forte non injuria. Absque enim
 exteris bonis, quorum domina fortuna est, felicem esse
 non contingit. Idcirco de secunda fortuna nobis dicendum,
 necnon quis prorsus sit fortunatus, et in quibus, et circa
 quid. (2) Primum igitur ad hæc quispiam accedens spec-
 tansque dubitaverit, quandoquidem non dixerit quis for-
 tunam esse, ut natura est. Semper enim natura, id cuius
 est causa, *vel semper vel ut plurimum eodem modo solet*
efficere; at fortuna nunquam, verum temere et sine or-
 dine, ac ut fors tulerit. Ideo fortuna in ejusmodi rebus
 esse dicitur. Neque mentem aliquam dixerit inesse aut
 rectam rationem. Nam ubi id, nihil minus est quicquam
 ordinatum, ac est semper eodem modo; sed non ita fortuna.
 Idcirco ubi mens plurima ac ratio, ibi fortunæ minimum;
 ubi plurima fortuna, ibi mens perexigua. (3) At nunquid
 secunda fortuna est, ut deorum quædam cura? an id mi-
 nime videri debet? Talium siquidem dominum facimus
 Deum, ut bona malaque meritis distribuat. At fortuna,
 et quæ a fortuna sunt, prorsus, ut nomen indicat, ut
 fors tulerit, sunt. Quodsi tale hoc distributori Deo adscri-
 perimus, malum ipsum judicem faciemus, neque justum;
 id nefas Deo deputare. (4) Ceterum præter hæc, ad nihil
 aliud fortunam quispiam ordinarit. Proinde non dubium
 quin horum aliquid sit; mens certe, ac ratio, necnon scientia
 prorsus alienum ab illa esse videatur. Præterea neque
 cura et benevolentia a Deo exhibita, videatur esse felici-
 tas, quoniam malis quoque attribuitur. Atqui Deum, ma-
 lorum curam habere fas non est. (5) Reliquum igitur,
 et maxime peculiare prosperæ fortunæ, natura est. Est ni-
 mirum prosperitas, ipsaque fortuna, in his quæ in nostra
 potestate non sunt, neque eorum quorum ipsi sumus do-
 mini, quæque possimus efficere. Ideo justum, quatenus
 justum, nemo fortunatum dicit; et ne fortem quidem, nec
 prorsus quenquam alium ex iis qui ab aliqua virtute deno-
 minantur. In nobis siquidem est situm, hæc habere, vel
 non habere. Sed talibus potius convenienter et apte
 prosperam fortunam attribuerit: ingenium namque dicitur
 fortunatum, ac prorsus cui talia bona exstiterint, quo-
 rum ipse neutiquam dominus est. (6) Verumtamen ne de
 his quidem proprie prosperitas diceretur. Est autem for-
 tunatus multis modis dictus. Nam cui præter suam ipsius
 opinionem et expectationem felicitur aliquid evenit, eum
 dicimus fortunatum; et cui jure infligi damnum debuerat,
 ejusmodi hominem lucrum facientem, dicimus fortuna-
 tum. (7) Est igitur prosperitas, in agendo bonum aliquid
 præter rationem, et in non subeundo, ut debuit, malo.
 Ceterum potius et magis peculiariter, in bono capiendo
 prosperitas videatur. Siquidem bonum capere, per sese
 fortunatum quiddam esse videatur; malum vero non sub-
 ire, ex casu fortunatum. (8) Est igitur prosperitas,
 natura rationis expertis. Namque fortunatus est, qui sine
 ratione ad bona impellitur, eaque consequitur. Id vero
 naturæ est; nam in anima est a natura hujusmodi aliquid,

φύσει τοιοῦτον ὃ δρῶμεν ἀλόγως πρὸς ἃ ἂν εὖ ἔχω-
 5 μεν. (9) Καὶ εἰ τις ἐρωτήσῃ τὸν οὕτως ἔχοντα, διὰ
 τί τοῦτο ἀρέσκει σοι οὕτω πράττειν; οὐκ οἶδα, φησίν,
 ἀλλ' ἀρέσκει μοι, ὅμοιον πάσγων τοῖς ἐνθουσιάζουσιν·
 10 καὶ γὰρ οἱ ἐνθουσιάζοντες ἄνευ λόγου δρῶν ἔχουσι
 πρὸς τὸ πράττειν τι. (10) Τὴν δ' εὐτυχίαν οὐκ ἔχομεν
 οἰκείῳ καὶ ἰδίῳ ὀνόματι προσαγορεύειν, ἀλλ' αἰτίαν
 15 πολλὰκις φαιμέν εἶναι αὐτὴν ἢ δ' αἰτία ἄλλότριον τοῦ
 ὀνόματος. Ἡ γὰρ αἰτία καὶ οὗ ἔστιν αἰτία ἄλλο ἐστί,
 20 καὶ ἄνευ δρῆς τῆς ἐπιτυχανούσης τῶν ἀγαθῶν αἰτία
 λεγομένη, ὅσον ἢ τοῦ κακὸν μὴ λαβεῖν ἢ πάλιν τοῦ μὴ
 οἰόμενον ἀγαθὸν ληΐσθαι ἀγαθὸν λαβεῖν. (11) Ἔστιν
 οὖν ἡ τοιαύτη εὐτυχία διάφορος ἐκείνης, καὶ ἔοικεν
 25 αὕτη ἐκ τῶν πραγμάτων τῆς μεταπτώσεως γίνεσθαι,
 καὶ κατὰ συμβεβηκὸς εὐτυχία. Ὡστ' εἰ καὶ ἡ τοιαύτη
 ἐστὶν εὐτυχία, ἀλλ' οὖν πρὸς γε τὴν εὐδαιμονίαν
 ἢ τοιαύτη ἂν εἴη εὐτυχία οἰκειοτέρα, ἥς ἐν αὐτῷ ἢ ἀρχὴ
 τῆς δρῆς τῶν ἀγαθῶν ἐστὶ τῆς ἐπιτεύξεως. (12) Ἐπει
 30 οὖν ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία οὐκ ἄνευ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν,
 ταῦτα δὲ γίνεται ἀπὸ τῆς εὐτυχίας, ὅσον ἀρτίως ἔφαμεν,
 συνεργὸς ἂν εἴη τῇ εὐδαιμονίᾳ. Περὶ μὲν οὖν εὐτυ-
 χίας τσαῦτα.

quo siue ratione impellamur ad ea unde bene habeamus.
 (9) Eousque ut si quis roget ita habentem, Curnam id tibi
 ita libet agere? Nescio, inquit, sed libet. Similiter prope-
 modum affectus ac lymphatici; siquidem lymphatici citra
 rationem ad aliquid agendum impelluntur. (10) Prosperita-
 tem vero, suo ac peculiari nomine appellare non habemus;
 verum ipsam sæpe dicimus esse causam. At causa,
 a nomine eo alienum quiddam est: quoniam causa, et
 cuius est causa, aliud est, et citra impulsus bona con-
 sequentem, causa dicta est; ut causa ejus quod quis ma-
 lum non si beat, vel porro quod quid minime animo de-
 putans se bonum capturum, nanciscatur bonum. (11) Est
 profecto hujusmodi prosperitas ab illa distincta, videtur-
 que hæc ex rerum fieri interventu, ex casuque prosperitas;
 et proinde tametsi est hujusmodi prosperitas, ad felicitatem
 tamen talis prosperitas fuerit magis peculiaris, cujus
 in ipso nec in externis rebus est principium impulsus bo-
 norum consequendorum. (12) Quoniam igitur est felicitas
 non sine bonis externis, et quæ a prosperitate contingunt,
 ut jamdudum dicebamus, prosperitas dicenda fuerit
 felicitatem coadjuvare. De prosperitate igitur hactenus.

CAP. IX.

Ἐπειδὴ δὲ ὑπὲρ ἐκάστης τῶν ἀρετῶν κατὰ μέρος
 εἰρήκαμεν, λοιπὸν ἂν εἴη καὶ καθόλου συνθέντας τὰ
 25 καθ' ἕκαστα κεφαλαίως αἰπεῖν. (2) Ἔστι μὲν
 οὖν οὐ κακῶς λεγόμενον τοῦνομα ἐπὶ τοῦ τελέως σπου-
 δαίου, ἢ καλοκάγαθία. Καλὸς καγαθὸς γάρ, φησίν,
 ἔταν τελέως σπουδαῖος ἢ ἐπὶ γὰρ τῆς ἀρετῆς τὸν κα-
 λὸν καγαθὸν λέγουσι, ὅσον τὸν δίκαιον καλὸν καγαθὸν
 30 φασί, τὸν ἀνδρείον, τὸν σώφρονα, ὅπως ἐπὶ τῶν ἀρετῶν.
 (3) Ἐπειδὴ οὖν εἰς δύο διαιρούμεν, καὶ τὰ μὲν φαιμέν
 εἶναι καλὰ τὰ δὲ καὶ ἀγαθὰ, καὶ τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν
 ἀπλῶς ἀγαθὰ τὰ δ' οὐ, καὶ καλὰ μὲν ὅσον τὰς ἀρετὰς
 καὶ τὰς ἀπ' ἀρετῆς πράξεις, ἀγαθὰ δὲ ὅσον ἀρχὴν,
 35 πλοῦτον, δόξαν, τιμὴν καὶ τὰ τοιαῦτα, ἔστιν οὖν ὁ κα-
 λὸς καὶ ἀγαθὸς ὃ τὰ ἀπλῶς ἀγαθὰ ἐστὶν ἀγαθὰ καὶ
 τὰ ἀπλῶς καλὰ καλὰ ἐστὶν. (4) Ὁ τοιοῦτος γὰρ καλὸς
 καὶ ἀγαθὸς ὃ δὲ τὰ ἀπλῶς ἀγαθὰ μὴ ἐστὶν ἀγαθὰ,
 οὐκ ἔστι καλὸς καὶ ἀγαθός, ὥσπερ οὐδ' ὑγιαίνειν ἂν
 40 δόξειεν ὃ τὰ ἀπλῶς ὑγιεινὰ μὴ ὑγιεινὰ ἐστὶν. Εἰ γὰρ
 ὁ πλοῦτος καὶ ἡ ἀρχὴ παραγινόμενά τινα βλάπτειεν,
 οὐκ ἂν αἰρετὰ εἴη, ἀλλὰ τὰ τοιαῦτα ὅσα αὐτὸν μὴ
 βλάπτει, βουλήσεται αὐτῷ εἶναι. (5) Ὁ δὲ τοιοῦτος ὡν
 45 ὅσος ὑποστελλόμενός τι τῶν ἀγαθῶν πρὸς τὸ μὴ εἶναι
 αὐτῷ, οὐκ ἂν δόξειε καλὸς καὶ ἀγαθός εἶναι· ἀλλ'
 ὃ τὰγαθὰ πάντα ὄντα ἀγαθὰ ἐστὶ καὶ ὑπὸ τούτων μὴ
 διαφθείρεται, ὅσον ὑπὸ πλούτου καὶ ἀρχῆς, ὁ τοιοῦτος
 καλὸς καὶ ἀγαθός.

Quoniam de singulis virtutibus particulatim diximus, re-
 liquum jam fuerit ut in totum componendo singulá sum-
 mam exponamus. (2) Est igitur non male nomen im-
 positum de eo qui sit perfecte probus, honesta probitas.
 Honestus et bonus namque dicitur, quum est perfecte pro-
 bus. Siquidem virtuti honestum bonumque attribuunt: ut
 justum aliquem, honestum bonumque dicunt, item eum
 qui sit fortis, temperansve: et ita in reliquis virtutibus.
 (3) Quoniam igitur in duo distribuimus, ut alia quidem
 honesta, alia vero bona dicamus; et honorum alia quidem
 simpliciter bona, alia vero non; honesta porro, ut virtutes,
 et virtutum actiones; bona vero, dominatum, opulentiam,
 gloriam, honorem, et id genus alia: est igitur honestus et
 bonus, apud quem simpliciter bona, sunt bona, et sim-
 pliciter honesta, honesta sunt; (4) talis namque honestus
 et bonus. Sed apud quem simpliciter bona, non sunt bona,
 is neque honestus et bonus; sicut ne is quidem bene valere
 videatur, cui simpliciter salubria, non sint salubria. Nam
 si opulentia et dominatus adveniendò quempiam offende-
 rint, optanda non suere: sed talia, quæ non offendant,
 sibi esse optaverint. (5) Qui autem talis sit, qui cedat
 bonis, eaque veluti fugiat, ne sibi adsint, is nequaquam
 perfecte bonus, quem honestum bonumque vocant, esse
 videatur: sed is cui per se bona omnia bona sint, nec ab
 iis corrumpatur, ut ab opulentia et dominatu, talis homo
 est honestus et bonus.

CAP. X.

Ἵπὲρ δὲ τοῦ κατὰ τὰς ἀρετὰς ὀρθῶς πράττειν εἰρη-
 ται μὲν, οὐχ ἰκανῶς δέ. Ἐφαμεν γὰρ τὸ κατὰ τὸν
 ὀρθὸν λόγον πράττειν· ἀλλ' ἴσως ἂν τις αὐτὸ τοῦτο
 ἀγωνῶν ἐρωτήσῃ, τὸ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον τί ποτ'
 5 ἐστὶ, καὶ ποῦ ἐστὶν ὁ ὀρθὸς λόγος; (2) Ἐστὶν οὖν κατὰ
 τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν, ὅταν τὸ ἄλογον μέρος τῆς
 ψυχῆς μὴ κωλύῃ τὸ λογιστικὸν ἐνεργεῖν τὴν αὐτοῦ ἐνέρ-
 γειαν· τότε γὰρ ἡ πράξις ἐστὶ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον.
 Ἐπειδὴ γὰρ τι τῆς ψυχῆς τὸ μὲν χειρὸν ἔχομεν τὸ δὲ
 10 βέλτιον, αἰεὶ δὲ τὸ χειρὸν τοῦ βελτίονος ἐνεκὲν ἐστὶν,
 ὡς περ ἐπὶ σώματος καὶ ψυχῆς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς
 ἐνεκεν, καὶ τότε ἔροῦμεν ἔχειν τὸ σῶμα καλῶς, ὅταν
 οὕτως ἔγῃ ὥστε μὴ κωλύειν ἀλλὰ καὶ συμβάλλεσθαι
 καὶ συμπαραρρομᾶν πρὸς τὴν ψυχὴν ἐπιτελεῖν τὸ αὐτῆς
 15 ἔργον· τὸ γὰρ χειρὸν τοῦ βελτίονος ἐνεκεν, πρὸς τὸ συν-
 εργεῖν τῷ βελτίονι· (3) ὅταν οὖν τὰ πάθη μὴ κω-
 λύωσι τὸν νοῦν τὸ αὐτοῦ ἔργον ἐπιτελεῖν, τότε ἔσται τὸ
 κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον γινόμενον. Ναί, ἀλλ' ἴσως εἴποι
 τις ἂν, ὅταν πῶς ἔγῃσι τὰ πάθη, οὐ κωλύουσι, καὶ
 20 πότε οὕτως ἔγῃσι; οὐ γὰρ οἶδα. (4) Τὸ δὲ τοιοῦτον
 οὐκ ἐστὶν εἰπεῖν ῥάδιον. Οὐδὲ γὰρ ὁ ἰατρός, ἀλλ'
 ὅταν εἴπῃ τῷ πυρέττοντι πτισάνην προσφέρεσθαι· τοῦ
 δὲ πυρέττειν πῶς αἰσθάνομαι; ὅταν, ψησί, ὄρῃς ὡρῶν
 ὄνται. Τὸ δ' ὡρῶν πῶς εἰδῆσαι; ἐνταῦθα δὴ συνιέτω
 25 ὁ ἰατρός· εἰ γὰρ μὴ ἔχεις παρὰ σαυτῷ, φήσει, τῶν γε
 τοιούτων αἰσθησίν, οὐκ ἐστὶν. Ὡσαύτως ὑπὲρ τῶν
 ἄλλων κοινός ἐστὶ τῶν τοιούτων ὁ λόγος. (5) Ὁμοίως
 δ' ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν παθῶν τοῦ γνωρίζειν· δεῖ γὰρ αὐτὸν
 συμβάλλεσθαι πρὸς αἰσθησίν τι. (6) Ἐπιζητήσῃ
 30 δ' ἂν τις ἴσως καὶ τὸ τοιοῦτον, ἄρα γε ἔργῳ εἰδήσας
 ταῦτα καὶ δὴ εὐδαιμον ἔσομαι; οἴονται γάρ. Τὸ
 δὲ ἐστὶν οὐ τοιοῦτον· οὐδεμία γὰρ οὐδὲ τῶν ἄλλων ἐπι-
 στημῶν παραδίδωσι τῷ μαθάνοντι τὴν χρῆσιν καὶ τὴν
 ἐνέργειαν, ἀλλὰ τὴν ἔξιν μόνον. Οὕτως οὐδ' ἐνταῦθα
 35 παραδίδωσι τὸ εἰδῆσαι ταῦτα τὴν χρῆσιν (ἡ γὰρ εὐ-
 δαιμονία ἐστὶν ἐνέργεια, ὡς φαμέν), ἀλλὰ τὴν ἔξιν,
 οὐδ' ἐν τῷ εἰδέναι ἐξ ὧν ἐστὶν ἡ εὐδαιμονία, ἀλλ' ἐκ
 τοῦ τούτοις χρήσασθαι. (7) Τὴν δὲ χρῆσιν καὶ τὴν
 ἐνέργειαν τούτων οὐκ ἐστὶ ταύτης τῆς πραγματείας τὸ
 40 παραδοῦναι· οὐδὲ γὰρ ἄλλη ἐπιστήμη οὐδεμία τὴν χρῆσιν
 παραδίδωσιν, ἀλλὰ τὴν ἔξιν.

CAP. XI.

Ἐφ' ἅπασιν δὲ τούτοις ὑπὲρ φιλίας ἀναγκαῖόν ἐστιν
 εἰπεῖν, τί ἐστὶ καὶ ἐν τίαι καὶ περὶ τί· ἐπειδὴ περ
 δρωμεν παρὰ πάντα τὸν βίον παρατείνουσιν καὶ ἐν
 45 παντὶ καιρῷ, καὶ οὕσαν ἀγαθόν, συμπαραληπτέα ἂν
 εἴη πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν. (2) Πρῶτον μὲν οὖν ἴσως
 ἀ ἀπορεῖται καὶ ζητεῖται, βέλτιον διελεθῆναι. Πότερον
 γὰρ ἐστὶν ἡ φιλία ἐν τοῖς ὁμοίοις, ὡς περ δοκεῖ καὶ
 λέγεται; καὶ γὰρ κολοῖός φασι παρὰ κολοῖον ἰζάνει, καὶ
 50 Αἰεὶ τοὶ τὸν ὁμοῖον ἀγει θεός ὡς τὸν ὁμοῖον.

De eo quod est, ex virtutibus recte agere, dictum qui-
 dem a nobis, sed non quod satis sit. Nam dicebamus, ex
 recta ratione agendum esse. Verum id ipsum non intelli-
 gens aliquis, interrogaverit fortassis, ex recta ratione
 quidnam sit, et ubi sit recta ratio? (2) Est nimirum ex recta
 ratione agere, quum animæ pars irrationalis non prohi-
 buerit rationalem suam exercere actionem: tum demum
 enim ex recta ratione erit actio. Quoniam animæ par-
 tem, unam quidem deteriorem habemus, alteram melio-
 rem; et semper deteriorem, melioris causa obtinemus, sicut
 in corpore et anima, corpus animæ causa habere dicimur:
 tum dicemus corpus bene habere, quum ita habuerit, ne
 præpediat, sed jungatur et consurgat ad animæ opus
 perficiendum. Quandoquidem deterius omne melioris est
 causa, ut ei in agendo sit auxilio. (3) Quum igitur affectus
 menti non inihuerit suum opus exercere, tum ex recta
 ratione res fiet. Vere hoc; sed fortassis dixerit quispiam,
 Quomodo affectus habebunt, quum non impediunt? ac
 quandonam ita habebunt? nescio enim. (4) Sane id dictu
 neutiquam facile est. Neque enim vel medicus facile dixe-
 rit: sed quando dixerit febricitanti ptilsanam proferendam,
illo dicente, At quo pacto me febricitare sentiam? Quum,
 inquit, impalluisse videris. At pallescentem quo modo
 sciero? Hic occurrit medicus, Si non habes ex te, in-
 quies, ut talia sentias, non habeo amplius quid dicam.
 Hoc eodem pacto de ceteris hujusmodi communis huic
 erit oratio. (5) Similiter habet et in affectibus dignoscen-
 dis. Aliquid namque per sese sensu oportet conjicere.
 (6) Quærat porro et hoc fortassis quispiam: Nunquid re ipsa
 ista cognoscens, ero continuo felix? nam sunt qui opinen-
 tur. Hoc certe non est hujusmodi; sicut neque ceterarum
 scientiarum ulla discenti usum præbet et actionem, sed ha-
 bitum dumtaxat, ita ne hic quidem, hæc sciendo usum
 tradit (felicitas enim est, ut dicimus, actio), verum ha-
 bitum. Neque enim sciendo ex quibus fiat, constat fe-
 licitas, sed ex utendo his contingit. (7) Atqui horum
 usum atque actionem non est præsentis tractationis tra-
 dere; quandoquidem neque ulla alia quæpiam scientia
 usum tradit, sed habitum.

Verum enimvero inter cuncta hujusmodi, nobis de ami-
 citia dicere necesse est, quid sit, et in quibus, et circa quid;
 quandoquidem ad omnem vitam ipsam tendere perspicimus,
 et omni tempore bonum esse quoad felicitatem complecten-
 dum. (2) Primum igitur videbitur melius, percurrere atque
 excutere quæ ambigua sunt. Nam est in primis amicitia
 in similibus, ut videtur ac dici solet. Siquidem « graculus
 (inquunt) graculo assidet », et

. . . Ad similem nunen similem trahit usque.

Φασί δὲ καὶ κυνός ποτε αἰεὶ καθευδούσης ἐπὶ τῆς αὐτῆς κεραμιδος, ἐρωτηθέντα τὸν Ἐμπεδοκλέα διὰ τί ποτε ἢ κύων ἐπὶ τῆς αὐτῆς κεραμιδος καθευδεῖ, εἰπεῖν ἔτι ἔχει τι τῇ κεραμιδι ὁμοιον ἢ κύων, ὡς διὰ τὸ ὁμοιον τὴν κύνα φοιτῶσαν. (3) Πάλιν δ' αὖ δοκεῖ ἄλλοις τισὶν ἐν τοῖς ἐναντίοις μᾶλλον ἐγγίνεσθαι ἢ φίλια. Ἐρᾷ μὲν γάρ, φησὶν, ὀμβροῦ γασί, ὅταν ξηρὸν πέδον τὸ δὴ ἐναντίον, φησί, τῷ ἐναντίῳ βούλεσθαι φίλον εἶναι. Ἴν μὲν γὰρ τοῖς ὁμοίοις οὐδ' ἐνδέχεται γίνεσθαι· τὸ γὰρ ὁμοιον, φησί, τοῦ ὁμοίου οὐδὲν προσδεῖται, καὶ τὰ τοιαῦτα δῆ. (4) Ἐτι πότερον ἔργον ἐστὶ φίλον γενέσθαι ἢ βράδιον γενέσθαι; οἱ γοῦν κολακῆς ταχέως προσεδρεύσαντες φίλοι μὲν οὐκ εἰσίν, φαίνονται δὲ φίλοι εἶναι. (5) Ἐτι δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα ἀπορεῖται, πότερον ἐσται ὁ σπουδαῖος τῷ φαύλῳ φίλος ἢ οὐ· ἢ μὲν γὰρ φίλια ἐν πίστει καὶ βεβαιότητι, ὁ δὲ φαῦλος ἤκιστα τοιούτος. Καὶ ὁ φαῦλος τῷ φαύλῳ, ἢ οὐδὲ τοῦτο; (6) Πρῶτον μὲν οὖν διοριστέον ἂν εἴη ὑπὲρ φιλικῆς ποίας σκοποῦμεν. Ἔστι γάρ, ὡς οἴονται, φιλικὴ καὶ πρὸς θεὸν καὶ τὰ ἀψυχα, οὐκ ὀρθῶς. Τὴν γὰρ φιλικὴν ἐνταῦθα φασιν εἶναι οὐ ἐστὶ τὸ ἀντιφιλεῖσθαι, ἢ δὲ πρὸς τὸν θεὸν φίλια οὔτε τὸ ἀντιφιλεῖσθαι δέχεται οὐθ' ὀλιγὸς τὸ φιλεῖν· ἄτοπον γὰρ ἂν εἴη εἰ τις φαίη φιλεῖν τὸν Δία. (7) Οὐδὲ δὴ παρὰ τῶν ἀψύχων ἐνδέχεται ἀντιφιλεῖσθαι· φίλια μέντοι καὶ πρὸς τὰ ἀψυχα ἐστίν, ὅσον οἶνον ἢ ἄλλο δὴ τῶν τοιούτων. Διὸ δὴ οὔτε τὴν πρὸς τὸν θεὸν φιλικὴν ἐπιζητοῦμεν οὔτε τὴν πρὸς τὰ ἀψυχα, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὰ ἐμψυχα, καὶ πρὸς ταῦτα ἐν οἷς ἐστὶ τὸ ἀντιφιλεῖν. (8) Εἰ δὴ τις μετὰ τοῦτο ἐπισκέψαιτο τί ἐστὶ τὸ φιλητόν, ἐστὶν οὖν οὐκ ἄλλο τι ἢ τἀγαθόν. Ἐτερον μὲν οὖν ἐστὶ τὸ φιλητόν καὶ τὸ φιλητέον, ὥσπερ καὶ τὸ βουλητόν καὶ τὸ βουλητέον. (9) Βουλητόν μὲν γὰρ τὸ ἀπλῶς ἀγαθόν, βουλητέον δὲ τὸ ἐκάστῳ ἀγαθόν. Οὕτω καὶ φιλητόν μὲν τὸ ἀπλῶς ἀγαθόν, φιλητέον δὲ τὸ αὐτῷ ἀγαθόν, ὥστε τὸ μὲν φιλητόν καὶ φιλητέον, τὸ δὲ φιλητέον οὐκ ἐστὶ φιλητόν. (10) Ἐνταῦθα μὲν οὖν ἐστὶ καὶ διὰ τὸ τοιούτον ἢ ἀπορία, πότερόν ἐστιν ὁ σπουδαῖος τῷ φαύλῳ φίλος ἢ οὐ. Συνῆπται γάρ πως [τῷ ἀπλῶς] ἀγαθῷ τὸ αὐτῷ ἀγαθόν καὶ τὸ φιλητέον τῷ φιλητῷ, ἔχεται δὲ καὶ ἀκολουθεῖ τῷ ἀγαθῷ καὶ τὸ ἡδὺ εἶναι καὶ τὸ συμφέρον. (11) Ἡ μὲν οὖν τῶν σπουδαίων φίλια ἐστίν, ὅταν ἀντιφιλικῶσιν ἀλλήλους· φιλοῦσι δὲ ἀλλήλους, ἢ φιλητοῖ· φιλητοὶ δὲ, ἢ ἀγαθοί. (12) Οὐκοῦν ὁ σπουδαῖος, φησί, τῷ φαύλῳ οὐκ ἐστὶ φίλος; ἐστὶ μὲν οὖν. Ἐπειδὴ γὰρ τἀγαθῷ ἠκολούθει τὸ συμφέρον καὶ τὸ ἡδὺ, ἢ ἐστὶ φαῦλος ὢν ἡδύς, ταύτῃ φίλος· πάλιν αὖ συμφέρων, ἢ συμφέρων, ταύτῃ φίλος. (13) Ἄλλ' οὐκ ἐστὶ γὰρ κατὰ τὸ φιλητόν ἢ τοιαύτη φίλια. Φιλητόν γὰρ ἦν τἀγαθόν, ὁ δὲ φαῦλος οὐ φιλητός· οὐ γὰρ ἀλλὰ κατὰ τὸ φιλητέον. (14) Εἰσὶ γὰρ ἀπὸ τῆς παντελοῦς φιλικῆς, τῆς ἐν τοῖς σπουδαίοις, καὶ αὐταὶ αἱ φιλικαί, ἢ τε κατὰ τὸ ἡδὺ καὶ ἢ κατὰ τὸ συμφέρον. (14) Ὁ οὖν κατὰ τὸ ἡδὺ φιλικῶν οὐ φιλεῖ τὴν κατὰ τὸ ἀγαθόν φιλικὴν, οὐδὲ δὲ κατὰ τὸ συμφέρον. (15) Εἰσὶ δὲ καὶ αἱ φιλικαὶ αὐταὶ, ἢ τε κατὰ τὸ ἀγαθόν

Quum aliquando canis in eadem semper dormitaret tegula, interrogatus fertur Empedocles, curnam canis semper in eadem dormiat tegula, dixisse, Quoniam simile canis habet tegulae, et proinde ob similitudinem eo tendere. (3) Aliis porro quibusdam visum est, potius in contrariis gigni amicitiam. « Amat siquidem imbrem terra (inquit Euripides), quum solum exaruit : » quippe quod, inquit, contrarium contrario velut conciliari. At in similibus ne potest quidem fieri *ut sit amicitia* : siquidem simile, ut aiunt, simili non eget; ac talia jactantur. (4) Iterum, utrum operosum est amicum fieri an facile? velut assentatores confestim assident, facileque se in aliorum familiaritatem insinuant, nec amici tamen sunt, ut esse videntur. (5) Dubitaverit in his quoque quispiam, Num fuerit probus malo amicus, an non? Amicitia siquidem in fide est et constantia; at malus, neutiquam talis. An malus malo amicus? an ne id, quidem? (6) Primum igitur definiendum, qualem consideremus amicitiam. Est namque, ut opinantur, amicitia etiam erga Deum, atque erga inanimata; neutiquam recte. Amicitiam namque hinc esse dicimus, ubi est amor mutuus. At erga Deum, amicitia neutiquam mutua, et ne amare quidem recipit. Alienum namque fuerit, si quispiam dixerit se amare Jovem. (7) At ne ab inanimatis quidem amorem esse continget mutuum; amor tamen erga inanimata est, ut erga vinum, vel hujusmodi aliud. Ideo neque eam quae est erga Deum quaerimus amicitiam, neque eam quae erga inanimata, sed quae erga animata, atque erga ea in quibus sit amare mutuo. (8) Quodsi quis deinceps consideret quid sit amabile, est haud dubie aliud quicquam quam bonum. Aliud siquidem est amabile, et aliud amandum, quemadmodum *aliud est optabile*, et optandum : (9) optabile enim est quod est simpliciter bonum; optandum vero et cupiendum cuique quod ipsi est bonum. Ita etiam amabile quidem est simpliciter bonum; amandum vero, quod est ipsi cuique bonum. Itaque amandum quidem est etiam amabile; at amabile, non idem est quod amandum. (10) Hinc igitur et hac de causa est ambiguitas, num probus malo sit amicus, an non? Connectitur namque quodammodo per se bono, sibi bonum; et amandum, amabili. Bonum autem comitatur eique inhaeret jucundum esse et commodum. (11) Proborum igitur amicitia est, quum se mutuo amaverint. Amant autem se invicem, quatenus amabiles : et amabiles sunt, quatenus boni. (12) Non igitur probus, inquit, malo erit amicus? Atqui erit : quandoquidem per se bonum comitatur commodum et jucundum. Si malus est, qui suavis, hac de causa amicus : rursus si commodus, quatenus commodus, eatenus amicus. (13) Verum non erit ex eo quod est amabile, ejusmodi amicitia. Siquidem amabile, bonum est. Atqui malus non amabilis. Non ergo propter amabile, sed propter amandum. Sunt namque ab universali amicitia, ea quae in ipsis probis est, et hae quoque amicitiae, quae ex jucundo, et quae ex commodo. (14) Qui ergo propter jucundum amicus, non tenet propter bonum amicitiam : neque qui propter commodum. (15) Atqui sunt hae amicitiae, quae

καὶ ἡ κατὰ τὸ ἡδὺ καὶ ἡ κατὰ τὸ συμφέρον, οὐχ αἱ αὐταὶ μὲν, οὐ παντελῶς δὲ οὐδὲ ἀλλότριαι ἀλλήλων, ἀλλ' ἀπὸ ταυτοῦ πως ῥητημέναι εἰσὶν· ὅσον φαμέν Ιατρικὸν τὸ μαχαίριον, Ιατρικὸν τὸν ἄνθρωπον, καὶ Ιατρικὴν τὴν ἐπιστήμην· ταῦτ' οὐχ ὁμοίως λέγονται, ἀλλὰ τὸ μὲν μαχαίριον τῷ γρήσιμον εἶναι πρὸς Ιατρικὴν Ιατρικὸν λέγεται, ὁ δ' ἄνθρωπος τῷ ποιητικὸς εἶναι ὑγείας, ἡ δ' ἐπιστήμη τῷ αἰτία εἶναι καὶ ἀρχή. (16) Ὅμοίως δὲ καὶ αἱ φιλίαι οὐχ ὡσαύτως, ἡ τε τῶν σπουδαίων ἡ δὲ τὸ ἀγαθὸν καὶ ἡ κατὰ τὸ ἡδὺ καὶ ἡ κατὰ τὸ συμφέρον. Οὔτε δὲ ὁμωνύμως λέγονται, ἀλλ' ὅχι εἰς μὲν αἱ αὐταί, περὶ ταῦτα δὲ πως καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν εἰσὶν. (17) Εἰ δὲ τις λέγοι «ὁ κατὰ τὸ ἡδὺ φίλων οὐκ ἔστι φίλος τούτου· οὐ γὰρ κατὰ τὸ ἀγαθὸν φίλος ἐστίν,» βαδίζει ὁ τοιοῦτος ἐπὶ τὴν τῶν σπουδαίων φιλίαν, τὴν ἐξ ἀπάντων τούτων οὔσαν, καὶ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἐκ τοῦ ἡδέος καὶ ἐκ τοῦ συμφέροντος, ὥστ' ἀληθῶς οὐκ ἔστιν ἐκείνην γε τὴν φιλίαν φίλος, ἀλλὰ τὴν κατὰ τὸ ἡδὺ ἢ κατὰ τὸ συμφέρον. (18) Πότερον οὖν ἔσται ὁ σπουδαῖος τῷ σπουδαίῳ φίλος ἢ οὔ; οὐδὲν γὰρ προσδεῖται, φησὶν, ὁ ὁμοῖος τοῦ ὁμοίου. Ὅ ἡ τοιοῦτος λόγος ζητεῖ τὴν κατὰ τὸ συμφέρον φιλίαν· ἡ γὰρ προσδεῖται ὁ ἕτερος τοῦ ἕτερου, ταύτη ὄντες φίλοι ἐν τῇ κατὰ τὸ συμφέρον φιλίᾳ εἰσὶν. (19) Ἄλλ' ἕτερα διώριστα ἡ κατὰ τὸ συμφέρον φιλία καὶ ἡ κατ' ἀρετὴν καὶ ἡδονήν. Εἰκὸς δὲ καὶ πολλὸ μᾶλλον τούτους· πάντα γὰρ αὐτοῖς ὑπάρχει τάγαθά, καὶ τὸ ἡδὺ καὶ τὸ συμφέρον. (20) Ἄλλα καὶ ὁ σπουδαῖος τῷ φαύλῳ· ἡ γὰρ ἴσως ἡδύς, ταύτη καὶ φίλος. Καὶ ὁ φαῦλός γε τῷ φαύλῳ· ἡ γὰρ ἴσως τὸ αὐτὸ αὐτοῖς συμφέρει, ταύτη φίλοι. Ὁρῶμεν γὰρ τοῦτο γινόμενον, ὅταν τὸ αὐτὸ ἢ τὸ συμφέρον, φίλους τούτους διὰ τὸ συμφέρον, ὥστ' οὐδὲν κωλύσει καὶ φαῦλοι οὔσι ταῦτόν τι συμφέρειν. (21) Βεβησιωτάτη μὲν οὖν καὶ μονιμωτάτη καὶ καλλίστη ἡ ἐν τοῖς σπουδαίοις φιλία, ἡ κατ' ἀρετὴν καὶ τάγαθὸν οὔσα, εἰκίτως· ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ ἀμετάπτωτον, δι' ἣν ἡ φιλία, ὥστε εἰκὸς τὴν φιλίαν τὴν τοιαύτην ἀμετάπτωτον εἶναι, τὸ δὲ συμφέρον οὐδέποτε ταῦτόν διὸ ἡ διὰ τὸ συμφέρον φιλία οὐ βεβαία, ἀλλὰ τῷ συμφέροντι συμμεταπίπτει. (22) Ὅμοίως καὶ ἡ κατὰ τὴν ἡδονήν. (23) Ἡ μὲν οὖν τῶν βελτίστων φιλία ἡ κατ' ἀρετὴν γιγνομένη ἐστίν, ἡ δὲ τῶν πολλῶν ἡ κατὰ τὸ συμφέρον· ἡ δὲ κατὰ τὴν ἡδονήν ἐν τοῖς φορτικαῖς καὶ τυχοῦσιν. (24) Συμβαίνει δὲ καὶ ἀγανακτεῖν, ὅταν φαῦλοι ἐντύγῃσι τοῖς φίλοις, καὶ θαυμάζειν. Ἔστι δὲ οὐδὲν ἄτοπον· ὅταν γὰρ ἡ φιλία λάβῃ τὴν ἡδονὴν ἀρχήν, δι' ἣν φίλοι εἰσὶν, ἡ τὸ συμφέρον, ἅμα ταῦτ' ἀπολείπει καὶ ἡ φιλία οὐ διαμένει. (25) Πολλὰκις δὲ μένει μὲν ἡ φιλία, κακῶς δ' ἐγρήσατο τῷ φίλῳ, διὸ ἀγανακτοῦσιν. Ἔστι δὲ οὐδὲ τοῦτο ἄλογον· οὐ γὰρ δι' ἀρετὴν ἡ φιλία σοὶ πρὸς τοῦτον ὑπῆρχεν, διὸ οὐδ' ἄτοπον μηδὲν ποιεῖν αὐτὸν τῶν κατ' ἀρετὴν. Ἀγανακτοῦσιν οὖν οὐκ ὀρθῶς· δι' ἡδονὴν γὰρ ποιησάμενοι τὴν φιλίαν, τὴν δι' ἀρετὴν οἴονται δεῖν αὐτοῖς ὑπάρχειν. Τὸ δ' οὐ δυνατόν· οὐ γὰρ ἐστὶν ἡ δι' ἡδονὴν καὶ συμφέρον ἀρετῆς ἐχομένη.

propter bonum, quæ propter jucundum, quæ propter commodum, non eadem quidem, sed nec prorsus quidem inter se invicem alienæ; sed ab eodem quodammodo pendentes: velut medicum cultellum dicimus, medicum hominem, et medicam scientiam. Hæc non similiter dicuntur: sed cultellus, quod ad medicinam utilis sit, medicus dicitur; at homo, quod sanitatem faciat; scientia vero, quod sit causa atque principium. (16) Itidem et amicitia: non itidem dicuntur, quippe quæ proborum, propter bonum, et quæ propter jucundum, et quæ propter commodum. Neque dicuntur æquivoce: verum non sunt quidem eadem, sed sunt circa eadem quodammodo, atque ex eisdem. (17) Quodsi quis dicat, Qui propter jucundum amat, ei amicus non est, quandoquidem non propter bonum amicus est: is in amicitiam proborum demigrat, quæ ex his omnibus constat, quippe ex hono, et ex jucundo, et ex commodo. proinde non est vere ex illa amicitia amicus, sed ex ea quæ propter jucundum, vel propter commodum. (18) Utrum igitur erit probus probo amicus, an non? siquidem non eget, inquit, similis simili. Hæc nimirum oratio eam quæ est propter commodum indagat amicitiam; nam quatenus alter altero indiget, eatenus sunt amici in ea quæ est propter commodum amicitia constituti. (19) Sed quum aliter definiatur quæ propter commodum amicitia, et quæ propter virtutem et voluptatem; æquum utique hos multo magis amicos esse, qui virtute conciliantur; cuncta siquidem ipsa bona existunt, et jucundum et commodum. (20) Ceterum etiam probus malo amicus erit: nam quatenus fortassis jucundus est, eatenus etiam amicus. Et malus malo: nam quatenus idem forte ipsis commodum, eatenus amici sunt. Fieri namque in tuemur, quum idem fuerit commodum, eos ob commodum conciliari. Proinde nihil prohibet, etiam malis aliquod commodum idem esse. (21) Constantissima vero, ac stabilissima, et honestissima, est ea quæ inest probis amicitia: quippe quod est propter virtutem ac per se bonum; et merito quidem. Nam virtus incommutabilis, et quæ per eam conciliatur amicitia, constantissima est. Atqui commodum minime est stabile: quare ex commodo, stabilis non est amicitia: quippe quæ cum commodo elabitur. (22) Similiter etiam quæ propter voluptatem. Optimorum igitur amicitia per virtutem excitata est; multorum autem, quæ propter commodum; at quæ propter voluptatem, in hominibus vilibus reperitur et nihili. (23) Contingit autem etiam indignari cum malis amicis, pariterque admirari. Est vero non absurdum, quum amicitia principium cepit voluptatem, propter quod amici sunt, itidem et commodum. Simul enim atque hæc deficiunt, neutiquam etiam perduraverit amicitia. (24) At sæpe perstat quidem amicitia, verum abusus amico est: ideo indignantur; neque id injuria. Non enim propter virtutem cum hoc tibi fuerat amicitia; ut alienum non videatur, alterum nihil facere ex virtute. Quamobrem non recte indignantur, qui amicitiam per voluptatem conciliarunt, quod existiment eam ipsis per virtutem duraturam: quod fieri non potest: non enim quæ propter voluptatem et commodum, ex virtute est.

(25) Κοινωσάμενοι οὖν ἡδονῇ ἀρετὴν ζητοῦσιν, οὐκ ὀρθῶς· οὐ γὰρ ἀκολουθεῖ τῇ ἡδονῇ καὶ τῷ συμφέροντι ἢ ἀρετῇ, ἀλλὰ τῇ ἀρετῇ ἀμφοτέρω ταύτ' ἀκολουθεῖ. Ἄτοπον γὰρ εἰ μὴ τις οἰήσεται τοὺς σπουδαίους αὐτοὺς αὐτοὺς ἡδίστους εἶναι· καὶ γὰρ οἱ φαῦλοι, ὡς φησὶν Εὐριπίδης, αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἡδέεις εἰσίν· «κακὸς κακῷ γὰρ συντέττηκεν.» Οὐ γὰρ ἀκολουθεῖ τῇ ἡδονῇ ἢ ἀρετῇ, ἀλλὰ τῇ ἀρετῇ ἢ ἡδονῇ ἀκολουθεῖ. (26) Πότερον δὲ καὶ δεῖ ἐν τῇ τῶν σπουδαίων φιλίᾳ τὴν ἡδονὴν εἶναι, ἢ οὐ δεῖ; ἄτοπον γὰρ τὸ μὴ φάναι δεῖν. Εἰ γὰρ ἀπελείπει αὐτῶν τὸ ἡδέειν εἶναι ἀλλήλους, ἄλλους ποιοῦνται φίλους εἰς τὸ συζῆν, τοὺς ἡδέεις· εἰς γὰρ τὸ συζῆν οὐδὲν μεῖζον ἐστὶ τοῦ ἡδέειν εἶναι. (27) Ἄτοπον οὖν τὸ μὴ οἰεσθαι δεῖν τοὺς σπουδαίους μάλιστα ἀλλήλους συζῆν· τοῦτο δ' οὐκ ἐστὶν ἄνευ τοῦ ἡδέειν· δεῖο ἂν ἄρα, ὡς εἴκει, μάλιστα τούτοις ὑπάρχειν τὸ ἡδέειν εἶναι. (28) Ἐπεὶ δὲ διήρηται αἱ φιλῖαι εἰς τρία εἶδη, καὶ ἐν ταύταις ἡπορεῖτο πότερον ἐν ἰσότητι ἢ φιλίᾳ ἐγγίνεται ἢ ἐν ἀνισότητι· ἐστὶν οὖν κατ' ἀμφοτέρω· ἢ μὲν γὰρ καθ' ὁμοίωσιν τῶν σπουδαίων καὶ ἢ τελείᾳ φιλίᾳ, ἢ δὲ κατ' ἀνομοίωσιν τῆς κατὰ τὸ συμφέρον. Τῷ γὰρ εὐπόρῳ ὁ πένης διὰ τὴν ἐνδεῖαν ὦν ὁ πλούσιος εὐπορεῖ φίλος ἐστί, καὶ τῷ σπουδαίῳ ὁ φαῦλος διὰ ταῦτό· διὰ γὰρ τὴν ἐνδεῖαν τὴν τῆς ἀρετῆς, παρ' οὗ οἰεται αὐτῷ εἶσεσθαι, διὰ τοῦτο τούτῳ φίλος. (29) Γίνεται οὖν ἐν τοῖς ἀνομοίοις φιλίᾳ κατὰ τὸ συμφέρον· διὸ καὶ Εὐριπίδης·

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γὰρ, ὅταν ξηρὸν πέδον.

Ἦς ἐναντίοις οὖσι τούτοις ἐγγίνεται φιλίᾳ ἢ διὰ τὸ συμφέρον. Καὶ γὰρ εἰ θέλεις τὰ ἐναντιώτατα ποιῆσαι πῦρ καὶ ὕδωρ, ταῦτα ἀλλήλους χρήσιμα ἐστὶν. (30) Τὸ γὰρ πῦρ φασίν, ἐὰν μὴ ἔχη ὑγρὸν, φθίρεισθαι, ὡς τοῦτ' αὐτῷ παρασκευάζον ὡσπερ τροφήν τινα, ταύτην δὲ τοσαύτην ὄσης κρατήσειεν ἂν· ἂν μὲν γὰρ πλείον ποιήσῃς τὸ ὑγρὸν ἐπικρατήσαν, φθίρεισθαι τὸ πῦρ, ἐὰν δὲ σύμμετρον, συνοίσει. Διῆλον οὖν ὅτι καὶ ἐν τοῖς ἐναντιωτάτοις φιλίᾳ ἐγγίνεται διὰ τὸ συμφέρον. (31) Ἀνάγονται δὲ πᾶσαι αἱ φιλῖαι, καὶ αἱ ἐν ἰσότητι καὶ αἱ ἐν ἀνισότητι, εἰς τὰς διηρημένας τρεῖς. Ἔστι δ' ἐν ἀπάσαις ταῖς φιλίαις διαφορὰ γινομένη πρὸς ἀλλήλους, ὅταν μὴ ὁμοίως φιλοῦσιν ἢ εὐ ποιῶσιν ἢ ὑπηρετῶσιν ἢ ὅτι ἐν τῶν τοιούτων· ὅταν μὲν γὰρ ὁ μὲν ἐκτενῶς ποιῇ ὁ δ' ἑλλείπει, κατὰ τὴν ἑλλείψιν τὸ ἐγκλημα καὶ ἡ μέμψις. (32) Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν τοιούτων ὦν τὸ αὐτό ἐστὶ τέλος τῆς φιλίας, οἷον εἰ ἀμφοτέροι κατὰ τὸ συμφέρον ἀλλήλους φίλοι ἢ κατὰ τὸ ἡδὺ ἢ κατ' ἀρετὴν, εὐδῆλος ἢ ἑλλείψις ἢ παρὰ τοῦ ἑτέρου· ἐὰν οὖν πλείω ἀγαθὰ σύ μοι ποιῆς ἢ ἐγὼ σοί, οὐδ' ἀμφισβητῶ εἶτι μὴ οὐ δεῖν σε μᾶλλον ὑπ' ἐμοῦ φιλεῖσθαι. (33) Ἐν ᾗ δὲ φιλίᾳ μὴ διὰ ταῦτο φίλοι ἐσμέν, μᾶλλον αἱ διαφοραὶ ἀδῆλος γὰρ ἢ ἑλλείψις παρ' ἑκατέρου· οἷον εἰ ὁ μὲν δεῖ ἡδονὴν φίλος ἐστὶν ὁ δὲ διὰ τὸ συμφέρον, ἐνταῦθα ἢ ἀμφισβητήσις· οὕτε γὰρ ὁ τῷ συμφέροντι ὑπερέχων

ARISTOTELES. II.

(25) Voluptate igitur conciliati, non recte virtutem quaerunt. Neque enim comitatur voluptatem et commodum virtus : sed contra, ea ambo virtutem consequuntur. Absurdum enim fuerit non putare bonos sibi inter se fore iucundos : quandoquidem mali (ut inquit Euripides) ipsi sibi suaves iucundique sunt : « Coniunctus haeret nam malus malo. » Nec enim voluptatem virtus comes consequitur, sed virtutem voluptas comitatur. (26) Utrum vero etiam oportet in amicitia proborum esse voluptatem, an non? Alienum enim est negare oportere. Nam si ab ipsis inter se invicem auferas suavitatem, alios ad consuescendum in vita, iucundos quidem, amicos quaerent sibi. Nam ad simul vivendum, nihil majus est quam iucundos esse. (27) Quamobrem alienum est non arbitrari, probos maxime simul invicem vitam agere. Id vero citra iucundum non est. Convenit ergo, ut videtur, his maxime iucundis esse. (28) Quoniam autem distributae sunt amicitiae in tres species, in hisque ambigebatur, utrum in ipsa aequalitate amicitia esset, an in eo quod esset inaequabile : est igitur in utroque. Nam proborum, per similitudinem perfecta amicitia est : at quae per dissimilitudinem, ea quae propter commodum. Nam eo modo, copioso pauper, ob inopiam eorum quibus affluit dives, amicus est : ac eadem de causa, malus probo. Siquidem propter virtutis inopiam, a quo sibi opitulatum iri putat, ei ob hoc amicus est. (29) Fit igitur inter dissimiles propter commodum amicitia. Hac de causa dixit Euripides :

Amat imbrem terra quando colum exaruit.

His utpote contrariis, amicitia ob commodum exoritur. Nam si libeat vel maxime contraria facere ignem et aquam, haec quoque sibi invicem utilis sunt. (30) Nam ignis, inquit, si desit humor, absumitur, quia hic illi praebet alimentum, tantum quidem, ut non succumbat : nam si superarit humor, ignis absumitur ; si vero moderatus est, confret. Non dubium igitur quin etiam in maxime contrariis, ob commodum, sit amicitia. (31) Reducuntur autem amicitiae omnes tam quae aequalitate, quam quae inaequalitate constant, ad tres supra distinctas species. Est autem in cunctis contentio inter se invicem amicitias, quando non similiter amaverint vel bene fecerint vel suppeterint, vel id genus quaecumque. Etenim quum unus quidem asidue et vehementer facit, alter vero deficit, propter defectum est criminatio et querela. (32) Enimvero in quibus idem est amicitiae finis, ut si utrique propter commodum inter se invicem amici concilientur, aut propter iucundum, aut propter virtutem : defectus, qui profiscitur ab altero, exploratus ac certus est. Si igitur plura tu mihi bona contuleris, quam ego tibi, non jam ambigo quin tu de me bene meritus, a me plus amari debeas. (33) Ubi autem amicitia non ob idem utrumque contracta amici fuerimus, ibi majora dissidia. Defectus siquidem ab utroque, incertus. Ut si propter voluptatem unus quidem sit amicus, et propter commodum alter, inde oritur ambiguitas. Neque enim qui commodo excedit, voluptatem censet dignam qua-

ἀξίαν οἶεται τὴν ἡδονὴν ἀντικαταλλάττεσθαι τοῦ συμ-
 φέροντος, οὔτε ὁ τῆ ἡδονῆς ὑπερέχων ἀξίαν τῆς ἡδονῆς ἐν
 τῷ συμφέροντι χάριν ἀπολαμβάνει· διὸ μάλλον αἱ
 διαφοραὶ ἐν ταῖς τοιαύταις φιλίαις γίνονται. (34) Οἱ
 5 δ' ἐν ἀνισότητι φίλοι ὄντες, οἱ μὲν ὑπερέχοντες πλούτῳ
 ἢ ἄλλῳ τινὶ τοιοῦτῳ οὐκ οἴονται δεῖν αὐτοὶ φιλεῖν,
 ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἐνδεεστερῶν οἴονται δεῖν αὐτοὶ φιλεῖσθαι.
 (35) Ἔστι δὲ βέλτιον τὸ φιλεῖν ἢ τὸ φιλεῖσθαι· τὸ μὲν
 γὰρ φιλεῖν ἐνέργεια τις ἡδονῆς καὶ ἀγαθόν, ἀπὸ δὲ τοῦ
 10 φιλεῖσθαι οὐδεμία τῷ φιλομένῳ ἐνέργεια γίνεται.
 (36) Ἔτι δὲ βέλτιον τὸ γνωρίζειν ἢ τὸ γνωρίζεσθαι· τὸ
 μὲν γὰρ γνωρίζεσθαι καὶ τὸ φιλεῖσθαι καὶ τοῖς ἀψύχοις
 ὑπάρχει, τὸ δὲ γνωρίζειν καὶ τὸ φιλεῖν τοῖς ἐμψύχοις.
 (37) Ἔτι τὸ εὐποιητικὸν εἶναι βέλτιον ἢ τὸ μή· ὁ μὲν
 15 οὖν φιλῶν εὐποιητικὸς ἢ φιλεῖ, ὁ δὲ φιλούμενος, ἢ φι-
 λείται, οὐ. (38) Ἄλλ' οἱ ἄνθρωποι διὰ φιλοτιμίαν φι-
 λείσθαι μάλλον βούλονται ἢ φιλεῖν, διὰ τὸ ἐν τῷ φιλεῖ-
 σθαι ὑπεροχὴν τινα εἶναι· αἰεὶ γὰρ ὁ φιλούμενος ὑπερ-
 εἶχε ἡδονῆς ἢ εὐπορίας ἢ ἀρετῆς, ὁ δὲ φιλότιμος τῆς ὑπερ-
 20 οχῆς ὀρέγεται. (39) Καὶ οὐκ οἴονται δεῖν αὐτοὶ φιλεῖν
 οἱ ἐν ὑπεροχῇ ὄντες· ἀντιδιδόναι γὰρ ἐν οἷς ὑπερέχουσι
 τοῖς φιλοῦσιν αὐτούς. Ἔτι δὲ καὶ ἡττους αὐτῶν εἰσίν·
 διὸ οὐκ οἴονται δεῖν φιλεῖν ἀλλὰ φιλεῖσθαι. Ὁ δ' ἐν-
 25 δεῆς χρημάτων ἢ ἡδονῆς ἢ ἀρετῆς θαυμάζει τὸν ὑπερ-
 ἔχοντα τούτοις, καὶ φιλεῖ διὰ τὸ τούτων ἢ τυγχάνειν
 ἢ οἴεσθαι τεύεσθαι. (40) Εἰσὶ δὲ καὶ τοιαῦται φι-
 λίαι ἐξ ὁμοιοπαθείας, ἐκ τοῦ τάγαθὰ βούλεσθαι τινα
 εἶναι. Οὐκ ἔστι δὲ ἡ ἐπὶ τούτων γινομένη φιλία
 πάντα ταῦτα ἔχουσα· πολλάκις γὰρ ἄλλῳ μὲν εἶναι
 30 βουλόμεθα τάγαθὰ, συζῆν μὲντοι μετ' ἄλλου. (41) Ἄλλὰ
 ταῦτα πότερον φιλίας δεῖ εἰπεῖν ἢ τῆς τελείας φιλίας
 τῆς κατ' ἀρετὴν πάθη; ἐν ἐκείνῃ γὰρ τῇ φιλίᾳ πάντα
 ταῦτα ἐνυπάρχει· καὶ γὰρ συζῆν μετ' οὐδενὸς ἄλλου ἂν
 θέλοιμεν (καὶ γὰρ τὸ ἡδῦν καὶ τὸ συμφέρον καὶ ἡ ἀρετῆ
 35 τῷ σπουδαίῳ ὑπάρχει) καὶ τάγαθὰ τούτῳ μάλιστα
 βουλοίμεθ' ἂν, καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ εὖ ζῆν οὐκ ἄλλῳ τινὶ
 ἢ τούτῳ. (42) Πότερον δ' ἔστιν αὐτῶ καὶ πρὸς αὐτὸν
 φιλία, ἢ οὐ, νῦν μὲν ἀφείσθω, ὕστερον δ' ἔροῦμεν.
 Πάντα δὲ βουλόμεθα ἡμῖν αὐτοῖς· καὶ γὰρ συζῆν μεθ'
 40 ἡμῶν αὐτῶν βουλόμεθα (ἴσως δὲ τοῦτο καὶ ἀναγκαῖον)
 καὶ τὸ εὖ ζῆν καὶ τὸ ζῆν καὶ τὸ βούλεσθαι τάγαθόν, οὐκ
 ἄλλῳ τινί. (43) Ἔτι ὁμοιοπαθείς ἡμῖν αὐτοῖς μάλιστα
 ἐσμέν· ἂν γὰρ προσπατῶμεν ἢ ἄλλῳ τινὶ περιπέσω-
 μεν τῶν τοιούτων, εὐθὺς λυπούμεθα. Διὸ δόξειεν ἂν
 45 οὕτως εἶναι αὐτῶ πρὸς αὐτὸν φιλία. (44) Τὰ δὲ τοιαῦτα,
 οἷον τὴν ὁμοιοπαθειαν καὶ τὸ εὖ ζῆν καὶ τὰλλα, ἢ τοι-
 εἰς τὴν πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς φιλίαν ἀναφέροντες λέγομεν
 ἢ εἰς τὴν τελείαν, ἐν ἀμφοτέροις δὲ πάντα ταῦτα ὑπάρ-
 50 χει· καὶ γὰρ τὸ συζῆν καὶ τὸ εἶναι βούλεσθαι καὶ τὸ
 εὖ εἶναι καὶ τὰλλα πάντα ἐν ταύταις ἐστίν. (45) Ἔτι
 δ' ἴσως ἂν δόξειεν, ἐν οἷς ἐστὶ δίκαιον, ἐν τούτοις καὶ
 φιλίαν εἶναι· διὸ καὶ ὅσαπερ δίκαιον εἶδη, τσαῦτα
 καὶ φιλίῳ. Τὸ δὲ δίκαιόν ἐστι καὶ ξένῳ πρὸς πολίτην
 καὶ δούλῳ πρὸς δεσπότην καὶ πολίτῃ πρὸς πολίτην καὶ

commodo rependatur : nec qui voluptate superat, dignam
 gratiam in ipso commodo se existimat accipere. Idcirco in
 ejusmodi amicitiiis magis exoriuntur dissidia. (34) Qui vero
 ex inæqualitate amici sunt, nempe excedentes opibus, vel
 alio hujusmodi aliquo, non sibi censent amandum esse, sed
 ab inferioribus ipsos amari oportere existimant. (35) At
 amare melius est, quam amari. Siquidem amare, voluptatis
 actio quædam est, et bonum : ab eo autem quod quis ama-
 tur, nulla actio est ab eo qui amatur. (36) Etiam cogno-
 scere, melius est quam cognosci. Cognosci enim et amari
 etiam in carentibus anima existit : at cognoscere, et amare,
 in rebus animalis. (37) Rursus, beneficium esse, melius est
 quam non esse. Jam qui amat, quatenus amat, beneficus
 est : amatus vero, quatenus amatur, non. (38) Sed homines
 honoris cupiditate incensi, amari quam amare malunt :
 quod quatenus amantur, videantur præcellere. Amatus si-
 quidem, voluptate, vel copia, vel virtute præcellit semper :
 at honoris cupidus, eminentiam affectat : (39) et qui
 excellunt, sibi ipsis non amandum esse arbitrantur, quod in
 quibus excedunt, amantibus rependi opinantur. Item ipsis
 sunt inferiores illi, ob hoc non censent amare debere, sed
 amari. Sed qui egenus est pecuniarum, aut voluptatum,
 aut virtutis, is affluentem illis suspicit et amat, quod ea
 aut consequatur, aut se consecuturum opinetur. (40) Sunt
 autem et aliæ ex consimili affectu conciliatæ amicitia, et
 ex eo quod cuiquam bona velint : in quibus non est cuncta
 hæc comprehendens amicitia. Nam sæpenumero alii bona vo-
 lumus, attamen cum alio vitam agere malimus. (41) Utrum
 vero hæc amicitia dicere oportet convenire, an perfectæ
 amicitia quam virtus conciliat? in ea siquidem amicitia
 hæc insunt cuncta. Nam cum alio nemine vitam agere
 libuerit (siquidem jucundum, et commodum, et virtus
 inest probo), et bona huic inprimis voluerimus, et vivere,
 et bene vivere non alii ulli ita *cupimus* ut huic. (42) Num-
 quid autem ipsi est etiam erga se amicitia, an non? Id nunc
 omittamus, dicemus postea. Sed enim nobis ipsis cuncta
 volumus, nempe nobiscum vivere, vitamque ducere una
 volumus : id fere etiam necessarium, et bene vivere, et vi-
 vere, ac bonum velle, non cuiquam alii magis. (43) Rursus
 condolemus inprimis nobis ipsis. Nam si labamur, vel in
 hujusmodi rem aliquam patiamur, confestim tristamur.
 Hac de causa videatur ipsi esse erga se amicitia. (44) Talia
 quidem certe, ut condolere et bene vivere, et id genus alia,
 aut ad amicitiam erga nos ipsos referentes usurpamus, aut
 ad eam quæ perfecta sit : in ambabus enim sunt hæc
 omnia. Nempe una vitam agere, et esse velle, et bene esse,
 ac cetera omnia in his sunt. (45) Rursus videatur fere in
 quibus justum est, in eisdem esse amicitia ; quamobrem quod
 justorum sunt species, totidem et amicorum. Jus certe est
 et hospiti erga civem, et servo erga dominum, et civi erga

υἱὸς πρὸς πατέρα καὶ γυναικί πρὸς ἄνδρα, καὶ ὅσαι ἀπλῶς ἄλλαι κοινωνίαι καὶ φιλίαι ἐνεῖσιν ἐν ἐκάστοις τούτων. (46) Βεβαιωτάτη δ' ἂν δοῦναι εἶναι τῶν φιλιῶν ἡ ξενική· οὐ γὰρ ἐστὶν οὐδὲν αὐτοῦ τέλος κοινὸν ἢ ὑπὲρ οὗ ἀμφισβητοῦσιν, ὅσον ἐν τοῖς πολίταις· διαμφοσθητοῦντες γὰρ πρὸς ἀλλήλους κατὰ τὴν ὑπεροχὴν οὐ μένουσι φίλοι ὄντες. (47) Ἐρχόμενον δ' ἂν εἶη νῦν τοῦτ' εἰπεῖν, πότερόν ἐστι πρὸς αὐτὸν φιλία ἢ οὐ. Ἐπεὶ δ' οὐκ ὁρῶμεν, ὡς περ καὶ μικρὸν ἐπάνω ἐλέγομεν, ὅτι 10 ἐκ μὲν τῶν καθ' ἕκαστα τὸ φιλεῖν γνωρίζεται, τὰ δὲ καθ' ἕκαστα αὐτοὶ αὐτοῖς ἂν μάλιστα βουλοίμεθα (καὶ γὰρ τὰγαθὰ καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ εὔ εἶναι), ὁμοιοπαθέστατοι δ' αὐτοῖς ἡμῖν ἐσμεν, καὶ συζῆν γε μεθ' ἑαυτῶν μάλιστα βουλοίμεθα· ὥστ' εἰ μὲν ἐκ τῶν καθ' ἕκαστα 15 γνωρίζεται ἡ φιλία, τὰ δὲ καθ' ἕκαστα ἡμῖν αὐτοῖς ἂν βουλοίμεθα ὑπάρχειν, δῆλόν ἐστιν ὡς ἐστὶ πρὸς αὐτοῦς φιλία, ὡς περ καὶ τὴν ἀδικίαν ἔφαμεν πρὸς αὐτὸν εἶναι. (48) Ἐπειδὴ γὰρ ἕτερος μὲν ὁ ἀδικῶν ἕτερος δὲ ὁ ἀδικούμενος, ὁ αὐτὸς δ' εἷς ἐστὶν ἕκαστος, διὰ τὸ τοιοῦτον οὐκ ἐδόκει εἶναι πρὸς αὐτὸν ἀδικία. Ἔστι μέντοι, ὡς ἔφαμεν σκοποῦντες ἐπὶ τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν, ἐπειδὴ ἐστὶ πλείω, ἔταν ταῦτα καὶ ἡμιονοῦσι, τότε εἶναι πρὸς αὐτὸν τὴν ἀδικίαν. (49) Ὅμοίως οὖν τούτω καὶ ἡ φιλία δοῦναι ἂν εἶναι πρὸς αὐτόν. Ἐπειδὴ γὰρ 25 ὁ φίλος ἐστίν, ὡς φαμέν, ὅταν βουλοίμεθα σφόδρα φίλον εἰπεῖν, μία φαμέν ψυχὴ ἢ ἑμὴ καὶ ἡ τούτου· ἐπεὶ οὖν ἐστὶ τῆς ψυχῆς πλείω μέρη, τότε ἐστὶ μία ψυχὴ, ὅταν συμφωνῶσι πρὸς ἀλλήλα ὅ τε λόγος καὶ τὰ πάθη· οὕτω γὰρ μία ἐστὶ. Ὡστε μᾶλλον γενομένης ἐστὶ πρὸς αὐτὸν φιλία. (50) Αὕτη δ' ἐστὶ καὶ πρὸς αὐτὸν φιλία ἐν τῷ σπουδαίῳ· τούτω γὰρ μόνω τὰ τῆς ψυχῆς εὖ ἔχουσι μέρη πρὸς ἀλλήλα τῷ μὴ διαφέρεισθαι, ἐπεὶ ὁ γε φαῦλος οὐδέποτε ἐστὶν αὐτὸς αὐτῷ φίλος· μάχεται γὰρ αἰεὶ ἑαυτῷ. Ὁ γοῦν ἀκρατής ὅταν πράξῃ τι τῶν καθ' ἡδονήν, μετ' οὐ πολὺ μεταμελεῖται καὶ κακίζει αὐτὸς αὐτόν. 35 Ὅμοίως ἐπὶ τῶν ἄλλων κακιῶν ὁ φαῦλος ἔχει· διατελεῖ γὰρ αὐτὸς αὐτῷ μαχόμενος καὶ ἐναντιούμενος. (51) Ἔστι δὲ φιλία καὶ ἐν ἰσότητι, ὅσον ἢ μὲν τῶν ἑταίρων ἐν ἰσότητι ἀριθμῷ καὶ δυνάμει ἀγαθοῦ. Οὐδέτερος γὰρ αὐτῶν 40 ἐστὶν ἀξίος θατέρου πλέον ἔχειν οὔτε κατ' ἀριθμὸν ἀγαθῶν οὔτε κατὰ δυνάμιν οὔτε κατὰ μέγεθος, ἀλλὰ τὸ ἴσον· ἴσοι γὰρ τινες ἐθέλουσιν εἶναι οἱ ἑταῖροι. (52) Ἐν ἀνισότητι δὲ ἡ πατρὸς πρὸς υἱὸν καὶ ἀρχομένου πρὸς ἀρχοντα, καὶ κρείττονος καὶ χείρονος, καὶ γυναικὸς καὶ ἀνδρός, καὶ 45 ἀπλῶς ἐν οἷς ἐστὶν ὁ τῆς τοῦ χείρονος καὶ κρείττονος τάξις ἔχων ἐν τῇ φιλίᾳ. (53) Αὕτη γὰρ ἐστὶν ἡ ἐν ἀνισότητι φιλία κατὰ λόγον. Οὐδέποτε γὰρ ἐπ' ἀγαθοῦ δόσει οὐδεὶς ἂν ἴσον δοῖη τῷ βελτίονι καὶ τῷ χείρονι, ἀλλὰ μείζον τῷ καθ' ὑπεροχὴν ὄντι αἰεὶ· τοῦτο 50 δ' ἴσον ἐστὶ τῷ λόγῳ· ἴσον γὰρ πῶς ἐστὶν ὁ ἕλαττον ἔχων ἀγαθὸν χείρων ὢν τῷ μείζονι ἔχοντι κρείττονι ὄντι.

civem, et filio erga patrem, et uxori erga virum, et quaecumque simpliciter aliæ conciliationes et amicitiae sunt in horum singulis. (46) Amicitiarum vero, hospitalis validissima videatur. Neque enim ullus est communis, de quo ambigatur, finis, ut inter cives: siquidem si ambigunt propter excessum inter se invicem, amici non permanent. (47) Nunc demum illud dicendum est, utrum erga se sit amicitia, necne. Quoniam igitur perspicimus, ut paullo ante dicebamus, quod ex singularibus, amare cognoscitur, singularia vero nobis ipsi inprimis velimus, nempe bona, et esse, et bene esse, et omnium maxime condolemus nobis ipsis, et nobiscum vivere praecipue malimus: ergo ex singularibus si cognoscitur amicitia, singularia vero nobis ipsis esse volumus, non dubium quin ita erga nos sit amicitia, quemadmodum et injuriam erga nos ipsos esse dicebamus. (48) Nam quia alius quidem est afficiens injuria, alius vero affectus injuria, quisque autem unus idemque est, hac ratione negari videbatur, posse quendam se ipsum injuria afficere, quum fieri tamen id possit, ut dicebamus, habita ratione animi partium: quæ quum sint plures, quum non consentiunt ipsæ inter se, tunc potest aliquis sese injuria afficere. (49) Huic igitur similiter etiam erga se esse videatur amicitia. Nam quoniam amicus est talis, ut famur, quum demum voluerimus impense amicum dicere, una mea et hujus anima est; animæ autem quando plures sunt partes, tum una fuerit anima, quum erga se invicem consenserint ratio et perturbations. Ita namque una erit: itaque, quando una facta fuerit, erit erga se amicitia. (50) Hæc autem erga se erit in bono amicitia, quandoquidem in eo solo animæ partes bene inter se invicem habent, quoniam inter se non differunt: quandoquidem malus nunquam sibi amicus est: secum namque semper pugnat. Nempe incontinens quum quid per voluptatem nequiter egerit, mox poenitentia affligitur, ac se vituperat ipsum. Idem et in ceteris vitiis malus habet: semper enim secum pugnat ac sibi adversatur. (51) Est autem amicitia etiam in ipsa æqualitate, ut sociorum per æqualitatem, numero et potestate boni. Neuter siquidem ipsorum debet altero plus sibi ascire, neque numero bonorum, neque potestate, neque magnitudine: æquales enim esse inter se socii cupiunt. (52) At in inæqualitate est amicitia patris erga filium, et subditi erga imperantem, et potioris et deterioris, et uxoris et viri: ac simpliciter, ubicumque inter potioris et deterioris in amicitia ordo intercessit. (53) Hæc namque est ex ratione in disparitate amicitia. Neque enim unquam in boni datione æquale ullus dabit meliori et deteriori, sed majus semper ei qui excedat. Id quippe est ratione æquale: æquale enim fere habendum est quum minus bonum capit qui est deterior, eo qui melior est.

CAP. XII.

Τῶν δὲ φιλιῶν ἀπασῶν τῶν εἰρημένων τούτων μά-
 λιστα πως ἐγγίγνεται τὸ φιλεῖν ἐν τῇ συγγενικῇ, καὶ
 ταῦτα ἐν τῇ πατρὶ πρὸς υἱόν. Καὶ διὰ τί ποτε ὁ πα-
 τὴρ τὸν υἱὸν μᾶλλον φιλεῖ ἢ ὁ υἱὸς τὸν πατέρα; πότερον
 οὖν, ὡς ἐνιοὶ λέγοντες ὀρθῶς πρὸς γε τοὺς πολλοὺς, ὅτι
 ὁ μὲν πατὴρ εὐεργέτηκέ πως τὸν υἱόν, ὁ δ' υἱὸς χάριν
 ὀφείλει τῆς εὐεργεσίας; (2) Αὕτη μὲν οὖν ἡ αἰτία ἐν τῇ
 κατὰ τὸ συμφέρον φιλίᾳ δοξοῖεν ἂν ὑπάρχειν. Ὡσπερ
 δὲ καὶ κατὰ τὰς ἐπιστήμας δρῶμεν ἔχον, οὕτω πως
 10 ἔχει καὶ ἐνταῦθα. (3) Λέγω δ' οἷον ἐστὶ μὲν ὢν τὸ
 αὐτὸ τέλος τε καὶ ἐνέργεια, καὶ οὐκ ἄλλο τι παρὰ
 τὴν ἐνέργειαν τέλος, οἷον τῷ αὐλητῇ ἢ αὐτῇ ἐνέργεια
 καὶ τέλος· τὸ γὰρ αὐλεῖν καὶ τέλος αὐτῷ ἐστὶ καὶ ἐνέρ-
 γεια· ἀλλ' οὐ τῇ οἰκοδομικῇ· καὶ γὰρ ἕτερον τέλος
 15 παρὰ τὴν ἐνέργειαν. (4) Ἔστιν οὖν ἡ φιλία ἐνέργειά
 τις, οὐδὲν δ' ἐστὶν ἄλλο τέλος παρὰ τὴν ἐνέργειαν τοῦ
 φιλεῖν, ἀλλὰ τοῦτο αὐτό. Ὁ μὲν οὖν πατὴρ ἐνεργεῖ
 πως αἰετὶ μᾶλλον παρὰ τὸ αὐτοῦ τι εἶναι ποίημα τὸν
 υἱόν. Τοῦτο δ' δρῶμεν καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὄν· πάντες
 20 γὰρ πρὸς ὃ ἂν αὐτοὶ ποιήσωσι, πρὸς τοῦτο πως καὶ εὐ-
 νοῖ εἰσιν. (5) Ὁ οὖν πατὴρ εὐνοεῖ πως πρὸς τὸν υἱὸν
 αὐτοῦ ὄντα ποίημα, τῇ μνήμῃ καὶ τῇ ἐλπίδι ἀγόμενος·
 διὸ μᾶλλον φιλεῖ ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν ἢ ὁ υἱὸς τὸν πατέρα.
 (6) Δεῖ δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων φιλιῶν τῶν λεγομένων
 25 καὶ δοκουσῶν ἐπισκέψασθαι εἰ εἰσὶ φιλία, οἷον ἡ εὐνοία
 φιλία δοκεῖ. (7) Ἀπλῶς μὲν οὖν οὐκ ἂν δοξοῖεν ἡ εὐ-
 νοία εἶναι φιλία· πολλοὶ γὰρ πολλὰκις ἢ ἀπὸ τοῦ ἰδεῖν
 ἢ ἀπὸ τοῦ ἀκοῦσαι τι ὑπὲρ τινος ἀγαθὸν εὐνοιοῦντι γινώ-
 μεθα· ἄρ' οὖν ἤδη καὶ φίλοι, ἢ οὐ; οὐ γὰρ εἴ τις ἦν
 30 Δαρείω εὐνοῦς ἐν Πέρσαις ὄντι, ὥσπερ ἴσως ἦν, εὐθὺς
 καὶ φιλία ἦν αὐτῷ πρὸς Δαρεῖον. (8) Ἄλλ' ἀρχὴ μὲν
 ἂν ποτε ἡ εὐνοία φιλίας δοξοῖεν εἶναι, γένοιτο δ' ἂν
 ἡ εὐνοία φιλία, εἰ προσλάβοι βούλησιν τοῦ τὰγαθὰ δύ-
 νατὸς ὢν πράξειν πράττειν ἐκείνου ἐνεκεν ᾧ ἐστὶν εὐ-
 35 νοῦς. (9) Ἔστι δ' ἡ εὐνοία τοῦ ἤθους καὶ πρὸς τὸ
 ἤθος· οὐδεὶς γὰρ λέγεται εὐνοῦς οἴνω ἢ ἄλλω τινὶ τῶν
 ἀψύχων ἀγαθῶν ἢ ἡδέων, ἀλλ' ἂν τις ἢ τὸ ἤθος σπου-
 δαῖος, πρὸς τοῦτον ἡ εὐνοία. (10) Οὐκ ἐστὶ δὲ χωρὶς
 φιλίας ἡ εὐνοία, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ· διὸ δοκεῖ φιλία εἶ-
 40 ναι. (11) Ἡ δ' ἁμόνοια ἐστὶ μὲν σύνεγγυς τῇ φιλίᾳ,
 ἐὰν τὴν ἁμόνοιαν λάβῃς τὴν κυρίως λεγομένην. Εἰ γὰρ
 τις Ἐμπεδοκλεῖ ἁμοῖός ὑπολαμβάνει καὶ δοκεῖ αὐτῷ τὰ
 στοιχεῖα εἶναι ἢ κάκεινῳ, ἄρα γε οὗτος Ἐμπεδοκλεῖ
 ἁμονοεῖ ἢ οὐ; ἐπεὶ περ εἰ τὸ ἄλλο τοιοῦτον. (12) Πρῶ-
 45 τον μὲν γὰρ οὐκ ἐστὶν ἡ ἁμόνοια ἐν τοῖς νοητοῖς ἀλλ' ἐν
 τοῖς πρακτοῖς, καὶ ἐν τοῦτοις οὐχ ἢ νοοῦσι ταῦτόν,
 ἀλλ' ἢ ἅμα τῷ ταῦτόν νοεῖν προαιρέσειν ἔχουσι περὶ
 ἢ νοοῦσιν ἐπὶ ταῦτά. Εἰ γὰρ ἐννοοῦσιν ἀμφοτέροι ἀρ-
 χουν, ἀλλ' ὁ μὲν αὐτόν ὁ δ' αὐτόν, ἄρα γε ἤδη ἁμονοοῦ-
 50 σιν, ἢ οὐ; ἀλλ' εἰ καὶ ἑαυτὸν βούλομαι ἄργειν κά-
 κεινός ἐμέ, οὕτως ἤδη ἁμονοοῦμεν. (13) Ἔστι δὲ
 ἁμονοεῖν ἐν τοῖς πρακτοῖς μετὰ βουλήσεως ταῦτοῦ.

Amicitiarum omnium, quæ jam memoratæ sunt, in-
 primis innatus est amor qui in affinitate, is præsertim qui est
 in patre in filium. Et cumnam pater filium magis amat
 quam filius patrem? utrum (ut nonnulli dicunt, et recte
 quidem pro rudi vulgi multitudinem) quod pater beneficus
 erga filium sit, quodque filius gratiam debeat accepti bene-
 ficii? (2) Sane hæc causa in amicitia per commodum conciliata
 esse videbitur. Quemadmodum in scientiis quoque
 spectatur, ita quodammodo hic etiam habebit. (3) Tale au-
 tem est quod dico: sunt quibus sit idem finis, atque actio,
 neque aliud aliquid præter actionem, finis: ut tibicini
 eadem actio, atque finis: perflare enim tibias, ei et finis
 et actio est. Non autem ædificationi: nam præter actio-
 nem alius est finis. (4) Est igitur amicitia, actio quædam:
 nec finis alius est præter actionem in amando, sed illud
 idem. Pater igitur semper magis agit, et, ut sic dicam,
 actu magis amat, quam filius nimirum, ob hoc quod
 ejus opus sit filius: id quod in ceteris rebus cernimus.
 Omnes siquidem erga id quod ipsi effecerunt, sunt quo-
 dammodo benevoli. (5) Pater igitur filio, utpote quem ipse
 effecerit ediditque in lucem, bona vult, memoria speque
 adductus. Ideo magis filium pater diligit, quam filius pa-
 trem. (6) Expedit autem jam dictas et existimatas amicitias
 explorare, sintne amicitia, ut benevolentia videaturne
 amicitia. (7) Simpliciter igitur benevolentia, nequiquam
 amicitia esse videatur. Siquidem frequenter multis, aut
 videndo aut audiendo aliquid de aliquo bonum, benevoli
 efficiuntur: an tum etiam amici, an non? Neque enim si
 quispiam Dario apud Persas existenti benevolus (quem-
 admodum erat fortassis) fuerit, confestim etiam erga
 Darium illi fuerit amicitia. (8) At amicitia, benevolentia
 quandoque initium esse videbitur. Fiat certe benevolentia
 amicitia, si voluntatem asciverit benefaciendi, quum fa-
 cere possit, ei erga quem sit affectus benevolentia. (9) Mo-
 rum autem benevolentia est, et erga mores. Nemo siqui-
 dem aut vino, aut cuiquam alii inanimato bono vel suavi,
 benevolus esse perhibetur: sed si quis moribus est probus
 et honestus, erga hunc fit benevolentia. (10) Neque citra
 amicitiam est benevolentia, sed in eodem, ut amicitia
 esse videatur. (11) Concordia autem est confinis amicitia,
 si proprio modo dictam accipias concordiam. Nam si quis
 Empedocli astipuletur, arbitreturque, eadem quæ ille
 statuit esse elementa, nunquid concors erit Empedocli,
 an non? vel si quid aliud tale. (12) Primum certe non est
 concordia in eis quæ sub intelligentiam, sed quæ sub actio-
 nem cadunt: et in his non qua idem sentiunt, sed qua cum
 hoc sentiendi et opinandi consensu etiam ad agendum
 eadem deligunt circa ea quæ sentiunt. Nam si ambo do-
 minari cogitant et volunt, hic quidem se, ille vero se, nun-
 quid sunt concordēs, an non? Minime: sed si ego me
 velim imperare, et ille me, jam concordēs hoc pacto sum-
 mus. (13) Est nimirum concordēs esse in eis quæ sub
 actionem cadant, cum ejusdem voluntate. Circa statum

Περὶ ἀρχοντος ἄρα κατάστασιν ἐν πρακτοῖς τοῦ αὐτοῦ ἐστὶν ἡ ἁμόνοια ἢ κυρίως λεγομένη.

igitur dominantis, in eis quæ sub actionem cadant, proprie dicitur esse concordia.

CAP. XIII.

Ἐπεὶ δ' ἐστὶν, ὡς φαιμέν, αὐτῷ πρὸς αὐτὸν φιλία, πότερον ὁ σπουδαῖος ἐστὶ φιλαυτος ἢ οὐ; Ἐστὶ δὲ φιλαυτος ὁ αὐτοῦ ἕνεκεν πάντα πράττων ἐν τοῖς κατὰ τὸ λυσιτελεῖς. Ὁ μὲν οὖν φαῦλος φιλαυτός ἐστιν· αὐτὸς αὐτοῦ γὰρ ἕνεκεν πάντα πράττει· ἀλλ' οὐχ ὁ σπουδαῖος· διὰ τοῦτο γὰρ ἐστὶ σπουδαῖος, ὅτι ἄλλου ἕνεκεν τοῦτο πράττει· διὸ οὐκ ἐστὶ φιλαυτος. (2) Ἄλλ' ὁρμῶσι μὲν ἅπαντες ἐπὶ τὰγαθά, καὶ οἴονται αὐτοῖς δεῖν μάλιστα ὑπάρχειν· τοῦτο δ' ἐστὶ μάλιστα φανερόν ἐπὶ πλούτου καὶ ἀρχῆς. Ὁ μὲν οὖν σπουδαῖος ἐκστήσεται τούτων ἄλλω, οὐχ ὡς οὐ προσῆκον αὐτῷ μάλιστα, ἀλλ' ἂν ὄρῃ ἄλλον δυνησόμενον μᾶλλον τούτοις αὐτοῦ χρῆσθαι. Οἱ δ' ἄλλοι τοῦτο οὐ ποιήσουσι δι' ἄγνοιαν (οὐ γὰρ οἴονται κακῶς ἂν χρῆσασθαι τοῖς τοιοῦτοις ἀγαθοῖς) ἢ διὰ φιλοτιμίαν τοῦ ἀρχεῖν. (3) Ὁ δὲ σπουδαῖος οὐδέτερον τούτων πείσεται· διὸ οὐδὲ φιλαυτος κατὰ γε τὰ τοιαῦτα ἀγαθά, ἀλλ' εἰ ἄρα, κατὰ τὸ καλόν. Τούτου γὰρ μόνον ἄλλω οὐκ ἂν ἐκσταίῃ, τὰ δὲ συμφέροντα καὶ ἡδέα ἐκστήσεται. (4) Τὴν μὲν οὖν κατὰ τὸ καλὸν ἀρεσιν φιλαυτος ἐστὶ· τὴν δὲ κατὰ τὸ συμφέρον καὶ καθ' ἡδονὴν λεγομένην οὐκ ἐστὶ ὁ σπουδαῖος, ἀλλὰ ὁ φαῦλος.

Verum quoniam est, ut diximus, sua alicujus erga se amicitia, utrum probus sese amabit, an non? Est certe se amans, qui sua de causa agit omnia, ubi modo aliqua suggeratur utilitas. Malus igitur sui amans erit: sua enim causa agit omnia: probus vero, non est. Hac enim de causa est probus, quod alterius causa id agat: et proinde sui amans non est. (2) Atqui omnes ad bona prosiiliunt, opinanturque sua inprimis esse oportere: idque præcipue manifestum est ex opulentia, ac dominatu. Probus igitur alii hæc cedet, non quod putet ipsi sibi non convenire inprimis; sed quando alium viderit, qui his commode magis uti possit, facile concesserit. Alii hoc inscitia quadam non facient (neque enim opinantur se talibus bonis abusuros), vel etiam ob honoris cupiditatem in imperando. (3) Probo autem horum neutrum accidit: et proinde, propter ejusmodi quidem bona, sui amans non erit: verum si erit, propter honesta erit. Hæc enim solum nemini alii concesserit: at commoda et jucunda cesserit. (4) Itaque in delectu honestatis sui amans erit: at ubi commodum, ac jam dicta voluptas affectabitur, probus non erit sui amans, sed improbus talis erit.

CAP. XIV.

Πότερον δὲ ποτε ὁ σπουδαῖος φιλήσει αὐτὸς ἑαυτὸν μάλιστα ἢ οὐ; Ἐστὶ μὲν οὖν αὐτὸς αὐτὸν μάλιστα ὡς φιλήσει, ἐστὶ δ' ὡς οὐ. Ἐπειδὴ γὰρ φαιμέν τὸν σπουδαῖον ἐκστήσασθαι τῶν ἀγαθῶν τῶν κατὰ τὸ συμφέρον τῷ φίλῳ, τὸν φίλον μᾶλλον αὐτοῦ φιλήσει. (2) Ναί, ἀλλ' ἢ τούτων ἐξίστάμενος τῷ φίλῳ αὐτῷ τὸ καλὸν περιποιεῖται, ταύτῃ ἐξίσταται τῶν τοιοῦτων. Ἐστὶ μὲν οὖν ὡς τὸν φίλον αὐτὸς αὐτοῦ μᾶλλον φιλεῖ, ἐστὶ δὲ ὡς αὐτὸς αὐτὸν μάλιστα, κατὰ μὲν τὸ συμφέρον τὸν φίλον, κατὰ δὲ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν αὐτὸς αὐτὸν μάλιστα· αὐτῷ γὰρ ταῦτα περιποιεῖται κάλλιστα ὄντα. (3) Ἐστὶ μὲν οὖν καὶ φιλάγαθος, οὐ φιλαυτος· μόνον γὰρ, εἴπερ φιλεῖ αὐτὸς ἑαυτόν, ὅτι ἀγαθός. Ὁ δὲ φαῦλος φιλαυτος· οὐδὲν γὰρ ἔχει δι' ὃ φιλήσει αὐτὸς ἑαυτὸν εἶον καλόν τι, ἀλλ' ἄνευ τούτων αὐτὸς ἑαυτὸν φιλήσει, ἢ αὐτός. Διὸ καὶ οὗτος ἂν κυρίως λέγοιτο φιλαυτος.

Utrum probus sese maxime amabit, an non? Est certe ubi sese maxime amabit, est ubi non. Nam quum dicimus probum ea bona cessurum, quæ ad utilitatem tendant amico; magis, quam se, amicum amaverit. (2) Ita est: verum qua hæc amico concedens, sibi honestatem accomodat, eo modo ista talia concedit. Est igitur ubi amicum se magis diligit, estque ubi sese maxime. In ipso namque commodo, amicum: at ubi honestum et bonum, ipse sese maxime diligit; sibi enim hæc vindicat, quæ sunt honestissima. (3) Est igitur boni etiam amans, nec sui amans. Nam si sese amat, ideo solum hoc fit, quia est bonus. Malus autem sui amans est; neque enim habet quapropter se amet, sicut honestum aliquod; sed citra hæc, ipse, quatenus ipse est, sese amabit: et proinde hac de causa proprie sui amans hic dicatur.

CAP. XV.

Ἐχόμενον δ' ἂν εἴη εἰπεῖν ὑπὲρ αὐτάρκειας καὶ τοῦ αὐτάρκους, πότερον ὁ αὐτάρκης προσδεῖσεται φίλιας ἢ οὐ, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτῷ αὐτάρκης ἐστὶ καὶ κατὰ τοῦτο. Λέγουσι γὰρ τοιαῦτα καὶ οἱ ποιηταί·

Ὅταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῷ, τί δεῖ φίλων;

ὅθεν καὶ ἡ ἀπορία γίγνεται, πότερον ὁ πάντα τὰγαθὰ ἔχων καὶ ὂν αὐτάρκης προσδεῖσεται φίλου; ἢ τότε

Dicendum hinc de eo quod sibi satis, et non altero indigens: utrum qui nulla re indiget, suis bonis contentus, egebit amicitia, an non? an vero ipse sibi satis erit etiam ob hoc? Siquidem etiam poetæ talia jactitant;

Amicis quid opus, prospera quando dat deus?

Unde etiam nascitur quæstio, utrum qui cuncta habeat bona, quique sibi satis sit, amicis egebit? an tum etiam

καὶ μάλιστα; τίνα γὰρ εὖ ποιήσει, ἢ μετὰ τοῦ συμβιώσεται; οὐ γὰρ δὴ μόνος γε διάζει. (2) Εἰ τοίνυν τούτων δεήσει, ταῦτα δὲ μὴ ἐνδέχεται ἄνευ φιλίας, προσδέοιτ' ἂν δ' αὐτάρκης φιλίας. (3) Ἡ μὲν οὖν ἐν τοῖς λόγοις εἰωθῖα ὁμοιότης λαμβάνεσθαι ἐκ τοῦ θεοῦ οὐτ' ἐκεῖ ὀρθῶς οὐτ' ἂν ἐνταῦθα εἴη χρήσιμος· οὐ γὰρ εἰ ὁ θεός ἐστιν αὐτάρκης καὶ μηδενὸς δεῖται, διὰ τοῦτ' οὐδ' ἡμεῖς οὐδενὸς δεησόμεθα. (4) Ἔστι γὰρ καὶ τοιοῦτός τις λόγος ἐπὶ τοῦ θεοῦ λεγόμενος. Ἐπεὶ γάρ, φησί, πάντα ἔχει τὰγαθὰ ὁ θεὸς καὶ ἐστιν αὐτάρκης, τί ποιήσει; οὐ γὰρ καθευδήσει. Θεάσεται δὴ τι, φησὶν· τοῦτο γὰρ κάλλιστον καὶ οἰκειότατον. Τί οὖν θεάσεται; εἰ μὲν γὰρ ἄλλο τι θεάσεται, βέλτιον θεάσεται αὐτοῦ. Ἀλλὰ τοῦτ' ἄτοπον, τὸ τοῦ θεοῦ ἄλλο τι εἶναι βέλτιον. Αὐτὸς ἑαυτὸν ἄρα θεάσεται. Ἀλλ' ἄτοπον· καὶ γὰρ ὁ ἄνθρωπος δεῖ ἂν αὐτὸς ἑαυτὸν κατασκοπῆται, ὡς ἀναισθητῶς ἐπιτιμῶμεν. Ἄτοπος οὖν, φησὶν, ὁ θεὸς ἐστὶ αὐτὸς ἑαυτὸν θεώμενος. (5) Τί μὲν οὖν ὁ θεὸς θεάσεται, ἀφείσθω· ὑπὲρ δὲ τῆς αὐταρχείας οὐ τῆς τοῦ θεοῦ τὴν ἐπίσχεψιν ποιούμεθα, ἀλλ' ἀνθρωπίνης, πότερον δ' αὐτάρκης δεήσει φιλίας ἢ οὐ. Εἰ δὴ τις ἐπὶ τὸν φίλον ἐπιβλέψας ἴδῃ τί ἐστὶ καὶ ὁπιός τις ὁ φίλος, τοιοῦτος οἷος ἕτερος εἶναι ἐγώ, ἂν γε καὶ σφόδρα φίλον ποιήσης, ὥσπερ τὸ λεγόμενον « ἄλλος οὗτος Ἡρακλῆς, ἄλλος φίλος ἐγώ. » (6) Ἐπεὶ οὖν ἐστὶ καὶ χαλεπώτατον, ὥσπερ καὶ τῶν σοφῶν τινὲς εἰρήκασι, τὸ γινῶναι αὐτόν, καὶ ἥδιον (τὸ γὰρ αὐτόν εἰδέναι ἡδύ), αὐτοὶ μὲν οὖν αὐτοὺς ἐξ αὐτῶν οὐ δυνάμεθα θεάσασθαι. Ὅτι δ' αὐτοὶ αὐτοὺς οὐ δυνάμεθα, δῆλον ἐξ ὧν ἄλλοις ἐπιτιμῶμεν, αὐτοὶ δὲ λανθάνομεν ταῦτα ποιῶντες. (7) Τοῦτο δὲ γίνεται δι' εὐνοίαν ἢ διὰ πάθος· πολλοῖς δὲ ἡμῶν ταῦτα ἐπισκοπεῖ πρὸς τὸ κρίνειν ὀρθῶς. Ὅσπερ οὖν δταν θέλωμεν αὐτοὶ αὐτῶν τὸ πρόσωπον ἰδεῖν, εἰς τὸ κάτοπτρον ἐμβλέψαντες εἶδομεν, ὁμοίως καὶ δταν αὐτοὶ αὐτοὺς βουλευθῶμεν γινῶναι, εἰς τῶν φίλων ἰδόντες γνωρίζομεν ἂν· ἐστὶ γὰρ, ὡς φαμέν, ὁ φίλος ἕτερος ἐγώ. (8) Εἰ οὖν ἡδὺ μὲν τὸ αὐτὸν εἰδέναι, τοῦτο δ' οὐκ ἐστὶν εἰδέναι ἄνευ ἄλλου φίλου, δεοίτ' ἂν ὁ αὐτάρκης φιλίας πρὸς τὸ αὐτὸς αὐτόν γνωρίζειν. (9) Ἔτι δὲ καὶ εἴπερ ἐστὶ καλόν, ὥσπερ ἐστί, τὸ εὖ ποιεῖν ἔχοντα τὰ παρὰ τῆς τύχης ἀγαθὰ, τίνα εὖ ποιήσει; μετὰ τίνος δὲ συμβιώσεται; οὐ γὰρ δὴ μόνος γε διάζει· τὸ γὰρ συμβιοῦν ἡδὺ καὶ ἀναγκαῖον. Εἰ τοίνυν ταῦτα καλὰ καὶ ἡδέα καὶ ἀναγκαῖα, ταῦτα δὲ μὴ ἐνδέχεται εἶναι ἄνευ φιλίας, προσδέοιτ' ἂν ὁ αὐτάρκης φιλίας.

maxime? Cui enim bene faciet, aut quicum vitam ducet? neque enim certe solus deget. (2) Quodsi his opus erit, neque contingunt hæc citra amicitiam: qui sibi satis est, egebit amicitia. (3) Quæ igitur in sermonibus consuevit capi similitudo ex Deo, neque illic recte habet, neque hic fuerit utilis. Neque enim si Deus sibi unus est satis, nec ullo indigens, ob hoc etiam nos nullo indigebimus. (4) Est nimirum jactatus de Deo hujusmodi quoque sermo. Nam quoniam bona cuncta obtinet Deus, ac sibi satis est, quid faciet? neque enim dormiet. Contemplabitur aliquid, inquit: id namque pulcherrimum, et ipsi maxime peculiare. Quid igitur contemplabitur? nam si quicquam aliud inspiciet, id erit melius ipso. Hoc vero absurdum est, ut se quicquam melius habeat Deus. Ipse igitur sese contemplabitur. At hoc delirum: nam hominem qui sese contempletur, utpote sensu carentem increpamus. Absurdum igitur, inquit, Deus erit ipse se ipsum contemplan. (5) Quid igitur Deus contempletur, omitamus: neque de eo quod sibi Deus satis sit, consideramus, sed de homine: Utrum qui sibi satis sit, is egeat amicitia, necne? Quodsi quis amicum spectans viderit quid sit, et qualis amicus, talis nimirum qualis alter ego, tum vehementer amicum facies, quemadmodum dictum est, Hic alter Hercules, alter amicus ego. (6) Quoniam igitur difficillimum est, quemadmodum quidam dixerunt sapientes, sese cognoscere, et suavissimum, (nam se nosse, jucundum,) ex nobis ipsis certe nos non possumus inspiciere. Quod autem non nos possumus, hinc certum, quod in aliis reprehendimus, sed haud intelligimus eadem nos facere. (7) Id vero fit, aut quia bene volumus nobis, aut propter affectum. At nobis hæc ad recte judicandum obstant plerisque. Quemadmodum igitur, si velimus ipsi nostram spectare faciem, in speculo obtuemur; itidem etiam quum nos cognoscere voluerimus, amicum spectantes nosse poterimus. Est siquidem, ut diximus, amicus alter ego. (8) Quodsi jucundum est se nosse, idque scire non est sine altero amico, opus erit amico ei etiam qui nulla re indigeat, ut sese cognoscat. (9) Rursus etiam si honestum (ut est) benefacere, eum qui a fortuna bona obtinuerit, cui benefaciet? quocum vitam ager? non enim certe solus deget. Nam vitam ducere cum alio, et jucundum, et necessarium est. Quodsi hæc honesta sunt et jucunda, necnon necessaria, et hæc sine amicitia esse non possunt, opus erit amicitia ei qui sibi satis sit.

CAP. XVI.

Πότερον δὲ πολλοὺς κτηνέου φίλους ἢ ὀλίγους; οὐτε δὴ πολλοὺς ὡς ἀπλῶς εἰπεῖν οὐτ' ὀλίγους δεῖ (ἀεὶ). Πολλῶν μὲν γὰρ ὄντων ἔργον ἐφ' ἕκαστον μερίσαι τὸ φιλεῖν. Ἐφ' ἀπάντων γὰρ καὶ τῶν ἄλλων ἐξαδυνατεῖ ἡμῶν ἡ φύσις ἀσθενῆς οὕσα πρὸς τὸ ἐπὶ πολλῷ ἀφικνεῖσθαι· οὐτε γὰρ τῇ βίῃ ἐπὶ πολλῷ ὀρῶμεν, (ἀλλ' ἐὰν

Utrum multos habere amicos expedit, an paucos? Neque profecto multos (ut paucis absolvam) neque paucos oportet. Nam si multi erunt, amorem in singulos distribuere, erit operosum. In cunctis siquidem aliis, imbecilla natura nostra in plurima pervenire non potest. Nam neque oculorum acie longe penetrare possumus: (sed si justo intervallo longius

πλέον ἀποστήσης τοῦ συμμέτρου, ἐλλείπει διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσεως,) οὐτ' ἐπ' ἀκοῆς, οὐτ' ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἀπάντων. (2) Ἐλλείπων οὖν τῷ φιλεῖν δι' ἀδυναμίαν καὶ ἐγκλήματ' ἂν τις ἔχοι δικαίως, καὶ οὐκ ἂν εἴη φίλος, μὴ φιλῶν γε ἀλλ' ἢ τῷ γε λόγῳ· ἢ δὲ φιλία οὐ τοῦτο βούλεται. (3) Ἔτι ἂν ὡς πολλοί, οὐκ ἔστι παύσασθαι λυπούμενον· πολλῶν γὰρ ὄντων εἰκὸς αἰεὶ περὶ ἓνα γέ τινα συμβαίνειν τι ἀτύχημα, ὧν γινόμενων ἀναγκαῖον λυπεῖσθαι. Οὐτ' αὖ πάλιν ὀλίγους, 10 ἓνα ἢ δύο, ἀλλὰ συμμέτρους τῷ καιρῷ καὶ τῇ αὐτοῦ δρμηῇ πρὸς τὸ φιλεῖν.

abstineris, ob imbecillam naturam deficit :) neque auditu, neque aliis ejusmodi omnibus. (2) Qui igitur deficiat in amando ea causa quod non possit, etiam justæ criminatoni locum dabit : neque jam verus amicus fuerit ille censendus, qui non amet nisi verbo tenus. Ceterum hac ratione esse non postulat amicitia. (3) Rursus, si sunt multi, nunquam mœrere desierit. Inter multos namque par est ut aliquod semper uni alterive accidat infortunium, unde tristari necesse sit. Neque porro paucos, unum vel duos, esse expedit : sed inter parum et multum, ut dabitur occasio, et ut quemque ad amandum sua voluntas compellet.

CAP. XVII.

Μετὰ δὲ ταῦτα σκεπτέον ἂν εἴη πῶς δεῖ φίλῳ χρῆσθαι. Ἔστι δ' οὐκ ἐν ἀπάσῃ φιλίᾳ ἡ σκέψις, ἀλλ' ἐν ἡ μάλιστα ἐγκαλοῦσιν ἀλλήλους οἱ φίλοι. Οὐκ ἐγ- 15 καλοῦσι δὲ ἐν ταῖς ἄλλαις ὁμοίως, οἷον ἐν τῇ πατρὸς πρὸς υἱὸν οὐκ ἔστιν ἐγκλημα τοιοῦτον οἷον ἀξιοῦσιν ἐν ἐνάιαις, ὡσπερ ἐγὼ σοί, οὕτω καὶ σὺ ἐμοί· εἰ δὲ μὴ, ἐνταῦθα τὸ σφοδρὸν ἐγκλημα. (1) Ἐν δὲ ἀνίσοις φίλοις οὐκ ἔστι τὸ ἴσον. Ἔστι δὲ ἡ πατρὸς πρὸς υἱὸν φιλία 20 ἐν ἀνίσῳ, ὁμοίως ἢ γυναικὸς πρὸς ἄνδρα ἢ οἰκέτου πρὸς δεσπότην, καὶ ὄλων δὲ χείρονος καὶ βελτίονος· οὐχ ἕξουσι δὲ τὰ τοιαῦτα ἐγκλήματα. Ἄλλ' ἐν τοῖς ἴσοις φίλοις καὶ ἐν τῇ τοιαύτῃ φιλίᾳ τὸ τοιοῦτον ἐγκλημα, ὥστε σκεπτέον ἂν εἴη τὸ πῶς δεῖ χρῆσθαι φίλῳ ἐν τῇ ἐν ἴσοις φιλίᾳ.

Deinceps considerandum fuerit, quomodo utendum sit amico. Est profecto non in omni amicitia hæc consideratio, sed in qua se invicem maxime amici objurgant. Atqui non in aliis eodem modo querelæ oriuntur : puta, in ea quæ est patris erga filium, nulla est ejusmodi querela, qualis in multis existere solet, quemadmodum ego tibi, et tu mihi : quodsi non, hic jam vehemens fuerit criminatio. (2) At in amicis inæqualibus æqualitas locum non habet. Est vero patris erga filium amicitia, in minime æquali; itidem uxoris erga virum, aut servi erga dominum, prorsusque deterioris erga meliorem. Itaque in his talis nulla erit criminatio; verum inter æquales potius amicos, et in æquali amicitia locum habebit potius. Proinde considerandum, quo pacto utendum amico fuerit, in ea demum amicitia, quæ inter pares fuerit conciliata.

[ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ]

Η Θ Ι Κ Ω Ν

ΕΥΔΗΜΙΩΝ

BIBAION A.

CAP. I.

(1214.)

Ὁ μὲν ἐν Δῆλῳ παρὰ τῷ θεῷ τὴν αὐτοῦ γνώμην ἀποφηνάμενος συνέγραψεν ἐπὶ τὸ προπύλαιον τοῦ Λητώου, διελὼν οὐχ ὑπάρχοντα πάντα τῷ αὐτῷ, τότε ἀγαθὸν καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ ἡδύ, ποιήσας

6 κάλλιστον τὸ δικαιοτάτον, λῦστον δ' ὑγιαίνειν πάντων δ' ἥδιστον, οὐ τις ἐρᾷ, τὸ τυχεῖν.

Ἡμεῖς δ' αὐτῷ μὴ συγχωρῶμεν· ἡ γὰρ εὐδαιμονία κάλλιστον καὶ ἀριστον ἀπάντων οὕσα ἡδιστόν ἐστιν.

(2) Πολλῶν δ' ὄντων θεωρημάτων ἃ περὶ ἕκαστον 10 πρᾶγμα καὶ περὶ ἕκαστην φύσιν ἀπορίαν ἔχει καὶ δεῖται σκέψεως, τὰ μὲν αὐτῶν συντείνει πρὸς τὸ γινῶναι μόνον, τὰ δὲ καὶ περὶ τὰς κτήσεις καὶ περὶ τὰς πράξεις τοῦ πράγματος. (3) Ὅσα μὲν οὖν ἔχει φιλοσοφίαν μόνον θεωρητικὴν, λεκτέον κατὰ τὸν ἐπιβάλλοντα και- 15 ρόν, ὃ τι περ οἰκεῖον ἦν τῇ μεθόδῳ. (4) Πρῶτον δὲ σκεπτέον ἐν τίνι τὸ εὖ ζῆν καὶ πῶς κητόν, πότερον φύσει γίνονται πάντες εὐδαιμόνες οἱ τυγχάνοντες ταύτης τῆς προσηγορίας, ὥσπερ μεγάλοι καὶ μικροὶ καὶ τὴν 20 χροιάν διαφέροντες, ἢ διὰ μαθήσεως, ὡς οὕσης ἐπιστή- μης τινὸς τῆς εὐδαιμονίας, ἢ διὰ τινος ἀσκήσεως· πολλὰ γὰρ οὔτε κατὰ φύσιν οὔτε μαθοῦσιν ἄλλ' ἐθισθεῖσιν ὑπάρ- χει τοῖς ἀνθρώποις, φαῦλα μὲν τοῖς φαύλως ἐθισθεῖσι, χρηστά δὲ τοῖς χρηστῶς. (5) Ἡ τούτων μὲν κατ' οὐδένα 25 τῶν τρόπων, δυοῖν δὲ θάτερον, ἦτοι καθάπερ οἱ νυμφό- ληπτοι καὶ θεόληπτοι τῶν ἀνθρώπων, ἐπιπνοία δαιμονίου τινὸς ὥσπερ ἐνθουσιάζοντες, ἢ διὰ τύχην· πολλοὶ γὰρ ταυτὸν φασιν εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν καὶ τὴν εὐτυχίαν. (6) Ὅτι μὲν οὖν ἡ παρουσία διὰ τούτων ἀπάντων ἢ τινῶν ἢ τινὸς ὑπάρχει τοῖς ἀνθρώποις, οὐκ ἄδηλον· ἅπανται 30 γὰρ αἱ γενέσεις σχεδὸν πίπτουσιν εἰς ταύτας τὰς ἀρχάς· καὶ γὰρ ἀπὸ τῆς διανοίας ἀπάσας πρὸς τὰς ἀπ' ἐπι- στήμης ἂν τις συναγάγοι πράξεις. (7) Τὸ δ' εὐδαι- μονεῖν καὶ τὸ ζῆν μακαριώως καὶ φιλῶς εἶη ἂν ἐν τρισὶ μάλιστα, τοῖς εἶναι δοκοῦσιν ἀίρετωτάτοις· οἱ μὲν γὰρ 35 τὴν φρόνησιν μέγιστον εἶναι φασιν ἀγαθόν, οἱ δὲ τὴν ἀρετήν, οἱ δὲ τὴν ἡδονήν. (8) Καὶ πρὸς τὴν εὐδαιμο- νίαν εἶναι περὶ τοῦ μεγέθους αὐτῶν διαμφισθητοῦσι,

[ARISTOTELIS]

ETHICORUM

EUDEMIORUM

LIBER I.

Qui in Delo penes deum suam sententiam edisseruit, vestibulo templi Letoi eam inscripsit, distinguens ea quæ simul in eodem haud reperiantur, bonum, honestum, et jucundum, his versibus :

Pulcherrimum est quod justissimum : optima res sanitas : Præ omnibus vero jucundum, quod quisque amat, id con- [sequi.

Quod nos nequaquam concesserimus. Felicitas enim, quum optima sit et pulcherrima, eadem etiam jucundissima existit. (2) Ceterum inter considerationes varias, quæ in unaquaque re natura que excutienda negotium faciunt, et contemplatione egent, aliæ ad cognoscendum tantum pertinent, aliæ vero ad acquisitionem et negotia spectant. (3) Quamobrem, quæ in sola contemplatione posita sunt, opportuno tempore, id quod methodi proprium munus est, a nobis pertractabuntur. (4) Ante omnia vero considerandum, in quonam vita beata consistat, et quo pacto ad eam perveniatur : utrum quemadmodum homines parvi, magni et colore differentes, sic quibus nomen beatorum contingit, natura fiant ; an per disciplinam, velut certam eo destina- tam scientiam ; an per exercitationem aliquam. Haud enim pauca, nec natura, nec arte aliqua, sed consuetudine sola parantur, mala iis qui malæ consuetudini indulgent, bona iis qui bonæ. (5) An nullo quidem horum modorum, sed duorum altero, aut dei alicujus afflatu, quod fanatico furore correptis aut numine instinctis accidit ; aut fortuna. Plurimi enim felicitatem idem quod secundam fortunam esse arbitrantur. (6) Patet igitur, beatitudinem evenire vel per hæc omnia, vel quædam, vel unum aliquid. Nam ad hæc principia referuntur fere omnes rerum generationes. Ac ab intelligentia profectæ ad actiones, quæ a scientia fluunt, transferri omnes queant. (7) Porro bene beateque vivere in tribus maxime rebus consistit, iis nempe quæ potissimum expetuntur. Nam prudentiam alii, alii vir- tutem, alii vero voluptatem pro summo bono habent ; (8) contenduntque inter se de harum magnitudine et potestate, quænam ad felicitatis consecutionem vim af-

συμβάλλεσθαι φάσκοντες θάτερον θατέρου μάλλον εἰς αὐτήν, οἱ μὲν ὡς οὖσαν μεῖζον ἀγαθὸν τὴν φρόνησιν τῆς ἀρετῆς, οἱ δὲ ταύτης τὴν ἀρετὴν, οἱ δ' ἀμφοτέρων τούτων τὴν ἡδονήν· καὶ τοῖς μὲν ἐκ πάντων δοκεῖ τούτων, τοῖς δ' ἐκ δυοῖν, τοῖς δ' ἐν ἐνί τινι τούτων εἶναι τὸ ζῆν εὐδαιμονῶς.

ferat maximam. Unde fit ut quidam prudentiam virtuti, alii prudentiæ virtutem, nonnulli utrique voluptatem anteponant. Quocirca ad bene beateque vivendum, quidam omnia hæc, alii duo tantum requirunt; alii denique vel in uno aliquo horum beatam vitam positam esse judicant.

CAP. II.

Περὶ δὴ τούτων ἐπιστήσαντας, ἅπαντα τὸν δυνάμενον ζῆν κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν θέσθαι τινὰ σκοπὸν τοῦ καλῶς ζῆν, ἤτοι τιμὴν ἢ δόξαν ἢ πλοῦτον ἢ παιδοδείαν, πρὸς δὲ ἀποδιδέσθαι ποιήσεται πάσας τὰς πράξεις, ὡς τό γε μὴ συντετάχθαι τὸν βίον πρὸς τι τέλος ἀφροσύνης πολλῆς σημεῖόν ἐστιν· (2) μάλιστα δὲ δεῖ πρῶτον ἐν αὐτῷ διορίσασθαι μήτε προπετῶς μήτε ῥαθύμως, ἐν τίνι τῶν ἡμετέρων τὸ ζῆν εὔ, καὶ τίνων ἄνευ τοῖς ἀνθρώποις οὐκ ἐνδέχεται τοῦθ' ὑπάρχειν. Οὐ γὰρ ταῦτόν, ὡν τ' ἄνευ οὐχ οἶόντε υγιαίνειν καὶ τὸ υγιαίνειν. (3) Ὁμοίως δ' ἔχει τοῦτο καὶ ἐφ' ἑτέρων πολλῶν, ὥστ' οὐδὲ τὸ ζῆν καλῶς καὶ ὡν ἄνευ οὐ δυνατόν ζῆν καλῶς. (4) Ἔστι δὲ τῶν τοιούτων τὰ μὲν οὐκ ἴδια τῆς υγιείας οὐδὲ τῆς ζωῆς, ἀλλὰ κοινὰ πάντων ὡς εἶπεν, καὶ τῶν ἔξωθεν καὶ τῶν πράξεων, ὧν ἄνευ τοῦ ἀναπνεῖν ἢ ἐργηγορέναι ἢ κινήσεως μετέχειν οὐθὲν ἂν ὑπάρξειεν ἡμῖν οὔτ' ἀγαθὸν οὔτε κακόν, τὰ δ' ἴδια μάλλον περὶ ἐκάστην φύσιν, ἃ δεῖ μὴ λαθάνειν· οὐ γὰρ ὁμοίως οἰκεῖον πρὸς εὐξίαν τοῖς εἰρημονέοις κρωφαγία καὶ τῶν περιπάτων οἱ μετὰ δειπνον. (5) Ἔστι γὰρ ταῦτ' αἷτια τῆς ἀμφοσθησῆσεως περὶ τοῦ εὐδαιμονεῖν, τί ἐστι καὶ γίνεται διὰ τίνων· ὧν ἄνευ γὰρ οὐχ οἶόντε εὐδαιμονεῖν, ἐνιοὶ μέρη τῆς εὐδαιμονίας εἶναι νομίζουσιν.

De his igitur præcipiendo omnibus, scopum quandam recte vivendi propositum esse, qui modo ex electione vivere jam queant, ut sunt honor, gloria, opes, eruditio; quem spectans quisque, omnes actiones peraget: (quapropter vita proposito sine carens, insignis stultitiæ argumentum est:) (2) maxime oportet primum ut apud sese quisque, nec temerarie, nec segniter constituat, quam parte eorum quæ penes nos sunt beata vita consistat, et quid sit quo sine nemini ea contingat. Neque enim sanum esse, et id quo sine nequeat consistere sanitas, pro eodem reputari debent. (3) Ita nec recte vivere idem cum eo est, citra quod id nemo consequatur. Quod idem etiam in aliis innumeris observatur. (4) Sunt autem causæ ejusmodi, non equidem vitæ sanitatisve propriæ, sed communes (ut sic loquar) omnium habituum et operationum. Nam absque respiratione, aut vigilia, aut molus facultate, nec bonum nec malum in universum ullum subsistit. Aliæ vero propriæ sunt magis uniuscujusque naturæ, quas ignorare non conveniat. Neque enim ex æquo cum jam dictis ad bonam habitudinem acquirendam faciunt, carnis esus, atque cibo ingesto deambulatio. (5) Atque hæc sunt quæ difficultatem controversiamque pariunt de beata vita, dum quid sit recte vivere, et unde contingat homini, inquiritur. Nam id, quo sine nemo queat beatus esse, nonnulli felicitatis partem esse existimant.

CAP. III.

Πάσας μὲν οὖν τὰς δόξας ἐπισκοπεῖν, ὅσας ἔχουσι τινες περὶ αὐτῆς, περιέρχον. Πολλὰ γὰρ φαίνεται καὶ τοῖς παιδαρίοις καὶ τοῖς κἀμνοῦσι καὶ παραφρονοῦσι, περὶ ὧν ἂν οὐθεὶς νοῦν ἔχων διαπορήσειεν· δέονται γὰρ οὐ λόγων, ἀλλ' οἱ μὲν ἡλικίας ἐν ἧ μεταβάλλουσιν, οἱ δὲ κολάσεως ἱατρικῆς ἢ πολιτικῆς· κολασίς γὰρ ἢ φαρμακεία τῶν πληγῶν οὐκ ἐλάττων ἐστίν. (2) Ὁμοίως δὲ ταύταις οὐδὲ τὰς τῶν πολλῶν· εἰκῆ γὰρ λέγουσι σχεδὸν περὶ ἅπαντων, καὶ μάλιστα περὶ ἐπισκεπτέου μόνου· ἄτοπον γὰρ προσφέρειν λόγον τοῖς λόγοις μηδὲν δεομένοις ἀλλὰ πάθους. (3) Ἐπεὶ δ' εἰσὶν ἀπορίαι περὶ ἐκάστην πραγματεῖαν οἰκεῖαι, ὅσων δτι καὶ περὶ βίου τοῦ κρατίστου καὶ ζωῆς τῆς ἀρίστης εἰσίν. Ταύτας οὖν καλῶς ἔχει τὰς δόξας ἐξετάζειν· οἱ γὰρ τῶν ἀμφισθητούτων ἐλεγοῖ τῶν ἐναντιουμένων αὐτοῖς λόγων ἀποδείξεις εἰσίν. (4) Ἔτι δὲ πρὸ ἔργου τὸ τὰ τοιαῦτα μὴ λαθάνειν μάλιστα πρὸς ἃ δεῖ συντείνειν πᾶσαν σκέψιν, ἐκ τίνων ἐνδέχεται μετασχεῖν τοῦ εὔ καὶ καλῶς ζῆν, εἴ τω μακαρίως ἐπιφθονώτερον εἶπεν, καὶ πρὸς τὴν ἐλπίδα τὴν περὶ ἕκαστα γενομένην ἂν τῶν ἐπιεικῶν. (5) Εἰ μὲν γὰρ ἐν τοῖς διὰ τύχην

Verum omnes omnium de his opiniones persequi supervacuum sit, quando et ægrotis, ac deliris, et puerulis quædam videantur, quæ nemo sanæ mentis in quæstionem posuerit. Ratione enim in his non est opus, sed aliis quidem ætate proveciore, qua corrigatur judicium; aliis vero punitione politica, medicave: nam medicatio plagis vim habet haud minorem. (2) Similiter et vulgi omittenda sententia est: hoc enim de omnibus fere rebus temere pronuntiat; sed excutiendæ sunt solæ eruditorum sententiæ: absurdum quippe ratione cum iis contendere, qui non rationem sed mulctam mereantur. (3) Porro quum in omni negotio quæstiones oriantur, patet etiam de vita excellentissima, dubitationes opinionisque occurrere, quas sit expendere operæ pretium. Controuertentium enim argumentis, rationes contrariæ demonstrantur. (4) Insuper utile est non ignorare ea quibus omnis consideratio destinatur, scilicet e quibus bene recteque vivere contingat (sic enim dicimus, si cui forte « beate » dicere invidiosius videatur), atque confert ad spem, quæ in singulis a bonis honestisque viris percipi solet. (5) Nam si vel in fortuitis, vel iis quæ

γινόμενοις ἢ τοῖς διὰ φύσιν τὸ καλῶς ζῆν ἔστιν, ἀνέλπιστον ἂν εἶη πολλοῖς· οὐ γάρ ἐστι δι' ἐπιμελείας ἢ κτῆσις οὐδὲ ἐπ' αὐτοῖς οὐδὲ τῆς αὐτῶν πραγματείας. Ἐἰ δ' ἐν τῷ αὐτῶν ποίῳ τῶν εἰνᾶι καὶ τὰς κατ' αὐτὸν 5 πράξεις, κοινότερον ἂν εἴη τὸ ἀγαθὸν καὶ θεϊότερον, κοινότερον μὲν τῷ πλείοσιν ἐνδέχσθαι μετασχεῖν, θεϊότερον δὲ τῷ κείσθαι τὴν εὐδαιμονίαν τοῖς αὐτοῖς παρσκευάζουσι ποιούς τινας καὶ τὰς πράξεις.

natura eveniunt, sita est vitæ honestas, commoditasque, spes ejus præcidatur multis : quippe qui frustra eo cura sedulitateque enitantur, sive id quod in ipsis est, sive studium actionemque spectes. Verum si in operatione penes ipsum posita, et in eo qualis quisque sit, bene vivere constituitur, communius jam et divinius bonum fuerit, illud quidem quia pluribus participare liceat, hoc quod felicitas sita sit in formando comparandoque aliqua ratione sese atque actiones suas.

CAP. IV.

Ἔσται δὲ φανερὰ τὰ πλεῖστα τῶν ἀμφισβητούμενων 10 καὶ διαπορουμένων, ἂν καλῶς ὀρισθῆ τί χρὴ νομίζειν εἶναι τὴν εὐδαιμονίαν, πότερον ἐν τῷ ποίῳ τῶν μόνων εἶναι τὴν ψυχὴν, καθάπερ τινὲς ᾤθησαν τῶν σοφῶν καὶ πρεσβυτέρων, ἢ δεῖ μὲν καὶ ποίῳ τῶν ὑπάρχειν αὐτόν, μᾶλλον δὲ δεῖ τὰς πράξεις εἶναι ποιᾶς τινας. 15 (2) Διηρημένον δὲ τῶν βίων καὶ τῶν μὲν [οὐδ'] ἀμφισβητούτων τῆς τοιαύτης εὐμερίας, ἀλλ' ὡς τῶν ἀναγκαίων χάριν σπουδαζομένων, οἷον τῶν περὶ τὰς τέχνας τὰς φορτικὰς καὶ τῶν περὶ χρηματισμῶν καὶ τὰς βαναύσους (λέγω δὲ φορτικὰς μὲν τὰς πρὸς δόξαν πραγματευομένας 20 μόνον, βαναύσους δὲ τὰς ἐδραίας καὶ μισθαρνικάς, χρηματιστικὰς δὲ τὰς πρὸς ἀγοράς καὶ πράσεις καπηλικὰς), τῶν δ' εἰς ἀγωγὴν εὐδαιμονικὴν ταττομένων τριῶν ὄντων, τῶν καὶ πρότερον ῥηθέντων ἀγαθῶν ὡς μεγίστων τοῖς ἀνθρώποις, ἀρετῆς καὶ φρονήσεως καὶ ἡδονῆς, 25 τρεῖς ὀρώμεν καὶ βίους ὄντας, οὓς οἱ ἐπ' ἐξουσίας τυγχάνοντες προαιροῦνται ζῆν ἅπαντες, πολιτικόν, φιλόσοφον, ἀπολαυστικόν. (3) Τούτων γὰρ ὁ μὲν φιλόσοφος βούλεται περὶ φρόνησιν εἶναι καὶ τὴν θεωρίαν τὴν περὶ τὴν ἀλήθειαν, ὁ δὲ πολιτικὸς περὶ τὰς πράξεις τὰς 30 καλὰς (αὐτὰι δ' εἰσὶν αἱ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς), ὁ δ' ἀπολαυστικὸς περὶ τὰς ἡδονὰς τὰς σωματικὰς· διόπερ ἕτερον τὸν εὐδαιμόνα προσαγορεύει, καθάπερ ἐλέχθη καὶ πρότερον. (4) Ἀναξαγόρας μὲν ὁ Κλαζομένιος ἐρωτηθεὶς τίς ὁ εὐδαιμονέστατος, « οὐθείς » εἶπεν « ὧν 35 σὺ νομίζεις, ἀλλ' ἄτοπος ἂν τίς σοι φανείη. » Τοῦτον δ' ἀπεκρίνατο τὸν τρόπον ἐκεῖνος ὁρῶν τὸν ἐρόμενον ἀδύνατον ὑπολαμβάνοντα μὴ μέγαν ὄντα καὶ καλὸν ἢ πλοῦσιον ταύτης τυγχανέιν τῆς προσηγορίας. Αὐτὸς δ' ἴσως ὅτετα τὸν ζῶντα ἀλύπως καὶ καθαρώς πρὸς τὸ 40 δίκαιον ἢ τινος θεωρίας κοινωνοῦντα θείας, τοῦτον ὡς ἀνθρώπον εἶπεῖν μακρότερον εἶναι.

Equidem quæ de his ambiguntur et disputantur, perspicua pleraque fient, si constiterit quid vere tandem felicitatem oporteat appellare : an pro animo hoc vel illo pacto disposito, ut quidam sapientes veteresque existimarunt, definire eam conveniat, an vero pro totius hominis statu, aut operationum potius qualitate et modo? (2) Distinctis autem inter sese vitæ conditionibus, et aliis ne vindicantibus quidem sibi ejusmodi felicitatem, sed necessariorum gratia tantum opera et labore utentibus, cujusmodi sunt artes odiosæ, et quæstuarix, et mechanicæ (odiosas autem voco gloriæ tantum destinatas; mechanicas voco sellularias et mercenarias; quæstuarias autem, foro cauponisque artibus comparatas), aliis vero ad vitam bene beateque transigendam pertinentibus, quum tria (ut supra diximus) velut potissima bonorum genera ordinata sint, virtus, prudentia, et voluptas : totidem etiam vitæ genera enasci videmus, quæ omnes, mentis saltem compotes, adipisci et sectari cupiant : nempe civile, philosophicum, voluptuarium. (3) Philosophica enim vita prudentiam contemplationemque veritatis; civilis, actiones honestas, eas, inquam, quæ a virtute proficiscuntur; voluptuaria vero corporis voluptates expetit : quapropter, ut etiam supra dictum est, ad aliam refertur felicis beatæque vitæ appellatio. (4) Unde Anaxagoras Clazomenius, a quodam interrogatus quemnam beatissimum judicaret, *Nullum*; inquit, *ex iis quos existimas, sed qui a felicitate alienissimus tibi videatur*. Hoc autem ille modo respondit, quod animadverterat, nisi magnum, pulchrum, aut divitem, neminem felicis appellatione dignum illi censi : quum contra, sibi felices beatique haberentur, qui justis honestisque actionibus tranquille incumbere, divinave aliqua contemplatione participarent.

CAP. V.

Περὶ πολλῶν μὲν οὖν καὶ ἑτέρων οὐ ῥάδιον τὸ κρίναι καλῶς, μάλιστα δὲ περὶ οὗ πᾶσι ῥῆστον εἶναι δοκεῖ καὶ παντὸς ἀνθρώπου τὸ γινῶναι, τί τῶν ἐν τῷ ζῆν 45 αἰρετόν, καὶ λαθῶν ἂν τις ἔχοι πλήρη τὴν ἐπιθυμίαν. Πολλὰ γὰρ ἐστὶ τοιαῦτα τῶν ἀποβαινόντων δι' ἃ προείναι τὸ ζῆν, οἷον νόσους, περιωδυνίας, χειμῶνας· ὥστε δῆλον ὅτι κἂν ἐξ ἀρχῆς αἰρετόν ἦν, εἴ τις αἴρεσιν ἐδίδου, διὰ γε ταῦτα τὸ μὴ γενέσθαι. (2) Πρὸς δὲ τούτοις 50 ὁ βίος ὃν ζῶσιν ἔτι παῖδες ὄντες· καὶ γὰρ ἐπὶ τοῦτον

Ceterum quum recta sinceraque judicatio de rebus difficultate ubique plena sit, tum inprimis de iis quæ obvia omniumque cognitioni exposita vulgar arbitrat, ut quid in vita expetendum sit, quove comparato plenam cupiditatem consequantur. Multa quippe mortalium vitam circumstant, et molestam faciunt et acerbam, ut sunt morbi, dolorum intensio, tempestates : ut si hæc consideranti optio a principio detur, non nasci potius quam hæc experiri velint. (2) Qua conditione vita puerilis est, ad quam nemo

ἀνακάμψαι πάλιν οὐδὲς ἂν ὑπομείνειεν εὖ φρονῶν
 (3) Ἐτι δὲ πολλὰ τῶν τε μηδεμίαν ἔχοντων ἡδονῆν
 ἢ λύπην, καὶ τῶν ἔχοντων μὲν ἡδονῆν μὴ καλὴν δέ,
 τοιαῦτ' ἔστιν ὥστε τὸ μὴ εἶναι κρεῖττον εἶναι τοῦ ζῆν.
 6 (4) Ὅλως δ' εἴ τις ἅπαντα συναγάγοι ὅσα πράττουσι
 μὲν καὶ πάσχουσιν ἅπαντες, ἐκόντες μέντοι μὴθὲν αὐτῶν
 διὰ τὸ μὴδ' αὐτοῦ χάριν, καὶ προσθεῖη χρόνου πλῆθος
 ἀπέραντόν τι, οὐ μᾶλλον ἕνεκ' ἂν τις τούτων ἔλοιτο ζῆν
 ἢ μὴ ζῆν. (5) Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ διὰ τὴν τῆς τροφῆς
 10 μόνον ἡδονῆν ἢ τὴν τῶν ἀφροδισίων, ἀφαιρεθεισῶν τῶν
 ἄλλων ἡδονῶν, ἃς τὸ γινώσκειν ἢ βλέπειν ἢ τῶν ἄλλων
 τις αἰσθήσεων πορίζει τοῖς ἀνθρώποις, οὐδ' ἂν εἰς προ-
 τιμήσειε τὸ ζῆν, μὴ παντελῶς ὢν ἀνδράποδον. (6) Δῆλον
 γὰρ ὅτι τῷ ταύτην ποιουμένῳ τὴν αἵρεσιν οὐθὲν ἂν διε-
 15 νέγκειε γενέσθαι θηρίον ἢ ἀνθρώπων· ὁ γοῦν ἐν Αἰγύπτῳ
 βούς, ὃν ὡς ἅπιν τιμῶσιν, ἐν πλείοσι τῶν τοιούτων
 ἐξουσιάζει πολλῶν μοναρχῶν. (7) Ὅμοίως δὲ οὐδὲ
 διὰ τὴν τοῦ καθεύδειν ἡδονῆν· τί γὰρ διαφέρει καθεύδειν
 ἀνέγερτον ὑπνον ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας μέχρι τῆς
 20 τελευταίας ἐτῶν ἀριθμῶν χιλίων ἢ ὀποσινοῦν, ἢ ζῆν
 ὄντα φυτόν; τὰ γοῦν φυτὰ τοιαύτης τινός ἔοικε μετέ-
 χειν ζωῆς, ὥσπερ καὶ τὰ παιδία· καὶ γὰρ ταῦτα κατὰ
 τὴν πρώτην ἐν τῇ μητρὶ γένεσιν πεφυκότα μὲν διατελεῖ,
 καθεύδοντα δὲ τὸν πάντα χρόνον. (8) Ὅστε φανερόν
 25 ἐκ τῶν τοιούτων ὅτι διαφεύγει σκοπομένους, τί τὸ εὖ
 καὶ τί τὸ ἀγαθὸν τὸ ἐν τῷ ζῆν. (9) Τὸν μὲν οὖν Ἄνα-
 ξαγόραν φασὶν ἀποκρίνασθαι πρὸς τινα διαποροῦντα
 τοιαῦτ' ἄττα, καὶ διερωτῶντα τίνας ἕνεκ' ἂν τις ἔλοιτο
 γενέσθαι μᾶλλον ἢ μὴ γενέσθαι, «τοῦ» φάναί «θεωρῆσαι
 30 τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν περὶ τὸν ὄλον κόσμον τάξιν.»
 Οὗτος μὲν οὖν ἐπιστήμης τινός ἕνεκεν τὴν αἵρεσιν ᾤετο
 τιμίαν εἶναι τοῦ ζῆν· (10) οἱ δὲ Σαρδανάπαλον μακαρί-
 ζοντες ἢ Σμινδυρίδην τὸν Συβαρίτην ἢ τῶν ἄλλων τινὰς
 τῶν ζώντων τὸν ἀπολαυστικὸν βίον, οὗτοι δὲ πάντες ἐν
 35 τῷ χαίρειν φαίνονται τάττειν τὴν εὐδαιμονίαν. (11) Ἐτε-
 ροὶ δὲ τινες οὗτ' ἂν φρόνησιν οὐδεμίαν οὔτε τὰς
 σωματικὰς ἡδονὰς ἔλοιτο μᾶλλον ἢ τὰς πράξεις τὰς
 ἀπ' ἀρετῆς· αἰροῦνται γοῦν οὐ μόνον ἔνιοι δόξης χάριν
 αὐτάς, ἀλλὰ καὶ μὴ μέλλοντες εὐδοκιμήσειν. (12) Ἄλλ'
 40 οἱ πολλοὶ τῶν πολιτικῶν οὐκ ἀληθῶς τυγχάνουσι τῆς
 προσηγορίας· οὐ γὰρ εἰσι πολιτικοὶ κατὰ τὴν ἀλήθειαν·
 ὁ μὲν γὰρ πολιτικὸς τῶν καλῶν ἐστὶ πράξεων προαιρε-
 τικὸς αὐτῶν χάριν, οἱ δὲ πολλοὶ χρημάτων καὶ πλεονε-
 ξίας ἕνεκεν ἀππονται τοῦ ζῆν οὕτως. (13) Ἐκ μὲν οὖν τῶν
 45 εἰρημένων φανερόν ὅτι πάντες ἐπὶ τρεῖς βίους φέρουσι
 τὴν εὐδαιμονίαν, πολιτικόν, φιλόσοφον, ἀπολαυστικόν.
 Τούτων δ' ἡ μὲν περὶ τὰ σώματα καὶ τὰς ἀπολαύσεις
 ἡδονῆς, καὶ τίς καὶ ποῖα τις γίνεται καὶ διὰ τίνων, οὐκ
 ἀδηλον, ὥστ' οὐ τίνες εἰσὶ δεῖ ζῆτεῖν αὐτάς, ἀλλ' εἰ
 50 συντείνουσι τι πρὸς εὐδαιμονίαν ἢ μὴ, καὶ πῶς συντεί-
 νουσι, καὶ πότερον εἰ δεῖ προσάπτειν τῷ ζῆν καλὰς
 ἡδονὰς τινὰς, ταύτας δεῖ προσάπτειν, ἢ τούτων μὲν
 ἄλλον τινὰ τρόπον ἀνάγκη κοινωνεῖν, ἕτεροι δ' εἰσιν
 ἡδοναὶ δι' ἃς εὐλόγως οἴονται τὸν εὐδαιμόνα ζῆν ἡδέως

prudens, etiamsi queat, redire sustinuerit. (3) Præterea multa, vel voluptatis dolorumve expertia, vel voluptatibus juncta quidem sed inhonestis, ejusmodi sunt, ut non esse omnino quam vivere, melius judicetur. (4) At in universum, si congeras cuncta quæ vel agunt vel patiuntur homines, non volentes illi quidem, quia nec ipsius gratia, adjunctis infinitis temporum spatiis, nihilo tamen propterea magis vivere, quam non vivere, eligatur. (5) Eodem pacto neque ob cibi solum venerisve voluptates, si reliquis destituta fuerit, quas vel cognitio, vel visus, aut sensus quispiam alius suppeditarit, nemo, nisi servile prorsus mancipium, magnopere sibi vitam exoptandam duxerit. (6) Patet enim ita affectum hominem nihil distare a bruto, adeo ut bos Ægyptius, quem ut Apin colunt, in pluribus bonis ejusmodi monarchas multos antecellat. (7) Eadem ratio est de somni voluptate. Quid enim refert, sive a prima nati- vitatis die ad ultimam usque, mille annis aut quotcum- que numero, somno profundo stertas, an vitam plantæ vivas? plantæ enim eadem propemodum, qua infantes, vita participare videntur: nam et hi ut primum in utero matris concepti sunt, excrescunt quidem, sed veluti jugi somno sopiti. (8) Ex his omnibus constat, nequaquam nostræ cognitioni expositum esse quid rectum illud bonumque in vita sit. (9) Quocirca Anaxagoras ambigenti cuidam sciscitantique, quare vivere potius quam non vivere expe- tendum esset, respondit, Ad cælum mundiue totius constitu- tionem et ordinem contuendum. Hic igitur existimabat vitæ cupiditatem non nisi scientiæ alicujus gratia laudabi- lem esse. (10) Ceterum qui Sardanapalum, aut Smindyriden Sybaritam, aut alium quemcumque vitæ voluptuariæ indulgentem, beatum prædicant, hi in lætando felicitatem ponere videntur. (11) Rursus alii reperiuntur qui nec pruden- tiam, nec corporis voluptates, actionibus a virtute profectis prætulerint, quippe quas non gloriæ modo alicu- jus gratia nonnulli sectantur, sed etiam quum felicitatem minime consequuntur. (12) Verum multis civilibus ap- pellatio illa parum convenit: non sunt enim re ipsa politici vel civiles. Politicus enim is demum est, qui res honestas facere instituit ipsarum gratia. Nunc vero plerique habendi studio, et gratia divitiarum, vitam ejusmodi capes- sunt. (13) Ex iis igitur quæ exposuimus manifestum est, felicitatem ad tria vitæ genera transferri, civile, philoso- phicum, et voluptuarium. Neque clam est, quæ harum circa corporis voluptates consummetur, quæ item qualisque sit, tum quo pacto fiat. Ut non sit necessarium, quæ sint, sed num ad felicitatem, et quo pacto conferant, perquirere. Item an voluptates honestas aliquas vitæ applicare oporteat, an alio pacto quopiam hæc inter sese necessitate quadam communicent. Sunt vero etiam aliæ voluptates, quibus in rationibus colligendis beatum non absque dolore tantum

καὶ μὴ μόνον ἀλύπως. (14) Ἄλλὰ περὶ μὲν τούτων ὕστερον ἐπισκεπτόμεν· περὶ δ' ἀρετῆς καὶ φρονήσεως πρῶτον θεωρήσωμεν, τὴν τε φύσιν αὐτῶν ἑκατέρου τίς ἐστι, καὶ πότερον μόρια ταῦτα τῆς ἀγαθῆς ζωῆς ἐστίν, ἢ αὐτὰ ἢ αἱ πράξεις αἱ ἀπ' αὐτῶν, ἐπειδὴ προσάπτουσιν αὐτὰ καὶ εἰ μὴ πάντες εἰς τὴν εὐδαιμονίαν, ἀλλ' οὖν οἱ λόγου ἀξιοὶ τῶν ἀνθρώπων πάντες. (15) Σωκράτης μὲν οὖν ὁ πρεσβύτης ᾧ ἐτ' εἶναι τέλος τὸ γινώσκειν τὴν ἀρετὴν, καὶ ἐπεζητεῖ τί ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη 10 καὶ τί ἡ ἀνδρία καὶ ἕκαστον τῶν μορίων αὐτῆς. Ἐποίει γὰρ ταῦτ' εὐλόγως· ἐπιστήμης γὰρ ᾧ ἐτ' εἶναι πάσας τὰς ἀρετάς, ὥσθ' ἅμα συμβαίνειν εἰδέναι τε τὴν δικαιοσύνην καὶ εἶναι δίκαιον· ἅμα γὰρ μεμαθήκαμεν τὴν γεωμετρίαν καὶ οἰκοδομίαν καὶ ἐσμεν οἰκοδόμοι καὶ 15 γεωμέτραι. Διόπερ ἐζητεῖ τί ἐστὶν ἀρετὴ, ἀλλ' οὐ πῶς γίνεται καὶ ἐκ τίνων. (16) Τοῦτο δὲ ἐπὶ μὲν τῶν ἐπιστημῶν συμβαίνει τῶν θεωρητικῶν· οὐθὲν γὰρ ἕτερον ἐστὶ τῆς ἀστρολογίας οὐδὲ τῆς περὶ φύσεως ἐπιστήμης οὐδὲ γεωμετρίας πλὴν τὸ γνωρίσαι καὶ θεωρῆσαι τὴν 20 φύσιν τῶν πραγμάτων τῶν ὑποκειμένων ταῖς ἐπιστήμαις· οὐ μὴν ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς οὐθὲν κωλύει πρὸς πολλὰ τῶν ἀναγκαίων εἶναι χρήσιμους αὐτὰς ἡμῖν. (17) Τῶν δὲ ποιητικῶν ἐπιστημῶν ἕτερον τὸ τέλος τῆς ἐπιστήμης καὶ γνώσεως, ὅσον ὑγίεια μὲν ἰατρικῆς, εὐνομία δὲ ἢ τι τοιοῦθ' ἕτερον τῆς πολιτικῆς. (18) Καλὸν μὲν οὖν καὶ τὸ γνωρίζειν ἕκαστον τῶν καλῶν· οὐ μὴν ἀλλὰ γε περὶ ἀρετῆς οὐ τὸ εἰδέναι τιμωτάτον τί ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ γινώσκειν ἐκ τίνων ἐστίν. Οὐ γὰρ εἰδέναι βουλόμεθα τί ἐστὶν ἀνδρία, ἀλλ' εἶναι ἀνδρεῖοι, 30 οὐδὲ τί ἐστὶ δικαιοσύνη, ἀλλ' εἶναι δίκαιοι, καθάπερ καὶ ὑγιαίνειν μᾶλλον ἢ γινώσκειν τί ἐστὶ τὸ ὑγιαίνειν καὶ εὖ ἔχειν τὴν ἑξὶν μᾶλλον ἢ γινώσκειν τί ἐστὶ τὸ εὖ ἔχειν.

sed jucunde etiam vivere arbitrantur. (14) Verum de his postea dicetur. Virtutis vero prudentiæque naturam primum excutiemus quæ sit, et utrum beatæ vitæ partes existant, vel ipsæ vel operatione ab ipsis profectæ. Junguntur enim felicitati, si non ab omnibus, certe ab insignioribus inter homines et pretio aliquo dignis. (15) Socrates igitur senex ille finem summum ponebat homini virtutis cognitionem, et quid sit justitia, quid fortitudo, et quæ sint partes singulæ virtutis, inquirebat. Et recte id, quandoquidem scientias esse virtutes omnes arbitrabatur, ut juxta hunc, nosse justitiam, et justum esse, coincidunt: simul atque enim geometriam architectonicamque didicisse, sumus geometræ et architecti. Quocirca non quo pacto, et ex quibus fiat, sed quid sit virtus, investigabat. (16) Id quod in scientiis contemplativis usu venit: neque enim aliud est astrologiæ, geometriæ, physiologiæque officium, quam ut naturam subjectarum rerum norint et intelligant. Sed enim eas ipsas, nihil obstat, ad res necessarias multas utiles nobis frugiferasque fieri per accidens. (17) Verum alius est activis scientiis, alius cognitioni contemplationique finis propositus, ut sanitas medicinæ, recta juris legumque constitutio et quæ sunt similia politicæ. (18) Ergo quum res quidem honestas cognoscere pulchrum sit, in virtutis tamen consideratione, non tam quid sit illa, quam e quibus petatur, cognoscendum est. Neque enim scire quid sit fortitudo, magnopere, sed esse fortes potius volumus; non scire justitiam, sed esse justis; quemadmodum sani esse potius beneque habere quam sanitatem bonumque habitum cognoscere.

CAP. VI.

Πειρατέον δὲ περὶ τούτων πάντων ζητεῖν τὴν πίστιν 35 διὰ τῶν λόγων, μαρτυρίας καὶ παραδείγμασι χρωόμενον τοῖς φαινομένοις. Κράτιστον μὲν γὰρ πάντας ἀνθρώπους φαίνεσθαι συνομολογοῦντας τοῖς ῥηθησομένοις, εἰ δὲ μὴ, τρόπον γέ τινα πάντως, ὅπερ μεταβιβαζόμενοι ποιήσουσιν· ἔχει γὰρ ἕκαστος οἰκειόν τι πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἐξ ὧν ἀναγκαῖον δεικνύναι πως περὶ αὐτῶν· ἐκ 40 γὰρ τῶν ἀληθῶς μὲν λεγομένων οὐ σαφῶς δὲ προϊοῦσιν ἐστὶ καὶ τὸ σαφῶς, μεταλαμβάνουσιν αἰεὶ τὰ γνωριμώτερα τῶν εἰωθότων λέγεσθαι συγκεχυμένως. (2) Διαφέρουσι δ' οἱ λόγοι περὶ ἑκάστην μέθοδον ὅ τε φιλοσόφουσι καὶ μὴ φιλοσόφους. Διόπερ καὶ τῶν 45 πολιτικῶν οὐ χρὴ νομίζειν περιεργον εἶναι τὴν τοιαύτην θεωρίαν, δι' ἧς οὐ μόνον τὸ τί φανερόν, ἀλλὰ καὶ τὸ διὰ τί· φιλόσοφον γὰρ τὸ τοιοῦτο περὶ ἑκάστην μέθοδον. (3) Δεῖται μέντοι τοῦτο πολλῆς εὐλαθείας. Εἰσι 50 γὰρ τινες οἱ διὰ τὸ δοκεῖν φιλοσόφου εἶναι τὸ μῆθὲν εἰκῆ λέγειν ἀλλὰ μετὰ λόγου, πολλάκις λαθάνουσι λέγοντες ἀλλοτρίους λόγους τῆς πραγματείας καὶ κενούς. (4) Τοῦτο

Probationem vero horum omnium colligere per rationem oportet, adhibitis testimoniis exemplisque apparentibus. Potentissimum vero est in omni probatione, quod confesum sit hominibus omnibus testimonio proposito firmare posse: si id nequeas omnium consensu diserto, aliquo certe modo firmes, exponendo quod facient immutati et ad meliora progressi; residet enim penes omnes aliqua veritatis confessio, unde oportet fere demonstratio de illis duci. Nam ab iis quæ vere quidem, sed minus aperte dicuntur, progrediendo effici poterit perspicuitas, si ex iis quæ confuse dici solent, notiora et manifestiora semper assumantur. (2) Rationes porro in unaquaque methodo differunt vel philosophice, vel secus adhibite: quare etiam in politicis haud supervacua videri debet ejusmodi contemplatio, qua non solum quid, sed quare quid (quod philosophi est proprium) intelligatur. (3) Qua in re animadversio accurata requiritur. Quia enim philosophicum apparet nihil temere sed omnia ratione addita dicere, ignorantes sæpe in rationes alienas incidunt, tractationesque inanes advocant: (4) idque

δὲ ποιῶσιν ὅτε μὲν δι' ἀγνοίαν ὅτε δὲ δι' ἀλαζονείαν ὑπ' ὧν ἀλίσκεσθαι συμβαίνει καὶ τοὺς ἐμπεύρους καὶ δυναμένους πράττειν ὑπὸ τούτων τῶν μῆτ' ἐχόντων μῆτε δυναμένων διάνοιαν ἀρχιτεκτονικὴν ἢ πρακτικὴν.

6 (5) Πάσχουσι δὲ τοῦτο δι' ἀπαιδευσίαν· ἀπαιδευσία γάρ ἐστι περὶ ἕκαστον πρᾶγμα τὸ μὴ δύνασθαι κρίνειν τοὺς τ' οἰκείους λόγους τοῦ πράγματος καὶ τοὺς ἀλλοτρίους. (6) Καλῶς δ' ἔχει καὶ τὸ χωρὶς κρίνειν τὸν τῆς αἰτίας λόγον καὶ τὸ δεικνύμενον, διὰ τε τὸ ῥηθὲν

10 ἀρτίως, ὅτι προσέχειν οὐ δεῖ πάντα τοῖς διὰ τῶν λόγων, ἀλλὰ πολλάκις μᾶλλον τοῖς φαινομένοις (νῦν δ' ὅπότ' ἂν λύειν μὴ ἔγωσι, ἀναγκάζονται πιστεύειν τοῖς εἰρημένοις), καὶ διότι πολλάκις τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ λόγου δεδειχθαι δοκοῦν ἀληθὲς μὲν ἐστίν, οὐ μέντοι διὰ ταύτην

15 τὴν αἰτίαν δι' ἧν φησιν ὁ λόγος· ἐστὶ γὰρ διὰ ψεύδους ἀληθὲς δεῖξαι· ὅῃλον δ' ἐκ τῶν Ἀναλυτικῶν.

vel per ignorantiam, vel etiam per insolentiam faciunt : quo fit ut nonnunquam periti, rebusque agendis idonei, ab ejusmodi hominibus vincantur, qui hæc nec habeant nec possint habere intelligentiam theoreticam aut practicam.

(5) Cujus rei causa est inscitia : quæ in unaquaque re nihil est aliud, quam inopia judicii, quo rei propriæ omnes rationes ab alienis distinguantur. (6) Recte vero habet si causæ rationem, remque demonstratam distincte discussuris : nam, ut modo dictum est, non solum certis et subductis rationibus, sed apparentibus sæpe potius insistere oportet animumque advertere : at nunc quando nequeunt solvere, violenter ad fidem dictis habendam pertrahuntur. Deinde etiam sæpe id quod demonstratum esse videtur ratione, verum existit quidem, sed non ea ex causa, quæ forte ab ratiocinante affertur : nam etiam ex falsis vera colliguntur, quemadmodum in Analyticis ostenditur.

CAP. VII.

Πεπρωμισσμένων δὲ καὶ τούτων, λέγωμεν ἀρξάμενοι πρῶτον ἀπὸ τῶν πρώτων, ὡσπερ εἰρηται, οὐ σαφῶς λεγομένων, ζητούντες ἐπὶ τὸ σαφῶς εὑρεῖν τί ἐστὶν

20 ἡ εὐδαιμονία. (2) Ὅμοιολεῖται δὲ μέγιστον εἶναι καὶ ἄριστον τοῦτο τῶν ἀγαθῶν τῶν ἀνθρωπίνων· ἀνθρώπινον δὲ λέγομεν, ὅτι τάχ' ἂν εἴη καὶ βελτιονός τινος ἄλλου τῶν ὄντων εὐδαιμονία, ὡς θεοῦ. (3) Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ζῶων, ὅσα χεῖρω τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων

25 ἐστίν, οὐθὲν κοινωνεῖ ταύτης τῆς προσηγορίας· οὐ γὰρ ἐστὶν εὐδαιμῶν ἵππος οὐδ' ὄρνις οὐδ' ἰχθύς οὐδ' ἄλλο τῶν ὄντων οὐθὲν, ὃ μὴ κατὰ τὴν ἐπινομίαν ἐν τῇ φύσει μετέχει θεοῦ τινός, ἀλλὰ κατ' ἄλλην τινὰ τῶν ἀγαθῶν μετοχὴν τὸ μὲν βελτιον ζῆ τὸ δὲ χεῖρον αὐτῶν.

30 (4) Ἄλλ' ὅτι τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ὑστερον ἐπισκεπτέον, νῦν δὲ λέγομεν ὅτι τῶν ἀγαθῶν τὰ μὲν ἐστὶν ἀνθρώπων πρακτὰ τὰ δ' οὐ πρακτὰ. Τοῦτο δὲ λέγομεν οὕτως, διότι ἐνια τῶν ὄντων οὐθὲν μετέχει κινήσεως, ὡστ' οὐδὲ τῶν ἀγαθῶν· καὶ ταῦτ' ἴσως ἄριστα τὴν φύσιν

35 ἐστίν· ἐνια δὲ πρακτὰ μὲν, ἀλλὰ πρακτὰ κρείττοσιν ἡμῶν. (5) Ἐπειδὴ δὲ διγῶς λέγεται τὸ πρακτὸν (καὶ γὰρ ὧν ἕνεκα πράττομεν καὶ ἄ τούτων ἕνεκα μετέχει πράξεως, ὡς καὶ τὴν ὑγίειαν καὶ τὸν πλοῦτον τίθεμεν τῶν πρακτῶν, καὶ τὰ τούτων πραττόμενα χάριν, τὰ

40 θ' ὑγιεινὰ καὶ τὰ χρηματιστικά), ὅῃλον ὅτι καὶ τὴν εὐδαιμονίαν τῶν ἀνθρώπων πρακτῶν ἄριστον θετέον.

Hæc præfati, a primis exorsi, quæ (ut memoratum est) obscurius dicuntur, ad manifestiora progrediemur, quid sit felicitas, vestigaturi. (2) Quæ omnium quidem consensu inter humana bona maximum esse proditur et præstantissimum : humana adjicio, quia etiam excellentiori fortasse cuidam congruat felicitas, ut Deo. (3) Nam reliqua animantia natura sua homine inferiora, hujus appellationis prorsus sunt expertia. Neque enim felix dicitur equus, aut avis, aut piscis, aut aliud quodcumque animantis genus, nisi forte naturæ bonitate præstanti divinaque re aliqua fruatur, unde nomen hoc trahat, sed alia quadam bonorum participatione aliud alio commodius incommodiusve vivit.

(4) Verum hoc ad eum modum habere, deinceps excutietur : nunc dicamus quod bona alia sint homini agibilia, quædam non. Id ita intelligas, quod ut entia quædam motu carent, ita etiam bona nonnulla : atque hæc fortasse natura sunt præstantissima. Alia vero agibilia quidem, sed agibilia præstantioribus homine. (5) Quia vero Agibile bifariam dicitur (nam et quodcumque gratia agimus, et quæ propter illa actione participant, ut sanitas, et divitiæ, quæque horum gratia fiunt, salubria quæstuarique, inter agibilia connumeramus), patet et felicitatem inter agibilia homini præstantissimum dicendum esse.

CAP. VIII.

Σκεπτέον τοίνυν τί τὸ ἄριστον, καὶ λέγεται ποσαγῶς. Ἐν τρισὶ δὲ μάλιστα φαίνεται ὁδῶς εἶναι τοῦτο. Φασὶ γὰρ ἄριστον μὲν εἶναι πάντων αὐτὸ τὸ ἀγαθόν, αὐτὸ

45 δ' εἶναι τὸ ἀγαθὸν ὃ ὑπάρχει τό τε πρώτῳ εἶναι τῶν ἀγαθῶν καὶ τὸ αἰτίῳ τῇ παρουσίᾳ τοῖς ἄλλοις τοῦ ἀγαθοῦ εἶναι. (2) Ταῦτα δ' ὑπάρχει ἀμφοτέρω τῇ ιδέᾳ τὰ ἀγαθοῦ, λέγω δὲ ἀμφοτέρω τό τε πρῶτον τῶν ἀγαθῶν καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἰτίον ἀγαθοῖς τῇ παρουσίᾳ τοῦ ἀγαθοῦς

50 εἶναι. Μάλιστα τε γὰρ τὰ ἀγαθὰ λέγεσθαι κατ' ἐκείνης

Itaque considerandum quod sit optimum illud ; atque pluribus id modis dicitur. Tribus igitur potissimum opinionibus hoc constat. Omnium enim bonorum excellentissimum inquit ipsi bonum ; ipsum autem bonum esse, quod et primum sit inter bona, et aliis suæ bonitatis causa. (2) Utrumque autem proprium est ideæ boni : dico Utrumque, et primum esse bonorum, et causam quæ præsentia sua efficit ut cetera quæ bona perhibentur, sint bona. De hac idea autem maxime et verissime bonum dici (ut quæ participatione similitudineque ejus revera bona et ipsa

ἀληθῶς (κατὰ μετοχὴν γὰρ καὶ ὁμοίότητα τᾶλλα ἀγαθὰ ἐκείνης εἶναι), καὶ πρῶτον τῶν ἀγαθῶν· ἀναιρουμένου γὰρ τοῦ μετεχομένου ἀναρῆσθαι καὶ τὰ μετέχοντα τῆς ἰδέας, ἃ λέγεται τῷ μετέχειν ἐκείνης. (3) Τὸ δὲ πρῶτον τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον πρὸς τὸ ὑστερον, ὥστ' εἶναι αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν τὴν ἰδέαν τοῦ ἀγαθοῦ· καὶ γὰρ χωριστὴν εἶναι τῶν μετεχόντων, ὥσπερ καὶ τὰς ἄλλας ἰδέας. (4) Ἔστι μὲν οὖν τὸ διασκοπεῖν περὶ ταύτης τῆς δόξης ἐτέρας τε διατριβῆς καὶ τὰ πολλὰ λογικωτέρας ἐξ ἀνάγκης· οἱ γὰρ ἅμα ἀναιρετικοὶ τε καὶ κοινοὶ λόγοι κατ' οὐδεμίαν εἰσὶν ἄλλη ἐπιστήμη. (5) Εἰ δὲ δεῖ συντόμως εἰπεῖν περὶ αὐτῶν, λέγομεν ὅτι πρῶτον μὲν τὸ εἶναι ἰδέαν μὴ μόνον ἀγαθοῦ ἀλλὰ καὶ ἄλλου ὄντος λέγεται λογικῶς καὶ κενῶς· ἐπέσκειται δὲ πολλοῖς περὶ αὐτοῦ τρόποις καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις καὶ ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν. (6) Ἐπειτ' εἰ καὶ ὅτι μάλιστα εἰσὶν αἱ ἰδέαι καὶ ἀγαθοῦ ἰδέα, μὴ ποτ' οὐδὲ χρῆσιμος πρὸς ζωὴν ἀγαθὴν οὐδὲ πρὸς τὰς πράξεις. (7) Πολλὰ γὰρ λέγεται καὶ ἴσαχῶς τῷ ὄντι τὸ ἀγαθόν. Τὸ τε γὰρ ὄν, ὥσπερ ἐν ἄλλοις διήρηται, σημαίνει τὸ μὲν τί ἐστι, τὸ δὲ ποῖόν, τὸ δὲ ποσόν, τὸ δὲ πότε, καὶ πρὸς τούτοις τὸ μὲν ἐν τῷ κινεῖσθαι, τὸ δὲ ἐν τῷ κινεῖν· καὶ τὸ ἀγαθὸν ἐν ἐκάστη τῶν πτώσεων ἐστι τούτων, ἐν οὐσίᾳ μὲν ὁ νοῦς καὶ ὁ θεός, ἐν δὲ τῷ ποιῶ τὸ δίκαιον, ἐν δὲ τῷ ποσῶ τὸ μέτριον, ἐν δὲ τῷ πότε ὁ καιρός, τὸ δὲ διδάσκον καὶ τὸ διδασκόμενον περὶ κίνησιν. (8) Ὡσπερ οὖν οὐδὲ τὸ ὄν ἐν τι ἐστὶ περὶ τὰ εἰρημύενα, οὕτως οὐδὲ τὸ ἀγαθόν, οὐδὲ ἐπιστήμη ἐστὶ μία οὔτε τοῦ ὄντος οὔτε τοῦ ἀγαθοῦ. Ἄλλ' οὐδὲ τὰ ὁμοιοσημῶν λέγόμενα ἀγαθὰ μιᾶς ἐστὶ θεωρῆσαι, ὡς τὸν καιρὸν ἢ τὸ μέτριον, ἀλλ' ἐτέρα ἕτερον καιρὸν θεωρεῖ καὶ ἐτέρα ἕτερον μέτριον, ὡς περὶ τροφήν μὲν τὸν καιρὸν καὶ τὸ μέτριον ἰατρικὴ καὶ γυμναστικὴ, περὶ δὲ τὰς πολεμικὰς πράξεις στρατηγία, καὶ οὕτως ἐτέρα περὶ ἐτέραν πράξιν, ὥστε σχολῇ αὐτό γε τὸ ἀγαθὸν θεωρῆσαι μιᾶς. (9) Ἐτι ἐν ὅσους ὑπάρχει τὸ πρότερον καὶ ὑστερον, οὐκ ἐστὶ κοινόν τι παρὰ ταῦτα, καὶ τοῦτο χωριστόν. (10) Εἴη γὰρ ἂν τι τοῦ πρώτου πρότερον· πρότερον γὰρ τὸ κοινόν καὶ χωριστόν διὰ τὸ ἀναιρουμένου τοῦ κοινοῦ ἀναρῆσθαι τὸ πρῶτον· ὡς εἰ τὸ διπλάσιον πρῶτον τῶν πολλαπλασίων, οὐκ ἐνδέχεται τὸ πολλαπλάσιον τὸ κοινῇ κατηγορούμενον εἶναι χωριστόν· ἐστὶ γὰρ τοῦ διπλασίου πρότερον, εἰ συμβαίνει τὸ κοινόν εἶναι τὴν ἰδέαν, ὡς εἰ χωριστόν ποιήσειε τις τὸ κοινόν· εἰ γὰρ ἐστὶ δικαιοσύνη ἀγαθόν, καὶ ἀνδρεία. (11) Ἐτι τοίνυν φασι αὐτὸ τι ἀγαθόν. Τὸ οὖν αὐτὸ πρόσκειται πρὸς τὸν λόγον τὸν κοινόν. Τοῦτο δὲ τί ἂν εἴη πλὴν ὅτι αἰδίων καὶ χωριστόν; ἀλλ' οὐδὲν μᾶλλον λευκὸν τὸ πολλὰς ἡμέρας λευκὸν τοῦ μίαν ἡμέραν, ὥστ' οὐδὲ δὴ τὸ κοινόν ἀγαθὸν ταῦτο τῇ ἰδέᾳ· πᾶσι γὰρ ὑπάρχει κοινόν. (12) Ἀνάπαυιν δὲ καὶ δευκτέον ἢ ὡς νῦν δεικνύουσι τὸ ἀγαθὸν αὐτό. Νῦν μὲν γὰρ ἐκ τῶν [μη] ὁμολογουμένων ἔχειν τὸ ἀγαθόν, ἐξ ἐκείνων τὰ ὁμολογούμενα εἶναι ἀγαθὰ δεικνύουσιν, ἐξ ἀριθμῶν, ὅτι ἢ δικαιοσύνη καὶ ἢ ὑγίεια ἀγαθόν· τάξεις γὰρ καὶ

existent) et primum bonorum. Sublata enim idea, participantia quoque ejus auferri: quippe quæ ex ejus participatione nomen boni sortiuntur. (3) Primum autem eum habere modum ad posterius, ut bonum ipsum boni idea sit, quæ, ut reliquæ ideæ, a participantibus separatur. (4) Verum hujus opinionis consideratio alterius exercitationis est et logicæ magis. Refellentes enim simul et communes rationes nulla alia scientia subsistunt. (5) Porro si breviter de his dicere convenit, pronuntiamus primum, ideas, non boni solum, sed cujuscumque alterius, inutiliter contentioseque affirmari. Plurimi autem modi sunt, tum pervagatarum populariumque, tum philosophicarum rationum, quibus hæc inquisitio fieri solet. (6) Deinde si vel maxime ideas atque boni ideam concesserint, nihil tamen id vel ad vitam honestam vel actiones contulerit. (7) Multis enim modis atque tot modis bonum dicitur, quot modis ens. Quemadmodum enim alibi ostensum atque distinctum est, ens significat et rem ipsam, et quale, et quantum, et quando: et præterea in eo ponitur interdum quod moveatur, aliquando vero quod moveat. Sic etiam bonum in singulis his ordinibus conspicitur: substantia enim mentem et Deum, qualitas justum, quantitas mediocre, quando tempus et opportunitatem, motus id quod docet et quod docetur comprehendit. (8) Ergo ut ens non unum est in prædictis consideratum, ita nec bonum, et proinde neque una scientia est entis, et boni. Sed vel conformia inter sese non ad eandem considerationem pertinent, ut tempus et mediocritas: sed alia aliud tempus, alia aliam mediocritatem spectat; ut opportunitatem mediocritatemque in alimento, medicina et gymnastica, circa actiones vero bellicas ars militaris, et sic alia disciplina in aliis tradit definitque: itaque vix et ne vix quidem fieri potest ut ipsum bonum una aliqua scientia comprehendatur. (9) Præterea in quibus prius et posterius fuerit, eis communem quandam ideam, eamque separabilem, nequeas constituere. (10) Sic enim sit aliquid primo prius: prius enim commune, et separabile est, eo quod ablato communi, necesse sit et primum tolli: ut si duplum multiplicium primum est, non licet multiplex communiter prædicatum separari, quippe quod tum duplo prius erit, siquidem ideam communem esse contendas: perinde enim fiat ac si commune illud separabile reddas. Nam si justitia bonum est, et fortitudo erit. (11) Præterea aliquid vocant ipsum bonum. Ipsum quidem adjectum eo videtur, ut communem rationem intelligas: quæ quid alii esse potest quam æternum et inseparabile? Verum album diebus multis nihilo inagis album est quam quod uno. Quapropter commune bonum idem cum idea censi non debet; omnibus enim inest commune. (12) Est vero contrario modo ipsum bonum ostendendum quam quo pacto impressantiarum demonstrant. Nunc equidem ex his quæ minime inter omnes convenit in se habere bonum, ex his demonstrant quæ inter omnes convenit esse bona, nimirum ex numeris, quod justitia et sanitas sit bonum. Ordines enim et numeri sunt, ut numeris unitatibusque incesse

ἀριθμοί, ὡς τοῖς ἀριθμοῖς καὶ ταῖς μονάσιν ἀγαθὸν ὑπάρχον διὰ τὸ εἶναι τὸ ἐν αὐτὸ ἀγαθόν. (13) Δεῖ δ' ἐκ τῶν ὁμολογουμένων, ὅσον ὑγείας, ἰσχύος, σωφροσύνης, ὅτι καὶ ἐν τοῖς ἀκίνητοις μᾶλλον τὸ καλόν. Πάντα γὰρ τάδε τάξεις καὶ ἡρεμία· εἰ ἄρα, ἐκεῖνα μᾶλλον· ἐκεῖνοι γὰρ ὑπάρχει αὐτὰ μᾶλλον. (14) Παράβολος δὲ καὶ ἡ ἀπόδειξις ὅτι τὸ ἐν αὐτοῖς ἀγαθόν, ὅτι οἱ ἀριθμοὶ ἐφίενται· οὔτε γὰρ ὡς ἐφίενται λέγονται φανερώς, ἀλλὰ λίαν ἀπλῶς τοῦτο φασι, καὶ ὄρεξιν εἶναι πῶς ἂν τις ὑπολάβῃ ἐν οἷς ζωὴ μὴ ὑπάρχει; (15) Δεῖ δὲ περὶ τούτου πραγματευθῆναι, καὶ μὴ ἀξιοῦν μηθὲν ἀλόγως, ἀ καὶ μετὰ λόγου πιστεῦσαι οὐ βῆδον. Ἴὸ τε φάναι πάντα τὰ ὄντα ἐφίεσθαι ἐνός τινα ἀγαθοῦ οὐκ ἀληθές· ἕκαστον γὰρ ἰδίου ἀγαθοῦ ὀρέγεται, ὀφθαλμὸς ὄψεως, σῶμα ὑγείας, οὕτως ἄλλο ἄλλου. (16) Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν αὐτὸ τι ἀγαθόν, ἔχει ἀπορίας τοιαύτας, καὶ ὅτι οὐ χρησίμων τῇ πολιτικῇ, ἀλλ' ἰδίον τι ἀγαθόν, ὥσπερ καὶ ταῖς ἄλλαις, ὅσον γυμναστικῇ εὐεξία. (17) Ἐτι καὶ τὸ ἐν τῷ λόγῳ γεγραμμένον· ἡ γὰρ οὐδεμῖα χρησίμων αὐτὸ τοῦ ἀγαθοῦ εἶδος, ἢ πάσαις ὁμοίως. (18) Ἐτι οὐ πρακτόν. Ὅμοίως δ' οὐδὲ τὸ κοινόν ἀγαθόν οὔτε αὐτὸ ἀγαθόν ἔστιν (καὶ γὰρ ἀγμικρῶ ὑπάρξει ἀγαθῶ) οὔτε πρακτόν· οὐ γὰρ ὅπως ὑπάρξει τὸ ὄντων ὑπάρχον ἡ ἱατρικὴ πραγματεύεται, ἀλλ' ὅπως ὑγεία. Ὅμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν ἕκαστη. (19) Ἀλλὰ πολλαχῶς τὸ ἀγαθόν, καὶ ἔστι τι αὐτοῦ καλόν, καὶ τὸ μὲν πρακτόν, τὸ δ' οὐ πρακτόν. Πρακτόν δὲ τὸ τοιοῦτον ἀγαθόν, τὸ οὐ ἕνεκα. Οὐκ ἔστι δὲ τὸ ἐν τοῖς ἀκίνητοις φανερόν, ὅτι οὐδὲ ἡ ἰδέα τῶν ἀγαθῶν τὸ ζητούμενον αὐτὸ τὸ ἀγαθόν ἔστιν, οὔτε τὸ κοινόν. Τὸ μὲν γὰρ ἀκίνητον καὶ οὐ πρακτόν, τὸ δὲ κινήτων μὲν ἀλλ' οὐ πρακτόν. (20) Τὸ δ' οὐ ἕνεκα ὡς τέλος ἀριστον καὶ αἴτιον τῶν ὑπ' αὐτὸ καὶ πρῶτον πάντων. Ὡστε τοῦτ' ἂν εἴη αὐτὸ τὸ ἀγαθόν τὸ τέλος τῶν ἀνθρώπων πρακτῶν. Τοῦτο δ' ἔστι τὸ ὑπὸ τὴν κυρίαν πασῶν. Αὕτη δ' ἔστι πολιτικὴ καὶ οἰκονομικὴ καὶ φρόνησις. Διαφέρουσι γὰρ αὗται αἱ ἕξεις πρὸς τὰς ἄλλας τῶν τοιαῦται εἶναι· πρὸς δ' ἀλλήλας εἰ τι διαφέρουσι, ἕστερον λεκτέον. (21) Ὅτι δ' αἴτιον τὸ τέλος τῶν ὑπ' αὐτό, δηλοῖ ἡ διδασκαλία. Ὅρισάμενοι γὰρ τὸ τέλος τᾶλλα δεκνύουσι, ὅτι ἕκαστον αὐτῶν ἀγαθόν· αἴτιον γὰρ τὸ οὐ ἕνεκα· ὅσον ἐπειδὴ τὸ ὑγιαίνειν τοδὶ, ἀνάγκη τόδε εἶναι τὸ συμφέρον πρὸς αὐτὴν· τὸ δ' ὑγιεινὸν τῆς ὑγείας αἴτιον ὡς κινήσαν, καὶ τότε τοῦ εἶναι, ἀλλ' οὐ τοῦ ἀγαθόν εἶναι τὴν ὑγείαν. (22) Ἐτι οὐδὲ δεικνυσιν οὐθεὶς ὅτι ἀγαθόν ἡ ὑγεία, ἂν μὴ σοφιστῆς ἢ καὶ μὴ ἱατρὸς (οὔτοις ἀλλοτριῶς λόγοις σοφίζονται), ὥσπερ οὐδ' ἄλλην ἀρχὴν οὐδεμίαν. Τὸ δ' ὡς τέλος ἀγαθόν ἀνθρώπων καὶ τὸ ἀριστον τῶν πρακτῶν, σκοπεῖται ποσαχῶς τὸ ἀριστον πάντων, ἐπειδὴ τοῦτο ἀριστον, μετὰ ταῦτα ἄλλην λαβοῦσιν ἀρχήν.

bonum affirmetur, quum unum sit ipsum bonum. (13) Verum ex confessis, ut sanitate, robore, modestia, adstruere oportet, quod etiam in immobilibus magis est honestum. Omnia enim haec, ordo quidam, et quies : quod si sic habet, illa utique magis bona sunt : quippe quæ hæc intra sese complectantur. (14) Verum audaci et singulari demonstratione probatur, unum esse ipsum bonum, quod numeri concupiscant. Non enim appetere manifeste dicuntur, sed simpliciter admodum concupiscant etiam dicunt, quam quo pacto quis tribuat vitæ expertibus? (15) Itaque operæ pretium est circa hæc nonnihil occupari, neque committere ut citra rationem transmittantur, quæ etiam ratione adhibita difficulter persuadeantur. Atque affirmare omnia entia unum aliquid bonum appetere, minime est verum. Unumquodque enim proprium bonum expetit, oculus visum, corpus sanitatem, sic etiam reliqua. (16) Non esse igitur aliquid ipsum bonum, ejusmodi dubitationes habet, et esse tale bonum politice inutile; verum huic proprium aliquid bonum est, quemadmodum et in aliis, ut gymnasticæ bona habitudo. (17) Præterea etiam quod in ratione descriptum. Aut enim nulli ipsa idea boni, aut omnibus ex æquo utilis est. (18) Porro non agibile est. Similiter vero neque commune bonum, aut ipsum bonum est (namque etiam mediocri bono insit), aut est agibile. Neque enim ut cuique suus status sit, medicina in quolibet operatur, sed ut sanitas acquiratur : similiter et reliquæ artes singulæ. (19) Verum multis modis dicitur bonum, et est in eo proprium aliquid pulchrum, et hoc quidem agibile, illud vero non agibile. Agibile vero est ejusmodi bonum, id est cujus gratia. Ex immobilibus autem non liquebit, quod neque commune, neque ipsum bonum, quod queritur, idea boni existat. Illud enim immobile est, non agibile : hoc vero mobile, sed nihilo tamen magis agibile. (20) Id autem cujus gratia, finis est præstantissimus, primumque omnium, tum causa inferiorum. Quocirca hoc fuerit ipsum bonum, rerum homini agibilibus finis. Hoc autem est subiectus omnium rectoricæ, politicæ videlicet, œconomicæ, prudentiæque. Qui habitus ab aliis quidem differunt, eo quod ejusmodi sunt : verum a se invicem si quo modo distinguantur, post explicabitur. (21) Ceterum finem causam inferioribus esse, ostendit ratio, qua finem definientes, reliqua eo bona esse demonstramus : finis est enim id cujus gratia; velut, si tale quid est sanitas, necessarium omnino est tale quid esse quod ad ipsam conferat. Porro salubre est tanquam causa movens sanitatis, et tum causa est ut sit sanitas, non autem causa ut sanitas sit bonum. (22) Præterea demonstrat, sanitatem esse bonum nisi sophista, non autem medicus est is qui ea de re disputat. Isti enim in aliena arena sese jactando cavillantur. Neque ullius artis principium monstratur. Id vero, quod homini, ut finis, bonum est, quum omnium, quæ quidem possunt ab homine fieri, sit præstantissimum, videndum est præstantissimum quot modis dicatur, siquidem hoc præstantissimum est, initium disputationis aliud post hæc sumentibus.

LIBER II.

CAP. I.

Μετὰ δὲ ταῦτ' ἄλλην λαβοῦσιν ἀρχὴν περὶ τῶν ἐπο-
 μένων λεκτέον. Πάντα δὴ τὰγαθὰ ἢ ἐκτὸς ἢ ἐν ψυχῇ,
 καὶ τούτων αἰρετώτατα τὰ ἐν τῇ ψυχῇ, καθάπερ διαι-
 ρούμεθα καὶ ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις· φρόνησις γάρ
 5 καὶ ἀρετὴ καὶ ἡδονὴ ἐν ψυχῇ, ὧν ἕνια ἢ πάντα τέλος
 εἶναι δοκεῖ πᾶσιν. Τῶν δὲ ἐν ψυχῇ τὰ μὲν ἕξεις ἢ δυ-
 νάμεις εἰσὶ, τὰ δ' ἐνέργειαι καὶ κινήσεις. (2) Ταῦτα
 δὴ οὕτως ὑποκείσθω καὶ περὶ ἀρετῆς, ὅτι ἐστὶν ἡ βελ-
 τίστη διάθεσις ἢ ἕξις ἢ δύναμις ἐκάστων, ὅσων ἐστὶ τις
 10 χρῆσις ἢ ἔργον. Δῆλον δ' ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς· ἐπὶ πάν-
 των γὰρ οὕτω τίθεμεν· οἷον ἱματίου ἀρετὴ ἐστὶν· καὶ
 γὰρ ἔργον τι καὶ χρῆσις ἐστὶν, καὶ ἡ βελτίστη ἕξις τοῦ
 ἱματίου ἀρετὴ ἐστὶν. Ὁμοίως δὲ καὶ πλοίου καὶ
 15 οἰκίας καὶ τῶν ἄλλων. Ὅστε καὶ ψυχῆς· ἐστὶ γάρ τι
 ἔργον αὐτῆς. (3) Καὶ τῆς βελτιότος δὴ ἕξως ἔστω βέλ-
 τιον τὸ ἔργον· καὶ ὡς ἔχουσιν αἱ ἕξεις πρὸς ἀλλήλας,
 οὕτω καὶ τὰ ἔργα τὰ ἀπὸ τούτων πρὸς ἀλλήλα ἐχέτω. Καὶ
 τέλος ἐκάστου τὸ ἔργον. (4) Φανερόν τοίνυν ἐκ τούτων
 20 ὅτι βέλτιον τὸ ἔργον τῆς ἕξως· τὸ γὰρ τέλος ἀριστον
 ὡς τέλος· ὑποκείται γὰρ τέλος τὸ βέλτιστον καὶ τὸ ἐσχα-
 τόν, οὗ ἕνεκα τᾶλλα πάντα. Ὅτι μὲν τοίνυν τὸ ἔργον
 βέλτιον τῆς ἕξως καὶ τῆς διαθέσεως, ὁῦλον. (5) Ἄλλὰ
 τὸ ἔργον λέγεται διχῶς· τῶν μὲν γὰρ ἐστὶν ἕτερόν τι τοῦ
 ἔργον παρὰ τὴν χρῆσιν, οἷον οἰκοδομικῆς οἰκία ἄλλ'
 25 οὐκ οἰκοδόμησις, καὶ λατρικῆς υγίεια ἄλλ' οὐχ υγίαισις
 οὐδ' ἰατροεῖσις, τῶν δ' ἢ χρῆσις ἔργον, οἷον ὄψωσις βρα-
 σις καὶ μαθηματικῆς ἐπιστήμης θεωρία. Ὅστ' ἀνάγκη,
 ὡς ἔργον ἢ χρῆσις, τὴν χρῆσιν βέλτιον εἶναι τῆς ἕξως.
 (6) Τούτων δὲ τοῦτον τὸν τρόπον διωρισμένων, λέγομεν ὅτι
 30 [ταῦτό] τὸ ἔργον τοῦ πράγματος καὶ τῆς ἀρετῆς, ἀλλ' οὐχ
 ὡσαύτως, οἷον σκυτοτομικῆς καὶ σκυτεύσεως ὑπόδημα.
 Εἰ δὴ τις ἐστὶν ἀρετὴ σκυτικῆς καὶ σπουδαίου σκυτέως,
 τὸ ἔργον ἐστὶ σπουδαῖον ὑπόδημα. Τὸν αὐτὸν δὲ τρό-
 πον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. (7) Ἐτι ἔστω ψυχῆς ἔργον
 35 τὸ ζῆν ποιεῖν, τοῦ δὲ χρῆσις ἢ ἐργήγορις· ὁ γὰρ ὕπνος
 ἀργία τις καὶ ἡσυχία. Ὅστ' ἐπεὶ τὸ ἔργον ἀνάγκη ἐν
 καὶ ταῦτό ἐστὶ τῆς ψυχῆς καὶ τῆς ἀρετῆς, ἔργον ἂν
 εἴη τῆς ἀρετῆς ζωὴ σπουδαία. Τοῦτ' ἄρ' ἐστὶ τὸ τέλειον
 ἀγαθόν, ὅπερ ἦν ἡ εὐδαιμονία. (8) Δῆλον δὲ ἐκ τῶν
 40 ὑποκειμένων (ἦν μὲν γὰρ ἡ εὐδαιμονία τὸ ἀριστον,
 τὰ δὲ τέλη ἐν ψυχῇ καὶ τὰ ἀριστα τῶν ἀγαθῶν, αὐτὴ
 δὲ ἢ ἕξις ἢ ἐνέργεια), ἐπεὶ βέλτιον ἢ ἐνέργεια τῆς
 διαθέσεως καὶ τῆς βελτίστης ἕξως ἢ βελτίστη ἐνέργεια,
 ἢ δ' ἀρετὴ βελτίστη ἕξις, τῆς ἀρετῆς ἐνέργειαν τῆς
 45 ψυχῆς ἀριστον εἶναι. (9) Ἦν δὲ καὶ ἡ εὐδαιμονία τὸ
 ἀριστον· ἐστὶν ἄρα ἡ εὐδαιμονία ψυχῆς ἀγαθῆς ἐνέργεια.
 Ἐπεὶ δὲ ἦν ἡ εὐδαιμονία τέλειον τι, καὶ ἐστὶ ζωὴ καὶ
 τελέα καὶ ἀτελής, καὶ ἀρετὴ ὡσαύτως (ἢ μὲν γὰρ ὄλη,
 ἢ δὲ μόριον), ἢ δὲ τῶν ἀτελῶν ἐνέργεια ἀτελής, εἴη

Post hæc autem, aliud disputationis initium sumendo,
 de sequentibus est disserendum. Omnia igitur bona aut extra
 nos sunt, aut *in corpore*, aut *in animo* posita sunt :
 præstantissima sunt autem horum animi bona, quemad-
 modum etiam in exotericis libris distinguimus. Prudentia
 enim, virtus, et voluptas, in animo sunt, quorum aut
 nonnulla, aut omnia finis omnibus esse videntur. Animi
 autem bona, alia habitus et potentie sunt, alia operationes
 et motus. (2) Quibus ita positis, et de virtute fateamur
 præstantissimam dispositionem esse, aut habitum, aut po-
 tentiam singulorum, quorum usus aliquis opusve exstiterit.
 Id inductione manifestum fit : de omnibus enim ita statui-
 mus : exempli causa, vesti et opus aliquod et usum assi-
 gnamus : sic et de navi et de domo, et de ceteris statuimus.
 Proinde sic etiam de animo sentiendum. Est enim aliquod
 ejus opus. (3) Præstantioris ergo habitus præstantius fuerit
 opus ; et ut sese habitus ad invicem, ita actiones ab ipsis
 perfectæ habent. Ac opus uniuscujusque est finis. (4) Unde
 manifestum est, opus habitui præstare : finis enim, qua
 finis, utique excellentissimum est, quando et supra est
 concessum, finem, et ultimum, et optimum esse, utpote
 cujus gratia cuncta fiant. Patet igitur, opus habitum dis-
 positionemque præcellere. (5) Verum opus bifarium dicitur.
 In aliis enim ab usu diversum est, ut ædificatorie opus est
 domus, non ædificatio ; medicinæ, sanitas, non sanatio
 neque medicatio. In aliis vero usus opusque non distant ;
 ut visus opus est visio, mathematicæque scientiæ speculatio.
 Quocirca necessarium est, quorum opus in usu consistat,
 usum habitui præstare. (6) His ita determinatis, dicimus,
 opus idem esse negotii atque virtutis, verum non eodem
 pacto, ut sutorie sutionisque calceus. Et siquidem sutorie
 bonique sutoris virtus est aliqua, opus erit ipsis bonus
 et commodus calceus. Eodem modo et in reliquis. (7) Jam
 esto animæ opus, vitam rebus inferre, ejus vero usus, vigi-
 lia : quandoquidem somnus, desidia quedam est et quies.
 Quapropter quum opus unum atque idem sit necessario
 animæ virtutisque, virtutis opus fuerit vita composita et
 honesta ; id vero est bonum perfectum quod felicitatem
 supra vocavimus. (8) Apparet autem hoc ex iis quæ defi-
 nivimus : nimirum felicitatem esse optimum, fines et bo-
 norum optima in animo posita esse, ipsum autem animum
 esse aut habitum aut actum. Actus autem melius aliquid
 est habitu, et optimi habitus est optima actio, virtus autem
 est optimus habitus : apparet igitur virtutis operationem
 esse optimum quod habet anima. (9) Ponebatur autem
 etiam felicitas ut præstantissimum : est ergo felicitas animæ
 excellentis operatio. Quum igitur perfectum quippiam
 sit (ut diximus) felicitas, vita vero et perfecta sit et imper-
 fecta, similiterque virtus (quippe quod alia integra sit to-
 taque, alia vero particula tantum), atque imperfectorum
 sit imperfecta operatio : conficitur, felicitatem esse vitæ

ἂν ἡ εὐδαιμονία ζωῆς τελείας ἐνέργεια κατ' ἀρετὴν τε-
 λείαν. (10) Ὅτι δὲ τὸ γένος καὶ τὸν ὄρον αὐτῆς λέγο-
 μεν καλῶς, μαρτυρία τὰ δοκοῦντα πᾶσιν ἡμῖν. Τό-
 τε γὰρ εὖ πράττειν καὶ τὸ εὖ ζῆν τὸ αὐτὸ τῷ εὐδαιμο-
 6 νεῖ, ὧν ἕκαστον χρῆσις ἐστὶ καὶ ἐνέργεια, καὶ ἡ ζωὴ
 καὶ ἡ πρᾶξις. Καὶ γὰρ ἡ πρακτικὴ χρηστικὴ ἐστίν·
 ὁ μὲν γὰρ χαλκεὺς ποιεῖ χαλκὸν, χρῆται δ' ὁ ἵππικός.
 Καὶ τὸ μῆτε μίαν ἡμέραν εἶναι εὐδαιμόνα μῆτε παῖδα
 μῆθ' ἡλικίαν πᾶσαν, διὸ καὶ τὸ Σόλωνος ἔχει καλῶς,
 10 τὸ μὴ ζῶντ' εὐδαιμονίζειν, ἀλλ' ὅταν λάβῃ τέλος· οὐδὲν
 γὰρ ἀτελὲς εὐδαιμόν· οὐ γὰρ ὄλον. (11) Ἔτι δ' οἱ
 ἔπαινοι τῆς ἀρετῆς διὰ τὰ ἔργα, καὶ τὰ ἐγκώμια τῶν
 ἔργων· καὶ στεφανοῦνται οἱ νικῶντες, ἀλλ' οὐχ οἱ δυν-
 15 ἀμενοι νικᾶν, μὴ νικῶντες δέ. Καὶ τὸ κρίνειν ἐκ τῶν
 ἔργων ὁποῖός τις ἐστίν. (12) Ἔτι διὰ τὴν εὐδαιμονίαν
 οὐκ ἔπαινεῖται; ὅτι διὰ ταύτην τᾶλλα, ἢ τῷ εἰς ταύτην
 ἀναφέρεισθαι ἢ τῷ μόριον εἶναι αὐτῆς. Διὸ ἕτερον εὐ-
 δαιμονισμὸς καὶ ἔπαινος καὶ ἐγκώμιον· τὸ μὲν γὰρ
 ἐγκώμιον λόγος τοῦ καθ' ἕκαστον ἔργου, ὁ δ' ἔπαινος
 20 τοιοῦτον εἶναι καθόλου, ὁ δ' εὐδαιμονισμὸς τέλους.
 (13) Καὶ τὸ ἀπορούμενον δ' ἐπίοτε δῆλον ἐκ τούτων, διὰ
 τί ποτ' οὐδὲν βελτίους οἱ σπουδαῖοι τῶν φαύλων τὸν
 ἤμισον τοῦ βίου· ὁμοιοὶ γὰρ καθεύδοντες πάντες. Αἴτιον
 δ' ὅτι ἀργία ψυχῆς ὁ ὕπνος, ἀλλ' οὐκ ἐνέργεια. (14) Διὸ
 25 καὶ ἄλλο εἴ τι μόριόν ἐστι ψυχῆς, οἷον τὸ θρεπτικόν,
 ἢ τούτου ἀρετὴ οὐκ ἐστὶ μόριον τῆς ὅλης ἀρετῆς, ὡσπερ
 οὐδ' ἡ τοῦ σώματος· ἐν τῷ ὕπνῳ γὰρ μᾶλλον ἐνεργεῖ
 τὸ θρεπτικόν, τὸ δ' αἰσθητικόν καὶ ὁρεκτικόν ἀτελεῖ ἐν
 τῷ ὕπνῳ. Ὅσον δὲ τοῦ (μὴ) κινεῖσθαι μετέγουσι, καὶ
 30 αἱ φαντασίαι βελτίους εἰ τῶν σπουδαίων, ἂν μὴ διὰ
 νόσον ἢ πῆρσιν. (15) Μετὰ ταῦτα περὶ ψυχῆς θεω-
 ρητέον· ἢ γὰρ ἀρετὴ ψυχῆς, οὐ κατὰ συμβεβηκός.
 Ἐπει δ' ἀνθρωπίνην ἀρετὴν ζητοῦμεν, ὑποκείσθω δύο
 μέρη ψυχῆς τὰ λόγου μετέχοντα, οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρώ-
 35 πον μετέχειν λόγου ἄμφω, ἀλλὰ τὸ μὲν τῷ ἐπιτάττειν
 τὸ δὲ τῷ πείθεσθαι καὶ ἀκούειν πεφυκενά· εἰ δέ τι ἐστὶν
 ἐτέρως ἄλογον, ἀρείσθω τοῦτο τὸ μόριον. (16) Διχέ-
 ρει δ' οὐδὲν οὔτ' εἰ μεριστὴ ἡ ψυχὴ οὔτ' εἰ ἀμερές·
 ἔχει μέντοι δυνάμεις διαφόρους καὶ τὰς εἰρημένας,
 40 ὡσπερ ἐν τῷ καμπύλῳ τὸ κοῖλον καὶ τὸ κυρτὸν ἀδια-
 χύριστον, καὶ τὸ εὐθὺ καὶ τὸ λευκόν· καίτοι τὸ εὐθὺ οὐ
 λευκόν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός, καὶ οὐκ οὐσία τοῦ αὐ-
 τοῦ. (17) Ἀφήρηται δὲ καὶ εἴ τι ἄλλο ἐστὶ μέρος ψυ-
 χῆς, οἷον τὸ φυσικόν. Ἀνθρωπίνης δὲ ψυχῆς τὰ εἰρη-
 45 μένα μόρια ἴδια. Διὸ οὐδ' αἱ ἀρεταὶ αἱ τοῦ θρεπτικοῦ
 καὶ ὁρεκτικοῦ ἀνθρώπου· δεῖ γὰρ, εἰ ἢ ἄνθρωπος, λο-
 γισμὸν ἐνεῖναι καὶ ἀρχὴν καὶ πρᾶξιν· ἀρχεῖ δ' ὁ λογι-
 σμὸς οὐ λογισμοῦ ἀλλ' ὀρέξεως καὶ παθημάτων· ἀνάγκη
 50 ἀρα ταῦτ' ἔχειν τὰ μέρη. (18) Καὶ ὡσπερ ἡ εὐεξία σύγ-
 κειται ἐκ τῶν κατὰ μόριον ἀρετῶν, οὕτω καὶ ἡ τῆς
 ψυχῆς ἀρετὴ ἢ τέλος. (19) Ἀρετῆς δ' εἶδη δύο, ἡ μὲν
 ἠθικὴ ἢ δὲ διανοητικὴ. Ἐπαινοῦμεν γὰρ οὐ μόνον
 τοὺς δικαίους, ἀλλὰ καὶ τοὺς συνετοὺς καὶ τοὺς σοφοὺς·
 ἐπαινετὸν γὰρ ὑπέκειτο ἢ ἀρετῇ ἢ τὸ ἔργον, ταῦτα δ' οὐκ

perfectæ, et secundum perfectam virtutem, operationem.
 (10) Atque genus et definitionem rei recte constituta esse,
 testatur communis omnium consensus, qui bene agere,
 beneque vivere, idem quod felicem beatumque esse, sen-
 sent. Quorum unumquodque usus est et operatio, vita-
 que et actio : activa enim vita usibus comparata est. Nam
 faber frena conficit, equiti usui futura. Tum etiam quod
 nec die tantum una, nec puerili, neque omni ætate felicitatem
 constare posse dicimus. Quocirca vera est Solonis
 sententia, negantis, vivum ullum posse felicem predicari,
 nisi ubi finem attigerit. Nihil quippe imperfectum felix
 esse potest, quum integrum non sit. (11) Deinde laudes vir-
 tutis actionibus impenduntur, et encomia sunt operum; et
 coronantur, non qui vincere quidem possint, nec vincant
 tamen, sed victores. Sed et iudicium, quo quis quisque
 sit, constituitur, ex operibus pendet. (12) Præterea, quare
 non solet laudari felicitas? Quia ob hanc sunt reliqua vel
 partes ejus existunt, aut ad ipsam referuntur : quoniam
 aliud est beati prædicatio, aliud laus, aliud encomium.
 Encomium enim oratio est, facta cuiusque singularia expo-
 nens : laus vero universalis celebrans : beati prædicatio
 autem finem intendit. (13) Hinc etiam manifestum redditur,
 de quo interdum controversitur, quare dimidia vitæ parte
 boni honestique prava nihil antecellant : nihil enim discrimi-
 nis inter dormientes est. Causa in hoc est, quod somnus
 est vitæ otium, non operatio. (14) Quapropter, alia si qua
 est pars animæ, velut nutritiva, hujus virtus, quemad-
 modum nec corporis virtus, totius virtutis pars nequaquam
 censeri debet, eo quod in somno vim suam uberius exserat
 agatque nutritiva facultas, quum contra sensitiva concupi-
 scensque dormientibus sint imperfectiores. Porro quatenus
 motu participant, phantasie quoque et visa proborum et
 honestorum meliora sunt, nisi forte morbo aut alio quo-
 piam malo turbentur. (15) Verum, quia virtus animæ
 est, non accidentarie, de hac considerandum deinceps stu-
 diosius erit. Humanam autem virtutem quoniam quæri-
 mus, positæ sint animæ duæ partes, quarum utraque ratione
 participat, sed non eodem modo; altera enim ut imperio,
 altera vero ut obsequentiæ auscultationique nata : si quid
 præterea fuerit rationis expertæ, prætermittatur hæc pars.
 (16) Neque vero refert, in partesne dividi anima queat, au
 nequeat : (sunt enim illi facultates diversæ, tum illæ etiam
 quas memoravimus supra :) quemadmodum in curva
 superficie concavam convexamque separari non possunt,
 item in eadem rectum et album; quanquam rectum non
 per se album est, sed per accidens, neque hoc substantia
 est ejus. (17) Segregata ab disputatione est etiam si qua
 pars animæ præterea adscribitur, velut naturale. Humanæ
 namque animæ hæc partes propriæ sunt. Quocirca nec
 nutritrix, nec concupiscibilis facultas existimari hominis
 propria debet. Ex naturæ enim humanæ conditione ne-
 cessarius est, rationem, ac rerum agendam principium,
 tum operandi potentiam inesse. Porro ratio non imperat
 rationi, sed affectionibus et cupiditati : oportet igitur hu-
 manæ animæ has quoque partes assignari. (18) Et quem-
 admodum bona habitudo ex singulis corporis virtutibus
 constat, ita et animæ virtus, quatenus finis, e singulis
 conflatur. (19) Virtutis vero duæ species sunt, moralis alia,
 alia intellectiva; neque enim justos tantum, sed etiam
 intelligentes sapientesque laudamus, quia virtutem ejusve

ἐνεργεῖ, ἀλλ' εἰσὶν αὐτῶν ἐνεργεῖαι. (20) Ἐπεὶ δ' αἱ διανοητικαὶ μετὰ λόγου, αἱ μὲν τοιαῦται τοῦ λόγον ἔχοντος, ὃ ἐπιτακτικὸν ἐστὶ τῆς ψυχῆς ἢ λόγον ἔχει, αἱ δ' ἠθικαὶ τοῦ ἀλόγου μὲν, ἀκολουθητικοῦ δὲ κατὰ φύσιν τοῦ λόγον ἔχοντι· οὐ γὰρ λέγομεν ποῖός τις τὸ ἦθος, ὅτι σοφὸς ἢ δεινός, ἀλλ' ὅτι πρῶος ἢ θρασύς. (21) Μετὰ ταῦτα σκεπτέον πρῶτον περὶ ἀρετῆς ἠθικῆς, τί ἐστὶ, καὶ ποῖα μόρια αὐτῆς, εἰς τοῦτο γὰρ ἀνήκται, καὶ γίνεται διὰ τίνων. Δεῖ δὲ ζητεῖν ὡςπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἔχοντες τὴν ζητοῦσι πάντες, ὥστε δεῖ διὰ τῶν ἀληθῶς μὲν λεγομένων οὐ σαφῶς δὲ πειρᾶσθαι λαβεῖν καὶ τὸ ἀληθῶς καὶ σαφῶς. (22) Νῦν γὰρ ὁμοίως ἔχομεν ὡςπερ ἂν εἰ καὶ ὑγίειαν, ὅτι ἡ ἀρίστη διάθεσις τοῦ σώματος, καὶ Κορίσκος ὁ τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ μελάντατος· τί μὲν γὰρ ἐκάτερον τούτων οὐκ ἴσμεν, πρὸς μὲντοι τὸ εἰδέναι τί ἐκάτερον αὐτῆς πρὸ ἔργου τὸ οὕτως ἔχειν. (23) Ὑποκείμεθω δὴ πρῶτον ἢ βελτίστη διάθεσις ὑπὸ τῶν βελτίστων γίνεσθαι, καὶ πράττεσθαι ἀρίστα περὶ ἕκαστον ἀπὸ τῆς ἐκάστου ἀρετῆς, ὅσον πόνοι τε ἀριστοὶ καὶ τροφὴ ἀφ' ὧν γίνεται εὐεξία, καὶ ἀπὸ τῆς εὐεξίας ποιοῦσιν ἀρίστα. (24) Ἐτι πᾶσαν διάθεσιν ὑπὸ τῶν αὐτῶν γίνεσθαι καὶ φθειρεσθαι πῶς προσφερομένων, ὡςπερ ὑγίεια ὑπὸ τροφῆς καὶ πόνων καὶ ὄρας. Ταῦτα δὲ ὄηλα ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς. Καὶ ἡ ἀρετὴ ἄρα ἡ τοιαύτη διάθεσις ἐστίν, ἢ γίνεται τε ὑπὸ τῶν ἀρίστων περὶ ψυχῆν κινήσεων καὶ ἀφ' ἧς πράττεται τὰ ἀρίστα τῆς ψυχῆς ἔργα καὶ πάθη, καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν πῶς μὲν γίνεται πῶς δὲ φθίρεται. (25) Πρὸς ταῦτα ἡ χρῆσις αὐτῆς ὡς ὧν καὶ αὐξεται καὶ φθίρεται, πρὸς ἃ βέλτεστα διατίθησιν. Σημείον δ' ὅτι περὶ ἡδέα καὶ λυπηρὰ καὶ ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ κακία· αἱ γὰρ κολάσεις ἰατρεῖαι οὔσαι καὶ γινόμεναι διὰ τῶν ἐναντιῶν, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, διὰ τούτων εἰσὶν.

CAP. II.

Ὅτι μὲν τοίνυν ἡ ἠθικὴ ἀρετὴ περὶ ἡδέα καὶ λυπηρὰ ἐστὶ, ὄηλον. Ἐπεὶ δ' ἐστὶ τὸ ἦθος ὡςπερ καὶ τὸ ὄνομα σημαίνει ὅτι ἀπὸ ἔθους ἔχει τὴν ἐπίδοσιν, ἐθίζεται δὲ τὸ ὑπ' ἀγωγῆς μὴ ἐμψύτου τῷ πολλακίς κινεῖσθαι πῶς, οὕτως ἦθος τὸ ἐνεργητικόν· ὃ ἐν τοῖς ἀψύχοις οὐκ ὀρῶμεν· οὐδὲ γὰρ ἂν μυριάκις ῥίψης ἄνω τὸν λίθον, οὐδέποτε ποιήσει τοῦτο μὴ βία. (2) Διὸ ἔστω ἦθος τοῦτο ψυχῆς κατὰ ἐπιτακτικὸν λόγον, δυναμένου δ' ἀκολουθεῖν τῷ λόγῳ ποιότης. (3) Λεκτέον δὲ κατὰ τί τῆς ψυχῆς ποῖ' ἄττα ἦθη. Ἔσται δὲ κατὰ τε τὰς δυνάμεις τῶν παθημάτων, καθ' ἃς ὡς παθητικοὶ λέγονται, καὶ κατὰ τὰς ἐξεις, καθ' ἃς πρὸς τὰ πάθη ταῦτα λέγονται τῷ πάσχειν πῶς ἢ ἀπαθεῖς εἶναι. (4) Μετὰ ταῦτα ἡ διαίρεσις ἐν τοῖς ἀπηλλαγμένοις τῶν παθημάτων καὶ τῶν δυνάμεων καὶ τῶν ἐξέων. Λέγω δὲ πάθη μὲν τὰ τοιαῦτα, θυμὸν, φόβον, αἰδῶ, ἐπιθυμίαν, ὄλωσ αἷς ἐπεται ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἡ αἰσθητικὴ ἡδονὴ ἢ λύπη καθ' αὐτά. (5) Καὶ κατὰ μὲν ταῦτα οὐκ ἐστὶ ποιότης, ἀλλὰ πάσχει, κατὰ δὲ τὰς δυνάμεις ποιότης. Λέγω δὲ

opus laudibus celebrari supra ostendimus; hæc vero, quum non operentur ipsæ quidem, operationes lamen virtutum existunt. (20) Quia vero intellectivæ partes cum ratione sunt, a parte rationem habente celebrantur, quæ imperium obtinet in anima, nempe qua rationem participat : morales vero, irrationalis quidem partis sunt, sed quæ necessario sequitur ratione præditam. Neque enim interroganti, cuiusmodi sit moribus aliquis, respondemus, Sapiens, aut callidus; sed, Mansuetus, aut confidens. (21) Iis itaque consequens ut de virtute morali, primum quid sit, et quæ ejus partes, consideretur (ad hæc enim res deducta est), et per quæ fiat. Oportet igitur inquisitionem, quemadmodum in aliis de definita re inquirunt omnes, ita fieri, ut procedatur ab iis quæ vere quidem, sed non perspicue dicuntur, et hinc tentemus ea quæ et vera sunt, et perspicua, colligere. (22) Perinde enim se hæc investigatio habet, ac si sanitatem finire, dispositionem corporis optimam instituemus; et Coriscum illum, qui in foro sedet, nigerrimum esse dicamus. Quid enim sit alterutrum horum, ignoramus; proinde quo quid sit utrumque cognoscatur, operæ pretium est novisse hoc pacto se illa habere. (23) Primum igitur constituatur, præstantissimam actionem a præstantissimis virtutibus produci, et in singulis quid optimum sit, effici ab uniuscujusque virtute; velut e laboribus commodis, nutrimentoque idoneo, bona habitudo oritur, ex habitudine vero optima, optima etiam elaborant homines. (24) Deinde omnem dispositionem ex iisdem, hoc vel illo pacto illatis, nasci et corrumpi, velut sanitas ex laboribus, alimento et temporibus; quæ inductione patent. Proinde et virtus, nascens a motibus animæ præstantissimis, et unde animæ affectiones operaque præstantissima proveniunt, ab iisdem aliquo modo qua fit, qua corrumpitur. (25) Ad eadem igitur refertur usus ipsius, a quibus et augetur, et labefactatur, circa quæ et rectissime vitam disponit. Argumento est quod circa jucunda tristisque virtus versatur : nam punitiones, quæ ut medicationis vice per contraria usurpantur, ut in aliis, ita per hæc quoque fiunt.

Patet igitur, virtutem moralem circa jucunda tristisque versari. Quoniam vero ἦθος, *id est* mos, ut nomen indicat, ἀπὸ τοῦ ἔθους, *id est* a consuetudine, incrementum capit (adsuescit autem operatrix facultas exercitatione non naturali, ut hoc vel illo pacto sæpe moveatur, quasi inanimatis id non contingat; nemo enim lapidem, quamlibet crebro sursum jactum, itidem facere, nisi vi extrinsecus adhibita, viderit) : (2) recte morem animæ juxta imperantem rationem vocari, et qualitatem ejus quod possit rationem impellentem sequi. (3) Neque vero prætereundum est, juxta quas animæ affectiones quales quidam mores dicuntur. Hoc fiet juxta potentias passionum, a quibus passivi, juxtaque habitus, a quibus dicuntur secundum hos affectus, quod vel affecti aliquo modo, vel passionibus non obnoxii. (4) Ceterum divisio constituatur deinceps ex affectuum potentiarumque et habituum animæ enumeratione. Voco autem affectus, iram, metum, verecundiam, cupiditatem, et in universum, quæ per se plerumque voluptas tristitiaque sensitiva sequitur; (5) et secundum hæc quidem qualitas nulla formatur, sed afficiuntur homines; sed juxta potentias qualitas existit. Voco autem potentias, quibus fit ut

τὰς δυνάμεις καθ' ἑς λέγονται κατὰ τὰ πάθη οἱ ἐνεργούντες, ὡς ὄργιλος, ἀνάληγτος, ἐρωτικός, αἰσχυνηλός, ἀναίσχυτος. (6) Ὅτι εἰς ὅσα αἰτιαί εἰσι τοῦ ταῦτα ἢ κατὰ λόγον ὑπάρχειν ἢ ἐναντίας, ὡς ἀνδρία, σωφροσύνη, δειλία, ἀκολασία.

agere secundum affectus dicamur, ut iracundus, stupidus, amoribus deditus, verecundus, impudens. (6) Habitus vero sunt, quibus efficitur ut hæc aut secundum rationem nobis insint, aut contrario modo; ut fortitudo, modestia, timor, intemperantia.

CAP. III.

Διωρισμένων δὲ τούτων, ληπτέον ὅτι ἐν ἅπαντι συν-εχει καὶ διαιρετῶ ἔστιν ὑπεροχὴ καὶ ἔλλειψις καὶ μέσον, καὶ ταῦτα ἢ πρὸς ἄλληλα ἢ πρὸς ἑμᾶς, ὡς ἐν γυμναστικῇ, ἐν ἱατρικῇ, ἐν οἰκοδομικῇ, ἐν κυβερνητικῇ, καὶ ἐν ὁποιαοῦν πράξει, καὶ ἐπιστημονικῇ καὶ ἀνεπιστημονικῇ, καὶ τεχνικῇ καὶ ἀτέχνῳ. (2) Ἡ μὲν γὰρ κίνησις συνεχὲς ἢ δὲ πρᾶξις κίνησις. Ἐν πᾶσι δὲ τὸ μέσον τὸ πρὸς ἑμᾶς βέλτιστον· τοῦτο γὰρ ἔστιν ὡς ἡ ἐπιστήμη κελεύει καὶ ὁ λόγος. Πανταχοῦ δὲ τοῦτο καὶ ποιεῖ τὴν βελτίστην ἔξιν. Καὶ τοῦτο δῆλον διὰ τῆς ἐπαγωγῆς καὶ τοῦ λόγου. Τὰ γὰρ ἐναντία φθεῖρει ἄλληλα, τὰ δ' ἄκρα καὶ ἀλλήλοισι καὶ τῷ μέσῳ ἐναντία· τὸ γὰρ μέσον ἐκάτερον πρὸς ἐκάτερον ἔστιν, ὡς τὸ ἴσον τοῦ μὲν ἐλάττονος μείζον, τοῦ μείζονος δὲ ἐλάττον. (3) Ὅσοῦ ἀνάγκη τὴν ἠθικὴν ἀρετὴν περὶ μέσ' ἄττα εἶναι καὶ μεσότητά τινα. Ληπτέον ἄρα ἢ ποία μεσότης ἀρετῆ, καὶ περὶ ποία μέσα. (4) Εἰλήφθω δὴ παραδείγματα χάριν, καὶ θεωρησῶμεν ἕκαστον ἐκ τῆς ὑπογραφῆς·

Quibus ita determinatis, constituendum, in omni continuo divisibilique excessum, defectum, mediumque reperiri: atque hæc vel mutuo ad se invicem, vel nostri respectu; ut gymnastica, medicina, ædificatoria, gubernatoria, et quæcumque actiones aliæ, sive juxta scientiam institutæ sive scientiæ expertes, aut artificiosæ sive inartificiosæ. (2) Motus enim continuum quippiam est, actio vero motus. In omnibus vero medium ad nos spectans optimum est: hoc enim consentaneum est ei quod scientia et ratio præcipit; idque passim etiam gignit habitum præstantissimum, quod etiam inductione et ratione probari potest. Contraria enim contrariis exitio sunt, extrema vero et mediis et sibi adversa. Medium enim utrumlibet est ad utrumlibet, ut æquale minore quidem majus, majore vero minus existit. (3) Itaque necessarium est, virtutem moralem circa media quædam versari, et medium quippiam virtutem esse. Restat igitur ut dicatur cujusmodi mediætas virtus sit, et circa quæ versetur media. (4) Quæ omnia dilucidius exemplis, velut subscripta tabula, adumbrabimus. Sumatur enim:

25	ὄργιλότης	ἀναληγσία	πραότης.
	θρασύτης	δειλία	ἀνδρία.
	ἀναίσχυντία	κατάπληξις	αἰδώς.
	ἀκολασία	ἀναίσθησις	σωφροσύνη.
	φθόνος	ἀνώνυμον	νέμεσις.
30	κέρδος	ζημία	δικαίον.
	ἄσωτία	ἀνελευθερία	ἐλευθεριότης.
	ἀλαζονεία	εἰρωνεία	ἀλήθεια.
	κολακεία	ἀπέχθεια	φιλία.
	ἀρέσκεια	αὐθάδεια	σεμνότης.
35	τρυφερότης	κακοπάθεια	καρτερία.
	χαυνότης	μικροψυχία	μεγαλοψυχία.
	δαπανηρία	μικροπρέπεια	μεγαλοπρέπεια.
	πανουργία	εὐθήθεια	φρόνησις.

iracundia,	stupor,	mansuetudo.
confidentia,	timor,	fortitudo.
impudentia,	abjectus animus,	verecundia.
intemperantia,	sine sensu vita,	modestia.
invidentia,	(nomine carens)	justa indignatio.
lucrum,	damnum,	justum.
prodigalitas,	sordes,	liberalitas.
jactantia,	dissimulatio,	veritas.
adulatio,	odium,	amicitia.
placendistudium,	contumacia,	gravitas.
mollities,	afflictio,	tolerantia.
ostentatio inepta,	pusillanimitas,	magnanimitas.
profusio sumptuosa,	illiberalitas,	magnificentia.
versutia,	stultitia,	prudentia.

 aut ut plurimum, sic se habentibus adscribitur. (9) Jam
 si talis habitu voto potitur, *vel frustratur* (quemadmo-
 dum, quia est cæsius, non cernit acute), huic non for-
 tuna, sed natura causa existit. Quocirca non fortunatus,
 sed bona natura præditus dicitur. Quocirca sic de his di-
 cendum est, ut quos fortunatos dicimus, non fortunæ be-
 neficio id esse asseramus: unde nec fortunati etiam sunt:
 fortunæ namque bona sunt, quorum bona fortuna est
 causa. Sic vero rursum quaeritur, an fortuna non sit in uni-
 versum aliqua, vel quum sit, at non sit causa? Atqui
 necessum est, et esse fortunam, et causam esse. Quare
 et bonorum quorundam et malorum causa fuerit. (10) At si
 fortuna plane eximenda et nihil dicendum forte fortuna
 fieri, sed nos, quum alia causa exstet, quod hanc non cer-
 nimus, fortunam causam esse affirmamus: quocirca de-
 finientes fortunam, causam sine ratione humanæ ratiocina-
 tionis constituunt, tanquam sit quædam natura: hæc igitur
 jam alia quæstio fuerit: sed quoniam aliquos cernimus
 semel prospera usos fortuna, quare ii non rursus, quia
 rursum rem bene gesserunt? idem enim ipsum causa.
 (11) Non igitur erit fortunæ hoc. Sed si indeterminatorum
 infinitorumque unum et idem aliquod contingat, erit qui-
 dem bonum aut malum, scientia vero non erit ejus, pro-
 pter infinitatem. Nam sic etiam discerent aliqui esse for-
 tunati, aut omnes scientiæ (quod Socrates dixit) fortunæ
 essent. (12) Quid igitur vetat quominus cuidam ex ordine
 talia sæpe contingant, non quod oporteat, sed quale fuerit
 talos semper longe jacere. Quid autem? num impetus in
 anima non sunt, alii a ratione, alii a cupiditate irrationali
 (qui et priores) profecti? Si enim naturalis est per cupidita-
 tem jucundæ rei appetitus, natura omnia ad bonum festi-
 nent. (13) Quodsi quidam bene nati sunt, velut canori
 homines cantionis imperiti, ita bene nati, ut citra rationem
 ferantur ut dictat natura, ac concupiscant, quod, quando
 et quo pacto, oportuit, hi prospere agunt, etsi fuerint stolidi
 et sine ratione, quemadmodum etiam bene erunt harum
 rerum præceptores. Tales utique fortunati censendi sunt,
 quotquot scilicet præter rationem plurimum prospere agunt.
 Natura igitur quidam fortunati sint. (14) Nisi multifariam
 dicitur secunda fortuna: alia enim ex impetu et præele-
 ctione fiunt, alia vero secus, et prorsus contrarium. In illis,
 si male ratiocinati esse videntur prospere agentes, secunda
 fortuna usos esse dicimus: ac rursus in his, quum voluerint

τάγαθόν. (15) Ἐκείνους μὲν τοίνυν εὐτυχεῖν διὰ φύσιν ἐνδέχεται. Ἡ γὰρ ὁρμή καὶ ἡ ὀρέξεις οὕσα οὐ δεῖ κατάρθωσεν, ὁ δὲ λογισμὸς ἦν ἡλίθιος. Καὶ τοὺς μὲν ἐνταῦθα, ὅταν μὲν λογισμὸς μὴ δοκῶν ὀρθὸς εἶναι τύχη, ἢ δ' αὐτοῦ αἰτία οὕσα, αὕτη ὀρθή οὕσα ἔσωσεν· ἀλλ' ἐνίοτε δι' ἐπιθυμίαν ἐλογίσατο πάλιν καὶ οὕτως ἠτύχησεν. (16) Ἐν δὲ δὴ τοῖς ἑτέροις πῶς ἔσται ἡ εὐτυχία κατ' εὐφυίαν ὀρέξεως καὶ ἐπιθυμίας; Ἀλλὰ μὴν ἡ ἐνταῦθα εὐτυχία καὶ τύχη διττή, χἀκείνη ἡ αὐτή, ἢ πλείους αἰ εὐτυχίαι. (17) Ἐπεὶ δ' ὀρώμεν παρὰ πάσας τὰς ἐπιστήμας καὶ τοὺς λογισμοὺς τοὺς ὀρθοὺς εὐτυχοῦντάς τινας, δῆλον ὅτι ἕτερον ἂν τι εἴη τὸ αἷτιον τῆς εὐτυχίας. Ἐκείνη δὲ πότερον [ἔστιν] εὐτυχία ἢ οὐκ ἔστιν, εἰ ἐπιθύμησεν ὧν ἔδει καὶ ὅτε ἔδει ὁ λογισμὸς ἀνθρώπινος; οὐκ ἂν τοῦτ' εἴη. Οὐ γὰρ δὴ πάμπαν ἀλόγιστον τοῦτο, οὔτε φυσική ἐστὶν ἡ ἐπιθυμία, ἀλλὰ διαφθεύρεται ὑπὸ τινος. (18) Εὐτυχεῖν μὲν οὖν δοκεῖ, ὅτι ἡ τύχη τῶν παρὰ λόγον αἰτία· τοῦτο δὲ παρὰ λόγον· παρὰ γὰρ τὴν ἐπιστήμην καὶ τὸ καθόλου. Ἄλλ', ὡς εἴοικεν, οὐκ ἀπὸ τύχης. Ἀλλὰ δοκεῖ διὰ τοῦτο. (19) Ὡσθ' οὗτος μὲν ὁ λόγος οὐ δείκνυσιν ὅτι φύσει εὐτυχεῖν, ἀλλ' ὅτι οὐ πάντες οἱ δοκοῦντες εὐτυχεῖν διὰ τύχην κατορθοῦσιν, ἀλλὰ διὰ φύσιν· οὐδ' ὅτι οὐδὲν ἐστὶ τύχη αἰτία οὐθενὸς δεικνυσίν, ἀλλ' οὐ τῶν πάντων ὧν δοκεῖ. (20) Τοῦτο μέντοι ἂν ἀπορήσειε τις, ἄρ' αὐτοῦ τούτου τύχη αἰτία, τοῦ ἐπιθυμῆσαι οὐ δεῖ καὶ ὅτε δεῖ. Ἡ οὕτω γε πάντων ἔσται; καὶ γὰρ τοῦ νοῆσαι καὶ βουλευσασθαι· οὐ γὰρ δὴ ἐβουλευσατο βουλευσάμενος, καὶ τότε ἐβουλευσατο, ἀλλ' ἔστιν ἀρχή τις, οὐδ' ἐνόησε νοήσας πρότερον ἢ νοῆσαι, καὶ τοῦτ' εἰς ἀπειρον. Οὐκ ἄρα τοῦ νοῆσαι νοὺς ἀρχή, οὐδὲ τοῦ βουλευσασθαι βουλή. Τί οὖν ἄλλο πλὴν τύχης; ὡστ' ἀπὸ τύχης ἅπαντα ἔσται, ἢ ἔστι τις ἀρχή ἧς οὐκ ἔστιν ἄλλη ἔξω. (21) Αὕτη δὲ διὰ τί τοιαύτη τὸ εἶναι τὸ τοῦτο δύνασθαι ποιεῖν. Τὸ δὲ ζητούμενον τοῦτ' ἐστὶ, τίς ἢ τῆς κινήσεως ἀρχή ἐν τῇ ψυχῇ. Δῆλον δὲ, ὡσπερ ἐν τῷ ὄλῳ θεός, κἀν ἐκείνη· κινεῖ γὰρ πῶς πάντα τὸ ἐν ἡμῖν θείον. (22) Λόγου δ' ἀρχὴ οὐ λόγος, ἀλλὰ τι κρείττον. Τί οὖν ἂν κρείττον καὶ ἐπιστήμης εἴη [καὶ νοῦ] πλὴν θεός; ἢ γὰρ ἀρετὴ τοῦ νοῦ ὄργανον· καὶ διὰ τοῦτο οἱ πάλοι ἔλεγον, εὐτυχεῖς καλοῦνται οἱ ἂν ἐρημῶσιν κατορθοῦν ἄλογοι ὄντες, καὶ βουλευσασθαι οὐ συμφέρει αὐτοῖς· ἔχουσι γὰρ ἀρχὴν τοιαύτην ἢ κρείττον τοῦ νοῦ καὶ βουλεύσεως. (23) Οἱ δὲ τὸν λόγον· τοῦτο δ' οὐκ ἔχουσι. Καὶ ἐνθουσιασμόν· τοῦτο δ' οὐ δύνανται. Ἄλογοι γὰρ ὄντες ἐπιτυγχάνουσι καὶ τούτων φρονίμων καὶ σοφῶν ταχέαν εἶναι τὴν μαντικὴν καὶ μόνον οὐ τὴν ἀπὸ τοῦ λόγου δεῖ ἀπολαβεῖν, ἀλλ' οἱ μὲν δι' ἐμπειρίαν, οἱ δὲ διὰ συνθήθειαν τοῦ ἐν τῷ σκοπεῖν χρῆσθαι· τῷ θεῷ δὲ αὐταῖ· τοῦτο καὶ εἰ ὄρα καὶ τὸ μέλλον καὶ τὸ ὄν· καὶ ὧν ἀπολύεται ὁ λόγος οὗτος. Διὸ οἱ μελαγχολικοὶ καὶ εὐθυνοῖροι. Ἔοικε γὰρ ἡ ἀρχὴ ἀπολυμένου τοῦ λόγου ἰσχύειν μᾶλλον· καὶ ὡσπερ οἱ τυφλοὶ μνημονεύουσι μᾶλλον ἀπολυθέντες τοῦ πρὸς τοῖς

sic, aut etiam minus bonum acceperint. (15) Illis igitur contingit per naturam ut prosperitatem consequantur: nam impetus animi cupiditasque, quo oportebat delata, successus est usa; ratiocinatio autem erat stulta. Atque hos quidem, si forte ratiocinatio falsa erat, sed ratiocinandi causa (cupiditas) recta, hæc recta servavit: interdum vero per cupiditatem quis male ratiocinatus adversam fortunam expertus est. (16) In ceteris autem quo pacto juxta appetitus cupiditatisque bonam naturam successus erit? Verum hic successus, et ille, est idem; aut sunt plures prosperitates, et fortuna duplex. (17) Quia vero præter omnes scientias et ratiocinationes rectas quosdam fortuna secunda affluentes videmus, manifestum est, aliud esse causam, aliud fortunam. Jam illa num est prosperitas, an non est, si, quæ oportuit et quando oportuit, concupivit ratiocinatio humana? Hoc non ita fuerit. Neque enim hoc prorsus rationis expertus, nec naturalis est cupiditas, sed ab aliquo corrumpitur. (18) Secunda igitur fortuna esse videtur, quia eorum quæ præter rationem ipsa causa existit: hoc autem est præter rationem: nam præter scientiam, præterque universale est. Nec tamen a fortuna profectum videtur: imo propter hoc videtur. (19) Quocirca hæc quidem ratio non ostendit naturam esse uti secunda fortuna, sed potius, non omnes, quibus secunda fortuna videtur adfluere, id ex fortuna, sed ex natura habere: neque nullius esse causam fortunam demonstrat, sed non omnium quorum existimatur. (20) Hoc enimvero quæret forsitan quispiam, an fortuna ejus ipsius causa sit, ut quid, et quando oporteat, concupiscatur. Sed nonne sic omnium erit? nam et cognoscendi consultandique. Neque enim consultans consultavit, et tunc consultavit, sed principium est quoddam: neque cogitans cogitavit priusquam cogitavit, atque in infinitum ejusmodi fiat progressio. Neque igitur cogitandi intellectus principium, neque consultandi consilium. Quid igitur aliud, nisi fortuna? Quocirca a fortuna omnia proficiuntur, aut quoddam est principium, extra quod aliud nullum reperitur. (21) Ipsa autem (queritur) qua re talis sit ut hoc præstare queat. Quæ quæstio huc redit: quid sit principium motus in anima. Patet vero, quemadmodum in universo est Deus, sic etiam in anima: moventur enim omnia ab inexistente in nobis numine. (22) Rationis autem, non ratio, sed præstantius quidpiam est principium. Quid autem et scientia præstantius est et intellectu, nisi Deus? Virtus enim organum intellectus est: quocirca veteres dixerunt: felices appellantur quicumque irrationabiles ad recte agendum impelluntur; nec velle ipsis confert: principium enim in se habent et intellectu et voluntate præstantius. (23) Alii vero rationem dicent: hoc vero non habent. Et enthusiasmum: hoc vero non possunt. Quippe sine ratione assequuntur. Itaque horum, qui prudentes sapientesque sunt, celerem esse vaticinationem et tantum non a ratione profectam esse suspicari debemus. Sed aliis contingit ob peritiam, aliis ob consuetudinem speculandi. Hæc autem divino numine utuntur, quod bene cernit et futurum et præsens. Et a quibus se subducit ratio nostra. Itaque et melancholici recta et aperta insomnia habent. Videtur enim principium, se subducente ratione, plus valere; atque velut cæci memoria magis valent, soluti ab iis quæ vim

εἰρημένους εἶναι τὸ μνημονεύον. (24) Φανερόν δὲ ὅτι δύο εἶδη εὐτυχίας, ἡ μὲν θεία, διὸ καὶ δοκεῖ εὐτυχῆς διὰ θεὸν κατορθοῦν, [ἡ δὲ φύσει]. Οὗτος δ' ἐστὶν ὁ κατὰ τὴν ὁρμὴν διορθωτικός, ὁ δ' ἕτερος ὁ παρὰ τὴν ὁρμὴν· ἄλλοι δ' ἀμφοτέροι. Καὶ ἡ μὲν συνεχῆς εὐτυχία μᾶλλον, αὕτη δὲ οὐ συνεχῆς.

memoriae distrahunt et turbant. (24) Patet itaque quod species felicitatis duae sunt : altera divina ; ideoque qui felix est, numine adjutum aliquid prospere fecisse dicunt ; [altera secundum naturam]. Hic autem est, qui prospere rem administrat juxta impetum ; alter est, qui praeter hunc impetum : irrationales vero ambo. Atque illa frequens et continua magis felicitas est, haec autem non continua.

CAP. XV.

Κατὰ μέρος μὲν οὖν περὶ ἐκάστης ἀρετῆς εἰρηταί πρότερον· ἐπεὶ δὲ χωρὶς διελομεν τὴν δύναμιν αὐτῶν, καὶ περὶ τῆς ἀρετῆς διαρθρωτέον τῆς ἐκ τούτων, ἣν ἔκαλοῦμεν ἡδὴ καλοκάγαθίαν. (2) Ὅτι μὲν οὖν ἀνάγκη τὸν ταύτης ἀληθῶς τευξόμενον τῆς προσηγορίας ἔχειν τὰς κατὰ μέρος ἀρετὰς, φανερόν. Οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων οὐθενὸς οἴοντ' ἄλλως ἔχειν· οὐθεὶς γὰρ ὄλον μὲν τὸ σῶμα ὑγιαίνει, μέρος δ' οὐθέν, ἀλλ' ἀναγκαῖον πάντα ἢ τὰ πλεῖστα καὶ κυριώτατα τὸν αὐτὸν ἔχειν τρόπον τῷ ὄλω. (3) Ἐστὶ δὲ τὸ ἀγαθὸν εἶναι καὶ τὸ καλὸν καγαθὸν οὐ μόνον κατὰ τὰ ὀνόματα, ἀλλὰ [καὶ] καθ' αὐτὰ ἔχοντα διαφορὰν. Τῶν γὰρ ἀγαθῶν πάντων τέλος ἐστίν, ἃ αὐτὰ αὐτῶν ἕνεκα ἐστὶν αἰρετά. Τούτων δὲ καλὰ, ὅσα δι' αὐτὰ ὄντα αἰρετά ἐπαινετά ἐστίν. (4) Ταῦτα γὰρ ἐστὶν ἐφ' ὧν αἱ τε πράξεις εἰσὶν ἐπαινεταὶ καὶ αὐτὰ ἐπαινετά, δικαιοσύνη καὶ αὐτὴ καὶ αἱ πράξεις. Καὶ οἱ σώφρονες· ἐπαινετὴ γὰρ καὶ ἡ σωφροσύνη. Ἄλλ' οὐχ ὑγίεια ἐπαινετόν· οὐδὲ γὰρ τὸ ἔργον. Οὐδὲ τὸ ἰσχυρὸς· οὐδὲ γὰρ ἡ ἰσχὺς. Ἄλλ' ἀγαθὰ μὲν, ἐπαινετά δ' οὐ. (5) Ὅμοιοις δὲ τούτῳ δῆλον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων διὰ τῆς ἐπαγωγῆς. Ἀγαθὸς μὲν οὖν ἐστὶν ὅτι φύσει ἀγαθὰ ἐστὶν ἀγαθὰ. Τὰ γὰρ περιμάχητα καὶ μέγιστα εἶναι δοκοῦντα ἀγαθὰ, τιμὴ καὶ πλοῦτος καὶ σώματος ἀρεταὶ καὶ εὐτυχίαι καὶ δυνάμεις, ἀγαθὰ μὲν φύσει ἐστίν, ἐνδέχεται δ' εἶναι βλαβερά τισι διὰ τὰς ἕξεις. Οὔτε γὰρ ἄφρων οὔτ' ἀδίκος ἢ ἀκόλαστος ὧν οὐδ' ἐν ἄν' ὀνήσειε χρωόμενος αὐτοῖς, ὥσπερ οὐδ' ὁ κάμων τῆ τοῦ ὑγιαίνοντος τροφῆ χρωόμενος, οὐδ' ὁ ἀσθενῆς καὶ ἀνάπηρος τοῖς τοῦ ὑγιουῦς καὶ τοῖς τοῦ ὀλοκλήρου κόσμοις. (6) Καλὸς δὲ καγαθὸς τῶ τῶν ἀγαθῶν τὰ καλὰ ὑπάρχειν αὐτῷ δι' αὐτὰ, καὶ τῷ πρακτικὸς εἶναι τῶν καλῶν καὶ αὐτῶν ἕνεκα. Καλὰ δ' ἐστὶν αἱ τε ἀρεταὶ καὶ τὰ ἔργα τὰ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. (7) Ἐστὶ δὲ τις ἕξις πολιτικῆ, ὅταν οἱ Λάκωνες ἔχουσιν ἢ ἄλλοι τοιοῦτοι ἔχουεν ἄν. Αὕτη δ' ἐστὶν ἕξις τοιαύτη. Εἰσὶ γὰρ οἱ οἴονται τὴν ἀρετὴν δεῖν μὲν ἔχειν, ἀλλὰ τῶν φύσει ἀγαθῶν ἕνεκεν. Διὸ ἀγαθοὶ μὲν ἀνόρηες εἰσὶν· τὰ γὰρ φύσει μὲν ἀγαθὰ αὐτοῖς ἐστίν· καλοκάγαθόν γὰρ οὐκ ἔχουσιν. Οὐ γὰρ ὑπάρχει αὐτοῖς τὰ καλὰ δι' αὐτὰ, καὶ προαιροῦνται [εἶναι] καλοὶ καγαθοί, καὶ οὐ μόνον ταῦτα, ἀλλὰ καὶ τὰ μὴ καλὰ μὲν φύσει ὄντα, ἀγαθὰ δὲ φύσει ὄντα, τούτοις καλὰ. (8) Καλὰ γὰρ ἐστὶν ὅταν οὐ ἕνεκα πράττωσι. Καὶ αἰροῦνται καλὰ, ἢ διότι τῷ καλῷ καγαθῷ καλὰ ἐστὶ τὰ φύσει ἀγαθὰ· καλὸν γὰρ τὸ δίκαιον· τοῦτο δὲ τὸ κατ' ἀξίαν· ἀξίος δ' οὗτος τούτων. (9) Καὶ τὸ πρόπον καλόν· πρέπει δὲ ταῦτα τούτῳ, πλοῦτος, εὐγένεια, δύναμις. Ὅσπερ τῷ καλῷ καγαθῷ αὐτὰ καὶ συμφέ-

Singillatim igitur de unaquaque virtute determinatum est prius. Quia vero eorum ipsarum vim distinximus, etiam de virtute quae harum omnium quasi summa est, et quam honestam-bonitatem vocabamus, dicendum erit. (2) Singulas igitur habere reliquias particulares eum, qui hujus appellationem est consecuturus, necesse esse patet : nam neque in ceterarum rerum ulla aliter id veniat usu. Nemo enim toto corpore sanus sit, parte autem nulla ; sed necessum est aut omnes, aut certe praestantissimas partes eodem modo se habere atque totum. (3) Bonum enim esse, et honestum simul et bonum esse, non ipsis solum nominibus, sed etiam re et per se differunt. Omnium enim bonorum sunt fines, ipsi per se sui gratia eligibiles. Horum honesta sunt, quaecumque per se ipsa eligibilia quum sint, laudabilia sunt. (4) Haec igitur sunt in quibus et actiones laudabiles et ipsa per se laudabilia, velut justitia et ipsa et actiones ejus. Item modesti : nam modestia quoque laudabilis. Sed non est sanitas inter laudabilia : nam neque opus ejus. Neque quod robusta fit : quia neque robur. Sed bona haec, neque tamen laudabilia. (5) Similiter autem id etiam in ceteris per inductionem manifestum est. Bonus enim est is, cui natura-bona sunt etiam bona. Nam quae praestantissima esse omnesque sui desiderio excitantia bona videntur, honor, divitiae, corporis virtutes et facultates, felicitas, potentia, natura quidem sunt bona, sed noxia esse possunt nonnullis ob habitum corruptionem. Neque enim vel stultus, vel injustus, vel intemperans aliquod ex eorum possessione commodum referat, quemadmodum nec aeger ex sani hominis alimento, neque infirmus, mutilusve, ex sani integrique hominis ornatu. (6) Honestus autem bonusque dicitur ex eo quod honesta bona per se ipsa insunt illi, et eo, quod honestorum, idque ipsorum gratia, effectivus existat : honesta autem sunt virtutes, operaque a virtute profecta. (7) Sed est habitudo quaedam civilis, qualem Lacones habent, et alii simili ingenio habeant, ita illa comparata. Sunt enim qui virtutem sequendam quidem esse putent, sed natura-bonorum gratia. Quocirca viri boni sunt, quod iis natura-bona inexistunt ; sed non sunt honesti bonique, quia honestam-bonitatem non sunt nacti : neque enim honesta per se illis sunt, nec honesti bonique esse eligunt : neque id tantum, sed et quae non honesta natura, sed bona sunt natura, honestorum loco illis habentur. (8) Honestum enim sunt, quum ipsius gratia faciunt ; eliguntque honesta, vel quod honesto bonoque natura bona, honesta sunt. Honestum enim justum est, id vero secundum dignitatem censetur : hic autem iis utique dignus existit. (9) Sed et decens honestum est ; decencia autem illum sunt, nobilitas, divitiae, potentia : quocirca ho-

ροντα καὶ καλὰ ἔστιν· τοῖς δὲ πολλοῖς διαφωνεῖ τοῦτο. Οὐ γὰρ τὰ ἀπλῶς ἀγαθὰ κακείνοις ἀγαθὰ ἔστι, τῷ δ' ἀγαθῷ ἀγαθὰ· τῷ δὲ καλῷ καγαθῷ καὶ καλὰ· πολλὰς γὰρ καὶ καλὰς πράξεις δι' αὐτὰς ἐπραξεν. (10) Ὁ δ' οἰόμενος τὰς ἀρετὰς ἔχειν δεῖν ἕνεκα τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν, κατὰ τὸ συμβεβηκὸς καλὰ πράττει. Ἔστιν οὖν καλοκαγαθία ἀρετὴ τέλειος. (11) Καὶ περὶ ἡδονῆς δ' εἴρηται ποῖόν τι καὶ πῶς ἀγαθόν, καὶ ὅτι τὰ τε ἀπλῶς ἡδέα καὶ καλὰ, τὰ τε ἀπλῶς ἀγαθὰ καὶ ἡδέα. Οὐ γίνεται 10 δὲ ἡδονὴ μὴ ἐν πράξει· διὰ τοῦτο δ' ἀληθῶς εὐδαίμων καὶ ἥδιστα ζήσει, καὶ τοῦτο οὐ μάτην οἱ ἄνθρωποι ἀξιοῦσιν. (12) Ἐπεὶ δ' ἔστί τις ὄρος καὶ τῷ ἱατρῷ, πρὸς ὃν ἀναφέρων κρίνει τὸ ὑγιαῖνον σῶμα καὶ μὴ, πρὸς ὃν μέχρι ποσοῦ ποιητέον ἕκαστον καὶ εὐ ὑγιαῖνον 15 εἰ δὲ ἕλαττον ἢ πλεόν, οὐκέτι· οὕτω καὶ τῷ σπουδαίῳ περὶ τὰς πράξεις καὶ αἰρέσεις τῶν φύσει μὲν ἀγαθῶν οὐκ ἐπαινετῶν δὲ δεῖ τινὰ εἶναι ὄρον καὶ ἕξεως καὶ τῆς αἰρέσεως, καὶ περὶ φυγῆς χρημάτων πλήθους καὶ ολιγότητος καὶ τῶν εὐτυχημάτων. (13) Ἐν μὲν οὖν τοῖς 20 πρότερον ἐλέχθη τὸ ὡς ὁ λόγος· τοῦτο δ' ἔστιν ὡσπερ ἂν εἴ τις ἐν τοῖς περὶ τὴν τροφήν εἴπειεν ὡς ἡ ἱατρικὴ καὶ ὁ λόγος ταύτης. Τοῦτο δ' ἀληθὲς μὲν, οὐ σαφὲς δέ. (14) Δεῖ δὴ ὡσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πρὸς τὸ ἄρχον ζῆν, καὶ πρὸς τὴν ἕξιν κατὰ τὴν ἐνέργειαν τὴν 25 τοῦ ἀρχοντος, οἷον δοῦλον πρὸς δεσπότου καὶ ἕκαστον πρὸς τὴν ἑκάστου καθήκουσαν ἀρχήν. (15) Ἐπεὶ δὲ καὶ ἄνθρωπος φύσει συνέστηκεν ἐξ ἀρχοντος καὶ ἀρχομένου, καὶ ἕκαστον ἂν δεῖ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἀρχὴν ζῆν. Αὕτη δὲ διττὴ· ἄλλως γὰρ ἡ ἱατρικὴ ἀρχὴ καὶ 30 ἄλλως ἡ ὑγίεια. Ταύτης δὲ ἕνεκα ἐκείνη. Οὕτω δ' ἔχει κατὰ τὸ θεωρητικόν. Οὐ γὰρ ἐπιτακτικῶς ἀρχων ὁ θεός, ἀλλ' οὐ ἕνεκα ἡ φρόνησις ἐπιτάττει. Διττὸν δὲ τὸ οὐ ἕνεκα διώρισται δ' ἐν ἄλλοις, ἐπεὶ ἐκείνός γε οὐθενὸς δεῖται. (16) Ὅτις οὖν ἀρεσίς καὶ κτῆσις τῶν 35 φύσει ἀγαθῶν ποιήσει τὴν τοῦ θεοῦ μάλιστα θεωρίαν, ἢ σώματος ἢ χρημάτων ἢ φίλων ἢ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν, αὕτη ἀρίστη, καὶ οὗτος ὁ ὄρος κάλλιστος· ἥτις δ' ἢ δι' ἐνδοίαν ἢ δι' ὑπερβολὴν κωλύει τὸν θεὸν θεραπεύειν καὶ θεωρεῖν, αὕτη δὲ φαύλη. (17) Ἐχει δὲ τοῦτο τῆ ψυχῆ, καὶ οὗτος τῆς ψυχῆς ὁ ὄρος ἀριστος, τὰ ἥκιστα αἰσθά- 40 νεσθαι τοῦ ἄλλου μέρους τῆς ψυχῆς, ἢ τοιοῦτον. Τίς μὲν οὖν ὄρος τῆς καλοκαγαθίας, καὶ τίς ὁ σκοπὸς τῶν ἀπλῶς ἀγαθῶν, ἔστω εἰρημένον.

nesto bonoque ea et utilia et honesta sunt : at plurimis hæc disconveniunt. Neque enim simpliciter bona, his quoque bona sunt ; sed bono sunt bona ; honesto vero bonoque etiam honesta, quippe qui multas honestas actiones propter eas ipsas conficiat. (10) Verum qui virtutes externarum rerum gratia amplectendas arbitratur, per accidens honesta facit. Quocirca virtus perfecta est honesta-bonitas (καλοκαγαθία). (11) Porro de voluptate dictum est, qualis, et quo pacto bonum sit, tum quod alia simpliciter jucunda sint, honestaque, alia vero simpliciter bona, jucundaque. Non fit autem voluptas nisi in actione. Quocirca vere beatus etiam jucundissime vivit ; neque id temere homines arbitrantur. (12) Et quoniam etiam medico propositus est terminus aliquis, ad quem referens sanum corpus judicat, et non sanum, cujus termini respectu aliquousque progrediendo sanum sit efficiendum quodque corpus, non etiam si plus sit, minusve : sic et viro probo circa actiones electionesque natura bonorum non laudabilium tamen, terminum quandam et de habitu, et de electione, ac fuga vel paucitatis vel copiae divitiarum, deque successibus constituere oportet. (13) In prioribus quidem ostensum est, hoc esse ut ratio dicat : quod idem est ac si quis dicat, se alimento sumendo omnia observare, ut medicina et ejus ratio dicat : quod verum quidem, sed non satis manifestum est. (14) Oportet igitur, sicut et ceteris, juxta quod imperat, juxtaque habitudinem et actionem imperantis, vitam instituire, velut servus juxta domini, singulique juxta convenientem suum principatum. (15) Quandoquidem et homo natura sua ex imperante subditoque constituitur, unumquodque necessum habet ad sui principis indolem se accommodare. Is autem princeps duplex est : aliter enim medicina, aliter sanitas imperat. Hujus autem gratia illa est. Sic et in contemplativis principatus habet. Neque enim jubendo Deus imperat, sed cujus gratia, prudentia præcipit. Duplex vero alicujus gratia : quod in aliis determinatum est, quoniam ille quidem nullo eget. (16) Quæ igitur electio possessioque natura-bonorum vel corporis, vel divitiarum, vel amicorum, vel reliquorum bonorum, considerare maxime Deum facit, hæc præstantissima est, atque hic terminus est pulcherrimus. Quæ vero vel ob defectum, vel ob excessum, considerare colereque Deum permittit minime, ea est pessima. (17) Atque sic quidem res habet animæ, et hic terminus ejus præstantissimus est, minimum, inquam, alteram (irracionalemque) animæ partem sentire, quatenus talis est. Qui igitur terminus honestæ-bonitatis, et quis simpliciter bonorum sit scopus, hunc in modum sit dictum.

[ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ]
ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΩΝ
ΚΑΙ ΚΑΚΙΩΝ.

[ARISTOTELIS]
DE VIRTUTIBUS
ET VITIIS.

CAP. I.

(1249,1250.)

Ἐπαινετὰ μὲν ἐστὶ τὰ καλὰ, ψεκτὰ δὲ τὰ αἰσχρά. Καὶ τῶν μὲν καλῶν ἡγοῦνται αἱ ἀρεταί, τῶν δ' αἰσχροῶν αἱ κακίαι. (2) Ἐπαινετὰ δ' ἐστὶ καὶ τὰ αἴτια τῶν ἀρετῶν καὶ τὰ παρεπόμενα ταῖς ἀρεταῖς καὶ τὰ γινόμενα ἀπ' αὐτῶν καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν, ψεκτὰ δὲ τὰ ἐναντία. (3) Τριμεροῦς δὲ τῆς ψυχῆς λαμβανομένης κατὰ Πλάτωνα, τοῦ μὲν λογιστικοῦ ἀρετὴ ἐστὶν ἡ φρόνησις, τοῦ δὲ θυμοειδοῦς ἡ πραότης καὶ ἡ ἀνδρεία, τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ ἡ τε σωφροσύνη καὶ ἡ ἐγκράτεια, ὅλης δὲ τῆς ψυχῆς ἡ τε δικαιοσύνη καὶ ἡ ἐλευθεριότης καὶ ἡ μεγαλοψυχία. (4) Κακία δ' ἐστὶ τοῦ μὲν λογιστικοῦ ἡ ἀφροσύνη, τοῦ δὲ θυμοειδοῦς ἡ τε ὀργιλότης καὶ ἡ δειλία, τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ ἡ τε ἀκολασία καὶ ἡ ἀκρατεία, ὅλης δὲ τῆς ψυχῆς ἡ τε ἀδικία καὶ ἀνελευθεριότης καὶ μικροψυχία.

Quemadmodum vehere laudibus quæ pulchra sunt, sic quæ sunt turpia, conviciis proscindere, par est. Sed inter pulchra quidem, virtutes, inter turpia vero vitia primatum tenent. (2) Laudari vero non ipsa modo virtus, sed causæ quoque, et comites, fructusque, et opus omne virtutis, ut contra reprehendi contraria debent. (3) Quum autem animæ partes, qualiter opinatur Plato, tres sint : in ea qua de agendis omittendisque dispicitur, est prudentia ; in parte incitabili, mansuetudo ac robur ; in parte cupiente, sobrietas ac continentia : communesque partium omnium harum, justitia, liberalitas ac magnanimitas. (4) Vitium vero est, in parte rationabili, stultitia ; in parte incitabili, ferocia et ignavia ; in parte cupiente, protervitas ac incontinentia : communesque partium earum omnium injustitia et illiberalitas, et abjectus animus.

CAP. II.

Ἔστι δὲ φρόνησις μὲν ἀρετὴ τοῦ λογιστικοῦ, παρασκευαστικὴ τῶν πρὸς εὐδαιμονίαν συντεινόντων. (2) Πραότης δ' ἐστὶν ἀρετὴ τοῦ θυμοειδοῦς, καθ' ἣν ὑπὸ ὀργῆς γίνονται δυσκίνητοι. (3) Ἀνδρεία δ' ἐστὶν ἀρετὴ τοῦ θυμοειδοῦς, καθ' ἣν δυσέκπληκτοί εἰσιν ὑπὸ φόβων τῶν περὶ θάνατον. (4) Σωφροσύνη δ' ἐστὶν ἀρετὴ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καθ' ἣν ἀνόρεκτοι γίνονται περὶ τὰς ἀπολαύσεις τῶν φαύλων ἡδονῶν. (5) Ἐγκράτεια δ' ἐστὶν ἀρετὴ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καθ' ἣν κατέχουσι τῶν λογισμῶν τὴν ἐπιθυμίαν ὀρμῶσαν ἐπὶ τὰς φαύλας ἡδονάς. (6) Δικαιοσύνη δ' ἐστὶν ἀρετὴ ψυχῆς διανεμητικῆς τοῦ κατ' ἀξίαν. (7) Ἐλευθεριότης δ' ἐστὶν ἀρετὴ ψυχῆς εὐδάπανος εἰς τὰ καλὰ. (8) Μεγαλοψυχία δ' ἐστὶν ἀρετὴ ψυχῆς, καθ' ἣν δύναται φέρειν εὐτυχίαν καὶ ἀτυχίαν καὶ τιμὴν καὶ ἀτιμίαν.

Prudentia igitur, rationabilis animi partis virtus est, qua ea quæ ad felicitatem suam tendunt, dispicientes sibi comparant. (2) Mansuetudo vero, incitabilis ad vindictam animi partis virtus est, per quam ægre ad iram concitantur. (3) Fortitudo vero, incitabilis ad vindictam animi partis virtus est, per quam ægre terroribus mortem minantibus concutiuntur. (4) Sobrietas vero, pronæ ad cupiditatem partis virtus est, qua fit ut in fruentis rebus sic versentur, pravas ut omnino voluptates ne appetant. (5) Continentia vero, pronæ ad cupiditatem partis virtus est, per quam in fruentis rebus pravas ad voluptates incitantem cupiditatem ratione sistunt ac continent. (6) Justitia vero, virtus animi, qua tribuitur quod cuique est par. (7) Liberalitas autem, animi virtus est, erogare, quatenus honestum est, parata. (8) Magnanimitas vero, virtus animi, qua ferre fortunam infortuniumque, honorem et ignominiam potest.

CAP. III.

Ἀφροσύνη δ' ἐστὶ κακία τοῦ λογιστικοῦ, αἰτία τοῦ ζῆν κακῶς. (2) Ὀργιλότης δ' ἐστὶ κακία τοῦ θυμοειδοῦς, καθ' ἣν εὐκίνητοι γίνονται πρὸς ὀργήν. (3) Δειλία δ' ἐστὶ κακία τοῦ θυμοειδοῦς, καθ' ἣν ἐκπλήττονται ὑπὸ φόβων, καὶ μάλιστα τῶν περὶ θάνατον. (4) Ἀκολασία δ' ἐστὶ κακία τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καθ' ἣν αἰροῦνται τὰς φαύλας ἡδονάς. [Περὶ μὲν τῆς ἀκρατείας οὐδέν·

Stultitia, rationis est vitium ac morbus, infelicis vitæ totius causa. (2) Iracundia, incitabilis ad vindictam partis vitium, unde procliviter iræ concedunt. (3) Timiditas, incitabilis ad vindictam partis vitium, quo terroribus facile concutiuntur, præsertim interitum minantibus. (4) Protervitas ac lascivia, pronæ ad cupiendum partis vitium est, quo pravas voluptates deligunt. [De incontinentia

οὕτω δὲ σὺ δύνασαι δρᾶζειν·] (6) Ἀκράτεια δ' ἐστὶ κακία τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καθ' ἣν παρασύρουσι τῇ ἀλογίᾳ τὴν ἐπιθυμίαν ὠλοῦσαν ἐπὶ τὰς τῶν φαύλων ἡδονῶν ἀπολαύσεις. (6) Ἀδικία δ' ἐστὶ κακία ψυχῆς, καθ' ἣν πλεονεκτικοὶ γίνονται παρὰ τὴν ἀξίαν. (7) Ἀνελευθερία δ' ἐστὶ κακία ψυχῆς, καθ' ἣν ὀρέγονται τοῦ πανταγόθεν κέρδους. (8) Μικροψυχία δ' ἐστὶ κακία ψυχῆς, καθ' ἣν ἀδύνατοί εἰσι φέρειν εὐτυχίαν καὶ ἀτυχίαν καὶ τιμὴν καὶ ἀτιμίαν.

nilil exstat hoc quidem loco a philosopho traditum : tu eam sic definire potes :] (5) Incontinentia, pronæ ad cupiendum partis vitium est : quo fit ut contra rationem avide cupita, turpium ad voluptatum illecebras ducentia, amplectimur attrahimusque. (6) Injustitia vero, vitium animi est, quo amplius quam par sit, qualibet in re habere polleatque volunt. (7) Illiberalitas autem, vitium, quo lucrum undecumque oblatum sectantur. (8) Pusillitas autem animi, vitium est, per quod fit ut nec fortunam nec infortunium, nec honorem nec ignominiam ferre possint.

CAP. IV.

10 Τῆς δὲ φρονήσεως ἐστὶ τὸ βουλευσασθαι, τὸ κρίναι τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ αἰρετὰ καὶ φευκτά, τὸ χρῆσθαι πᾶσι καλῶς τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς, τὸ δμιλῆσαι ὀρθῶς, τὸ συνιδεῖν τοὺς καιρούς, τὸ ἀγγίνως χρῆσασθαι καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ, τὸ τὴν ἐμπει-
 15 ρίαν ἔχειν τῶν χρησίμων πάντων. (2) Ἡ μνήμη δὲ καὶ ἐμπειρία καὶ ἀγγίνοια ἤτοι ἀπὸ τῆς φρονήσεως ἐκαστὴ αὐτῶν ἐστίν, ἣ παρέπεται τῇ φρονήσει· ἣ τὰ μὲν αὐτῶν οἷον συναίτια τῆς φρονήσεως ἐστὶ, καθάπερ ἐμπειρία καὶ ἡ μνήμη, τὰ δὲ οἷον μέρη αὐτῆς, οἷον
 20 εὐβουλία καὶ ἀγγίνοια. (3) Πραότητος δ' ἐστὶ τὸ δύνασθαι φέρειν μετριῶς ἐγκλήματα καὶ ὀλιγορίας, καὶ τὸ μὴ ταχέως ὀρμᾶν ἐπὶ τὰς τιμωρίας, καὶ τὸ μὴ ἐκίνητον εἶναι πρὸς τὰς ὀργάς, ἀπικρον δὲ τῷ ἔθει καὶ ἀφιλόνηκον, ἔχοντα τὸ ἡρεμαῖον ἐν τῇ ψυχῇ καὶ στά-
 25 σιμον. (4) Ἀνδρείας δ' ἐστὶ τὸ δυσέκπληκτον ὑπὸ φόβων τῶν περὶ θάνατον, καὶ τὸ εὐθαρσῆ ἐν τοῖς δεινοῖς, καὶ τὸ εὐτολμον πρὸς τοὺς κινδύνους, καὶ τὸ μᾶλλον αἰρεῖσθαι θεανάκην καλῶς ἢ αἰσχροῦς σωθῆναι, καὶ τὸ νίκης αἴτιον εἶναι. Ἔτι δὲ ἀνδρείας ἐστὶ καὶ τὸ πονεῖν
 30 καὶ καρτερεῖν καὶ αἰρεῖσθαι ἀνδραγαθίζεσθαι. Παρέπεται δὲ τῇ ἀνδρείᾳ καὶ ἡ εὐτολμία καὶ ἡ εὐψυχία καὶ τὸ θάρσος καὶ τὸ θράσος, ἔτι δὲ καὶ ἡ φιλοπονία καὶ ἡ καρτερία. (5) Σωφροσύνης δ' ἐστὶ τὸ μὴ θαυμάζειν τὰς ἀπολαύσεις τῶν σωματικῶν ἡδονῶν, καὶ τὸ εἶναι
 35 πάσης ἀπολαύσεως αἰσχροῦς ἡδονῆς ἀνὸρεκτον, καὶ τὸ φοβεῖσθαι καὶ τὴν δικαίαν ἀόειαν, καὶ τὸ τετάσθαι περὶ τὸν βίον ὁμοίως ἐν τε μικροῖς καὶ μεγάλοις. Παρέπεται δὲ τῇ σωφροσύνῃ εὐταξία, κοσμιότης αἰδώς, εὐλάβεια.

Prudentiæ est, et consilium capere, et bona malaque discernere, et petenda fugiendave in vita omnia judicare, et bonis iis quæ quidem concessa nobis natura sunt, praeclare uti, et recte cum hominibus congruere, et opportunitatem rerum cernere, et rationem orationemque sagaciter adhibere, et eorum quæ esse nobis possunt usui, omnium experimentum scientiamque tenere. (2) Ipsa vero memoria experientiaque et industria, aut a prudentia proficiscuntur, et comes ejus unaquæque earum existit : aut experimentum et memoria quidem concurrentes coadjutricesque causæ sunt ; industria vero et in dando consilio felicitas, partes prudentiæ sunt judicandæ. (3) Mansuetudinis est autem criminationes calumniasque et contemptus moderate ferre, ac ad vindictam celeriter non tendere, minimeque ad iram præcipitem esse : et quum nec insuavibus nec irritabilibus moribus sis, placidum stabilemque animum retinere. (4) At fortitudinis est, imperculso mortis ad minas animo esse, alacritatemque difficilibus in rebus servare, ad subeunda pericula animis abundare, malleque præclare mori, quam turpiter vivere servari cupere, auctoremque victoriæ existere. Ad hæc, laborare durareque quum velle tum posse, fortitudinis est. Hanc et animovitas, et generositas, et fiducia, et audacia, tum et sedulitas, et tolerantia sequuntur. (5) Sobrietatis autem sive moderationis, voluptatum corporearum illecebras minime mirari, nullaque turpis illectamenti delinitione duci, ac etiam licitis utendi rebus securitatem suspectam habere : et non magis quum ampliter, quam quum mediocriter suppetit, animum vitamque laxare est. Comes sobrietatis, quædam ordinis conservatio, et rerum munditia, et verecundia, et cautio est.

CAP. V.

40 Ἐγκρατείας δ' ἐστὶ τὸ δύνασθαι κατασχεῖν τῷ λογισμῷ τὴν ἐπιθυμίαν ὀρμῶσαν ἐπὶ φαύλας ἀπολαύσεις καὶ ἡδονάς, καὶ τὸ καρτερεῖν, καὶ τὸ ὑπομονητικὸν εἶναι τῆς κατὰ φύσιν ἐνδείας καὶ λύπης. (2) Δικαιοσύνης δ' ἐστὶ τὸ διανεμητικὸν εἶναι τοῦ κατ' ἀξίαν, καὶ
 45 σώζειν τὰ πάτρια ἔθνη καὶ τὰ νόμιμα, καὶ τὸ σώζειν τοὺς γεγραμμένους νόμους, καὶ τὸ ἀληθεύειν ἐν τῷ διαφέροντι, καὶ τὸ διαφυλάττειν τὰς ὁμολογίας. Ἔστι δὲ πρώτη τῶν δικαιοσυνῶν πρὸς τοὺς θεοὺς, εἶτα πρὸς δαίμονας, εἶτα πρὸς πατρίδα καὶ γονεῖς, εἶτα πρὸς τοὺς
 50 κατειργουμένους : ἐν οἷς ἐστὶν ἡ εὐσεβεία, ἥτοι μέρος οὔσα

Continentiæ vero, ratione cupiditatem turpes ad illecebras voluptatesque cientem compescere posse, et animo adversus naturalium rerum defectiones perturbationesque constanti esse ac durabili. (2) Justitiæ vero, ejus quod par et dignum quoque sit, qualibet in re rationem habere, et mores ac instituta patria, scriptasque leges conservare, veritatem, ubicumque refert, dicere, pactaque custodire. Prima vero justitia est, qua Deo : proxima, qua genis : tertia deinde, qua patriæ parentibusque : postrema, qua vita jam functis debitum suumque cuique officium præstamus. Inter quas pietas, aut pars justitiæ, aut ipsam con-

δικαιοσύνης, ἢ παρακολουθοῦσα. (3) Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ δικαιοσύνῃ καὶ δσιότητι καὶ ἀλήθειᾳ καὶ ἡ πίστις καὶ ἡ μισοπονηρία. (4) Ἐλευθεριότητος δ' ἐστὶ τὸ προστικόν εἶναι χρημάτων εἰς τὰ ἐπαινετά, καὶ σαφιλῆ ἐπὶ τῷ εἰς 5 τὰ δέοντα ἀναλωθῆναι, καὶ τὸ βοθητικόν εἶναι ἐν τῷ διαφόρῳ, καὶ τὸ μὴ λαβεῖν θῆεν μὴ δεῖ. Ἔστι δὲ ὁ ἐλευθερίος καὶ περὶ ἐσθῆτα καθαρὸς καὶ περὶ οἰκῆσιν, καὶ κατασκευαστικὸς τῶν περιττῶν καὶ καλῶν καὶ διαγωγῆν ἐχόντων ἡδεῖαν ἄνευ τοῦ λυσιτελοῦντος, καὶ θρε- 10 πτικὸς τῶν ζῶων τῶν ἴδιον ἐχόντων τι ἢ θαυμαστόν. (5) Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ἐλευθεριότητι τοῦ ἤθους ὑγρότης καὶ εὐαγωγία καὶ φιλανθρωπία καὶ τὸ εἶναι ἐλεητικόν καὶ φιλόφιλον καὶ φιλόξενον καὶ φιλόκαλον. (6) Μεγαλοψυχίας δ' ἐστὶ τὸ καλῶς ἐνεγκεῖν καὶ εὐτυχίαν καὶ 15 ἀτυχίαν καὶ τιμὴν καὶ ἀτιμίαν, καὶ τὸ θαυμάζειν μῆτε τρυφήν μῆτε θεραπείαν μῆτε ἐξουσίαν μῆτε τὰς νίκας τὰς ἐναγωνίους, ἔχειν δὲ τι βάθος τῆς ψυχῆς καὶ μέγεθος. Ἔστι δὲ μεγαλόψυχος οὐθ' ὁ τὸ ζῆν περὶ πολλοῦ ποιούμενος οὐθ' ὁ φιλόζυκος· ἀπλοῦς δὲ τῷ ἦθει 20 καὶ γενναῖος, ἀδικεῖσθαι δυνάμενος, καὶ οὐ τιμωρητικός. (7) Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ μεγαλοψυχίᾳ ἀπλότης καὶ ἀλήθεια.

sequens justitiam est. (3) Justitiam vero, et sanctitas, et veritas, et fides, et ipsum pravitatis totius odium consequitur. (4) Liberalitatis est, animo tali comparatum esse, ut opes suas honestas ad res erogare, utque in expendendo necessarias ad res abundare, tum ut subsidio sicubi maxime referat, esse, contraque ut inde, unde non decet, minime accipere velis. Liberalis autem vir, etiam vestes ac habitationem mundam amabit; sæpeque supervacuas, honestas modo, ac haud insuavem oblectationem habentes res, licet ipsi non magno usui futuras, comparabit: quale est, animantia aut jucundum aut admirabile quippiam præ se ferentia alere. (5) Comes hujus, quædam in moribus remissio, facilitasque, et humanitas; tum ad misericordiam, ad amicitiam, ad hospitalitatem, ad omnique præclarum propensio et amor est. (6) Magnanimitatis autem, felicitatem et infortunium, honorem et ignominiam præclare ferre; ac neque voluptatem, neque clientelam, neque potestatem, neque victorias eas quæ certando parantur, mirari: sed aliquod in animo profundum ac veluti pondus habere est. Est autem magnanimus is qui nec vivere faciat plurimi, nec vitam ipsam vehementer amet: sed simplici quodam animo generosoque quum sit, ferre injuriam absque vindictæ studio potest. (7) Comes hujus, simplicitas est, et veritas.

CAP. VI.

Ἄφροσύνης δ' ἐστὶ τὸ κρίνειν κακῶς τὰ πράγματα, τὸ βουλευσασθαι κακῶς, τὸ δμιλῆσαι κακῶς, τὸ χρή- 25 σασθαι κακῶς τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς, τὸ ψευδῶς δοξάζειν περὶ τῶν εἰς τὸν βίον καλῶν καὶ ἀγαθῶν. (2) Παρακολουθεῖ δὲ τῇ ἀφροσύνῃ ἀπειρία, ἀμαθία, ἔπαρσις, ἀμνημοσύνη. (3) Ὁργιλότητος δ' ἐστὶν εἶδη τρία· ἀπροχολία, πικρία, βαρυθυμία. Ἔστι δὲ τοῦ 30 ὀργίλου μὴ δύνασθαι φέρειν μὴδὲ τὰς μικρὰς ὀλιγωρήσεις, εἶναι δὲ κολαστικόν καὶ τιμωρητικόν καὶ εὐκίνητον πρὸς ὀργὴν καὶ ὑπὸ ἔργου καὶ ὑπὸ λόγου τοῦ τυχόντος. (4) Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ὀργιλότητι τὸ παροξυντικόν τοῦ ἤθους καὶ εὐμετάβολον, καὶ ἡ πικρολογία, καὶ τὸ ἐπὶ 35 μικροῖς λυπεῖσθαι, καὶ τὸ ταῦτα πάσχειν ταχέως καὶ παρὰ βραχὺν καιρόν. (5) Δειλιάς δ' ἐστὶ τὸ ὑπὸ τῶν τυχόντων φόβων εὐκίνητον εἶναι, καὶ μάλιστα τῶν περὶ θάνατον καὶ τὰς σωματικὰς πηρώσεις, καὶ τὸ ὑπολαμβάνειν κρείττον εἶναι ὀπωσοῦν σωθῆναι ἢ τελευτῆσαι 40 καλῶς. (6) Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ δειλίᾳ μαλακία, ἀνανδρία, ἀπονία, φιλοψυχία. ἴππεσι δὲ τις εὐλάβεια καὶ τὸ ἀφιλόνηκον τοῦ ἤθους. (7) Ἀκολασίας δ' ἐστὶ τὸ αἰρεῖσθαι τὰς ἀπολαύσεις τῶν ἡδονῶν τῶν βλαβερῶν καὶ αἰσχροῦν, καὶ τὸ ὑπολαμβάνειν εὐδαιμονεῖν μάλιστα 45 τοὺς ἐν ταῖς τοιαύταις ἡδοναῖς ὄντας, καὶ τὸ φιλογέλοιοι εἶναι καὶ τὸ φιλοσκώπτῃν καὶ φιλευτράπελον, καὶ τὸ βραδιουργόν εἶναι ἐν τοῖς λόγοις καὶ ἐν τοῖς ἔργοις. (8) Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ἀκολασίᾳ ἀταξία, ἀναίδεια, ἀκοσμία, τρυφή, βαθυμία, ἀμέλεια, ὀλιγωρία, ἔκλυσις. 50 (9) Ἀκράσιος δ' ἐστὶ τὸ κωλύοντος τοῦ λογισμοῦ τὰς ἀπολαύσεις τῶν ἡδονῶν αἰρεῖσθαι, καὶ τὸ ὑπολαμβάνοντα κρείττον εἶναι μὴ μετασχεῖν μὲν αὐτῶν, μετέχειν

Stultitiæ vero proprium, prave de rebus judicare, praveque consulere, prave presentibus cum rebus congregi conflictarique, falso de iis rebus quæ in vita bonæ malæque versantur, sentire est. (2) Comites ejus, inscitia, ruditas, ineptitudo sunt, ac oblitio. (3) Iracundiæ vero tria sunt genera: excandescentia, amarulentia, et quædam ex offensa torpescencia. Est autem iracundi hominis, contempliones imminutionesve sui vel minimas ferre minime posse, sed ad vindictam multatamque statim tendere, itaque et verbo et re qualibet ad iram perfacile moveri. (4) Consequitur hanc, concitatis mobilibusque in universum ut moribus reddat homines, ut amaro duroque sermone uti soleant, ut levissimas ob res ægritudine afficiantur, eaque subito ac momento patiantur. (5) Timiditatis autem est, ab undecumque venientibus terroribus commoveri facile, iis præsertim quæ vel mortem ipsam corpori, vel aliquam corpoream orbitatem inminent; tum qualitercumque superesse servarique, quam præclare oppetere, satius ducere. (6) Sequitur hanc animi mollitia, invirilitasque, et inertia, ac vitæ tuentis nimia cupiditas. Subest autem quædam huic cautio, moresque ejus alienos esse a contentione videmus. (7) Protervitatibus autem, perniciosarum turpiumque voluptatum illecebras sectari est, eosque qui his dediti sunt, felices maxime esse putare, risuque, et salibus, et facietis gaudere abundareque, denique quum rebus tum verbis supinum ac dissolutum esse. (8) Comites hujus, confusio, et impudentia, et inenustas, et luxuria, et levitas, negligentia, et contemptus et dissolutio sunt. (9) Incontinentiæ vero est, voluptatum illecebras ratione prohibente sectari, et his non potiri

δὲ μηδὲν ἤττον, καὶ τὸ οἰεσθαι μὲν δεῖν πράττειν καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ συμφέροντα, ἀρίστασθαι δὲ αὐτῶν διὰ τὰς ἡδονάς. (10) Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ἀκρασίᾳ μαλακία καὶ μεταμέλεια καὶ τὰ πλείστα ταυτὰ ἄ καὶ τῇ ἀκο-
 8 λασίᾳ.

quum satius esse ducas, nihilominus potiri velle; quumque recta et honesta quæ sunt, esse facienda statuas, ea voluptatis ergo deserere. (10) Comes incontinentiæ, mollitiæ poenitentiaque est, et omnia fere quæ protervitatem sequuntur.

CAP. VII.

Ἄδικίας δ' ἐστὶν εἶδη τρία· ἀσέβεια, πλεονεξία, ὕβρις. (2) Ἀσέβεια μὲν ἡ περὶ θεοῦ πλημμέλεια καὶ περὶ δαίμονας ἡ καὶ περὶ τοὺς κατοικοῦμένους, καὶ περιγόνεις καὶ περὶ πατρίδα· (3) πλεονεξία δὲ περὶ τὰ συμ-
 10 βόλαια, παρὰ τὴν ἀξίαν αἰρουμένη τὸ διάφορον· (4) ὕβρις δέ, καθ' ἣν τὰς ἡδονὰς αὐτοῖς παρασκευάζουσιν, εἰς ὄνειδος ἀγαγόντες ἑτέρους, ὅθεν Εὐῆνος περὶ αὐτῆς λέγει·

"Ἦτις κερδαίνουσι οὐδὲν ὁμῶς ἀδικεῖ.

16 (5) Ἔστι δὲ τῆς ἀδικίας τὸ παραβαίνειν τὰ πάτρια ἔθνη καὶ τὰ νόμιμα, καὶ τὸ ἀπειθεῖν τοῖς νόμοις καὶ τοῖς ἀρχαῖς, τὸ ψεύδεσθαι, τὸ ἐπιορκεῖν, τὸ παραβαίνειν τὰς ὁμολογίας καὶ τὰς πίστεις. (6) Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ἀδικίᾳ συκοφαντία, ἀλαζονεία, φιλανθρωπία προσποιή-
 20 τος, κακοήθεια, πανουργία. (7) Ἀνελευθερίας δ' ἐστὶν εἶδη τρία· αἰσχροκεδρία, φειδωλία, χιμβεία. (8) Αἰσχροκεδρία μὲν, καθ' ἣν κερδαίνειν ζητοῦσι πανταγόθεν, καὶ τὸ κέρδος τῆς αἰσχύνης περὶ πλείονος ποιού-
 25 ται· (9) φειδωλία δ' ἐστὶ καθ' ἣν ἀδάπανοι γίνονται τῶν χρημάτων εἰς τὸ δέον· (10) χιμβεία δ' ἐστὶ καθ' ἣν ἀπανωσι μὲν, κατὰ μικρὸν δὲ καὶ κακῶς, καὶ πλεόν βλάπτονται τῷ μὴ κατὰ καιρὸν ποιεῖσθαι τὸ διάφορον. (11) Ἔστι δὲ τῆς ἀνελευθερίας τὸ περὶ πλείστου ποιεῖ-
 30 ποιούντων τὸ κέρδος, βίος θητικὸς καὶ δουλοπρεπὴς καὶ ρυπαρὸς, φιλοτιμίας καὶ ἐλευθερίας ἀλλότριος. (12) Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ἀνελευθερίᾳ μικρολογία, βαρυσυμία καὶ μικροψυχία, ταπεινότης, ἀμετρία, ἀγένεια, μισανθρωπία. (13) Μικροψυχίας δ' ἐστὶ τὸ μῆτε τιρῆν
 35 μῆτε ἀτιμίαν, μῆτε εὐτυχίαν μῆτε ἀτυχίαν δύνασθαι φέρειν, ἀλλὰ τιμώμενον μὲν χαυνοῦσθαι, μικρὰ δὲ εὐ-
 τυγήσαντα ὑπεξείρεσθαι, ἀτιμίαν δὲ μὴδὲ τὴν ἐλαγίστην ἐνεγκεῖν δύνασθαι, ἀπότρυγμα δ' ἄτην καὶ ἀτυχίαν κρίνειν μεγάλην, ὀδύρεσθαι δ' ἐπὶ πᾶσι καὶ δυσφορεῖν.
 40 Ἔτι δὲ τοιοῦτος ἐστὶν ὁ μικροψυχὸς οἷος πάντα τὰ ὀλιγορήματα καλεῖν ὕβριν καὶ ἀτιμίαν, καὶ τὰ δι' ἀγνοίαν ἢ λήθην γιγνόμενα. (14) Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ μικροψυχίᾳ μικρολογία, μεμψιμοιρία, δυσελπιστία, ταπεινότης.

Injustitiæ vero genera tria reperiuntur : impietas, arrogantia, contumelia. (2) Impietas quidem erga deos, et genios, aut etiam erga mortuos, tum erga parentes, et patriam, rectum non servans. (3) Arrogantia vero, circa contractus commerciumque vitæ, supra quam merita est præpollere volens. (4) Contumelia vero, voluptatem sibi sic struens, in probum ac dedecus alios ut ducat. Recteque de ea sic Evensus :

Quæ detrimentum dat lucra nulla ferens.

(5) Iniquitatis est vero, mores ritusque patrios prævaricari, legibus et auctoritati publicæ subesse non velle, mentiri etiam, ac pejorare, pactaque transgredi, et fidem fallere. (6) Hanc calumnia, jactantiaque, ac humanitatis simulatio, et perversitas, dolusque malus sequuntur. (7) Illiberalitatis quoque genera tria sunt : turpilucrium, parcitas, tenacitas. (8) Turpilucrium, quo quarere lucrumque ex re qualibet facere non pudet, plurisque lucrum quam ignominia est. (9) Parcitas autem, qua honestas necessariaque ad res nostras minime sustinemus impendere. (10) Tenacitas autem, qua impendunt quidem, tenuiter vero maligneque adeo, plus ut incommodent, dum sumptus in tempore non faciunt. (11) Illiberalitatis est, maximi pecuniam facere, inque faciendo lucro probum nullum inesse putare. Mercenaria hæc servilisque ac sordida vita, ab omnique honorum studio ac liberalitate aliena est; (12) qua usu nobis venit, ut nostris in rationibus quidem angustia circumdemur; in studiis vero ac voluntatibus, veluti pondus ac molem objectam habeamus; ac omnino pusillitas, ac dejectio, ingenerositasque animi, ac humanitatis totius odium, nos ut consequatur. (13) Pusillitatis autem, neque fortunam nec infortunium, neque honorem nec ignominiam ferre posse est; sed honore subeunte tumescere vanumque reddi, fortuna vero vel paululum aspirante, continuo extolli; ignominiam ne minimam quidem sustinere posse : repulsam vero frustrationemque quantumvis exiguam, infortunium ingens esse judicare, omnemque eam lacrimis prosequi ac ægre ferre. Denique talis pusillus homo est, qui omnem neglectum sui, etiam qui per ignorantiam oblivionemve evenit, injuriam ac contumeliam dicat. (14) Hanc angustia, querimoniaque, et diffidentia, et depressio quadam animi sequitur.

CAP. VIII.

Καθόλου δὲ τῆς μὲν ἀρετῆς ἐστὶ τὸ ποιεῖν σπουδαίαν
 τὴν διαθέσιν περὶ τὴν ψυχὴν, ἡρεμαίαις καὶ τεταγμέ-
 ναις κινήσεσι χρωμένῃ, συμφωνοῦσαν κατὰ πάντα τὰ
 μέρη· διὸ καὶ δοκεῖ παράδειγμα πολιτείας ἀγαθῆς εἶναι
 6 ψυχῆς σπουδαία διαθέσις. (2) Ἔστι δὲ ἀρετῆς καὶ τὸ
 εὐεργετεῖν τοὺς ἀξίους, καὶ τὸ φιλεῖν τοὺς ἀγαθοὺς, καὶ
 τὸ μῆτε κολαστικὸν εἶναι μῆτε τιμωρητικόν, ἀλλὰ ἴλεων
 καὶ εὐμενικὸν καὶ συγγνωμονικόν. (3) Ἀκολουθεῖ δὲ
 τῇ ἀρετῇ χρηστότης, ἐπιείκεια, εὐγνωμοσύνη, ἐλπίς
 10 ἀγαθῆ. Ἔτι δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα οἷον φίλοικον εἶναι
 καὶ φιλόφιλον, φιλέταιρον, φιλόξενον, φιλόθρωπον καὶ
 φιλόκαλον· ἃ δὴ πάντα τῶν ἐπαινουμένων ἐστίν.
 (4) Τῆς δὲ κακίας ἐστὶ τὰ ἐναντία.

In universam autem animus rite compositus ut sit, placidusque ac moderatis et suis motibus ut feratur, omnesque per partes ipsius velut harmonia, ut consonet, efficere, virtutis est. Itaque perfectæ reipublicæ similis virtuosus animi status esse videtur. (2) Est vero virtutis et hoc, beneficiis dignos afficere, bonos amicitia sua dignari; tum nec pœnæ nec vindictæ cupidum, sed misericordem clementemque, ac veniam concedere paratum esse. (3) Comites virtutis, probitas, æquitas, candor, spes bona sunt: præterea alia ejusmodi, velut familiarium, amicorum, sociorum, hospitem, hominum denique omnium, eorumque bonorum præsertim, amor. Quæ quidem laudatorum de numero sunt omnia. (4) Vitium vero contrariis per omnia præditum est moribus.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΦΥΣΙΚΗΣ
ΑΚΡΟΑΣΕΩΣ

ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

ARISTOTELIS
NATURALIS
AUSCULTATIONIS

LIBER PRIMUS.

CAP. I.

(181.)

Ἐπειδὴ τὸ εἰδέναι καὶ τὸ ἐπίστασθαι συμβαίνει
περὶ πάσας τὰς μεθόδους, ὧν εἰσιν ἀρχαὶ ἢ αἷτια
ἢ στοιχεῖα, ἐκ τούτων γινώσκουσιν (τότε γὰρ οἰόμεθα
γινώσκουσιν ἕκαστον, ὅταν τὰ αἷτια γινώσκωμεν τὰ
πρῶτα καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς πρῶτας καὶ μέχρι τῶν
στοιχείων), δῆλον ὅτι καὶ τῆς περὶ φύσεως ἐπιστήμης
πειρατέον πρότερον διορίσασθαι τὰ περὶ τὰς ἀρχὰς.
(2) Πέφυκε δὲ ἐκ τῶν γνωριμωτέρων ἡμῖν ἡ ὁδὸς καὶ
σαφέστερων ἐπὶ τὰ σαφέστερα τῆ φύσει καὶ γνωριμώ-
10 τερα· οὐ γὰρ ταῦτά ἡμῖν τε γνώριμα καὶ ἀπλῶς· διό-
περ ἀνάγκη τὸν τρόπον τοῦτον προάγειν ἐκ τῶν ἀσαφε-
στέρων μὲν τῆ φύσει, ἡμῖν δὲ σαφέστερων, ἐπὶ τὰ
σαφέστερα τῆ φύσει καὶ γνωριμώτερα. (3) Ἔστι
δ' ἡμῖν τὸ πρῶτον δῆλα καὶ σαφῆ τὰ συγκεχυμένα
15 μᾶλλον ὕστερον δὲ ἐκ τούτων γίνεται γνώριμα τὰ στοι-
χεῖα καὶ αἱ ἀρχαὶ διαιρούσι ταῦτα. (4) Διὸ ἐκ τῶν
καθόλου ἐπὶ τὰ καθ' ἕκαστα δεῖ προῖέναι. Ἐὶ γὰρ
ἄλλο κατὰ τὴν αἴσθησιν γνωριμώτερον· τὸ δὲ καθό-
λου ἄλλο τί ἐστὶ· πολλὰ γὰρ περιλαμβάνει ὡς μέρη
20 τὸ καθόλου. (5) Πέπονθε δὲ ταῦτο τοῦτο τρόπον τινὰ
καὶ τὰ ὀνόματα πρὸς τὸν λόγον. Ὅλον γὰρ τι καὶ
ἀδιορίστως σημαίνει, οἷον ἡ κύκλος· ὁ δὲ ὁρισμὸς αὐτοῦ
διαιρεῖ εἰς τὰ καθ' ἕκαστα. Καὶ τὰ παιδία δὲ τὸ μὲν
25 πρῶτον προσαγορεύει πάντας τοὺς ἀνδρας πατέρας
καὶ μητέρας τὰς γυναῖκας, ὕστερον δὲ διορίζει τούτων
ἕκαστον.

Quoniam cognitio et scientia in omnibus methodis,
quarum sunt principia vel causae vel elementa, ex horum
notitia proficiscitur (tunc enim putamus unumquodque
cognoscere, quum causas primas noverimus et principia pri-
ma, et usque ad elementa), perspicuum est huc quoque ten-
tandum esse ut primum definiantur ea quae ad principia natu-
ralis scientiae pertinent. (2) Naturaliter autem constituta est
via ab iis quae sunt nobis notiora et clariora, ad ea quae
sunt clariora et notiora natura; non enim eadem sunt et
nobis nota, et simpliciter: quare necesse est hoc modo pro-
gredi, nimirum ex iis quae natura quidem sunt obscuriora,
nobis tamen sunt clariora, ad ea quae sunt notiora et cla-
riora natura. (3) Ea vero sunt nobis primum perspicua et
manifesta, quae sunt magis confusa; deinde iis qui haec
dividunt, ex ipsis elementa et principia innoscunt. (4) Id-
circo ab universalibus ad singularia progredi oportet. Totum
enim secundum sensum notius est: universale autem est
totum quiddam, quoniam universale multa, tanquam par-
tes, comprehendit. (5) Sic affecta quodammodo sunt etiam
nomina erga definitionem. Totum enim quiddam et inde-
finite significant, veluti Circulus: definitio vero ejus divi-
dit in singulas partes. Ac pueri quoque primum omnes
viros appellant patres, et omnes mulieres matres; postea
vero discernunt horum utrumque.

CAP. II.

Ἀνάγκη δ' ἦτοι μίαν εἶναι τὴν ἀρχὴν ἢ πλείους·
καὶ εἰ μίαν, ἦτοι ἀκίνητον, ὡς περὶ φυσικῶν Παρμενίδης
καὶ Μελίσσος, ἢ κινουμένην, ὡς περὶ οἱ φυσικοὶ, οἱ μὲν
30 ἀέρα φάσκοντες εἶναι, οἱ δὲ ὕδωρ, τὴν πρώτην ἀρχὴν·
εἰ δὲ πλείους, ἢ πεπερασμένας ἢ ἀπείρους· καὶ εἰ
πεπερασμένας, πλείους δὲ μίαν ἢ δύο ἢ τρεῖς ἢ τέτ-
ταρας ἢ ἄλλον τινὰ ἀριθμόν· καὶ εἰ ἀπείρους, ἢ οὕτως
ὡς περὶ Δημόκριτος, τὸ γένος ἓν, σχήματι δὲ ἢ εἶδει
35 διαφερούσας, ἢ καὶ ἐναντίας. (2) Ὁμοίως δὲ ζητοῦσι

Necesse est autem aut unum esse principium, aut
plura; et, si unum sit, aut esse immobile, ut inquit Parme-
nides et Melissus; aut quod moveatur, ut aiunt physici:
quorum alii aerem, alii aquam statuunt esse primum prin-
cipium. Quodsi plura sint, necesse est vel esse finita vel
infinita; et, si finita, uno autem plura, certe vel esse duo,
vel tria, vel quattuor, vel aliquo alio numero: si infinite
vel oportet sic esse ut censuit Democritus, nimirum genere
unum, figura autem vel forma discrepantia, aut etiam con-
traria. (2) Similiter etiam in quaerunt, qui quaerunt quot

καὶ οἱ τὰ ὄντα ζητοῦντες πόσα· ἐξ ὧν γὰρ τὰ ὄντα
 ἐστὶ ζητοῦσι πρῶτον, ταῦτα πότερον ἐν ἢ πολλὰ·
 καὶ εἰ πολλὰ, εἰ πεπερασμένα ἢ ἀπειρα. Ὡστε τὴν
 ἀρχὴν καὶ τὸ στοιχεῖον ζητοῦσι, πότερον ἐν ἢ πολλὰ.
 (3) Τὸ μὲν οὖν εἰ ἐν καὶ ἀκίνητον τὸ ὄν σκοπεῖν οὐ
 περὶ φύσεως ἐστὶ σκοπεῖν. Ὡς περὶ γὰρ καὶ τῶ γεω-
 μέτρῃ οὐκέτι λόγος ἐστὶ πρὸς τὸν ἀνελόντα τὰς ἀρχάς,
 ἀλλ' ἤτοι ἐτέρας ἐπιστήμης ἢ πασῶν κοινῆς, οὕτως
 οὐδὲ τῶ περὶ ἀρχῶν· οὐ γὰρ ἐτι ἀρχὴ ἐστίν, εἰ
 ἐν μόνον καὶ οὕτως ἐν ἐστίν. Ἡ γὰρ ἀρχὴ τινὸς
 ἢ τινῶν. (4) Ὅμοιον δὲ τὸ σκοπεῖν εἰ οὕτως ἐν καὶ
 πρὸς ἄλλην θέσιν ὁποιανοῦν διαλέγεσθαι τῶν λόγου
 ἕνεκα λεγομένων, ὅσον τὴν Ἑρακλείτειον· ἢ εἰ τις φαίη
 ἀνθρώπων ἓνα τὸ ὄν εἶναι· (5) ἢ λυεῖν λόγον ἑριστικόν,
 ὅσπερ ἀμφότεροι μὲν ἔχουσιν οἱ λόγοι, καὶ ὁ Μελίσσου
 καὶ ὁ Παρμενίδου· καὶ γὰρ ψευδῆ λαμβάνουσι καὶ
 ἀσυλλόγιστοί εἰσι· μᾶλλον δὲ ὁ Μελίσσου φορτικὸς
 καὶ οὐκ ἔχων ἀπορίαν, ἀλλ' ἐνὸς ἀτόπου δοθέντος
 τᾶλλα συμβαίνει. Τοῦτο δὲ οὐδὲν χαλεπόν. (6) Ἡμῖν
 δὲ ὑποκείσθω τὰ φύσει ἢ πάντα ἢ ἓνια κινούμενα
 εἶναι· δῆλον δὲ ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς. Ἄμα δὲ οὐδὲ λύειν
 ἀπαντα προσήκει, ἀλλ' ἢ ὅσα ἐκ τῶν ἀρχῶν τις ἐπι-
 δεικνύς ψεύδεται, ὅσα δὲ μή, οὐ, ὅσον-τὸν τετραγω-
 νισμὸν τὸν μὲν διὰ τῶν τμημάτων γεωμετρικοῦ δια-
 λῦσαι, τὸν δὲ Ἀντιφῶντος οὐ γεωμετρικοῦ. (7) Οὐ
 μὴν ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ φύσεως μὲν οὐ, φυσικὰς δὲ ἀπο-
 ρίας συμβαίνει λέγειν αὐτοῖς, ἴσως ἔχει καλῶς ἐπὶ
 μικρὸν διαλεχθῆναι περὶ αὐτῶν· ἔχει γὰρ φιλοσοφίαν
 ἢ σκέψιν. [III.] (8) Ἀρχὴ δὲ οἰκειοτάτη πασῶν, ἐπειδὴ
 πολλαχῶς λέγεται τὸ ὄν, ἰδεῖν πῶς λέγουσιν οἱ λέγον-
 τες εἶναι ἐν τὰ πάντα, πότερον οὐσίαν τὰ πάντα
 ἢν ποσὰ ἢ ποιὰ, καὶ πάλιν πότερον οὐσίαν μίαν τὰ
 πάντα, ὅσον ἀνθρώπων ἓνα ἢ ἵππων ἓνα ἢ ψυχῶν μίαν,
 ἢ ποιὸν ἐν δὲ τοῦτο, ὅσον λευκὸν ἢ θερμὸν ἢ τῶν
 ἄλλων τι τῶν τοιούτων· ταῦτα γὰρ πάντα δια-
 φέρει τε πολὺ καὶ ἀδύνατα λέγειν. (9) Εἰ μὲν γὰρ
 ἔσται καὶ οὐσία καὶ ποσὸν καὶ ποιόν, καὶ ταῦτα
 εἴτ' ἀπολελυμένα ἀπ' ἀλλήλων εἴτε μή, πολλὰ τὰ ὄντα·
 εἴτ' ἐν δὲ πάντα ποιὸν ἢ ποσόν, εἴτ' οὕσης οὐσίας εἴτε
 μὴ οὕσης, ἄτοπον, εἰ δὲ ἄτοπον λέγειν τὸ ἀδύνα-
 τον. Οὐδὲν γὰρ τῶν ἄλλων χωριστόν ἐστι παρὰ τὴν
 οὐσίαν· πάντα γὰρ καθ' ὑποκειμένου τῆς οὐσίας λέ-
 γεται. (10) Μελίσσος δὲ φησὶ τὸ ὄν ἀπειρον εἶναι.
 Ποσὸν ἄρα τι τὸ ὄν· τὸ γὰρ ἀπειρον ἐν τῶ ποσῶ· οὐσίαν
 δὲ ἀπειρον εἶναι ἢ ποιότητα ἢ πάθος, οὐκ ἐνδέχεται
 εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός, εἰ ἄμα καὶ ποσὰ ἄττα εἶεν·
 ὁ γὰρ τοῦ ἀπείρου λόγος τῶ ποσῶ προσχρῆται, ἀλλ'
 οὐκ οὐσία οὐδὲ τῶ ποιῶ. Εἰ μὲν τοίνυν καὶ οὐσία
 ἐστὶ καὶ ποσόν, δύο καὶ οὐχ ἐν τὸ ὄν· εἰ δ' οὐσία μό-
 νον, οὐκ ἀπειρον, οὐδὲ μέγεθος ἔξει οὐδέν· ποσὸν γὰρ
 τι ἔσται. (11) Ἐτι ἐπεὶ καὶ αὐτὸ τὸ ἐν πολλαχῶς
 λέγεται, ὥσπερ καὶ τὸ ὄν, σκεπτέον τίνα τρόπον λέγου-
 σιν εἶναι ἐν τὸ πᾶν. Λέγεται δ' ἐν ἢ τὸ συνεχές
 ἢ τὸ ἀδιαίρετον ἢ ὄν ὁ λόγος ὁ αὐτός καὶ εἰς ὁ τοῦ

sint entia : primum enim quaerunt, utrum haec, ex quibus
 entia constant, unum sint, an multa; et, si multa sint,
 utrum sint finita, an infinita. Quocirca quaerunt, utrum
 principium ac elementum sit unum, an multa. (3) Porro
 haec consideratio, an unum sit ens et immobile, non est
 consideratio de natura. Quemadmodum enim minime est
 geometrae disputare adversus eum qui geometriae prin-
 cipia evertit, sed ea disputatio est vel alterius scientiae,
 vel omnium communis : ita etiam ei qui de principiis phy-
 siccis agit, non est disputandum adversus negantes principia
 physica : quia non est amplius principium, si est tantum
 unum, et ita unum : quandoquidem principium est alicu-
 jus, vel aliquorum. (4) Perinde igitur est, considerare an
 ita sit unum principium, ac si contra quamvis aliam the-
 sin disceptetur, quae disputationis causa asseratur; veluti
 adversus thesin Heracliteam : vel si quis affirmarit id
 quod est, esse unum hominem : (5) aut solvere argumenta-
 tionem litigiosam, quam ambo quidem sermones habent, tam
 Melissi quam Parmenidis (etenim falsa accipiunt, neque
 concludunt), sed ratio Melissi est magis importuna, nec
 habet dubitationem, sed uno absurdo dato, cetera eveniunt :
 hoc vero non est difficile. (6) Nos autem supponamus, quae
 natura constant, vel omnia vel quaedam moveri : quod
 quidem per inductionem perspicuum est. Simul autem nec
 solvere omnia decet, sed ea tantum, quae ex principiis
 demonstrans quispiam falso concludit : quae vero non ita
 concluduntur, nequaquam solvenda sunt. Exempli gratia,
 tetragonismum qui per segmenta fit, geometrae est dis-
 solvere; Antiphontis vero tetragonismum dissolvere, non
 est geometrae. (7) Sed quia, licet non de natura, tamen
 naturales dubitationes eos dicere contingit : fortassis e re
 erit paululum de his disserere : habet enim in se philoso-
 phiam haec consideratio. [III.] (8) Principium autem
 omnium accommodatissimum est, ut videamus, quoniam
 ens multis modis dicitur, quonam modo id accipiant qui
 inquirunt omnia esse unum : utrum intelligant omnia esse
 substantiam an esse quanta, an qualia. Rursus, utrum
 omnia esse unam substantiam, ut hominem unum, vel
 equum unum, vel animam unam; an unum quale, ut
 album, vel calidum, vel aliud quiddam tale. Haec enim
 omnia longe inter se differunt, ac dici nequeunt. (9) Ete-
 nim si sit et substantia, et quantum, et quale (sive
 haec sint a se invicem sejuncta, sive non), certe multa
 entia sunt. Si vero omnia sint quantum, vel quale,
 sive etiam substantia sit, sive non sit; absurdum est,
 si tamen absurdum dicere oportet quod est impossibile.
 Nihil enim aliud separabile est praeter substantiam :
 quoniam reliqua omnia de subjecta substantia dicuntur.
 (10) Atqui Melissus inquit ens infinitum esse. Ens igitur est
 quantum quiddam : quoniam infinitum est in quantitate :
 substantia vero, aut qualitas, aut affectio non potest esse
 infinita, nisi ex accidenti, videlicet si simul quaedam
 quanta sint. Nam in definitione infiniti quantum adhibetur,
 non substantia, nec quale. Ergo si et substantia est, et
 quantum, duo sunt entia, non unum. Quodsi substantia
 τος ἢ ἐκ μὴ ὄντος γίνεσθαι, ἢ τὸ μὴ ὄν ἢ τὸ ὄν ποιεῖ.

merabilis : magia enim est hoc aliquid : nec per accidens ex
 eo fit quod fit : privatio autem et contrarietas est accidens.
 Forma vero est unum principium ut ordo, aut musica, aut
 aliud quiddam eorum quæ sic attribuuntur. (14) Quo-
 propter quum duo principia dici possunt, tum etiam tria.
 Et partim contraria; veluti, si quis dicat musicum et mu-
 sicæ expertis, aut calidum et frigidum, aut harmonia con-
 stans et harmonia carens : partim non contraria : quia con-
 traria vicissim pati nequeunt. Sed et hoc solvitur, quoniam
 subjectum aliud est : hoc enim non est contrarium. Quo-
 circa principia nec plura quodammodo sunt, quam con-
 traria, sed duo tantum, ut ita dicam, numero : nec rursus
 sunt omnino duo, quia diversa est eorum essentia, sed sunt
 tria : alia enim est hominis, alia musicæ expertis essentia,
 nec non ejus quod figura caret et æris. (15) Quot igitur sint
 principia rerum naturalium, quæ sub generationem cadunt,
 et quomodo lot sint, dictum est : et constat opus esse ut ali-
 quid subjiciatur contrariis, et contraria duo esse : sed alio
 quodam modo hoc non esse necessarium. Sufficiet enim al-
 terum contrarium ad efficiendam sua absentia et præsentia
 mutationem. (16) Subjecta vero natura sciri potest pro-
 portione. Ut enim ad statuum æs, vel ad lecticam lignum,
 vel ad aliud quiddam eorum quæ formam habent, mate-
 ria, et quod forma caret, se habet priusquam formam ac-
 ceperit : sic ipsa ad substantiam se habet, et ad id quod
 est hoc aliquid, atque ens. Hoc igitur est unum princi-
 pium, quum tamen non sit ita unum, nec ita ens, ut hoc
 aliquid; sed unum secundum rationem. Insuper est et hinc
 contrarium, id est privatio. (17) Hæc autem quomodo
 sint duo, et quomodo plura, dictum fuit in superioribus :
 ac primum quidem dictum fuit, tantum contraria esse prin-
 cipia : postea vero necesse esse etiam aliud quiddam sub-
 jici, et esse tria principia. Ex iis vero quæ nunc exposita
 fuere, patet quæ sit differentia contrariorum, et quomodo
 principia sint inter se affecta, et quid sit quod subjicitur.
 (18) Utrum autem forma an subjectum sit rei essentia,
 nondum manifestum est : sed principia esse tria, et quo-
 modo sint tria, et quis sit eorum modus, est manifestum.
 Quot igitur, et quæ sint principia, ex his perspiciat.

Atque hoc tantum modo veterum dubitationem dis-
 solvi, post hæc dicemus. Primi namque philosophi verita-
 tem et rerum naturam quærentes aberrarunt, quasi in
 aliam quandam viam præ imperitia abducti : atque asse-
 runt, eorum quæ sunt, nihil fieri aut interire, propterea
 quod necesse est, ut quod fit, vel fiat ex ente, vel ex non-
 ente : ex his autem utrisque fieri nequit : quia neque ens
 fit, quum jam sit; ex nihilo autem nihil fit, quoniam ali-
 quid subjici oportet. (2) Atque ita deinceps consecutio-
 nem augentes, non esse multas res iniqui, sed tantum-
 modo ipsum ens. Illi igitur hanc opinionem conceperunt ob
 ea quæ dicta sunt. (3) Nos autem dicimus, hæc, ex ente
 vel non-ente fieri, aut non-ens vel ens facere quippiam,
 seu pati, aut quodvis fieri illud, uno modo nihil dif-

τι ἢ πάσχειν ἢ ὄτιοῦν τόδε γίνεσθαι, ἓνα μὲν τρόπον οὐδὲν διαφέρει ἢ τὸ τὸν ἱατρὸν ποιεῖν τι ἢ πάσχειν ἢ τὸ ἐξ ἱατροῦ εἶναι τι ἢ γίνεσθαι. (4) Ὡστ' ἐπειδὴ τοῦτο διγῶς λέγεται, δῆλον ὅτι καὶ τὸ ἐξ ὄντος καὶ τὸ ὄν ἢ ποιεῖν ἢ πάσχειν. Οἰκοδομεῖ μὲν οὖν ὁ ἱατρός οὐχ ἢ ἱατρός, ἀλλ' ἢ οἰκοδόμος· καὶ λευκὸς γίνεσθαι οὐχ ἢ ἱατρός, ἀλλ' ἢ μέλας· ἱατρεύει δὲ καὶ ἀνίατρος γίνεσθαι ἢ ἱατρός. Ἐπει δὲ μάλιστα λέγομεν κυρίως τὸν ἱατρὸν ποιεῖν τι ἢ πάσχειν ἢ γίνεσθαι ἐξ ἱατροῦ, ἐὰν 10 ἢ ἱατρός ταῦτα πάσχη ἢ ποιῇ ἢ γίγηται, δῆλον ὅτι καὶ τὸ μὴ ἐξ ὄντος γίνεσθαι, τοῦτο σημαίνει τὸ ἢ μὴ ὄν. Ὅπερ ἐκεῖνοι μὲν οὐ διελόντες ἀπέστησαν, καὶ διὰ ταύτην τὴν ἀγνοίαν τοσοῦτον προσηγήθησαν, ὥστε μὴ θὰν οἴεσθαι γίνεσθαι μὴδὲ εἶναι τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἀνε- 15 λεῖν πᾶσαν τὴν γένεσιν. (5) Ἡμεῖς δὲ καὶ αὐτοὶ φα- μεν γίνεσθαι μὲν οὐδὲν ἀπλῶς ἐκ μὴ ὄντος, ὁμοῦ μὲντοι γίνεσθαι ἐκ μὴ ὄντος, ὅσον κατὰ συμβεθῆκος· ἐκ γὰρ τῆς στερήσεως, ὃ ἐστὶ καθ' αὐτὸ μὴ ὄν, οὐκ ἐνυ- πάρχοντος γίνεσθαι τι. Θαυμάζεται δὲ τοῦτο καὶ ἀδύ- 20 νατον οὕτω δοκεῖ, γίνεσθαι τι ἐκ μὴ ὄντος. (6) Ὡσαύ- τως δὲ οὐδ' ἐξ ὄντος οὐδὲ τὸ ὄν γίνεσθαι, πλὴν κατὰ συμβεθῆκος. Οὕτω δὲ καὶ τοῦτο γίνεσθαι τὸν αὐτὸν τρόπον, ὅσον εἰ ἐκ ζώου ζῶον γίγνοιτο καὶ ἐκ τινὸς ζώου τι ζῶον, ὅσον εἰ κύων ἐξ ἔππου γίγνοιτο. 25 Γίγνοιτο μὲν γὰρ ἂν οὐ μόνον ἐκ τινὸς ζώου ὁ κύων, ἀλλὰ καὶ ἐκ ζώου, ἀλλ' οὐχ ἢ ζῶον· ὑπάρχει γὰρ ἡδη τοῦτο· εἰ δὲ τι μέλλει γίνεσθαι ζῶον μὴ κατὰ συμβε- θεῆκος, οὐκ ἐκ ζώου ἔσται· (7) καὶ εἰ τι ὄν, οὐκ ἐξ ὄντος, οὐδ' ἐκ μὴ ὄντος· τὸ γὰρ ἐκ μὴ ὄντος εἴρηται 30 ἡμῖν τί σημαίνει, ὅτι ἢ μὴ ὄν. Ἐτι δὲ καὶ τὸ εἶναι ἅπαν ἢ τὸ μὴ εἶναι οὐκ ἀναιροῦμεν. (8) Εἷς μὲν δὴ τρόπος οὗτος· ἄλλος δ' ὅτι ἐνδέχεται ταῦτα λέγειν διὰ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐνέργειαν· τοῦτο δ' ἐν ἄλλοις καιρίστοι δι' ἀκριθείας μᾶλλον· ὥσθ' (ὅπερ ἐλέγομεν) 35 αἱ ἀπορταὶ λύονται δι' ἃς ἀναγκαζόμενοι ἀναιροῦσι τῶν εἰρημένων ἔνια· διὰ γὰρ τοῦτο τοσοῦτον καὶ οἱ πρό- τερον ἐξετέραπην τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ τὴν γένεσιν καὶ φορὰν καὶ ὅλως μεταβολὴν. Αὕτη γὰρ ἂν ὀφθεῖσα ἢ φύσις ἔλυσεν αὐτῶν πᾶσαν τὴν ἀγνοίαν.

ferre, sed perinde valere, ac si quis dicat medicum aliquid facere, vel pati, aut ex medico aliquid esse, vel fieri. (4) Quare quum hoc duobus modis dicatur : patet etiam illud, nimirum ex ente, et ens vel facere vel pati, bifariam accipi. Edificat igitur medicus, non qua medicus, sed qua ædificator : et albus fit, non qua medicus, sed qua niger. Medetur autem, et fit medicinæ expertus, qua medicus. Quia vero dicimus maxime proprie medicum aliquid facere vel pati, aut ex medico fieri, quum, qua medicus, hæc patitur, aut facit, aut fit : manifestum est etiam hoc, ex non-ente fieri, significare qua non-ens. Quod quidem illi non distinguentes, a recta via sunt abducti : et propter hanc ignorantiam eo inscitiae pervenerunt, ut putarint nullam aliam rem fieri aut esse, sed tollerent omnem generationem. (5) Nos autem et ipsi dicimus nihil quidem fieri simpliciter ex non ente fieri tamen ex non ente tanquam per accidens : fit enim aliquid ex privatione, quæ est per se non ens, quum non insit in eo quod fit. Admirationi autem hoc est, et impossibile ita videtur fieri aliquid ex non ente. (6) Itidem quo dicimus, neque ex ente, neque ens fieri, nisi per accidens. Eodem autem modo fieri hoc dicimus, ac si ex animali animal fieret, et ex aliquo animali aliquid animal : veluti, si canis ex equo fieret. Nam canis fieret non solum ex aliquo animali, verum etiam ex animali : non tamen qua est animal, quia hoc jam est. Quodsi futurum est ut aliquid fiat animal non ex accidenti, certe non ex animali erit. (7) Et si quid fiet ens, non fiet ex ente, neque ex non ente : quippe dictum a nobis fuit quid significet illud, ex non ente, videlicet qua est non ens. Præterea vero omnem rem esse aut non esse non tollimus. (8) Unus igitur dubitationis solvendæ modus hic est. Alius autem est : quoniam eadem dici possunt secundum potestatem et secundum actum. Hoc vero in aliis libris magis exquisite definitum est. Quare (ut diximus) dubitationes solvuntur, quibus coacti veteres tollunt nonnulla eorum quæ dicta sunt. Ideo namque priores philosophi tantum aberrarunt a via ducente ad generationem et interitum, et omnino mutationem. Nam hæc natura si ab eis cognita fuisset, omnem hanc eorum ignorantiam dissolvisset.

CAP. IX.

Ἡμεῖνοι μὲν οὖν καὶ ἕτεροὶ τινές εἰσιν αὐτῆς, ἀλλ' οὐχ ἰκανῶς. Πρῶτον μὲν γὰρ ὁμολογοῦσιν ἀπλῶς γίνεσθαι τι ἐκ μὴ ὄντος, ἢ Παρμενίδην ὀρθῶς λέγειν· εἴτα φαίνεται αὐτοῖς, εἴπερ ἔστιν ἀριθμῶ μία, καὶ δυ- 40 νάμει μία μόνον εἶναι. Τοῦτο δὲ διαφέρει πλείστον· ἡμεῖς μὲν γὰρ ὕλην καὶ στήρησιν ἕτερόν φαμεν εἶναι, καὶ τούτων τὸ μὲν οὐκ ὄν εἶναι κατὰ συμβεθῆκος, τὴν ὕλην, τὴν δὲ στήρησιν καθ' αὐτήν, καὶ τὴν μὲν ἐγγὺς καὶ οὐσίαν πικρῆς, τὴν ὕλην, τὴν δὲ στήρησιν οὐδαμῆς. 45 (2) Οἱ δὲ τὸ μὴ ὄν τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν ὁμοίως, ἢ τὸ συναμφοτέρον ἢ τὸ χωρὶς ἐκάτερον· ὥστε παντελῶς ἕτερος ὁ τρόπος οὗτος τῆς τριάδος κἀκείνος. Μέχρι μὲν γὰρ δεῦρο προῆλθον, ὅτι δεῖ τινὰ ὑποκείσθαι φύσιν, ταύ-

Sane attigerunt eam et alii nonnulli, non tamen satis. Primum enim fatentur simpliciter fieri aliquid ex non ente, quatenus fatentur Parmenidem recte dicere. Deinde ipsis videtur, si hæc natura est una numero, etiam potestate tantummodo unam esse. Hoc autem plurimum differt. Nos enim materiam et privationem diversa esse dicimus : et horum illud quidem esse non ens ex accidenti, nempe materiam : privationem vero esse non ens per se. Et illam quidem esse prope et quodammodo substantiam, nimirum materiam : privationem autem nequaquam. (2) Alii vero magnum et parvum, sive utrumque, sive seorsum alterutrum, similiter statuunt esse non ens. Quare omnino hic ternarii modus ab illo differt. Huc usque enim progressi sunt ut intelligerent naturam aliquam subijci oportere. Sed

την μέντοι μίαν ποιούσι· καὶ γὰρ εἴ τις δυάδα ποιεῖ, λέγων μέγα καὶ μικρὸν αὐτήν, οὐθὲν ἤττον ταῦτο ποιεῖ· τὴν γὰρ ἑτέραν παρείδε[τὴν στέρησιν.] Ἡ μὲν γὰρ ὑπομένουσα συναιτία τῇ μορφῇ τῶν γιγνομένων ἐστίν, ὡς περ μήτηρ· ἢ δ' ἑτέρα, μοῖρα τῆς ἐναντιώσεως, πολλάκις ἂν φαντασθῆι τῷ πρὸς τὸ κακοποιὸν αὐτῆς ἀτενίζοντι τὴν διάνοιαν οὐδ' εἶναι τὸ παράπαν. (3) Ὅντος γάρ τινος θεῖου καὶ ἀγαθοῦ καὶ ἐφετοῦ, τὸ μὲν ἐναντίον αὐτῷ φαμέν εἶναι, τὸ δὲ ὁ πέφυκεν ἐφίεσθαι καὶ ὀρέγεσθαι αὐτοῦ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν. Τοῖς δὲ συμβαίνει τὸ ἐναντίον, ὀρέγεσθαι τῆς ἑαυτοῦ φθορᾶς. Καίτοι οὔτε αὐτὸ ἑαυτοῦ οἰόντες ἐφίεσθαι τὸ εἶδος διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐνδεές, οὔτε τὸ ἐναντίον· φθαρτικὰ γὰρ ἀλλήλων τὰ ἐναντία. Ἄλλὰ τοῦτ' ἐστὶν ἡ ὕλη, ὡς περ ἂν εἴ θῆλυ ἄρρενος καὶ αἰσγρὸν καλοῦ· πλὴν οὐ καθ' αὐτὸ αἰσγρὸν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός, οὐδὲ θῆλυ, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός. (4) Φθειρεται δὲ καὶ γίγνεται ἐστὶ μὲν ὄς, ἐστὶ δ' ὡς οὐ. Ὡς μὲν γὰρ τὸ ἐν ὧ, καθ' αὐτὸ φθειρεται· τὸ γὰρ φθειρόμενον ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ στέρησις· ὡς δὲ κατὰ δύναμιν, οὐ καθ' αὐτό, ἀλλ' ἀφθαρτον καὶ ἀγένητον ἀνάγκη αὐτὴν εἶναι· εἴτε γὰρ ἐγίγνετο, ὑποκείσθαι τι δεῖ πρῶτον, τὸ ἐξ οὗ ἐνυπάρχοντος· τοῦτο δ' ἐστὶν αὐτὴ ἡ φύσις, ὡστ' ἐστὶ πρὶν γενέσθαι. Λέγω γὰρ ὕλην τὸ πρῶτον ὑποκείμενον ἐκάστω, ἐξ οὗ γίγνεται τι ἐνυπάρχοντος μὴ κατὰ συμβεβηκός· εἴτε φθειρεται, εἰς τοῦτο ἀφίεται ἕρχατον, ὡστε ἐφθαρμένη ἐστὶ πρὶν φθαρῆναι. (5) Περὶ δὲ τῆς κατὰ τὸ εἶδος ἀρχῆς, πότερον μία ἢ πολλαί, καὶ τίς ἢ τίνες εἰσί, δι' ἀκριβείας τῆς πρώτης φιλοσοφίας ἔργον ἐστὶ διορίσαι· ὡστε εἰς ἐκείνον τὸν καιρὸν ἀποκεισθῶ. Περὶ δὲ τῶν φυσικῶν καὶ τῶν φθαρτῶν εἰδῶν ἐν τοῖς ὑστερον δεικνυμένοις ἐροῦμεν. Ὅτι μὲν οὖν εἰσὶν ἀρχαί, καὶ τίνες, καὶ ποσαὶ τὸν ἀριθμὸν, διορίσθω ἡμῖν οὕτως· πάλιν δὲ ἀλλήν ἀρχὴν ἀρέζαμενοι λέγωμεν.

hanc unam faciunt. Nam etsi quidam dualitatem tacit, in-
quiens eam subjectam naturam esse magnum et parvum ;
nihilominus tamen idem facit : quoniam alteram neglexit,
nimirum privationem. Alia namque natura , quum perma-
neat, eorum quæ fiunt, una cum forma est causa, quasi
mater. Altera vero, quæ est pars contrarietatis, sæpe vi-
deri poterit ei qui ad ipsius maleficium animum adverterit,
ne esse quidem ullo modo. (3) Quum enim sit quiddam
divinum et bonum et expetendum, dicimus aliud esse
ei contrarium; aliud quod sua natura id expetit et appetit.
Sed illis accidit ut contrarium appetat sui ipsius interitum.
Atqui nec ipsa forma se ipsam expetere potest, quia non
est sui indigens; neque contrarium eam expetit : quia con-
traria sui invicem perimendi vim habent. Sed hoc est ma-
teria : perinde ac si femina marem, aut turpe pulchrum
appeteret. Verumtamen non est per se turpis, sed ex ac-
cidenti : nec per se femina, sed ex accidenti. (4) Partim
autem interit et fit : partim minime. Ut enim est id in
quo, per se interit. Quod enim interit, in ipsa est, nempe
privatio. Ut autem secundum potestatem spectatur, non
per se gignitur et interit, sed necesse est eam esse incor-
ruptibilem et ingenitam. Sive enim fieret, oporteret subijci
aliquid primum, nempe id ex quo insito fit : hoc autem
est ipsa natura : proinde prius erit quam fiat. Materiam
enim voco primum cujusque rei subjectum, ex quo insito
fit aliquid, non per accidens. Sive quid intereat, in hoc
ultimum abibit. Quare interempta erit, antequam interi-
matur. (5) De principio autem, quod est secundum for-
mam, utrum sit unum an multa, et quod vel quæ sint,
exquisite definire est munus primæ philosophiæ. Quare in
illud tempus rejiciatur. De naturalibus autem et interitui
obnoxiiis formis in iis dicemus quæ posterius demonstra-
buntur. Quod igitur sint principia, et quæ, et quot nu-
mero sint, sic a nobis definitum esto. Rursus autem alio
facto initio dicamus.

LIBER II.

CAP. I.

35 Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστὶ φύσει, τὰ δὲ δι' ἄλλας αἰτίας·
φύσει μὲν τὰ τε ζῶα καὶ τὰ μέρη αὐτῶν καὶ τὰ φυ-
τὰ καὶ τὰ ἀπλᾶ τῶν σωμάτων, ὅον γῆ καὶ πῦρ καὶ
ἕρ καὶ ὕδωρ· ταῦτα γὰρ εἶναι καὶ τὰ τοιαῦτα φύσει
ραμέν. Πάντα δὲ τὰ βηθέντα φαίνεται διαφέροντα
40 πρὸς τὰ μὴ φύσει συνεστῶτα. Τὰ μὲν γὰρ φύσει ὄντα
πάντα φαίνεται ἔχοντα ἐν ἑαυτοῖς ἀρχὴν κινήσεως καὶ
στάσεως, τὰ μὲν κατὰ τόπον, τὰ δὲ κατ' αὐξήσιν καὶ
φθίσιν, τὰ δὲ κατ' ἀλλοίωσιν. (2) Κλίνη δὲ καὶ ἱμά-
τιον, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἄλλο γένος ἐστίν, ἢ μὲν τετύχηκε
45 τῆς κατηγορίας ἐκάστης καὶ καθ' ὅσον ἐστὶν ἀπὸ τέχνης,
οὐδεμίαν ὁρμὴν ἔχει μεταβολῆς ἔμφυτον, ἢ δὲ συμβε-
βηκεν αὐτοῖς εἶναι λιθίνους ἢ γηίνους ἢ μικτοῖς ἐκ
τούτων, ἔχει, καὶ κατὰ τοσοῦτον, ὡς οὐσσης τῆς φύσεως
ἀρχῆς τινὸς καὶ αἰτίας τοῦ κινεῖσθαι καὶ ἡρεμεῖν ἐν

Eorum quæ sunt, alia naturâ constant, alia per alias
causas. Naturâ quidem constant et animalia, et eorum
partes, et plantæ, et simplicia corpora, ut terra, et ignis,
et aer, et aqua. Hæc enim et ejusmodi alia dicimus naturâ
constare. Hæc autem quæ dicta sunt omnia differre viden-
tur ab iis quæ naturâ non constant. Nam quæcumque
naturâ constant, videntur in se ipsis habere principium
motus et quietis, alia secundum locum, alia secundum ac-
cretionem et deminutionem, alia secundum variationem.
(2) Lectica vero, et vestimentum, et si quod aliud ejusmodi
genus est, qua singulis his appellationibus significantur, et
quatenus ab arte sunt, nullum mutationis impetum insitum
habent : qua vero eis accidit ut sint lapidea, vel terrea, vel
ex his mixta, habent, et in tantum quidem, quatenus natura
est principium quoddam et causa cur id moveatur et quie-

ὅ ὑπάρχει πρῶτως καθ' αὐτό, καὶ μὴ κατὰ συμβεθελῆος. λέγω δὲ τὸ μὴ κατὰ συμβεθελῆος, ὅτι γένοιτ' ἂν αὐτὸς ἑαυτῷ τις αἰτιος υγιείας, ὡν ἰατρός· ἀλλ' ὅμως οὐ καθὸ ζηγιάζεται, τὴν ἰατρικὴν ἔχει, ἀλλὰ συμβεθελῆος τὸν αὐτὸν ἰατρὸν εἶναι καὶ υγιαζόμενον· διὸ καὶ χωρίζεται ποτ' ἀπ' ἀλλήλων. (3) Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν ποιουμένων· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν ἔχει τὴν ἀρχὴν ἐν ἑαυτῷ τῆς ποιήσεως, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐν ἄλλοις καὶ ἐξωθεν, ὡς οἰκία καὶ τῶν ἄλλων τῶν χειροκμητῶν ἕκαστον, 10 τὰ δ' ἐν αὐτοῖς μὲν ἀλλ' οὐ καθ' αὐτά, ὅσα κατὰ συμβεθελῆος αἰτία γένοιτ' ἂν αὐτοῖς. Φύσις μὲν οὖν ἐστὶ τὸ βῆθεν. (4) Φύσιν δὲ ἔχει ὅσα τοιαύτην ἔχει ἀρχὴν. Καὶ ἔστι πάντα ταῦτα οὐσία· ὑποκειμενον γάρ τι καὶ ἐν ὑποκειμένῳ ἐστὶν ἡ φύσις αἰ. (5) Κατὰ φύσιν δὲ 15 ταῦτα τε καὶ ὅσα τούτοις ὑπάρχει καθ' αὐτά, ὡς τῷ πυρὶ φέρεσθαι ἄνω· τοῦτο γὰρ φύσις μὲν οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἔχει φύσιν· φύσει δὲ καὶ κατὰ φύσιν ἐστὶ. (6) Τί μὲν οὖν ἐστὶν ἡ φύσις, εἴρηται, καὶ τί τὸ φύσει, καὶ κατὰ φύσιν. Ὡς δ' ἐστὶν ἡ φύσις, πειρᾶσθαι δεικνύναι 20 γελῶν· φανερὸν γάρ ὅτι τοιαῦτα τῶν ὄντων ἐστὶ πολλά. Τὸ δὲ δεικνύναι τὰ φανερά διὰ τῶν ἀφανῶν οὐ δυναμένου κρίνειν ἐστὶ τὸ δι' αὐτὸ καὶ μὴ δι' αὐτὸ γινώσκον. Ὅτι δ' ἐνδέχεται τοῦτο πάσχειν, οὐκ ἀδύνατον· συλλογίζαιτο γὰρ ἂν τις ἐκ γενετῆς ὡς τυφλὸς περὶ χρωμάτων· ὥστε ἀνάγκη τοῖς τοιοῦτοις περὶ τῶν ὀνομάτων 25 εἶναι τὸν λόγον, νοεῖν δὲ μηδέν. (7) Δοκεῖ δ' ἡ φύσις καὶ ἡ οὐσία τῶν φύσει ὄντων ἐνίοσι εἶναι τὸ πρῶτον ἐνυπάρχον ἑκάστῳ ἀρρῦθμιστον κατ' ἑαυτό, ὡς ὀφθαλμὸς φύσις τὸ ξύλον, ἀνδριάντος δ' ὁ χαλκός. Σημεῖον δὲ 30 φησὶν Ἀντιφῶν ὅτι, εἴ τις κατορύξει κλίνην καὶ λάθοι δύναμιν ἢ σηπεδῶν ὥστ' ἀνεῖναι βλαστόν, οὐκ ἂν γενέσθαι κλίνην, ἀλλὰ ξύλον, ὡς τὸ μὲν κατὰ συμβεθελῆος ὑπάρχον, τὴν κατὰ νόμον διάθεσιν καὶ τὴν τέχνην, τὴν δ' οὐσίαν οὖσαν ἐκείνην ἢ καὶ διαμένει ταῦτα πάσχοις 35 συνεχῶς. (8) Εἴ δὲ καὶ τούτων ἕκαστον πρὸς ἕτερον τι ταῦτο τοῦτο πέπονθεν (ὡς ὁ μὲν χαλκός καὶ ὁ χερσὸς πρὸς ὕδωρ, τὰ δ' ὄστᾶ καὶ ξύλα πρὸς γῆν, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὀπίσθιν), ἐκεῖνα τὴν φύσιν εἶναι καὶ τὴν οὐσίαν αὐτῶν. (9) Διόπερ οἱ μὲν γῆν, οἱ δὲ 40 πῦρ, οἱ δ' ἀέρα φασίν, οἱ δὲ ὕδωρ, οἱ δ' ἕνια τούτων, οἱ δὲ πάντα ταῦτα τὴν φύσιν εἶναι τῶν ὄντων. Ὅ γὰρ τις αὐτῶν ὑπέλαθε τοιοῦτον, εἴτε ἐν εἴτε πλείω, τοῦτο καὶ τοσαῦτά φησιν εἶναι τὴν ἅπασαν οὐσίαν, τὰ δὲ ἄλλα πάντα πάθη τούτων καὶ ἔξεις καὶ διαθέσεις. 45 (10) Καὶ τούτων μὲν ὀπίσθιν εἶναι αἰτίον (οὐ γὰρ εἶναι μεταβολὴν αὐτοῖς ἐξ αὐτῶν), τὰ δ' ἄλλα γίνεσθαι καὶ φθεῖρεσθαι ἀπειράκις. Ἐνα μὲν οὖν τρόπον οὕτως ἡ φύσις λέγεται, ἢ πρώτη ἑκάστῳ ὑποκειμένη ὕλη τῶν ἐχόντων ἐν αὐτοῖς ἀρχὴν κινήσεως καὶ μεταβολῆς· 50 ἄλλον δὲ τρόπον ἢ μορφήν καὶ τὸ εἶδος τὸ κατὰ τὸν λόγον. (11) Ὡς περὶ γὰρ τέχνην λέγεται τὸ κατὰ τέχνην καὶ τὸ τεχνικόν, οὕτως καὶ φύσις τὸ κατὰ φύσιν λέγεται καὶ τὸ φυσικόν. Οὕτε δ' ἔχει πῶς φαίμεν ἂν εἶναι κατὰ τὴν τέχνην οὐδὲν, εἰ δυνάμει μόνον ἐστὶ κλίνη,

c: t, in quo inest primum, per se, non ex accidenti. Dico autem, non ex accidenti, quia fieri potest ut aliquis sibi ipsi sit causa sanitatis, quum sit medicus: verumtamen, non quatenus sanatur, medicinam habet, sed accidit eundem esse medicum et sanari. Idcirco hæc aliquando a se invicem separantur. (3) Similiter vero se habet unumquodque ceterorum quæ fiunt: nullum enim eorum habet in se principium effectionis; sed quædam in aliis et extra habent, ut domus, et unumquodque aliorum quæ manu efficiuntur: quædam in se ipsis habent quidem, non tamen per se, nimirum quæcumque ex accidenti sibi ipsi causæ fieri possunt. Natura igitur est quod dictum fuit. (4) Naturam vero habent, quæcumque habent ejusmodi principium. Atque hæc omnia sunt substantia. Natura namque semper est subjectum quoddam et in subjecto. (5) Secundum naturam autem dicuntur et hæc et quæ his insunt per se, ut igni sursum ferri. Hoc enim non est natura, nec habet naturam, sed est naturaliter et secundum naturam. (6) Dictum est igitur quid sit natura, et quid sit quod est naturaliter, et secundum naturam. Esse autem naturam conari probare, ridiculum est: patet enim ejusmodi entia multa esse. Demonstrare autem, quæ sunt perspicua, ex obscuris, ejus est qui non potest dijudicare quod est per se, et quod non est per se notum. Posse autem aliquem ita esse affectum, non est obscurum. Aliquis enim qui ab ortu sit cæcus, potest de coloribus ratiocinari. Quare necesse est his esse disputationem de nominibus, sed ipsos nihil intelligere. (7) Jam vero quibusdam videtur natura et essentia eorum quæ naturâ constant, esse id quod primum cuique rei inest, informe per se: ut lecticæ natura est lignum, statuæ vero æs. Cujus rei signum esse inquit Antiphon, quod, si quis defoderit lecticam, et putredo vini acceperit, adeo ut germinet, certe non fiet lectica, sed lignum: quasi illud ex accidenti insit, nempe dispositio quæ est secundum formam et artem; essentia vero ea sit, quæ etiam permanet, ab his continenter affecta. (8) Quodsi etiam horum unumquodque ad aliud quiddam eodem modo est affectum (veluti æs et aurum ad aquam, ossa autem et ligna ad terram, similiterque aliud quodvis), ea inquit esse ipsorum naturam et essentiam. (9) Idcirco alii terram, alii ignem, alii aerem, alii aquam, alii nonnulla ex his, alii hæc omnia inquit esse rerum naturam. Quod enim quisque existimavit esse tale, sive unum sive multa, hoc et tot inquit esse universam essentiam, reliqua autem omnia esse horum affectiones, et habitus, et dispositiones. (10) Et horum quidem quodvis esse sempiternum (non enim esse ipsis mutationem ex se ipsis); cetera vero fieri et interire infinitas. Uno igitur modo natura sic dicitur, nimirum prima cuique rei in se motus et mutationis principium habenti subjecta materia. Alio autem modo forma et species, quæ in definitione ponitur. (11) Ut enim dicitur ars, quod est secundum artem, et quod est artificiosum: ita etiam dicitur natura, quod est secundum naturam, et quod est naturale. Neque in illo autem ullo modo dicemus habere quiddam secundum artem, si potestate

μήπω δ' ἔχει τὸ εἶδος τῆς κλίνης, οὐδ' εἶναι τέχνην, οὐτ' ἐν τοῖς φύσει συνισταμένοις· τὸ γὰρ δυνάμει σὰρξ ἢ ὄστον οὐτ' ἔχει πῶς τὴν αὐτοῦ φύσιν, πρὶν ἂν λάβῃ τὸ εἶδος τὸ κατὰ τὸν λόγον, ὃ ὀριζόμενοι λέγομεν
 6 τί ἐστὶ σὰρξ ἢ ὄστον, οὕτε φύσει ἐστίν. (12) Ὡστε ἄλλον τρόπον ἢ φύσιν ἂν εἴη τῶν ἐχόντων ἐν αὐτοῖς κινήσεως ἀρχὴν ἢ μορφήν καὶ τὸ εἶδος, οὐ χωριστὸν δὲ ἀλλ' ἢ κατὰ τὸν λόγον. Τὸ δ' ἐκ τούτων φύσις μὲν οὐκ ἐστὶ, φύσει δέ, ὡς ἄνθρωπος. Καὶ μᾶλλον
 10 αὕτη φύσις τῆς ὕλης· ἕκαστον γὰρ τότε λέγεται, ὅταν ἐντελεχεία ᾖ, μᾶλλον ἢ ὅταν δυνάμει. (13) Ἐτι γίνεταί ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου, ἀλλ' οὐ κλίνη ἐκ κλίνης· διὸ καὶ φασιν οὐ τὸ σχῆμα εἶναι τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὸ ξύλον, ὅτι γένοιτο· ἄν, εἰ βλαστάνοι, οὐ κλίνη, ἀλλὰ
 15 ξύλον. Εἰ δ' ἄρα τοῦτο τέχνη, καὶ ἡ μορφή φύσις· γίνεταί γὰρ ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπος. (14) Ἐτι δ' ἡ φύσις ἢ λεγομένη ὡς γένεσις ὁδὸς ἐστὶν εἰς φύσιν. Οὐ γὰρ ὡς περὶ τῆς ἰατρικῆς λέγεται οὐκ εἰς ἰατρικὴν ὁδὸν, ἀλλ' εἰς ὑγίειαν· ἀνάγκη μὲν γὰρ ἀπὸ ἰατρικῆς, οὐκ
 20 εἰς ἰατρικὴν εἶναι τὴν ἰατρικὴν· οὐχ οὕτως δ' ἡ φύσις ἔχει πρὸς τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὸ φερόμενον ἐκ τινὸς εἰς τὴν ἐργεταί ἢ φύεται. Εἰς τί οὖν φύεται; οὐχὶ ἐξ οὗ, ἀλλ' εἰς ὄ. (15) Ἡ ἄρα μορφή φύσις. Ἡ δὲ γε μορφή καὶ ἡ φύσις διχῶς λέγεται· καὶ γὰρ ἡ στέ-
 25 ρησις εἶδος πῶς ἐστίν. Εἰ δ' ἐστὶν ἡ στέρησις καὶ ἐναντίον τι περὶ τὴν ἀπλήν γένεσιν ἢ μὴ ἐστίν, ὕστερον ἐπισκεπτέον.

tantum sit lectica, necdum habeat lecticæ speciem, neque dicimus esse artem: neque in iis quæ natura constant. Quod enim potestate est caro, aut os, id necdum habet suam ipsius naturam priusquam acceperit formam quæ ponitur in definitione (hoc est quam dicimus definientes quid sit caro, vel os), nec naturâ constat. (12) Quare alio modo natura fuerit eorum quæ in se principium motus habent forma et species, quæ non est separabilis, nisi secundum definitionem. Quod autem ex his est compositum, natura quidem non est, sed naturaliter est seu naturâ constat, ut homo. Atque hæc magis, quam materia, est natura. Unumquodque enim tunc dicitur, quum actu est, potius quam quum est potestate. (13) Præterea fit homo ex homine, non lectica ex lectica. Ideoque inquirunt, non figuram, sed lignum esse naturam, quia, si germinaret, non fieret lectica, sed lignum. Si igitur hoc est ars, etiam forma est natura: fit enim ex homine homo. (14) Præterea natura accepta pro generatione, est via ad naturam. Non enim ita se habet, ut medicatio, quæ dicitur via non ad medicinam, sed ad sanitatem; necesse enim est medicationem a medicina esse, non ad medicinam: sed non ita habet natura ad naturam. Verum id quod nascitur, ex aliquo ad aliquod venit seu nascitur. Ad quod igitur veniendo nascitur? non ad id ex quo, sed ad id ad quod. (15) Forma igitur est natura. Forma autem et natura duobus modis dicitur; etenim privatio est quodammodo forma. Utrum autem privatio et contrarium quidpiam sit in simplici generatione, necne, posterius erit considerandum.

CAP. II.

Ἐπειδὴ δὲ διωριστὰ ποσαχῶς ἡ φύσις λέγεται, μετὰ τοῦτο θεωρητέον τίνα διαφέρει ὁ μαθηματικὸς τοῦ
 30 φυσικοῦ· καὶ γὰρ ἐπίπεδα καὶ στερεὰ ἔχει τὰ φυσικὰ σώματα καὶ μήκη καὶ στιγμὰς, περὶ ὧν σκοπεῖ ὁ μαθηματικὸς. (2) Ἐτι εἰ ἡ ἀστρολογία ἐτέρα ἢ μέρος τῆς φυσικῆς· εἰ γὰρ τοῦ φυσικοῦ τὸ τί ἐστὶν ἥλιος ἢ σελήνη εἰδέναι, τῶν δὲ συμβεβηκότων καθ' αὐτὰ μηδὲν, ἄτοπον, ἄλλως τε καὶ ὅτι φαίνονται λέγοντες οἱ περὶ φύσεως καὶ περὶ σχήματος σελήνης καὶ ἡλίου, καὶ πότερον σφαιροειδῆς ἢ γῆ καὶ ὁ κόσμος ἢ οὐ. (3) Περὶ τούτων μὲν οὖν πραγματεύεται καὶ ὁ μαθηματικὸς, ἀλλ' οὐχ ἡ φυσικοῦ σώματος πέρασ
 40 ἕκαστον· οὐδὲ τὰ συμβεβηκότα θεωρεῖ ἢ τοιούτους οὕσι συμβεβηκε. Διὸ καὶ χωρίζει· χωριστὰ γὰρ τῇ νοήσει κινήσεως ἐστὶ, καὶ οὐδὲν διαφέρει, οὐδὲ γίνεται ψεῦδος χωριζόντων. (4) Λανθάνουσι δὲ τοῦτο ποιοῦντες καὶ οἱ τὰς ἰδέας λέγοντες· τὰ γὰρ φυσικὰ χωρίζουσι ἥττον ὄντα χωριστὰ τῶν μαθηματικῶν. Γίγνωτο δ' ἂν τοῦτο δῆλον, εἰ τις ἐκατέρων πειρῶτο λέγειν τοὺς ὄρους, καὶ αὐτῶν καὶ τῶν συμβεβηκότων· τὸ μὲν γὰρ περιττὸν ἐστὶ καὶ τὸ ἄρτιον καὶ τὸ εὐθὺ καὶ τὸ καμπύλον, ἐτι δὲ ἀριθμὸς καὶ
 50 γραμμὴ καὶ σχῆμα ἄνευ κινήσεως, σὰρξ δὲ καὶ ὄστον καὶ ἄνθρωπος οὐκέτι, ἀλλὰ ταῦτα ὡς περὶ ρίσιμι, ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ καμπύλον λέγεται. (5) Διὰ τοῦτο

Quum autem definitum sit quot modis natura dicatur, deinceps videndum est quo differat mathematica a physico: naturalia namque corpora planities habent, et soliditates, et longitudines, et puncta; quæ considerat mathematicus. (2) Præterea videndum est utrum astrologia sit diversa a physica, an pars physicae. Nam si physici est scire quid sit sol, aut luna, nihil autem eorum seire quæ soli aut lunæ per se accidunt, certe est absurdum: præsertim quia videntur, qui de natura disserunt, etiam loqui de figura lunæ ac solis, et quærere utrum terra et mundus sint rotunda necne. (3) De his igitur tractat etiam mathematicus, non tamen quia horum unumquodque est terminus corporis naturalis: neque horum accidentia contemplatur, qua ejusmodi rebus accidunt: ideoque separantur enim res in mutatione per intellectum separabiles; nihilque interest, nec falsum committitur ab iis qui separant. (4) Non animadvertunt autem se quoque hoc facere illi qui ideas esse dicunt; separant enim res naturales, quæ minus separabiles sunt quam mathematicæ. Hoc autem manifestum fieri potest, si quis utrorumque definitiones afferre conetur: id est, tam rerum ipsarum, quam accidentium. Impar enim erit et par, et rectum et inflexum; præterea numerus, et linea, et figura, sine motu erunt: caro autem, et os, et homo, non item: sed hæc ut nasus simus, non ut inflexum dicuntur. (5) Quinetiam hoc declarant ea mathe-

δὲ καὶ τὰ φυσικώτερα τῶν μαθημάτων, ὅον ὀπτική, καὶ ἀρμονική καὶ ἀστρολογία· ἀνάπαλιν γὰρ τρόπον τιν' ἔχουσι τῇ γεωμετρίας. Ἄλλ' ἢ μὲν γεωμετρία περὶ γραμμῆς φυσικῆς σκοπεῖ, ἀλλ' οὐχ ἢ φυσική· ἢ δ' ὀπτική μαθηματικὴν μὲν γραμμὴν, ἀλλ' οὐχ ἢ μαθηματική, ἀλλ' ἢ φυσική. (6) Ἐπεὶ δ' ἡ φύσις διχῶς, τὸ τε εἶδος καὶ ἡ ὕλη, ὡς ἂν εἰ περὶ σιμότητος σκοποῖμεν τί ἐστίν, οὕτω θεωρητέον. Ὅστ' οὗτ' ἄνευ ὕλης τὰ τοιαῦτα οὔτε κατὰ τὴν ὕλην. Καὶ γὰρ 10 δὴ καὶ περὶ τούτου διχῶς ἀπορήσειεν ἂν τις, ἐπεὶ δύο αἱ φύσεις, περὶ πότερας τοῦ φυσικοῦ, ἢ περὶ τοῦ ἐξ ἀμφοῖν· ἀλλ' εἰ περὶ τοῦ ἐξ ἀμφοῖν, καὶ περὶ ἑκατέρας. (7) Ἠότερον οὖν τῆς αὐτῆς ἢ ἄλλης ἑκατέραν γνωρίζειν; εἰς μὲν γὰρ τοὺς ἀρχαίους ἀποβλέψαντι δόξειεν ἂν εἶναι ἄλλης· ἐπὶ μικρὸν γὰρ τι μέρος Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημόκριτος τοῦ εἶδους καὶ τοῦ τί ἦν εἶναι ἤψαντο. Εἰ δὲ ἡ τέχνη μιμεῖται τὴν φύσιν, τῆς δὲ αὐτῆς ἐπιστήμης εἰδέναι τὸ εἶδος καὶ τὴν ὕλην μέχρι 20 του (ὅον ἱατροῦ ὑγίειαν καὶ χολὴν καὶ φλέγμα, ἐν οἷς ἡ ὑγία· ὁμοίως δὲ καὶ οἰκοδόμου τὸ τε εἶδος τῆς οἰκίας καὶ τὴν ὕλην, ὅτι πλίνθοι καὶ ξύλα· ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων), καὶ τῆς φυσικῆς ἂν εἴη τὸ γνωρίζειν ἀμφοτέρας τὰς φύσεις. Ἐτι τὸ οὐ ἕνεκα καὶ τὸ τέλος τῆς αὐτῆς, καὶ ἕσα τούτων ἕνεκα. (8) Ἡ δὲ 25 φύσις τέλος καὶ οὐ ἕνεκα· ὣν γὰρ συνεχοῦς τῆς κινήσεως οὕσης ἐστὶ τι τέλος τῆς κινήσεως, τοῦτο ἔσχατον καὶ τὸ οὐ ἕνεκα· διὸ καὶ ὁ ποιητῆς γελοῖως προήχθη εἰπεῖν,

Ἐχει τελευτὴν, ἥσπερ οὐκ ἐγένετο·

30 βούλεται γὰρ οὐ πᾶν εἶναι τὸ ἔσχατον τέλος, ἀλλὰ τὸ βέλτιστον. (9) Ἐπεὶ δὲ ποιοῦσιν αἱ τέχναι τὴν ὕλην, αἱ μὲν ἀπλῶς, αἱ δὲ εὐεργόν, καὶ χρώμεθα ὡς ἡμῶν ἕνεκα πάντων ὑπαρχόντων (ἐσμὲν γὰρ πῶς καὶ ἡμεῖς τέλος· διχῶς γὰρ τὸ οὐ ἕνεκα· εἴρηται δὲ ἐν τοῖς περὶ 35 φιλοσοφίας), (10) δύο δὴ αἱ ἀρχουσαι τῆς ὕλης καὶ αἱ γνωρίζουσαι τέχναι, ἢ τε χρωμένη καὶ τῆς ποιητικῆς ἢ ἀρχιτεκτονικῆς. Διὸ καὶ ἡ χρωμένη ἀρχιτεκτονικῆς πῶς διαφέρει δὲ ἢ ἡ μὲν τοῦ εἶδους γνωριστικῆς, ἢ δὲ ἀρχιτεκτονικῆς ὡς ποιητικῆς τῆς ὕλης. Ὁ μὲν 40 γὰρ κυβερνήτης ποῖον τι τὸ εἶδος τοῦ πηδαλίου γνωρίζει καὶ ἐπιτάττει, ὁ δ' ἐκ ποίου ξύλου καὶ ποῖων κινήσεων ἔσται. Ἐν μὲν οὖν τοῖς κατὰ τέχνην ἡμεῖς ποιοῦμεν τὴν ὕλην τοῦ ἔργου ἕνεκα, ἐν δὲ τοῖς φυσικοῖς ὑπάρχει οὕσα. (11) Ἐτι τῶν πρὸς τι ἡ ὕλη· ἄλλω 45 γὰρ εἶδει ἄλλη ὕλη. Μέχρι δὴ πόσου τὸν φυσικὸν δεῖ εἰδέναι τὸ εἶδος καὶ τὸ τί ἐστίν; ἢ ὡσπερ ἱατρὸν νεῦρον, ἢ χαλκίαν χαλκόν, μέχρι του. Τινὸς γὰρ ἕνεκα ἕκαστον, καὶ περὶ ταῦτα ἄ ἐστὶ χωριστὰ μὲν εἶδει, ἐν ὕλῃ δὲ· ἀνθρώπος γὰρ ἀνθρωπον γεννᾷ, καὶ ἥλιος ** 50 πῶς δ' ἔχει τοὺς χωριστὸν καὶ τί ἐστὶ, φιλοσοφίας τῆς πρώτης διορίσαι ἔργον.

maticæ, quæ sunt magis naturales : ut perspectiva, et musica, et astrologia. Contra enim quodammodo se habent ac geometria : quoniam geometria naturalem quidem lineam considerat, non tamen qua est naturalis; perspectiva autem mathematicam quidem lineam considerat, non tamen qua est mathematica, sed qua est naturalis. (6) Quum autem natura duobus modis dicatur, nimirum forma et materia : sic debemus contemplari, ac si de similitudine consideraremus quid sit. Quocirca ejusmodi res neque sunt absque materia, neque secundum materiam. Nam et de hoc dubitare quispiam possit, quum duæ sint naturæ, de utra disserere sit munus physici : an de eo disserat, quod ex ambabus constat. Atqui si de eo disserit quod ex ambabus naturis constat, certe etiam de utraque natura disseret. (7) Utrum igitur ad eandem, an ad aliam atque aliam scientiam pertinet utramque naturam cognoscere? Ad veteres quidem philosophos respicienti videri potest ad aliam pertinere : parum enim Empedocles ac Democritus formam et quidditatem attigerunt. Quodsi ars imitatur naturam, ejusdem vero scientiæ est quadamtenus nosse formam et materiam (ut medici est nosse sanitatem, nec non bitem et pituitam, in quibus inest sanitas : similiter etiam ædificatoris est nosse et formam domus et materiam, quod scilicet materia donus sint lateres et ligna : eademque ratio est aliarum rerum); profecto etiam physici munus erit cognoscere ambas naturas. Præterea ejusdem scientiæ est nosse id cuius causa, et finem, et quæcumque horum causa sunt. (8) Natura autem est finis et id cuius causa : quorum enim motus quum sit continuus, est aliquis finis illius motus, hic finis est extremum et id cuius causa. Ideo que poeta ridicule adductus est ut diceret,

Habet finem cuius causa genitus erat.

Non enim omne extremum meretur nomen finis, sed id quod est optimum. (9) Quum autem artes materiam faciant, aliæ simpliciter, aliæ ad opus idoneam; nosque his omnibus utamur tanquam nostra causa sint (sumus enim et nos aliquo modo finis : quia bifariam sumitur id cuius causa, ut dictum est in libris de philosophia); (10) duæ sane sunt artes quæ præsent materiam, atque eam cognoscunt, nempe ea quæ utitur, et quæ effectrici præest, architectonica. Idcirco etiam ea quæ utitur, est quodammodo architectonica. Differunt autem, quatenus hæc quidem formam cognoscit, architectonica vero est tanquam efficiens materiam; nam gubernator, qualis sit forma clavi, novit, et imperat : alter autem novit ex quali ligno et quibus motibus clavus erit. In his igitur quæ secundum artem, nos materiam facimus operis causa : in naturalibus vero suppetit. (11) Præterea materia in eorum numero est, quæ ad aliquid referuntur. Nam alii formæ alia materia convenit. Quousque igitur oportet physicum cognoscere formam et quid est? an ut medicus nosse debet nervum, aut faber æs, nempe usque ad aliquem terminum? alicujus enim causa unumquodque considerat, et in his versatur, quæ sunt quidem forma separabilia, sunt tamen in materia : homo namque hominem gignit; et sol..... Quomodo autem se habeat quod separatur, et quid sit, primæ philosophiæ munus est definire.

CAP. III.

Διωρισμένων δὲ τούτων, ἐπισκεπτέον περὶ τῶν αἰτίων, ποιά τε καὶ πόσα τὸν ἀριθμὸν ἔστιν. Ἐπεὶ γὰρ τοῦ εἰδέναι χάριν ἢ πραγματεία, εἰδέναι δ' οὐ πρότερον οἰόμεθα ἕκαστον πρὶν ἂν λάβωμεν τὸ διὰ τί περὶ ἕκαστον (τοῦτο δ' ἔστι τὸ λαβεῖν τὴν πρώτην αἰτίαν) δῆλον ὅτι καὶ ἡμῖν τοῦτο ποιητέον καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς καὶ πάσης τῆς φυσικῆς μεταβολῆς, ὅπως εἰδότες αὐτῶν τὰς ἀρχάς, ἀνάγειν εἰς αὐτὰς πειρώμεθα τῶν ζητουμένων ἕκαστον. (2) Ἐνα μὲν οὖν τρόπον αἴτιον λέγεται τὸ ἐξ οὗ γίνεται τι ἐνυπάρχοντος, οἷον ὁ χαλκὸς τοῦ ἀνδριάντος καὶ ὁ ἄργυρος τῆς φιάλης καὶ τὰ τούτων γένη ἄλλον δὲ τὸ εἶδος καὶ τὸ παράδειγμα· τοῦτο δ' ἔστιν ὁ λόγος ὁ τοῦ τί ἦν εἶναι καὶ τὰ τούτου γένη, οἷον τοῦ διὰ πασῶν τὰ δύο πρὸς ἓν, καὶ ὅλως ὁ ἀριθμὸς καὶ τὰ μέρη τὰ ἐν τῷ λόγῳ. (3) Ἐτι ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς ἢ πρώτη ἢ τῆς ἡρεμῆσεως, οἷον ὁ βουλευσας αἴτιος, καὶ ὁ πατήρ τοῦ τέκνου, καὶ ὅλως τὸ ποιοῦν τοῦ ποιουμένου καὶ τὸ μεταβάλλον τοῦ μεταβαλλομένου. Ἐτι ὡς τὸ τέλος· τοῦτο δ' ἔστι τὸ οὗ ἕνεκα, οἷον τοῦ περιπατεῖν ἢ ὑγίεια· διὰ τί γὰρ περιπατεῖ; φαιμέν ἵνα ὑγιαίνῃ, καὶ εἰπόντες οὕτως, οἰόμεθα ἀποδεδοικέναι τὸ αἴτιον. Καὶ ὅσα δὴ κινήσαντος ἄλλου μεταξύ γίνεται τοῦ τέλους, οἷον τῆς ὑγείας ἢ ἰσχυασία ἢ ἡ κάθαρσις ἢ τὰ φάρμακα ἢ τὰ ὄργανα· πάντα γὰρ ταῦτα τοῦ τέλους ἕνεκά ἐστι, διαφέρει δ' ἀλλήλων ὡς ὄντα τὰ μὲν ἔργα, τὰ δ' ὄργανα. (4) Ἐὰ μὲν οὖν αἴτια σγεδὸν τοσαυταῶς λέγεται. Συμβαίνει δὲ πολλαχῶς λεγομένων τῶν αἰτίων καὶ πολλὰ τοῦ αὐτοῦ αἴτια εἶναι, οὐ κατὰ συμβεβηκός, οἷον τοῦ ἀνδριάντος καὶ ἡ ἀνδριαντοποιικῆ καὶ ὁ χαλκός, οὐ καθ' ἑτερόν τι ἀλλ' ἢ ἀνδρίας, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸ μὲν ὡς ὕλη, τὸ δ' ὡς ὅθεν ἢ κινήσις. Ἐστι δὲ τίνα καὶ ἀλλήλων αἴτια, οἷον τὸ πνεῖν τῆς εὐξείας καὶ αὕτη τοῦ πνεῖν· ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸ μὲν ὡς τέλος, τὸ δ' ὡς ἀρχὴ κινήσεως. Ἐτι δὲ τὸ αὐτὸ τῶν ἐναντίων ἔστιν αἴτιον· ὁ γὰρ παρὸν αἴτιον τοῦδε, τοῦτο καὶ ἀπὸν αἰτιώμεθα ἐνίοτε τοῦ ἐναντίου, οἷον τὴν ἀπουσίαν τοῦ κυβερνήτου τῆς τοῦ πλοίου ἀνατροπῆς, οὗ ἦν ἡ παρουσία αἴτια τῆς σωτηρίας. (5) Ἄπαντα δὲ τὰ νῦν εἰρημένα αἴτια εἰς τέτταρας τρόπους πίπτει τοὺς φανερωτάτους· τὰ μὲν γὰρ στοιχεῖα τῶν συλλαβῶν, καὶ ἡ ὕλη τῶν σκευαστῶν, καὶ τὸ πῦρ καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν σωματίων, καὶ τὰ μέρη τοῦ ὄλου, καὶ αἱ ὑποθέσεις τοῦ συμπεράσματος ὡς τὸ ἐξ οὗ αἴτια ἔστι· τούτων δὲ τὰ μὲν ὡς τὸ ὑποκείμενον, οἷον τὰ μέρη· τὰ δὲ ὡς τὸ τί ἦν εἶναι, τὸ τε ὄλον καὶ ἡ σύνθεσις καὶ τὸ εἶδος· τὸ δὲ σπέρμα καὶ ὁ ἰατρὸς καὶ ὁ βουλευσας καὶ ὅλως τὸ ποιοῦν, πάντα ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς ἢ στάσεως ἢ κινήσεως· τὰ δὲ ὡς τὸ τέλος καὶ τὰ ἀγαθὸν τῶν ἄλλων· τὸ γὰρ οὗ ἕνεκα βέλτιστον καὶ τέλος τῶν ἄλλων ἐθέλει εἶναι. Διαφερέτω δὲ μηδὲν

His definitis, considerandum est, quænam et quot numero sint causæ. Quum enim cognoscendi gratia instituta sit hæc tractatio, nec prius unumquodque nosse arbitremur, quam sumpserimus causam propter quam est (hoc autem est sumere primam causam) : profecto nobis quoque hoc faciendum est et in ortu et interitu, et in omni naturali mutatione : ut, cognitis horum principiis, conemur ad ea referre singula quasita. (2) Uno igitur modo causa dicitur id ex quo insito aliquid fit : ut æs est causa statuæ, et argentum phialæ, et horum genera. Alio autem modo forma et exemplar : hæc autem est ratio quidditatis, et hujus genera ; ut harmoniæ diapason forma est duo ad unum, et omnino numerus, ac partes quæ in definitione ponuntur. (3) Præterea unde est primum mutationis vel quietis principium : cujusmodi causa est, qui consultat ; et pater filii ; et omnino quod facit, ejus quod fit : et quod movet, ejus quod movetur. Præterea ut finis. Hoc autem est id cujus gratia : ut deambulandi, sanitas. Cur enim deambulat? dicimus, ut bene valeat : et, quum sic dixerimus, putamus nos causam reddidisse ; et quæcumque alio movente interjecta, finis gratia fiunt : ut sanitatis gratia fit extenuatio, vel purgatio, vel pharmaca, vel instrumenta : hæc enim omnia finis gratia sunt : differunt autem inter se, quod alia sint opera, alia instrumenta. (4) Causæ igitur tot fere modis dicuntur. Quum autem causæ multis modis dicantur, accidit ut ejusdem effectus sint multæ causæ, non ex accidente : ut statuæ et ars statuaria et æs, non alia quapiam ratione, sed qua est statua ; non tamen eodem modo : sed altera est causa, ut materia ; altera, ut id unde motus profectus est. Sunt etiam quædam sibi invicem causæ : ut labor est causa firmæ corporis constitutionis ; atque hæc est causa laborandi : non tamen eodem modo : sed hæc est causa ut finis ; illud autem, ut principium motus. Præterea eadem est contrariorum causa : quod enim præsens, est causa hujus effectus, hoc absens dicimus interdum causam esse contrarii effectus : ut absentiam gubernatoris dicimus esse causam submersionis navis, cujus præsentia erat causa salutis. (5) Omnes autem causæ quæ nunc dictæ sunt, in quatuor modos manifestissimos cadunt : nam elementa sunt causæ syllabarum ; et materia, eorum quæ opificio constant ; et ignis, et quæ sunt ejusmodi, corporum ; et partes, totius ; et hypotheses, conclusionis : causæ, inquam, sunt, ut id ex quo. Harum vero aliæ sunt ut subjectum, veluti partes : aliæ ut quidditas, nempe totum, et compositio et forma ; sed semen, et medicus, et consultans, et omnino quod est faciens, hæc, inquam, omnia sunt causæ unde est principium mutationis vel status vel motionis ; aliæ vero sunt causæ, ut finis bonumque aliorum. Id enim cujus gratia, debet esse optimum et ceterorum finis. Nihil vero intersit utrum di-

εἰπεῖν αὐτὸ ἀγαθὸν ἢ φαίνόμενον ἀγαθόν. (6) Τὰ μὲν οὖν αἰτία τοιαῦτα καὶ τοσαῦτά ἐστι τῶν εἶδει· τρόποι δὲ τῶν αἰτίων ἀριθμῶν μὲν εἰσι πολλοί, κεφαλαιοῦμενοι δὲ καὶ οὗτοι ἐλάττω. Λέγεται γὰρ αἰτία πολλαχῶς, καὶ αὐτῶν τῶν ὁμοειδῶν προτέρως καὶ ὑστέρωσ ἄλλο ἄλλου, οἷον ὑγιείας ὁ ἱατρὸς καὶ τεχνίτης, καὶ τοῦ διὰ πασῶν τὸ διπλάσιον καὶ ὁ ἀριθμὸς, καὶ αἰεὶ τὰ περιέχοντα πρὸς τὸ καθ' ἕκαστα. (7) Ἔτι δ' ὡς τὸ συμβεβηκὸς καὶ τὰ τούτων γένη· οἷον ἀνδριάντος ἀλ-
 10 λως Πολύκλειτος καὶ ἄλλως ἀνδριαντοποιός, ὅτι συμβέβηκε τῷ ἀνδριαντοποιῷ τὸ Πολύκλειτον εἶναι. Καὶ τὰ περιέχοντα δὲ τὸ συμβεβηκὸς, οἷον εἰ ὁ ἀνθρω-
 15 πος αἰτίος εἴη ἀνδριάντος ἢ ὄλωσ ζῶν. Ἔστι δὲ καὶ τῶν συμβεβηκῶν ἄλλα ἄλλων πορρώτερον καὶ ἑγγύτερον, οἷον εἰ ὁ λευκὸς καὶ ὁ μουσικὸς αἰτίος λέ-
 γοιτο τοῦ ἀνδριάντος. (8) Πάντα δὲ καὶ τὰ οἰκείως λεγόμενα καὶ τὰ κατὰ συμβεβηκὸς τὰ μὲν ὡς δυνά-
 20 μενα λέγεται, τὰ δ' ὡς ἐνεργοῦντα, οἷον τοῦ οἰκοδομεῖσθαι οἰκίαν ὁ οἰκοδόμος ἢ οἰκοδομῶν οἰκοδόμος.
 25 (9) Ὅμοιως δὲ λεγθήσεται καὶ ἐφ' ὧν αἰτία τὰ αἰτία τοῖς εἰρημένους, οἷον τουδί τοῦ ἀνδριάντος ἢ ἀνδριάν-
 30 τος ἢ καὶ ὄλωσ εἰκόνας, καὶ χαλκοῦ τοῦδε ἢ χαλκοῦ ἢ ὄλωσ ὕλης· καὶ ἐπὶ τῶν συμβεβηκῶν ὡσαύτως.
 (10) Ἔτι δὲ συμπλεκόμενα καὶ ταῦτα κάκεινα λεγθή-
 35 σται, οἷον οὐ Πολύκλειτος οὐδὲ ἀνδριαντοποιός, ἀλλὰ Πολύκλειτος ἀνδριαντοποιός. Ἄλλ' ὁμοίως ἅπαντα ταῦτά ἐστι τὸ μὲν πλῆθος ἔξ, λεγόμενα δὲ διχῶς. Ἡ γὰρ ὡς τὸ καθ' ἕκαστον, ἢ ὡς τὸ γένος, ἢ ὡς τὸ συμβεβηκὸς, ἢ ὡς τὸ γένος τοῦ συμβεβηκῶτος, ἢ ὡς συμπλεκόμενα
 40 ταῦτα, ἢ ὡς ἀπλῶς λεγόμενα· πάντα δὲ ἢ ἐνεργοῦντα ἢ κατὰ δύναμιν. (11) Διαφέρει δὲ τοσούτον, ὅτι τὰ μὲν ἐνεργοῦντα καὶ τὰ καθ' ἕκαστον ἅμα ἐστὶ καὶ οὐκ ἐστὶ καὶ ὧν αἰτία, οἷον ὅδ' ὁ ἱατρῶν τῶδε τῶν ὑγιαζομένων, καὶ ὅδε ὁ οἰκοδομῶν τῶδε τῶν οἰκοδομουμένων· τὰ
 45 δὲ κατὰ δύναμιν οὐκ αἰεὶ· φθίρεται γὰρ οὐχ ἅμα ἢ οἰκία καὶ ὁ οἰκοδόμος. (12) Δεῖ δ' αἰεὶ τὸ αἰτίον ἕκαστον τὸ ἀρχότατον ζητεῖν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, οἷον ἀνθρωπος οἰκοδομεῖ ὅτι οἰκοδόμος, ὁ δ' οἰκοδόμος κατὰ τὴν οἰκοδομικήν· τοῦτο τοίνυν πρότερον
 50 τὸ αἰτίον. Καὶ οὕτως ἐπὶ πάντων. Ἔτι τὰ μὲν γένη τῶν γενῶν, τὰ δὲ καθ' ἕκαστον τῶν καθ' ἕκαστον, οἷον ἀνδριαντοποιός μὲν ἀνδριάντος, ὁδὶ δὲ τουδί· καὶ τὰς μὲν δυνάμεις τῶν δυνατῶν, τὰ δ' ἐνεργοῦντα πρὸς τὰ ἐνεργοῦμενα. (13) Ὅσα μὲν οὖν τὰ αἰτία καὶ ὄν τρῶ-
 55 πον αἰτία, ἔστω ἡμῖν διορισμένα ἰκανῶς.

catur ipsum finem esse bonum, an videri bonum. (6) Causæ igitur tales ac tot sunt specie. Modi vero causarum numero quidem sunt multi, sed si summam colligantur, et ipsi pauciores fiunt. Dicuntur enim causæ multis modis et ipsarum causarum quæ sunt ejusdem generis, alia est prior et posterior quam alia, ut sanitatis causa est medicus, et artifex : et harmoniæ diapason causa est duplum et numerus, ac semper ea quæ continent, ita se habent ad singula. (7) Præterea dicuntur causæ ut accidens, et horum genera : ut puta statuz aliter causa est Polycletus, aliter statuarius, quoniam accidit statuario ut sit Polycletus. Sed et ea quæ accidens continent, appellantur causæ : veluti si homo sit causa statuz aut omnino animal. Accidentium quoque alia sunt aliis remotiora et propinquiora : veluti si albus et musicus dicatur esse causa statuz. (8) Omnes autem causæ, et quæ proprie, et quæ ex accidenti dicuntur, ita dicuntur, aliæ, quia possunt, aliæ quia agunt : ut ædificandæ domus causa est ædificator, aut ædificans ædificator. (9) Similiter autem dicitur etiam in iis quorum eæ causæ, quas exposuimus, sunt causæ : exempli gratia, est causa hujus statuz, vel statuz, vel omnino imaginis ; item est causa hujus æris, vel æris, vel omnino materiæ. Eadem est accidentium ratio. (10) Præterea et hæc et illæ dicuntur conjunctæ : verbi gratia, non Polycletus, nec statuarius, sed Polycletus statuarius. Sed nihilominus omnes hæc sunt quidem, quod ad multitudinem, sex, sed dicuntur bifariam : vel enim ut singulari, vel ut genus, vel ut accidens, vel ut genus accidentis, et ut hæc conjunctæ, vel simpliciter acceptæ : hæc autem omnia vel agentia vel secundum potestatem. (11) Adeo autem differunt, ut agentes, et singulares, simul sint et non sint cum iis quorum sunt causæ (veluti hic qui medetur simul est cum hoc quisanatur ; et hic ædificans, simul est cum hac re quæ ædificatur) : quæ vero secundum potestatem causæ dicuntur, non semper simul sunt ; quia non simul interit domus et ædificator. (12) Oportet autem semper summam cujusque rei causam quærere, quemadmodum et in aliis rebus : ut homo ædificat quia est ædificator ; ædificator autem est secundum artem ædificandi : hæc igitur causa prior est. Atque ita se res habet in omnibus. Præterea oportet generum quærere genera : singularium autem, singularia : ut statuarius est causa statuz : hic autem statuarius, hujus statuz. Ac potestates quidem, eorum quæ fieri possunt : agentia vero eorum quæ aguntur. (13) Quot igitur sint causæ, et quomodo sint causæ, satis a nobis definitum esto.

CAP. IV.

Λέγεται δὲ καὶ ἡ τύχη καὶ τὸ αὐτόματον τῶν αἰ-
 10 τῶν, καὶ πολλὰ καὶ εἶναι καὶ γίνεσθαι διὰ τύχην καὶ διὰ τὸ αὐτόματον. Τίνα οὖν τρόπον ἐν τούτοις ἐστὶ τοῖς αἰτίοις ἡ τύχη καὶ τὸ αὐτόματον, καὶ πότερον τὸ
 15 αὐτὸ ἢ τύχη καὶ τὸ αὐτόματον ἢ ἕτερον ; καὶ ὄλωσ τί ἐστὶν ἡ τύχη καὶ τὸ αὐτόματον, ἐπισκεπτέον.
 (2) Ἔνιοι γὰρ καὶ εἰ ἐστὶν ἡ μή, ἀποροῦσιν· οὐδὲν γάρ

Sed et fortuna et casus dicuntur esse in causarum numero, multaque et esse et fieri fortuito et casu. Quo igitur modo in his causis sit fortuna et casus, et ntrum idem sint fortuna et casus, an diversa, et omnino quid sit fortuna et casus, considerandum est. (2) Etenim nonnulli, an sit necne, dubitant ; aiunt enim nihil fieri a fortuna, sed omnium,

γίνεσθαι ἀπὸ τύχης φασίν, ἀλλὰ πάντων εἶναι τὸ αἴτιον
 ὄρισμένον, ἕσα λέγομεν ἀπ' αὐτομάτου γίνεσθαι
 ἢ τύχης, οἷον τοῦ ἐλθεῖν ἀπὸ τύχης εἰς τὴν ἀγοράν,
 καὶ καταλαβεῖν ὃν ἐβούλετο μὲν, οὐκ ὤφστο δέ, αἴτιον
 5 τὸ βούλεσθαι ἀγοράσαι ἐλθόντα· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ
 τῶν ἄλλων τῶν ἀπὸ τύχης λεγομένων αἰεὶ τὸ εἶναι λα-
 βεῖν τὸ αἴτιον, ἀλλ' οὐ τύχην· (3) ἐπεὶ εἰ γὰρ τι ἦν
 ἢ τύχη, ἄτοπον ἂν φανεῖτο ὡς ἀληθῶς, καὶ ἀπορήσειεν
 ἂν τις διὰ τί ποτ' οὐδεὶς τῶν ἀρχαίων σοφῶν τὰ αἴτια
 10 περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς λέγων, περὶ τύχης οὐδὲν
 διώρισεν, ἀλλ' ὡς ἔοικεν, οὐδὲν ὦντο οὐδ' ἐκείνοι εἶναι
 ἀπὸ τύχης. (4) Ἀλλὰ καὶ τοῦτο θαυμαστόν· πολλὰ
 γὰρ καὶ γίνεσθαι καὶ ἔστιν ἀπὸ τύχης καὶ ἀπὸ ταῦτο-
 μάτου, ἃ οὐκ ἀγνοοῦντες ὅτι ἔστιν ἐπανενεργεῖν ἕκαστον
 15 ἐπὶ τὸ αἴτιον τῶν γιγνομένων, καθάπερ ὁ παλαιὸς λόγος
 εἶπεν ὁ ἀναϊρῶν τὴν τύχην, ὅμως τούτων τὰ μὲν εἶναι
 φασὶ πάντες ἀπὸ τύχης, τὰ δ' οὐκ ἀπὸ τύχης. Διὸ καὶ
 ἀμωσγέπως ἦν ποιητέον αὐτοῖς μυσίαν. (5) Ἀλλὰ
 μὴν οὐδ' ἐκείνων γέ τι ὦντο εἶναι τὴν τύχην, οἷον φι-
 20 λαν ἢ νεῖκος ἢ νοῦν ἢ πῦρ ἢ ἄλλο γέ τι τῶν τοιού-
 των. Ἄτοπον οὖν εἶτε μὴ ὑπελάμβανον εἶναι εἶτε
 οἰόμενοι παρέλειπον, καὶ ταῦτ' ἐνόησε χρώμενοι, ὥσπερ
 Ἐμπεδοκλῆς οὐκ αἰεὶ τὸν ἀέρα ἀνωτάτω ἀποκρίνεσθαι
 φησιν, ἀλλ' ὅπως ἂν τύχη. Λέγει γοῦν ἐν τῇ κοσμο-
 25 ποίᾳ,

Ὡς οὕτω συνέκυρσε θέων τότε, πολλάκι δ' ἄλλως·

καὶ τὰ μόρια τῶν ζώων ἀπὸ τύχης γενέσθαι τὰ πλεῖστα
 φησίν. (6) Εἰσὶ δὲ τινες οἱ καὶ τοῦ οὐρανοῦ τοῦδε
 καὶ τῶν κοσμικῶν πάντων αἰτιῶνται τὸ αὐτόματον·
 30 ἀπὸ ταῦτομάτου γὰρ γίνεσθαι τὴν δίνην καὶ τὴν κί-
 νησιν τὴν διακρίνασαν καὶ καταστήσασαν εἰς ταύ-
 τὴν τὴν τάξιν τὸ πᾶν. (7) Καὶ μάλα τοῦτο θαυμά-
 σαι ἄξιον· λέγοντας γὰρ τὰ μὲν ζῶα καὶ τὰ φυτὰ
 ἀπὸ τύχης μήτε εἶναι μήτε γίνεσθαι, ἀλλ' ἤτοι φύσιν
 35 ἢ νοῦν ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον εἶναι τὸ αἴτιον (οὐ γὰρ
 ὅτι εἴτιον ἐκ τοῦ σπέρματος ἕκαστου γίνεσθαι, ἀλλ'
 ἐκ μὲν τοῦ τοιοῦτοῦ ἐλαία, ἐκ δὲ τοῦ τοιοῦτοῦ ἀνθρώπος),
 τὸν δ' οὐρανὸν καὶ τὰ θεϊότατα τῶν φανερῶν ἀπὸ τοῦ
 αὐτομάτου γενέσθαι, τοιαύτην δ' αἰτίαν μηδεμίαν
 40 εἶναι οἷαν τῶν ζώων καὶ τῶν φυτῶν. (8) Καίτοι εἰ
 οὕτως ἔχει, τοῦτ' αὐτὸ ἄξιον ἐπιστάσεως, καὶ κα-
 λῶς ἔχει λεχθῆναι τι περὶ αὐτοῦ. Πρὸς γὰρ τῶν καὶ
 ἄλλως ἄτοπον εἶναι τὸ λεγόμενον, ἔτι ἀτοπώτερον
 τὸ λέγειν ταῦτα, ὁρῶντας ἐν μὲν τῷ οὐρανῷ οὐδὲν
 45 ἀπὸ ταῦτομάτου γιγνόμενον, ἐν δὲ τοῖς οὐκ ἀπὸ τύχης
 πολλὰ συμβαίνοντα ἀπὸ τύχης. Καίτοι εἰκόσ γε ἦν
 τούναντιον γίνεσθαι. (9) Εἰσὶ δὲ τινες ὅς δοκεῖ εἶναι
 αἰτία μὲν ἢ τύχη, ἀδηλος δὲ ἀνθρωπίνη διανοία, ὡς
 θεῖον τι οὔσα καὶ δαιμονιώτερον. Ὡστε σκεπτέον καὶ
 50 τί ἐκάτερον, καὶ εἰ ταῦτον ἢ ἕτερον τὸ τε αὐτόματον
 καὶ ἢ τύχη, καὶ πῶς εἰς τὰ διωρισμένα αἴτια ἐμπι-
 πτούσι.

quæ dicimus casu vel fortuito fieri, esse aliquam causam
 definitam : ut puta fortuito veniendi in forum, et repe-
 riendi quem volebat quidem, non tamen putabat se reper-
 turum, causa est voluntas, rem aliquam, quum in forum
 venisset, emendi. Similiter et in aliis, quæ fortuito fieri
 dicuntur, semper aliquam causam sumi posse, non autem
 fortunam. (3) Nam si fortuna esset aliquid, re vera absur-
 dum videretur : ac dubitare quispiam posset, cur nemo
 unquam veterum sapientum, causas ortus et interitus tra-
 dens, de fortuna quidpiam definierit. Sed, ut videtur, ne
 illi quidem putarunt aliquid esse a fortuna. (4) Sed et hoc
 admirabile est. Multa namque et sunt et sunt a fortuna et
 casu : quæ non ignorantes posse referri singula ad aliquam
 eorum quæ sunt causam, quemadmodum antiquus sermo
 fortunam tollens ait; tamen horum quædam omnes aiunt
 esse a fortuna, quædam autem non a fortuna. Quocirca
 ejus quoque aliqua mentio ab ipsis facienda erat. (5) At vero
 nec illorum quidpiam putarunt esse fortunam, veluti ami-
 citiam, aut contentionem, aut mentem, aut ignem, aut
 aliquid aliud ejusmodi. Absurdum igitur est, sive non
 existimarunt esse, sive, quum esse putarent, prætermi-
 serunt; præsertim quum ipsi quoque interdum casu et for-
 tuna utantur : sicut Empedocles non semper aerem in su-
 periore loco secerni inquit, sed quomodo contigerit :
 dicit enim in Cosmopœia,

Sæpe alias aliter, sed tum sic forte cucurrit.

Partes quoque animalium plerasque a fortuna factas esse
 dicit. (6) Sunt autem nonnulli, qui et cæli hujus et omnium
 mundi partium causam adscribunt casui : casu enim fieri
 aiunt conversionem, et motum, qui universum distinxit
 et redegit in hunc ordinem. (7) Et sane hoc valde est
 admiratione dignum, quod dicunt animalia quidem et
 plantas nec esse nec fieri a fortuna; sed eorum causam
 esse aut naturam, aut mentem, aut aliquid aliud tale
 (quia non quodvis ex unoquoque semine fit, sed ex illo
 oliva, ex hoc autem homo); cælum autem, et quæ sunt
 inter res manifestas maxime divina, casu facta esse, atque
 eorum nullam esse talem causam, qualem fatentur esse
 animalium et plantarum. (8) Atqui, si ita res habet, hoc
 ipsum est consideratione dignum, et e re est de ipso aliquid
 dicere. Nam, præterquam quod aliqui est absurdum quod
 dicitur, adhuc absurdus est hæc dicere, quum videamus
 in cælo quidem nihil casu fieri, in his autem quæ non sunt
 a fortuna, multa fortuito accidere. Atqui contrarium fieri
 decebat. (9) Sunt autem nonnulli quibus fortuna videtur
 esse quidem causa, sed humanæ menti obscura, tanquam
 sit divinum quid ac numen excellentius. Quare conside-
 randum est, et quid sit utrumque, et utrum idem sint,
 an diversa casus inquam et fortuna, et quomodo in
 causas supra definitas cadant.

CAP. V.

Πρῶτον μὲν οὖν, ἐπειδὴ δρῶμεν τὰ μὲν αἰὶ ὡσαύτως γιγνώμενα, τὰ δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, φανερόν ἐστι οὐδετέρου τούτων αἰτία ἢ τύχη λέγεται οὐδὲ τὸ ἀπὸ τύχης, οὔτε τοῦ ἐξ ἀνάγκης καὶ αἰεὶ, οὔτε τοῦ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ. Ἄλλ' ἐπειδὴ ἔστιν ἂ γίγνεται καὶ παρὰ ταῦτα, καὶ ταῦτα πάντες φασὶν εἶναι ἀπὸ τύχης, φανερόν ἐστι ἔστι τι ἢ τύχη καὶ τὸ αὐτόματον· τὰ τε γὰρ τοιαῦτα ἀπὸ τύχης καὶ τὰ ἀπὸ τύχης τοιαῦτα ὄντα ἴσμεν. (2) Τῶν δὲ γιγνομένων τὰ μὲν ἕνεκά του γίγνεται, τὰ δ' οὐ τούτων δὲ τὰ μὲν κατὰ προαίρεσιν, τὰ δ' οὐ κατὰ προαίρεσιν, ἄμφω δ' ἐν τοῖς ἕνεκά του· ὥστε δῆλον ἐστι καὶ ἐν τοῖς παρὰ τὸ ἀναγκαῖον καὶ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἔστιν ἕνια περὶ ἂ ἐνδέχεται ὑπάρχειν τὸ ἕνεκά του. Ἔστι δ' ἕνεκά του ὅσα τε ἀπὸ διανοίας ἂν πρα- χθεῖη καὶ ὅσα ἀπὸ φύσεως. (3) Τὰ δὲ τοιαῦτα ὄντα κατὰ συμβεβηκὸς γίνονται, ἀπὸ τύχης φαμὲν εἶναι· ὡς περὶ γὰρ καὶ ὄν ἐστι τὸ μὲν καθ' αὐτό, τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς, οὕτω καὶ αἰτιον ἐνδέχεται εἶναι, ὡς οἰκίας καθ' αὐτὸ μὲν αἰτιον τὸ οἰκοδομικόν, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ τὸ λευκὸν ἢ τὸ μουσικόν. Τὸ μὲν οὖν καθ' αὐτὸ αἰτιον ὀρισμένον, τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἀόριστον· ἄπειρα γὰρ ἂν τῶ ἐνὶ συμβαίῃ. Καθάπερ οὖν ἐλέγθη, ὄντα ἐν τοῖς ἕνεκά του γιγνομένοις τοῦτο γίνονται, τότε λέγεται ἀπὸ ταυτομάτου καὶ ἀπὸ τύχης. (4) Αὐτῶν δὲ πρὸς ἀλλήλα τὴν διαφορὰν τούτων ὕστερον διοριστέον. Νῦν δὲ τοῦτο ἔστω φανερόν, ἐστι ἄμφω ἐν τοῖς ἕνεκά του ἔστιν, ὡς ἕνεκα τοῦ ἀπολαβεῖν τὸ ἀργύριον ἦλθεν ἂν, κομισόμενος τὸν ἔρανον, εἰ ἦδει· ἦλθε δ' οὐ τούτου ἕνεκα, ἀλλὰ συνέβη αὐτῶ ἔλθεῖν καὶ ποιῆσαι τοῦτο τοῦ κομίσασθαι ἕνεκα· τοῦτο δὲ οὐθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ φοιτῶν εἰς τὸ χωρίον, οὐτ' ἐξ ἀνάγκης. Ἔστι δὲ τὸ τέλος, ἢ κομιζή, οὐ τῶν ἐν αὐτῶ αἰτίων, ἀλλὰ τῶν προαιρετῶν καὶ ἀπὸ διανοίας· καὶ λέγεται γὰρ τότε ἀπὸ τύχης ἔλθεῖν. Εἰ δὲ προελόμενος καὶ τούτου ἕνεκα, ἢ αἰεὶ φοιτῶν ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κομιζόμενος, οὐκ ἀπὸ τύχης. (5) Δῆλον ἄρα ἐστι ἢ τύχη αἰτία κατὰ συμβεβηκὸς ἐν τοῖς κατὰ προαίρεσιν τῶν ἕνεκά του· διὸ περὶ τὸ αὐτὸ διάνοια καὶ τύχη· ἢ γὰρ προαίρεσις οὐκ ἄνευ διανοίας. (6) Ἀόριστα μὲν οὖν τὰ αἰτία ἀνάγκη εἶναι, ἀπ' ὧν ἂν γένοιτο τὸ ἀπὸ τύχης. Ὅθεν καὶ ἢ τύχη τοῦ ἀορίστου εἶναι δοκεῖ καὶ ἀδηλος ἀνθρώπῳ. Καὶ ἔστιν ὡς οὐδὲν ἀπὸ τύχης δόξειεν ἂν γίνεσθαι. Πάντα γὰρ ταῦτα ὀρθῶς λέγεται, ἐστι εὐλόγως. Ἔστι μὲν γὰρ ὡς γίγνεται ἀπὸ τύχης· κατὰ συμβεβηκὸς γὰρ γίγνεται· (7) καὶ ἔστιν αἰτιον ὡς συμβεβηκὸς ἢ τύχη, ὡς δ' ἀπλῶς οὐδενός, ὡς οἰκίας οἰκοδόμος μὲν αἰτιος, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ ἀυλητής· καὶ τοῦ ἔλθοντα κομίσασθαι τὸ ἀργύριον, μὴ τούτου ἕνεκα ἔλθοντα, ἄπειρα τὸ πλῆθος· καὶ γὰρ ἴδεναι τινὰ βουλόμενος καὶ διώκων, καὶ φεύγων. (8) Καὶ τὸ φάναι εἶναι τι παράλογον τὴν τύχην, ὀρθῶς· ὁ γὰρ λόγος ἢ τῶν αἰεὶ ὄντων ἢ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἢ δὲ

Primum igitur, quum videamus quaedam semper, alia plerumque eodem modo fieri, manifestum est neutrius horum causam dici aut fortunam aut quod est fortuitum, id est, neque ejus quod necessario et semper fit, neque ejus quod plerumque fit. Sed quia nonnulla etiam sunt quae praeter haec fiunt, atque omnes haec aiunt esse a fortuna: apparet fortunam et casum esse aliquid. Nam quae sunt ejusmodi, esse a fortuna; et quae sunt a fortuna, ejusmodi esse novimus. (2) Eorum autem quae fiunt, alia fiunt alicujus gratia, alia minime: illorum autem quaedam sunt ex praeelectione, quaedam non ex praeelectione: ambo autem sunt in iis quae alicujus gratia fiunt. Quapropter perspicuum est, etiam in iis quae nec necessario nec plerumque fiunt, esse nonnulla, in quibus esse potest quod fit alicujus gratia. Sunt autem alicujus gratia, quum ea quae a mente fieri possunt, tum etiam quae a natura. (3) Quae igitur sunt ejusmodi, quum ex accidenti fiunt, ea dicimus esse a fortuna. Sicut enim ens aliud est per se, aliud ex accidenti: ita etiam causa esse potest; ut aedium per se causa est quod est aedificandi facultate praeditum, ex accidenti autem album aut musicum. Quae igitur est causa per se, definita est; quae vero ex accidenti, indefinita: quoniam infinita possunt uni accidere. Sicut igitur dictum fuit, quando in iis quae alicujus causa fiunt, hoc fit, tum dicitur esse a casu et a fortuna. (4) Horum autem inter se differentia posterius explicanda erit. Sed hoc in praesentia constet, utraque in iis esse quae alicujus causa fiunt: ut puta, argenti accipiendi gratia venisset, utique accepturus pecuniam, si scivisset; sed non hujus rei gratia venit: verum accidit ut veniret, et hoc faceret accipiendi gratia: idque nec plerumque veniens in eum locum, nec necessario. Finis autem, id est acceptio pecuniae, non est in numero causarum quae in ipsa re sunt, sed est eorum quae sub praeelectionem cadunt, et a mente proficiuntur. Tuncque dicitur fortuito profectus esse. Quodsi id praeelegisset et hujus gratia fuisset, vel semper aut plerumque eo se conferens acciperet pecuniam: certe id non esset a fortuna. (5) Patet igitur fortunam esse causam ex accidenti, in iis quae raro contingunt secundum praeelectionem eorum quae alicujus gratia fiunt. Quapropter in eodem versantur mens et fortuna: quia praeelectio non est sine mente. (6) Necessae est igitur ut eae causae sint indefinitae, a quibus fieri potest quod est a fortuna. Unde etiam fortuna videtur esse rei indefinitae, atque homini occulta. Et aliquo modo nihil a fortuna fieri posse videtur. Haec enim omnia recte dicuntur, quia sunt rationi consentanea. Nam aliquo modo fit a fortuna: ex accidenti namque: (7) ac fortuna est causa ut accidens: simpliciter autem nullius rei causa est: ut puta, aedium causa quidem est aedificator, sed ex accidenti tibicen; et ut, quum in forum venerit, argentum accipiat, qui non hujus causa venit, causae sunt multitudine infinitae: nam et videre aliquem volens, et persequens, et fugiens, venisse potest. (8) Illud quoque recte dicitur, fortunam esse rem a ratione alienam: quoniam ratio est eorum quae semper aut quae plerumque sunt; fortuna vero

τύχη ἐν τοῖς γινομένοις παρὰ ταῦτα. Ὅσοι ἐπειδὴ ἀόριστα τὰ οὕτως αἷτια, καὶ ἡ τύχη ἀόριστον. Ὅμως δ' ἐπ' ἐνίων ἀπορήσειεν ἂν τις, ἄρ' οὖν τὰ τυχόντα αἷτι' ἂν γένοιτο τῆς τύχης, ὅσον ὑγείας ἢ πνεύμα ἢ ἐλθῆσαι, ἀλλ' οὐ τὸ ἀποκεκάρθαι· ἐστὶ γὰρ ἄλλα ἄλλων ἐγγύτερα τῶν κατὰ συμβεβηκὸς αἷτιων. (9) Τύχη δὲ ἀγαθὴ μὲν λέγεται, ὅταν ἀγαθὸν τι ἀποβῆ· φαῦλη δέ, ὅταν φαῦλόν τι· εὐτυχία δὲ καὶ δυστυχία, ὅταν μέγεθος ἔχοντα ταῦτα· διὸ καὶ τὸ παρὰ μικρὸν κακόν, ἢ ἀγαθὸν μέγα λαβεῖν ἢ δυστυχεῖν ἢ εὐτυχεῖν ἐστίν, ὅτι ὡς ὑπάρχον λέγει ἢ διάνοια· τὸ γὰρ παρὰ μικρὸν ὥσπερ οὐδὲν ἀπέχειν δοκεῖ. Ἐτι ἀβέβαιον ἢ εὐτυχία, εὐλόγως· ἢ γὰρ τύχη ἀβέβαιος· οὕτε γὰρ αἰεὶ οὐθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἰόντ' εἶναι τῶν ἀπὸ τύχης οὐθέν.

15 [VI.] (10) Ἐστὶ μὲν οὖν ἄμφω αἷτια, καθάπερ εἴρηται, κατὰ συμβεβηκός, καὶ ἡ τύχη καὶ τὸ αὐτομάτον, ἐν τοῖς ἐνδεχομένοις γίνεσθαι μὴ ἄπλως μὴδ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ τούτων δσ' ἂν γένοιτο ἕνεκά του.

in iis cernitur, quæ præter hæc fiunt : adeo ut, quia indefinitæ sunt quæ ita sunt causæ, etiam fortuna sit res indefinita. Veruntamen de quibusdam aliquis dubitare possit, an quævis causæ fieri possint ipsius fortunæ : veluti, an valetudinis causa sit aut ventus, aut æstus, sed non detonsum esse. Nam causarum accidentiarum aliæ sunt aliis propinquiores. (9) Secunda autem fortuna dicitur, quom aliquid boni evenit : adversa vero, quom aliquid mali. Fortunæ vero prosperitas, et infortunium seu calamitas tum dicitur, quom hæc magna sunt. Quare etiam quom parum abest quin in magnum aliquid malum vel bonum incidimus, id quoque est infortunio vel prosperitate fortunæ uti : quia mens id assertit, quasi sit. Quod enim parum abest, quasi nihil abesse videtur. Præterea fortunæ prosperitas inconstans est, merito : quoniam ipsa fortuna inconstans est : utpote quom nihil eorum quæ a fortuna profiscuntur, aut semper aut plerumque esse possit. [VI.] (10) Utræque igitur sunt causæ, sicut dictum fuit, ex accidenti, tam fortuna quam casus ; videlicet in iis quæ fieri contingit nec simpliciter, nec plerumque, et in horum numero quæ fieri possunt alicujus gratia.

CAP. VI.

20 Διαφέρει δ' ὅτι τὸ αὐτόματον ἐπὶ πλείον ἐστὶ· τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τύχης ἀπὸ ταυτομάτου τοῦτο δ' οὐ πᾶν ἀπὸ τύχης. Ἡ μὲν γὰρ τύχη καὶ τὸ ἀπὸ τύχης ἐστὶν ὅσοις καὶ τὸ εὐτυχεῖν ἂν ὑπάρξειε καὶ ὄλιως πράξις. (2) Διὸ καὶ ἀνάγκη περὶ τὰ πρακτὰ εἶναι τὴν τύχην·

25 σημεῖον δ' ὅτι δοκεῖ ἦτοι ταῦτόν εἶναι τῇ εὐδαιμονίᾳ ἢ εὐτυχίᾳ ἢ ἐγγύς, ἢ δ' εὐδαιμονία πράξις τις· εὐπραξία γὰρ ὡσθ' ὀπόσοις μὴ ἐνδέχεται πράξαι, οὐδὲ τὸ ἀπὸ τύχης τι ποιῆσαι. (3) Καὶ διὰ τοῦτο οὐτε ἀψυχον οὐδὲν οὐτε θηρίον οὐτε παιδίον οὐδὲν ποιεῖ ἀπὸ

30 τύχης, ὅτι οὐκ ἔχει προαίρεσιν· οὐδ' εὐτυχία οὐδ' ἀτυχία ὑπάρχει τούτοις, εἰ μὴ καθ' ὁμοιότητα, ὥσπερ ἔφη Πρωτάρχος εὐτυχεῖς εἶναι τοὺς λίθους ἐξ ὧν οἱ βωμοί, ὅτι τιμῶνται, οἱ δὲ ἠμάζυγες αὐτῶν καταπατοῦνται. Τὸ δὲ πάσχειν ἀπὸ τύχης ὑπάρξει πως καὶ τούτοις,

35 ὅταν ὁ πράττων τι περὶ αὐτὰ πράξῃ ἀπὸ τύχης· ἄλλως δὲ οὐκ ἐστὶ. (4) Τὸ δ' αὐτόματον καὶ τοῖς ἄλλοις ζῳοῖς καὶ πολλοῖς τῶν ἀψύχων, ὅσον ὁ ἵππος αὐτόματος, φαμέν, ἦλθεν, ὅτι ἐσώθη μὲν ἐλθῶν, οὐ τοῦ σωθῆναι δὲ ἕνεκα ἦλθε. Καὶ ὁ τρίπους αὐτόματος κατέπεσεν· ἐστὶ μὲν γὰρ τοῦ καθῆσθαι ἕνεκα, ἀλλ' οὐ τοῦ καθῆσθαι ἕνεκα κατέπεσεν. (5) Ὅστε φανερόν ὅτι ἐν

40 τοῖς ἄπλως ἕνεκά του γινομένοις, ὅταν μὴ τοῦ συμβάντος ἕνεκα γένηται οὐ ἕξω τὸ αἷτιον, τότε ἀπὸ ταυτομάτου λέγομεν· ἀπὸ τύχης δέ, τούτων ὅσα ἀπὸ

45 ταυτομάτου γίνονται τῶν προαιρετῶν τοῖς ἔχουσι προαίρεσιν. (6) Σημεῖον δὲ τὸ μάτην, ὅτι λέγεται ὅταν μὴ γένηται τὸ ἕνεκα ἄλλου ἐκεῖνο οὐ ἕνεκα, ὅσον τὸ βαδίσαι λαπάξωος ἕνεκά ἐστιν· εἰ δὲ μὴ ἐγένετο βαδίσαντι, μάτην φαμέν βαδίσαι, καὶ ἢ βάδισαι

50 ματαία, ὡς τοῦτο ὄν τὸ μάτην, τὸ πεφυκὸς ἄλλου ἕνεκα, ὅταν μὴ περαίνῃ ἐκεῖνο οὐ ἕνεκα ἦν καὶ ἐπεφύκει· ἐπεὶ εἰ τις λούσασθαι φαίη μάτην ὅτι οὐκ ἐξέ-

Diferunt autem, quia casus latius patet. Quod enim a fortuna est, casu est : hoc autem non omne est a fortuna. Nam fortuna et fortuitum in iis est, in quibus et fortunæ prosperitas inesse potest, et omnino actio spectatur. (2) Quare necesse est ut fortuna in iis rebus versetur quæ sub actionem cadunt. Cujus rei signum est, quia fortunæ prosperitas videtur aut idem esse quod beatitudo, aut ei propinqua : beatitudo vero est actio quædam, siquidem est recta actio. Quocirca quæcumque non possunt agere, ea nec fortuito aliquid facere queunt. (3) Atque ob hanc causam nec inanimatum aliquid, nec bellum, nec infans facit aliquid fortuito : quia non habet præelectionem. Nec fortunæ prosperitas vel infortunium his inest, nisi secundum similitudinem : ut Protarchus dixit fortunatos esse lapides ex quibus aræ exstruuntur, quia honorantur, quom alii ejusdem generis pedibus conculcentur. Sed et pati a fortuna his quodammodo inest, quando scilicet qui in his aliquid facit, fortuito facit. Aliter vero non inest. (4) Casus autem aliis quoque animalibus et multis rebus inanimatis attribuitur, ut puta dicimus equum casu venisse : quia, quom veniret, servatus est, non tamen ob eam causam venit, ut servaretur. Ac tripodæ casu cecidisse : stetit enim sedendi gratia ; sed non ob eam causam cecidit, ut quis sederet. (5) Quare perspicuum est, in iis quæ simpliciter alicujus causa fiunt, quando non ejus quod contingit, gratia facta sunt quæ externam causam habent, tunc nos dicere hæc casu esse facta. Horum autem ea fieri a fortuna, quæ casu fiunt, et sub eorum præelectionem cadunt quæ præelectione sunt prædita. (6) Argumento est vox μάτην, id est Frustra : quia tunc dicitur aliquid frustra fieri, quom id quod alius gratia quoddam sit, id ipsum non fit cujus gratia geritur : ut deambulatio si purgationis gratia est, nec purgatio evenit ei qui deambulavit ; dicimus eum frustra deambulasse, ac deambulationem suo fine esse frustratam : tanquam hoc sit frustra, quod sua natura in alterius gratiam est comparatum, quando scilicet non perficit id cujus gratia est et naturâ comparatum est. Nam si quis

λιπεν ὁ ἥλιος, γελοῖος ἂν εἴη· οὐ γὰρ ἦν τοῦτο ἐκείνου ἔνεκα. (7) Οὕτω δὲ τὸ αὐτόματον καὶ κατὰ τὸ ὄνομα, ὅταν αὐτὸ μάτην γένηται· κατέπεσε γὰρ οὐ τοῦ πατάξαι ἔνεκα ὁ λίθος· ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἄρα κατέπεσε ὁ λίθος, ὅτι πέσει ἂν ὑπὸ τινός καὶ τοῦ πατάξαι ἔνεκα. (8) Μάλιστα δ' ἐστὶ χωριζόμενον τὸ ἀπὸ τύχης ἐν τοῖς φύσει γινομένοις· ὅταν γὰρ γένηται τι παρὰ φύσιν, τότε οὐκ ἀπὸ τύχης ἀλλὰ μάλλον ἀπὸ ταυτομάτου γεγόνειαι φαμέν. Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο ἕτερον· τοῦ μὲν γὰρ ἔξω τὸ αἴτιον, τοῦ δ' ἐντός.

9. Τί μὲν οὖν ἐστὶ τὸ αὐτόματον καὶ τί ἡ τύχη, εἴρηται, καὶ τί διαφέρουσιν ἀλλήλων. Τὸν δὲ τρόπον τῆς αἰτίας ἐν τοῖς ὄθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, ἐκάτερον αὐτῶν· ἡ γὰρ τῶν φύσει τι ἡ τῶν ἀπὸ διανοίας αἴτιον αἰεὶ ἐστίν· ἀλλὰ τούτων τὸ πλῆθος ἄριστον. (10) Ἐπεὶ δ' ἐστὶ τὸ αὐτόματον καὶ ἡ τύχη αἴτια ὧν ἂν ἡ νοῦς γένοιτο αἰτίας ἢ φύσις, ὅταν κατὰ συμβεβηκός αἰτιῶν τι γένηται τούτων αὐτῶν, οὐδὲν δὲ κατὰ συμβεβηκός ἐστὶ πρότερον τῶν καθ' αὐτό, ὁπλον ὅτι οὐδὲ τὸ κατὰ συμβεβηκός αἴτιον πρότερον τοῦ καθ' αὐτό. (11) Ὑστερον ἄρα τὸ αὐτόματον καὶ ἡ τύχη καὶ νοῦ καὶ φύσεως· ὥστ' εἰ ὅτι μάλιστα τοῦ οὐρανοῦ αἴτιον τὸ αὐτόματον, ἀνάγκη πρότερον νοῦν καὶ φύσιν αἰτίαν εἶναι καὶ ἄλλων πολλῶν καὶ τοῦδε παντός.

dicat se frustra lavisse, quia sol non defecit, ridiculus profecto erit, quoniam hoc non est illius gratia. (7) Sic igitur τὸ αὐτόματον, id est Casus, etiam nominis ratione habita, tunc dicitur, quum ipsum frustra (μάτην) sit. Cecidit enim lapis non ferendi gratia : casu igitur lapis cecidit, quia cadere potest etiam ab aliquo ferendi gratia projectus. (8) Maxime autem a casu se jungitur, quod est a fortuna, in iis quæ a natura sunt. Quum enim factum est aliquid præter naturam, tunc non dicimus id factum esse a fortuna, sed potius casu : quanquam et hoc est diversum ; illius enim causa est externa, hujus vero interna.

9. Quid igitur sit casus, et quid fortuna, dictum est, et quid inter se differant. Quod autem ad causæ modum attinet, horum utrumque in iis causis numeratur unde est principium motus. Semper enim est causa vel eorum quæ naturâ, vel eorum quæ a mente fiunt : sed horum multitudo est indefinita. (10) Quum autem casus et fortuna sint earum rerum causæ, quarum-mens aut natura potest esse causa, quando scilicet aliquid ex accidenti fit horum ipsorum gratia ; nihil autem quod fit ex accidenti prius sit iis quæ sunt per se : patet etiam causam ex accidenti non esse priorem causa per se. (11) Casus igitur et fortuna sunt causæ posteriores et mente et natura. Quare etiam si quammaxime casus esset cæli causa, tamen necesse esset mentem et naturam esse causam priorem quum multarum aliarum rerum, tum etiam hujus universi.

CAP. VII

25 Ὅτι δ' ἐστὶν αἴτια, καὶ ὅτι τοσαῦτα τὸν ἀριθμὸν ὅσα φαμέν, ὁπλον· τοσαῦτα γὰρ τὸν ἀριθμὸν τὸ διὰ τί περιελθῆν· ἡ γὰρ εἰς τὸ τί ἐστὶν ἀνάγεται τὸ διὰ τί ἔσχατον ἐν τοῖς ἀκινήτοις, ὅσον ἐν τοῖς μαθημασιν (εἰς ὄρισμὸν γὰρ τοῦ εὐθέος ἢ συμμετροῦ ἢ ἄλλου τινός ἀνάγεται ἔσχατον), (2) ἢ εἰς τὸ κινήσαν πρῶτον, ὅσον διὰ τί ἐπολέμησαν ; ὅτι ἐσύλησαν· ἢ τίνος ἔνεκα ; ἢ ἀρξῶνιν· ἢ ἐν τοῖς γινομένοις ἢ ὕλη. Ὅτι μὲν οὖν τὰ αἴτια ταῦτα καὶ τοσαῦτα, φανερόν. (3) Ἐπεὶ δ' αἱ αἰτίαι τέσσαρες, περὶ πασῶν τοῦ φυσικοῦ εἰδέναι, καὶ εἰς πάσας ἀνάγων τὸ διὰ τί ἀποδοῦσαι φυσικῶς, τὴν ὕλην, τὸ εἶδος, τὸ κινήσαν, τὸ οὐ ἔνεκα. Ἐρχεται δὲ τὰ τρία εἰς τὸ ἐν πολλάκις· τὸ μὲν γὰρ τί ἐστὶ καὶ τὸ οὐ ἔνεκα ἐν ἐστὶ· τὸ δ' ὅθεν ἢ κινήσις πρῶτον, τῷ εἶδει ταῦτο τούτοις· ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ· (4) καὶ ὄλος ὅσα κινούμενα κινεῖ· ὅσα δὲ μὴ, οὐκέτι φυσικῆς· οὐ γὰρ ἐν αὐτοῖς ἔχοντα κινήσιν οὐδ' ἀρχὴν κινήσεως κινεῖ, ἀλλ' ἀκίνητα ὄντα· διὸ τρεῖς αἱ πραγματεῖαι ἢ μὲν περὶ ἀκίνητων, ἢ δὲ περὶ κινουμένων μὲν ἄφθαρτον δέ, ἢ δὲ περὶ τὰ φθαρτά. (5) Ὡστε τὸ διὰ τί καὶ εἰς τὴν ὕλην ἀνάγοντι ἀποδίδονται, καὶ εἰς τὸ τί ἐστὶ, καὶ εἰς τὸ πρῶτον κινήσαν· περὶ γενέσεως γὰρ μάλιστα τούτων τὸν τρόπον τὰς αἰτίας σκοποῦσι, τί μετὰ τί γίνεταί, καὶ τί πρῶτον ἐποίησεν ἢ τί ἐπάθε, καὶ οὕτως αἰεὶ τὸ ἐφεξῆς. (6) Διτταὶ δὲ αἱ ἀρχαὶ αἱ κινῶσαι φυσικῶς, ὧν ἡ ἑτέρα οὐ φυσική· οὐ γὰρ ἔχει κινήσεως ἀρχὴν ἐν αὐτῇ· τοιοῦτον δ' ἐστὶν εἴ τι κινεῖ μὴ κινούμενον, ὥστερ τό τε παν-

Esse autem causas, ac tot esse numero, quot diximus, manifestum est. Tot etenim numero comprehendit quæstio cur sit : nam quæstio cur sit, vel ad quidditatem inducitur, quæ extremum est in rebus immobilibus, ut in mathematicis (ad definitionem enim recti, aut symmetri, aut alius cujuspiam ad postremum revocatur : (2) vel ad primum movens, veluti, cur pugnarunt ? quia prædati sunt : vel cujus gratia ? ut dominantur : vel in iis quæ fiunt, materia. Has igitur ac tot esse causas perspicuum est. (3) Quum autem causæ quattuor sint, omnes nosse, physici munus est ; et ad omnes referens, causam cur sit, physice reddet : nimirum ad materiam, formam, movens, et id cujus gratia. Sed tres plerumque in unam coeunt ; nam quid est, et id cujus gratia, unum sunt ; primum autem a quo motus proficiscitur, specie ab his non differt : homo namque hominem gignit : (4) et omnino quæcumque mota movent. Quæcumque vero non mota movent, non sunt amplius physicæ considerationis : quia movent, quum in se ipsis non habeant motum nec principium motus, sed sint immobilia. Idcirco tres sunt tractationes : una de immobili ; altera de eo quod movetur quidem, sed est interitus expertus ; tertia de rebus interitui obnoxiiis. (5) Quocirca redditur causa cur sit, et ab eo qui refert ad materiam, et ad quidditatem, et ad primum movens. Etenim de generatione maxime hoc modo causas considerant, quid post quid fiat, et quid primum fecerit, aut quid passum sit, et ita semper quod deinceps sequitur. (6) Duo autem sunt principia moventia naturaliter : quorum alterum non est physicum, quia non habet in se principium motus : tale autem est, si quid movet nec movetur ; ve-

τελῶς ἀκίνητον καὶ τὸ πάντων πρῶτον. (7) Καὶ τὸ τί ἐστὶ καὶ ἡ μορφή· τέλος γὰρ καὶ οὐ ἔνεκα· ὥστ' ἔπει· ἡ φύσις ἔνεκά του, καὶ ταύτην εἰδέναι δεῖ. Καὶ πάντως ἀποδοτέον τὸ διὰ τί, ὡς ὅτι ἐκ τοῦδε ἀνάγκη τὸδε· τὸ δὲ ἐκ τοῦδε ἢ ἀπλῶς ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ· καὶ εἰ μέλλει τοδὶ ἔσσεσθαι, ὥσπερ ἐκ τῶν προτάσεων τὸ συμπέρασμα· καὶ ὅτι τοῦτ' ἦν τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ διότι βέλτιον οὕτως, οὐχ ἀπλῶς, ἀλλὰ τὸ πρὸς τὴν ἐκάστου οὐσίαν.

CAP. VIII.

10 Λεκτέον δὴ πρῶτον μὲν διότι ἡ φύσις τῶν ἔνεκά του αἰτίων, ἔπειτα περὶ τοῦ ἀναγκαίου, πῶς ἔχει ἐν τοῖς φυσικοῖς· εἰς γὰρ ταύτην τὴν αἰτίαν ἀνάγουσι πάντες, ὅτι, ἔπειδὴ τὸ θερμὸν τοιονδὶ πέφυκε, καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ ἕκαστον δὴ τῶν τοιούτων, ταδὶ ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ καὶ γίνεταί· καὶ γὰρ ἐάν ἄλλην αἰτίαν εἴπωσιν, ὅσον ἀψάμενοι χαίρειν ἑώσιν, ὃ μὲν τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος, ὃ δὲ τὸν νοῦν. (α) Ἐχέει δ' ἀπορίαν τί κωλύει τὴν φύσιν μὴ ἔνεκά του ποιεῖν μηδ' ὅτι βέλτιον, ἀλλ' ὥσπερ βεὶ ὁ Ζεὺς οὐχ ὅπως τὸν σῖτον αὐξήσῃ, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης· τὸ γὰρ ἀναχθὲν ψυχθῆναι δεῖ, καὶ τὸ ψυχθὲν ὑψορ γενόμενον κατελθεῖν· τὸ δ' αὐξάνεσθαι τούτου γενομένου τὸν σῖτον συμβαίνει. Ὁμοίως δὲ καὶ εἰ τῷ ἀπόλλυται ὁ σῖτος ἐν τῇ ἄλλω, οὗ τούτου ἔνεκα βεὶ ὅπως ἀπόληται, ἀλλὰ τοῦτο συμβαίνει. (β) Ἄστε τί κωλύει οὕτω καὶ τὰ μέρη ἔχειν ἐν τῇ φύσει; οἷον τοὺς ὀδόντας ἐξ ἀνάγκης ἀνατεῖλαι τοὺς μὲν ἐμπροσθίους ὀξεῖς, ἐπιτηδείους πρὸς τὸ διατρεῖν, τοὺς δὲ γομφίους πλατεῖς καὶ χρησίμους πρὸς τὸ λεαίνειν τὴν τροφήν, ἐπεὶ οὐ τούτου ἔνεκα γενέσθαι, ἀλλὰ συμπεσεῖν. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων μερῶν, ἐν ὅσοις δοκεῖ ὑπάρχειν τὸ ἔνεκά του. Ὅπου μὲν οὖν ἅπαντα συνέθη ὥσπερ κἂν εἰ ἔνεκά του ἐγίνετο, ταῦτα μὲν ἐσώθη ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου συστάνα ἐπιτηδείως· ὅσα δὲ μὴ οὕτως, ἀπώλετο καὶ ἀπόλλυται, καθάπερ Ἐμπεδοκλῆς λέγει τὰ βουγενῆ ἀνδρόπρωρα. (α) Ὁ μὲν οὖν λόγος, ὃ ἂν τις ἀπορήσειεν, οὕτως, καὶ εἰ τις ἄλλος τοιοῦτός ἐστιν· ἀδύνατον δὲ τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον. Ταῦτα μὲν γὰρ καὶ πάντα τὰ φύσει ἢ αἰεὶ οὕτω γίνεταί ἢ ὡς 10 ἐπὶ τὸ πολὺ, τῶν δ' ἀπὸ τύχης καὶ τοῦ αὐτομάτου οὐδέν· οὐ γὰρ ἀπὸ τύχης οὐδ' ἀπὸ συμπτώματος δοκεῖ βεῖν πολλαχῆς τοῦ χειμῶνος, ἀλλ' ἐάν ὑπὸ κύνα· οὐδὲ καύματα ὑπὸ κύνα, ἀλλ' ἂν χειμῶνος. Εἰ οὖν ἢ ὡς ἀπὸ συμπτώματος δοκεῖ ἢ ἔνεκά του εἶναι, εἰ μὴ οἷοντε 15 ταῦτ' εἶναι μήτε ἀπὸ συμπτώματος μήτ' ἀπὸ αὐτομάτου, ἔνεκά του ἂν εἴη. Ἀλλὰ μὴ φύσει γ' ἐστὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, ὡς κἂν αὐτοὶ φαίεν οἱ ταῦτα λέγοντες. Ἔστιν ἄρα τὸ ἔνεκά του ἐν τοῖς φύσει γιγνομένοις καὶ οὔσιν. (α) Ἐτι ἐν ὅσοις τέλος ἐστὶ τί, τούτου 20 ἔνεκα πράττεται τὸ πρότερον καὶ τὸ ἐφεξῆς. Οὐκ οὖν ὡς πράττεται, οὕτω πέφυκε, καὶ ὡς πέφυκεν, οὕτω πράττεται ἕκαστον, ἂν μὴ τι ἐμποδίζῃ. Πράττεται

luti quod est omnino immobile et omnium primum. (7) Porro quidditas et forma : est enim finis, et id cuius gratia. Quapropter quum natura alicujus gratia agat, etiam hanc causam nosse oportet. Et omnino reddenda est causa cur sit : veluti, quia ex illo necesse est hoc fieri; ex illo, inquam, aut simpliciter, aut plerumque : et si hoc est futurum, ut ex propositionibus conclusio : et quia hæc est quidditas : et quia melius ita est, non simpliciter, sed relatione habita ad cuiusque rei essentiam.

Dicendum igitur est, primum cur natura sit in earum causarum numero quæ alicujus gratia agunt : deinde quomodo se habeat necessitas in rebus naturalibus. Ad hanc enim causam omnes referunt : veluti, quia natura est comparatum, ut, quod est calidum, sit tale, et quod est frigidum, et unumquodque eorum quæ talia sunt, idcirco hæc necessario sunt et fiunt : nam quando aliam causam dicunt, statim, quum vix attigerint, eam valere sinunt, alius amicitiam et contentionem, alius mentem. (2) Est autem dubitatio, quid prohibeat naturam non facere alicujus gratia, nec quia ita sit melius, sed sicut Juppiter pluit, non ut frumentum augeat, sed ex necessitate. Quod enim sublatum est, refrigerari oportet, et refrigeratum, quum sit in aquam mutatum, descendere : accidit autem ut hoc facto frumentum augeatur. Similiter et si cui pereat frumentum in area : non hujus gratia pluit, ut periret, sed hoc accidit. Quare quid prohibet sic etiam partes se habere in natura? veluti, dentes necessario oriri, anteriores quidem acutos et ad scindendum aptos; molares autem latos et ad molendum cibum idoneos? non enim hujus causa factum id esse, sed contigisse. Similis ratio est reliquarum partium, quæ videntur esse alicujus gratiæ. Ubi igitur omnia acciderunt perinde ac si alicujus gratia facta essent, hæc sunt servata, quum casu essent apte constituta. Quæ vero non ita facta sunt, perierunt, et pereunt : quemadmodum Empedocles inquit periisse bovigena androporora. (3) Ratio igitur, ob quam dubitare aliquis possit, hæc est, et si qua alia est ejusmodi. Sed impossibile est ut hoc modo hæc se habeant. Hæc enim, et quæcumque natura constant, aut semper ita fiunt, aut plerumque : eorum autem quæ fortuna aut casu fiunt, nihil semper aut plerumque ita fit : non enim fortuito neque casu videtur sæpe pluere hieme, sed si id fiat quum sol est sub cane : neque æstus sub cane, sed si hieme. Si igitur aut casu esse videtur, aut alicujus gratia : si hæc esse casu non possunt, certe alicujus gratia erunt. Atqui ejusmodi omnia natura constant, ut vel ipsi affirmarent qui hæc dicunt. Esse igitur alicujus gratia, inest in rebus quæ fiunt et constant natura. (4) Præterea in quibus est aliquis finis, hujus gratia fit id quod est prius, et quod deinceps. Ergo ut fit, ita natura aptum est fieri : et ut natura aptum est fieri, nisi quid impediatur, ita unumquodque

δ' ἕνεκά του· και πέφυκεν ἄρα τούτου ἕνεκα. Οἶον εἰ οἰκία τῶν φύσει γιγνομένων ἦν, οὕτως ἂν ἐγίγνετο ὡς νῦν ὑπὸ τέχνης· εἰ δὲ τὰ φύσει μὴ μόνον φύσει, ἀλλὰ και τέχνη γίγνοιτο, ὡσαύτως ἂν γίγνοιτο ἢ πέφυκεν· ἕνεκα ἄρα θατέρου θάτερον. (6) Ὅλων τε ἡ τέχνη τὰ μὲν ἐπιτελεῖ, ἢ ἡ φύσις ἀδυνατεῖ ἀπεργάσασθαι, τὰ δὲ μμεῖται. Εἰ οὖν τὰ κατὰ τὴν τέχνην ἕνεκά του, δῆλον ὅτι και τὰ κατὰ τὴν φύσιν· ὁμοίως γὰρ ἔχει πρὸς ἀλλήλα ἐν τοῖς κατὰ τέχνην και ἐν τοῖς κατὰ φύσιν τὰ ὕστερα πρὸς τὰ πρότερα. (8) Μάλιστα δὲ φανερόν ἐπὶ τῶν ζῶων τῶν ἄλλων, ἢ οὔτε τέχνη οὔτε ζητήσαντα οὔτε βουλευσάμενα ποιεῖ· ὅθεν διαποροῦσι τινες πότερον νῦν ἢ τινι ἄλλω ἐργάζονται οἱ τ' ἀράχνη και οἱ μύρμηκες και τὰ τοιαῦτα. Κατὰ μικρὸν δ' οὕτω πρῶτον και ἐν τοῖς φυτοῖς φαίνεται τὰ συμφέροντα γιγνώμενα πρὸς τὸ τέλος, ὅσον τὰ φύλλα τῆς τοῦ καρποῦ ἕνεκα σκέπης. Ὅσοι εἰ φύσει τε ποιεῖ και ἕνεκά του ἡ χελιδὼν τὴν νεοττίαν και ἡ ἀράχνης τὸ ἀράχνιον, και τὰ φυτὰ τὰ φύλλα ἕνεκα τῶν καρπῶν, και τὰς ῥίζας οὐκ ἄνω ἀλλὰ κάτω ἕνεκα τῆς τροφῆς, φανερόν ὅτι ἔστιν ἡ αἰτία ἡ τοιαύτη ἐν τοῖς φύσει γιγνομένοις και οὔσι. (7) Και ἐπεὶ ἡ φύσις διττή, ἡ μὲν ὡς ὕλη, ἡ δ' ὡς μορφή, τέλος δ' αὕτη, τοῦ τέλους δ' ἕνεκα τὰ ἄλλα, αὔτη ἂν εἴη ἡ αἰτία ἡ οὐ ἕνεκα. (8) Ἄμαρτια δὲ γίγνεται και ἐν τοῖς κατὰ τέχνην· ἐγραψε γὰρ οὐκ ὀρθῶς ὁ γραμματικός, και ἐπότισεν οὐκ ὀρθῶς ὁ ἱατρός τὸ φάρμακον· ὥστε δῆλον ὅτι ἐνδέχεται και ἐν τοῖς κατὰ φύσιν. Εἰ δὲ ἔστιν ἕνια κατὰ τέχνην ἐν οἷς τὸ ὀρθῶς ἕνεκά του, ἐν δὲ τοῖς ἁμαρτανομένοις ἕνεκα μὲν τινος ἐπιχειρεῖται ἀλλ' ἀποτυγχάνεται, ὁμοίως ἂν ἔχοι και ἐν τοῖς φυσικοῖς, και τὰ τέρατα ἁμαρτήματα ἐκείνου τοῦ ἕνεκά του. Και ἐν ταῖς ἐξ ἀρχῆς ἄρα συστάσσει τὰ βουγενῆ, εἰ μὴ πρὸς τινὰ ὄρον και τέλος ἕνα τὰ ἦν ἐλθεῖν, διαφθειρομένης ἂν ἀρχῆς τινὸς ἐγίγνετο, ὥσπερ νῦν τοῦ σπέρματος. (9) Ἐτι ἀνάγκη σπέρμα γενέσθαι πρῶτον, ἀλλὰ μὴ εὐθὺς τὰ ζῶα· και τὸ « οὐλοφυῆς μὲν πρῶτα » σπέρμα ἦν. Ἐτι και ἐν τοῖς φυτοῖς ἕνεστι τὸ ἕνεκά του, ἥττον δὲ διήρθρωται· πότερον οὖν και ἐν τοῖς φυτοῖς ἐγίγνετο, ὥσπερ βουγενῆ ἀνδρόπρωρα, οὕτω και ἀμπελογενῆ ελαιόπρωρα, ἢ οὐ; ἄτοπον γάρ· ἀλλὰ μὴν ἔδει γε, εἶπερ και ἐν τοῖς ζῴοις. (10) Ἐτι ἔδει ἐν τοῖς σπέρμασι γίγνεσθαι ὅπως ἔτυχεν· ὅλων δ' ἀναρεῖ ὁ οὕτω λέγων τὰ φύσει τε και φύσιν· φύσει γάρ, ὅσα ἀπὸ τινος ἐν αὐτοῖς ἀρχῆς συνεχῶς κινούμενα ἀφικνεῖται εἰς τι τέλος· ἀφ' ἐκάστης δὲ οὐ τὸ αὐτὸ ἐκάστοις οὐδὲ τὸ τυχόν, ἀεὶ μέντοι ἐπὶ τὸ αὐτό, ἐὰν μὴ τι ἐμποδίσῃ. (11) Τὸ δὲ οὐ ἕνεκα, και ὁ τούτου ἕνεκα, γένοιτο ἂν και ἀπὸ τύχης, ὅσον λέγομεν ὅτι ἀπὸ τύχης ἦλθεν ὁ ξένος και λουσάμενος ἀπῆλθεν, ὅταν ὥσπερ ἕνεκα τούτου ἐλθὼν πράξῃ, μὴ ἕνεκα δὲ τούτου ἐλθῇ· και τοῦτο κατὰ συμβεβηκός· ἡ γὰρ τύχη τῶν κατὰ συμβεβηκός αἰτίων, καθάπερ και πρότερον εἶπομεν· ἀλλὰ ὅταν τοῦτο αἰεὶ ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνηται, οὐ κατὰ συμβεβηκός οὐδ' ἀπὸ

fit. Atqui fit alicujus gratia : ergo etiam natura aptum est fieri hujus gratia. Ut puta si domus in eorum numero esset, quæ natura fiunt : sic utique a natura fieret, ut nunc fit ab arte. Quodsi ea quæ fiunt natura, non solum natura, sed etiam arte fierent ; eodem sane modo fierent, quo natura fieri apta sunt. Alterum igitur alterius gratia. (5) Et omnino ars partim perficit, quæ non potest natura perficere ; partim naturam imitatur. Si igitur artificiosa fiunt alicujus gratia, patet etiam naturalia ita fieri. Nam posteriora et priora similiter inter se affecta sunt in rebus artificiosis, atque in rebus naturalibus. (6) Maxime autem hoc manifestum est in aliis animalibus, quæ nec arte nec adhibita inquisitione aut consultatione faciunt. Ideo quidam dubitant, utrum mente, an alio quopiam operentur aranei, et formicæ, et ejusmodi animalia. Paulatim vero ita progredienti etiam in plantis videntur ea fieri, quæ ad finem conferunt : ut folia fructus tegendi gratia. Quocirca si natura et alicujus gratia facit hirundo nidum, et araneus araneam, et plantæ folia fructuum gratia, et radices non sursum sed deorsum versus, alimenti gratia : perspicuum est ejusmodi causam esse in iis quæ natura fiunt et constant. (7) Et quum natura duplex sit, altera ut materia, altera ut forma ; hæc autem sit finis, et finis gratia reliqua sint : certe hæc erit causa cujus gratia. (8) Peccatum autem committitur etiam in rebus artificiosis : scripsit enim non recte grammaticus ; et propinavit non recte medicus pharmacum. Quare patet id contingere etiam in rebus naturalibus. Si igitur sunt quædam artificiosa, in quibus quod recte fit, alicujus gratia fit ; in iis autem quæ peccantur, alicujus quidem gratia ars aggreditur, sed aberrat : res similiter se habebit etiam in rebus naturalibus, ac monstra erunt peccata ejus quod alicujus gratia agit. Ergo et in primis constitutionibus bovigena, nisi ad aliquem terminum et finem venire poterant, utique corrupto aliquo principio fiebant, ut nunc fiunt corrupto semine. (9) Præterea necesse est, semen prius factum esse, non statim animalia. Et illud οὐλοφύες (id est confusum et indigestum) primum exortum, semen erat. Præterea et in plantis inest quod alicujus gratia est : sed minus est distinctum. Utrum igitur etiam in plantis fiebant, sicut bovigena androprora, ita etiam vitigena elæoprora, an non ? quippe absurdum est. Atqui oportebat, siquidem et in animalibus. (10) Præterea oportebat etiam in seminibus fieri quidvis. Omnino autem qui sic dicit, ea tollit, quæ natura constant, et ipsam naturam. Natura enim constant, quæcumque ab aliquo interno principio continenter mota, perveniunt ad aliquem finem. Ab unoquoque autem principio non fit idem singularis, nec quidvis, sed semper ad eundem pervenit, nisi quid impediatur. (11) Id autem cujus gratia et id quod est ejus gratia, fieri possunt etiam a fortuna : sicut dicimus fortuito venisse hospitem, et quum laverit, abivisse ; quando scilicet ita egit, ac si hujus gratia venisset, non tamen hujus gratia venit : atque hoc fecit ex accidenti : nam fortuna est in earum causarum numero, quæ ex accidenti agunt, quemadmodum et antea diximus : sed quum hoc semper aut plerumque fit, tunc non fit ex accidenti, nec a fortuna.

τύχης· ἐν δὲ τοῖς φυσικοῖς αἰεὶ οὕτως, ἂν μὴ τι ἐμπο-
 δίσῃ. (12) Ἄτοπον δὲ τὸ μὴ οἰεσθαι ἕνεκά του γί-
 γνεσθαι, ἐὰν μὴ ἴδωσι τὸ κινῶν βουλευσάμενον.
 Καίτοι καὶ ἡ τέχνη οὐ βουλεύεται· καὶ γὰρ εἰ ἐνήν ἐν
 τῷ ξύλῳ ἢ ναυπηγικῇ, ὁμοίως ἀν φύσει ἐποίει· ὥστ'
 εἰ ἐν τῇ τέχνῃ ἐνεστί τὸ ἕνεκά του, καὶ ἐν φύσει.
 Μάλιστα δὲ ὀήλον, ὅταν τις λατρεύῃ αὐτὸς ἑαυτὸν·
 τούτῳ γὰρ ἔοικεν ἡ φύσις. Ὅτι μὲν οὖν αἰτία ἡ φύ-
 σις, καὶ οὕτως ὡς ἕνεκά του, φανερόν.

In rebus vero naturalibus semper ita fit, nisi quid impediatur.
 (12) Illud quoque absurdum est, quod non putant alicujus
 gratia fieri, nisi videant movens consultasse. Atqui etiam
 ars non consultat. Etenim si in ligno inesset ars navium ex-
 struendarum; similiter ut natura faceret. Quapropter si in
 arte inest quod est alicujus gratia, etiam in natura inest.
 Quod maxime manifestum est, quum aliquis sibi ipse me-
 detur: huic enim natura assimilatur. Naturam igitur esse
 causam, atque ita ut alicujus gratia agat, perspicuum est.

CAP. IX.

10 Ἴδ' ὁ δ' ἐξ ἀνάγκης πότερον ἐξ ὑποθέσεως ὑπάρχει
 ἢ καὶ ἀπλῶς; νῦν μὲν γὰρ οἴονται τὸ ἐξ ἀνάγκης εἶναι
 ἐν τῇ γενέσει, ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸν τοῖχον ἐξ ἀνάγκης
 γεγενῆσθαι νομίζοι, ὅτι τὰ μὲν βραρέα κάτω πέφυκε
 φέρεσθαι, τὰ δὲ κοῦφα ἐπιπολῆς· διὸ οἱ λίθοι μὲν κάτω
 15 καὶ τὰ θεμέλια, ἢ δὲ γῆ ἄνω διὰ κορυφότητα, ἐπι-
 πολῆς δὲ μάλιστα τὰ ξύλα· κορυφώτατα γάρ. (2) Ἄλλ'
 ὅμως οὐκ ἄνευ μὲν τούτων γέγονεν, οὐ μέντοι διὰ
 ταῦτα πλὴν ὡς δι' ὕλην, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ κρύπτειν ἅττα
 καὶ σώζειν. Ὅμοιως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, ἐν
 20 ὅσοις τὸ ἕνεκά του ἐστίν, οὐκ ἄνευ μὲν τῶν ἀναγκαίων
 ἐχόντων τὴν φύσιν, οὐ μέντοι γὰρ διὰ ταῦτα, ἀλλ' ἢ ὡς
 ὕλην, ἀλλ' ἕνεκά του, οἷον διὰ τί ὁ πρίων τοιοσδί;
 ὅπως τοδί καὶ ἕνεκα τουδί. Τοῦτο μέντοι τὸ οὐ ἕνεκα
 ἀδύνατον γενέσθαι, ἂν μὴ σιδηροῦς ἦ· ἀνάγκη ἄρα
 25 σιδηροῦν εἶναι, εἰ πρίων ἔσται καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ.
 Ἐξ ὑποθέσεως δὲ τὸ ἀναγκαῖον, ἀλλ' οὐχ ὡς τέλος·
 ἐν γὰρ τῇ ὕλῃ τὸ ἀναγκαῖον, τὸ δ' οὐ ἕνεκα ἐν τῷ
 λόγῳ. (3) Ἔστι δὲ τὸ ἀναγκαῖον ἐν τε τοῖς μαθη-
 μασιν καὶ ἐν τοῖς κατὰ φύσιν γιγνομένοις τρόπον τινὰ
 30 παραπλησίως· ἐπεὶ γὰρ τὸ εὐθὺ τοδί ἐστίν, ἀνάγκη τὸ
 τρίγωνον δύο ὀρθαῖς ἴσας ἔχειν· ἀλλ' οὐκ εἰ τοῦτο,
 ἐκεῖνο· ἀλλ' εἴ γε τοῦτο μὴ ἐστίν, οὐδὲ τὸ εὐθὺ ἐστίν.
 Ἐν δὲ τοῖς γιγνομένοις ἕνεκά του ἀνάπαλιν, εἰ τὸ τέ-
 λος ἔσται ἢ ἔστι, καὶ τὸ ἔμπροσθεν ἔσται ἢ ἔστιν· εἰ
 35 δὲ μὴ, ὥσπερ ἐκεῖ μὴ ὄντος τοῦ συμπεράσματος
 ἢ ἀρχῆς οὐκ ἔσται, καὶ ἐναυῦθα τὸ τέλος καὶ τὸ οὐ
 ἕνεκα· ἀρχὴ γὰρ καὶ αὐτῆ, οὐ τῆς πράξεως, ἀλλὰ τοῦ
 λογισμοῦ· ἐκεῖ δὲ τοῦ λογισμοῦ· πράξεις γὰρ οὐκ
 εἰσίν. (4) Ὡστ' εἰ ἔσται οἰκία, ἀνάγκη ταῦτα γενέ-
 40 σθαι ἢ ὑπάρχειν ἢ εἶναι, ἢ ὅπως τὴν ὕλην τὴν ἕνεκά
 του, οἷον λίθους καὶ πλίνθους, εἰ οἰκία οὐ μέντοι διὰ
 ταῦτα ἐστὶ τὸ τέλος, ἀλλ' ἢ ὡς ὕλην· οὐδ' ἔσται
 διὰ ταῦτα. Ὅπως μέντοι μὴ ὄντων οὐκ ἔσται οὐδ'
 ἢ οἰκία οὐδ' ὁ πρίων, ἢ μὲν εἰ μὴ οἱ λίθοι, ὁ δ' εἰ μὴ
 45 ὁ σιδηρός· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ αἱ ἀρχαί, εἰ μὴ τὸ τρί-
 γωνον δύο ὀρθαῖς. Φανερόν δὲ ὅτι τὸ ἀναγκαῖον ἐν
 τοῖς φυσικοῖς τὸ ὡς ὕλη λεγόμενον καὶ αἱ κινήσεις
 αἰ ταύτης. (5) Καὶ ἄμφω μὲν τῷ φυσικῷ λεκτέαι αἰ
 αἰτίαι, μᾶλλον δὲ ἡ τινὸς ἕνεκα· αἴτιον γὰρ τοῦτο τῆς
 50 ὕλης, ἀλλ' οὐκ αὐτῆ τοῦ τέλους· καὶ τὸ τέλος τὸ οὐ
 ἕνεκα, καὶ ἢ ἀρχὴ ἀπὸ τοῦ ὀρισμοῦ καὶ τοῦ λόγου,
 ὥσπερ ἐν τοῖς κατὰ τέχνην, ἐπεὶ ἢ οἰκία τοιόνδε,

Necessitas autem utrum inest ex hypothesi, an simpli-
 citer? Nunc enim putant necessitatem in ortu esse. Perinde
 ac si quis ædificium ex necessitate factum esse arbitraretur:
 quia gravis deorsum feruntur suapte natura, levia vero in
 locum sublimem: idcirco lapides quidem et fundamenta
 sunt inferiori loco, supra autem est terra ob levitatem;
 summum locum maxime obtinent ligna, quia sunt levissima.
 (2) Verumtamen non quidem sine his factum est, non tamen
 propter hoc est factum, nisi ut propter materiam, sed pot-
 tius quædam celandi ac servandi gratia. Similiter autem et
 in aliis omnibus, in quibus inest quod est alicujus gratia.
 Non sunt enim sine his, quæ necessariam naturam habent;
 non tamen sunt propter hæc, nisi ut materiam: sed alicu-
 jus gratia; veluti, cur serra est talis? ut hoc sit, hujusque
 gratia: hoc vero cujus gratia, fieri nequit, nisi ferrea sit:
 necesse est igitur ferream esse, si futura sit serra, et opus
 ejus. Ergo ex hypothesi est necessitas, non ut finis. In
 materia namque est necessitas: id vero cujus gratia, est in
 ratione. (3) Est autem necessitas et in disciplinis, et in iis
 quæ natura fiunt, quodammodo similis. Quum enim rectum
 sit hoc, necesse est triangulum habere tres angulos duobus
 rectis æquales. At non si hoc sit, etiam illud est: sed si hoc
 non sit, neque rectum erit. In iis vero quæ alicujus gratia
 fiunt, e contrario si finis erit aut est; etiam quod antecedit,
 erit aut est. Sin minus, ut illic quum non est conclusio,
 non erit principium; ita etiam hic non erit finis et id cujus
 gratia. Hoc enim est principium, non actionis, sed ratiocina-
 tionis: ibi autem ratiocinationis, quoniam actiones non
 sunt. (4) Quare si erit domus, necesse est hæc esse facta,
 aut suppetere, aut esse, aut omnino esse materiam prop-
 priam alicujus gratia: veluti, lapides et lateres, si futura
 est domus. Non tamen propter hæc est finis, neque ob hæc
 erit, nisi ut ob materiam. Omnino vero, nisi hæc sint,
 neque domus erit, neque serra: illa quidem, nisi sint lapi-
 des; hæc autem, nisi sit ferrum: quia nec ibi sunt principia,
 nisi triangulum habeat tres angulos æquales duobus rectis.
 Perspicuum igitur est, necessitatem esse in rebus naturali-
 bus, quæ dicitur ut materia, et hujus motiones. (5) Et
 ambæ quidem causæ tradendæ sunt a physico; magis ta-
 men ea cujus gratia: hæc enim est causa materiæ, non
 ipsa materia est causa finis. Ac finis, id cujus gratia, et
 principium, a definitione et ratione sumitur: ut in rebus
 artificiosis, quum domus sit talis oportet hæc esse facta.

τάδε δεῖ γίνεσθαι καὶ ὑπάρχειν ἐξ ἀνάγκης, καὶ ἐπεὶ ἢ ὑγίεια τοδί, τάδε δεῖ γίνεσθαι ἐξ ἀνάγκης καὶ ὑπάρχειν· οὕτως καὶ εἰ ἄνθρωπος τοδί, ταδί· εἰ δὲ ταδί, ταδί. (8) Ἴσως δὲ καὶ ἐν τῷ λόγῳ ἐστὶ τὸ ἀναγκαιόν. Ὅρισαιμένῳ γὰρ τὸ ἔργον τοῦ πρὶεν ὅτι διαίρεσις τοιαδί· αὕτη δ' οὐκ ἔσται, εἰ μὴ ἔξει ὀδόντας τοιουσδί· οὗτοι δ' οὐ, εἰ μὴ σιδηροῦς. Ἔστι γὰρ καὶ ἐν τῷ λόγῳ ἕνια μόρια ὡς ἔλη τοῦ λόγου.

et esse ex necessitate; et quum sanitas sit hoc, oportet ex necessitate hæc esse facta et esse: ita etiam si homo est hoc, oportet hæc quoque esse; et si hæc, etiam ista. (6) Fortassis autem etiam in definitione est necessitas. Quum enim opus secandi aliquis definierit esse divisionem talem: at hæc non erit, nisi serra habeat dentes tales; hi vero non erunt, nisi sit ferrea. Sunt enim in definitione quoque partes quædam definitionis, tanquam materia.

LIBER III.

CAP. I.

Ἐπεὶ δ' ἡ φύσις μὲν ἐστὶν ἀρχὴ κινήσεως καὶ μετα-
10 βολῆς, ἢ δὲ μέθοδος ἡμῖν περὶ φύσεώς ἐστι, δεῖ μὴ λαθάνειν τί ἐστὶ κίνησις· ἀναγκαῖον γάρ, αὐτῆς ἀγνωστομένης, ἀγνωεῖσθαι καὶ τὴν φύσιν. Διορισαιμένοις δὲ περὶ κινήσεως πειρατέον τὸν αὐτὸν ἐπελθεῖν τρόπον περὶ τῶν ἐφεξῆς. Δοκεῖ δ' ἡ κίνησις εἶναι τῶν συνε-
15 χῶν, τὸ δ' ἄπειρον ἐμφαίνεται πρῶτον ἐν τῷ συνεχεῖ· διὸ καὶ τοῖς δριζομένοις τὸ συνεχὲς συμβαίνει προσχρησασθαι πολλάκις τῷ λόγῳ τῷ τοῦ ἀπείρου, ὡς τὸ εἰς ἄπειρον διαιρετὸν συνεχὲς ὄν. (2) Πρὸς δὲ τούτοις ἄνευ τόπου καὶ κενοῦ καὶ χρόνου κινήσιν ἀδύνατον εἶναι.
20 Δῆλον οὖν ὡς διὰ τὰ ταῦτα, καὶ διὰ τὸ πάντων εἶναι κοινὰ καὶ καθόλου ταῦτα πᾶσι, σκεπτέον προχειρισαιμένοις περὶ ἐκάστου τούτων. Ἰστέρα γὰρ ἡ περὶ τῶν ἰδίων θεωρία τῆς περὶ τῶν κοινῶν ἐστὶ. (3) Καὶ πρῶτον, καθάπερ εἶπαμεν, περὶ κινήσεως. Ἔστι δὲ ἡ τι τὸ
25 μὲν ἐντελεχία μόνον, τὸ δὲ δυνάμει καὶ ἐντελεχία, τὸ μὲν τὸδε τι, τὸ δὲ τοσόνδε, τὸ δὲ τοιόνδε, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν τοῦ ὄντος κατηγοριῶν ὁμοίως. Τοῦ δὲ πρὸς τι τὸ μὲν καθ' ὑπεροχὴν λέγεται, καὶ καθ' ἑλλειψιν, τὸ δὲ κατὰ τὸ ποιητικὸν καὶ παθητικόν, καὶ ὅλως
30 κινήτικόν τε καὶ κινήτὸν· τὸ γὰρ κινήτικὸν κινήτικὸν τοῦ κινήτου, καὶ τὸ κινήτὸν κινήτὸν ὑπὸ τοῦ κινήτικού. (4) Οὐκ ἔστι δὲ κίνησις παρὰ τὰ πράγματα· μεταβάλλει γὰρ τὸ μεταβάλλον αἰεὶ ἢ καθ' οὐσίαν ἢ κατὰ ποσὸν ἢ κατὰ ποιὸν ἢ κατὰ τόπον. Κοινὸν δ' ἐπὶ τούτων
35 οὐθὲν ἐστὶ λαβεῖν, ὡς φαμέν, ὃ οὔτε τὸδε οὔτε ποσὸν οὔτε ποιὸν οὔτε τῶν ἄλλων κατηγορημάτων οὐθέν. Ὡστ' οὐδὲ κίνησις οὐδὲ μεταβολὴ οὐθενὸς ἔσται παρὰ τὰ εἰρημένα, μηδενός γ' ὄντος παρὰ τὰ εἰρημένα. (5) Ἐκαστον δὲ διχῶς ὑπάρχει πᾶσιν, ὅλον τὸ τὸδε·
40 τὸ μὲν γὰρ μορφή αὐτοῦ, τὸ δὲ στέρησις· καὶ κατὰ τὸ ποιόν· τὸ μὲν γὰρ λευκόν, τὸ δὲ μέλαν· καὶ κατὰ τὸ ποσόν, τὸ μὲν τέλειον, τὸ δ' ἀτελές. Ὅμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν φορὰν τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω, ἢ τὸ μὲν κούφον τὸ δὲ βαρύ. Ὡστε κινήσεως καὶ μεταβολῆς ἐστὶν
45 εἶδη τοσαῦτα, ὅσα τοῦ ὄντος. (6) Διηρημένου δὲ καθ' ἕκαστον γένος τοῦ μὲν ἐντελεχία τοῦ δὲ δυνάμει, ἢ τοῦ δυνάμει ὄντος ἐντελεχία, ἢ τοιούτων, κινήσις ἐστὶν, ὅλον τοῦ μὲν ἁλλοιωτοῦ, ἢ ἁλλοιωτόν, ἁλλοίωσις, τοῦ δὲ αὐξητοῦ καὶ τοῦ ἀντικειμένου φθιτοῦ (οὐδὲν

Quum autem natura sit principium motus et mutationis, ac methodus nobis sit instituta de natura, non est ignorandum quid sit motus: hoc enim ignorato, necesse est etiam naturam ignorari. Quum autem definierimus de motu, nitendum erit eodem modo tractare de iis quæ deinceps sequuntur. Videtur autem motus esse in rerum continuarum numero, infinitum vero apparet primum in eo quod est continuum; ideoque plerumque accidit ut, qui definiunt, adjungant rationem infiniti: tanquam id quod in infinitum dividi potest, continuum sit. (2) Ad hæc sine loco et inani et tempore motus esse nequit. Manifestum est igitur, quum propter has causas, tum etiam quoniam ista sunt omnibus communia et universalia, considerandum in primis esse de his singulis: quia propriorum inspectio posterior est quam ea quæ in communibus versatur. (3) Primum autem, ut diximus, videndum est de motu. Est autem aliquid quod est actu tantum: aliud, quod est potestate et actu: quod partim est hoc aliquid, partim tantum, partim tale: et similiter in ceteris entis categoriis. Eorum autem quæ ad aliquid referuntur, aliud secundum exsuperantiam et defectionem dicitur: aliud, quia efficiendi et patiendi, et omnino ut moveat et moveatur, vim habet. Quod enim movendi vim habet, rem mobilem movendi vim habet: et mobile, ab eo est mobile, quod movendi vi est præditum. (4) Jam vero non est motus extra res; quicquid enim mutatur, aut mutatur secundum substantiam, aut secundum quantitatem, aut secundum qualitatem, aut secundum locum. Commune autem his sumere nihil licet, sicut dicimus, quod nec sit hoc aliquid, nec: quantum, nec quale, nec in ulla alia categoria. Quare nec motus nec mutatio erit ullius præter ea quæ dicta sunt: quum nihil sit præter ea quæ dicta sunt. (5) Unumquodque autem bifariam cunctis inest; ut hoc aliquid: nam ejus aliud est forma, aliud privatio; et in qualitate: aliud enim est album, aliud nigrum: et in quantitate, aliud est perfectum, aliud imperfectum. Similiter et in latione, aliud est supra, aliud infra: vel aliud leve, aliud grave. Quocirca motus et mutationis species tot sunt quot entis. (6) Quum autem in unoquoque genere distincta sint, quod est actu, et quod est potestate: actus ejus quod est potestate, qua talis est, motus est. Ut ejus quod est variabile, qua est variabile, variatio: et ejus quod potest augeri, nec non oppositi, id est ejus quod potest deminui

γὰρ ὄνομα κοινὸν ἐπ' ἀμφοῖν) αὐξήσις καὶ φθίσις, τοῦ δὲ γεννητοῦ καὶ φθοροῦ γένεσις καὶ φθορά, τοῦ δὲ φθοροῦ φορά. (7) Ὅτι δὲ τοῦτο ἐστὶν ἡ κίνησις, ἐνταῦθεν δῆλον. Ὅταν γὰρ τὸ οἰκοδομητὸν, ἢ τοιοῦτον αὐτὸ λέγομεν εἶναι, ἐντελεχεία ἦ, οἰκοδομεῖται, καὶ ἐστὶ τοῦτο οἰκοδόμησις· ὁμοίως δὲ καὶ μάθησις καὶ ἰατρεισις καὶ κύλισις καὶ ἄλλαι καὶ ἄδρυσις καὶ γήρανσις. (8) Ἐπεὶ δ' ἐνια ταῦτα καὶ δυνάμει καὶ ἐντελεχεία ἐστίν, οὐχ ἅμα δὲ ἢ οὐ κατὰ τὸ αὐτό, ἀλλ' ὅσον θερμὸν μὲν δυνάμει, ψυχρὸν δὲ ἐντελεχεία, πολλὰ ἤδη ποιήσει καὶ πείσεται ὑπ' ἀλλήλων· ἅπαν γὰρ ἐστὶ ἅμα ποιητικὸν καὶ παθητικόν. Ὡστε καὶ τὸ κινεῖν φυσικῶς κινήτων· πᾶν γὰρ τὸ τοιοῦτον κινεῖ κινούμενον καὶ αὐτό. Δοκεῖ μὲν οὖν τισὶν ἅπαν κινεῖσθαι τὸ κινεῖν· οὐ μὲν ἀλλὰ περὶ τούτου μὲν ἐξ ἄλλων ἐστὶ δῆλον ὅπως ἔχει· ἐστὶ γὰρ τι κινεῖν καὶ ἀκίνητον· (9) ἡ δὲ τοῦ δυνάμει ὄντος, ὅταν ἐντελεχεία ὄν ἐνεργῆ ἢ αὐτὸ ἢ ἄλλο, ἢ κινήτων, κίνησις ἐστὶ. Λέγω δὲ τὸ ἢ ὡδί· ἐστὶ γὰρ ὁ γαλκὸς δυνάμει ἀνδριάς, ἀλλ' ὅμως οὐχ ἡ τοῦ γαλκοῦ ἐντελεχεία, ἢ γαλκός, κίνησις ἐστίν· οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ τὸ γαλκῶ εἶναι καὶ δυνάμει τινὶ κινήτῳ, ἐπεὶ εἰ ταῦτόν ἦν ἀπλῶς καὶ κατὰ τὸν λόγον, ἦν ἂν ἡ τοῦ γαλκοῦ, ἢ γαλκός, ἐντελεχεία κίνησις· οὐκ ἐστὶ δὲ ταῦτόν, ὡς εἴρηται. (10) Δῆλον δ' ἐπὶ τῶν ἐναντίων· τὸ μὲν γὰρ δύνασθαι ὑγιαίνειν καὶ δύνασθαι κάμνειν ἕτερον (καὶ γὰρ ἂν τὸ κάμνειν καὶ τὸ ὑγιαίνειν ταῦτόν ἦν)· τὸ δὲ ὑποκείμενον καὶ τὸ ὑγιαίνειν, καὶ τὸ νοσοῦν, εἴθ' ὑγρότης εἴθ' αἷμα, ταῦτόν καὶ ἐν. Ἐπεὶ δ' οὐ ταῦτόν, ὥσπερ οὐδὲ χρώμα ταῦτόν καὶ δρατόν, ἢ τοῦ δυνατοῦ, ἢ δυνατόν, ἐντελεχεία φανερόν ἐστι κίνησις ἐστίν. (11) Ὅτι μὲν οὖν ἐστὶν αὕτη, καὶ ἐπὶ συμβαίνει τότε κινεῖσθαι, ὅταν ἡ ἐντελεχεία ἦ αὕτη, καὶ οὔτε πρότερον οὔτε ὕστερον, δῆλον· ἐνδέχεται γὰρ ἕκαστον ὅτε μὲν ἐνεργεῖν, ὅτε δὲ μὴ, ὅσον τὸ οἰκοδομητὸν καὶ ἡ τοῦ οἰκοδομητοῦ ἐνέργεια, ἢ οἰκοδομητὸν, οἰκοδόμησις ἐστίν· ἢ γὰρ ἡ οἰκοδόμησις ἢ ἐνέργεια τοῦ οἰκοδομητοῦ ἢ ἡ οἰκία· ἀλλ' ὅταν οἰκία ἦ, οὐκέτ' οἰκοδομητὸν ἐστίν· οἰκοδομεῖται δὲ τὸ οἰκοδομητὸν· ἀνάγκη ἄρα τὴν οἰκοδόμησιν τὴν ἐνέργειαν εἶναι· ἡ δὲ οἰκοδόμησις κίνησις τίς ἐστίν. Ἀλλὰ μὴν ὁ αὐτὸς ἐφαρμόσει λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων κινήσεων.

(nullum enim nomen est commune utrisque), accretio et deminutio; ejus quod oriri et interire potest, ortus et interitus: et ejus quod ferri potest, latio. (7) Motum autem hoc esse, hinc patet: quum enim ædificabile, quatenus ipsum dicimus tale esse, actu est; tunc ædificatur, atque hoc est ædificatio. Itidemque discendi actus, et medicatio, et volutatio, et saltatio, et ad virilem ætatem et senectutem progressio. (8) Quum autem nonnulla ita se habeant, ut eadem sint et potestate et actu, non tamen simul vel non secundum idem; sed, exempli gratia, calidum potestate, frigidum actu: multa jam vicissim facient et patientur; quodvis enim horum simul habebit vim faciendi, et patiendi. Quapropter etiam quod naturaliter movet, mobile est; quicquid enim est tale, movet, quum et ipsum moveatur. Quibusdam ergo videtur, quicquid movet, moveri; sed de hoc manifestum ex aliis libris erit, quomodo res se habeat: est enim aliquid movens et immobile. (9) Actus vero ejus quod potestate est, quando actu est et agit vel ipsum vel aliud, quatenus est mobile: hic, inquam, actus est motus. Illud autem quatenus, sic dico: nam æs potestate est statua; non tamen actus æris, quatenus est æs, est motus; non est enim eadem essentia æris, et potestate aliqua mobilis; quodsi eadem essent simpliciter et secundum rationem, utique actus æris qua est æs, esset motus; sed non est eadem, ut dictum fuit. (10) Hoc autem patet in contrariis: nam posse valere, et posse ægrotare, differunt (alioqui enim ægrotare et valere essent idem), subjectum vero, quod valet, et quod ægrotat, sive sit humor, sive sanguis, est unum et idem. Quum autem non idem sit, sicuti neque color est idem quod aspectabile; perspicuum est, actum possibilis, quatenus est possibile, esse motum. (11) Esse igitur hunc actum, et tunc accidere ut res moveatur, quum est hic actus, non prius, nec posterius, manifestum est; unumquodque enim potest interdum actu esse, interdum non esse: veluti quod ædificari potest; et actus ejus quod ædificari potest, quatenus ædificari potest, ædificatio est; aut enim ædificatio est actus ejus quod ædificari potest, aut ædes: atqui quum ædes sunt, non est amplius quod potest ædificari: ædificatur autem quod potest ædificari: necesse igitur est ædificationem esse actum illum; ædificatio vero est motus quidam. Atque eadem ratio conveniet etiam aliis motibus.

CAP. II. [I.]

Ὅτι δὲ καλῶς εἴρηται, δῆλον καὶ ἐξ ὧν οἱ ἄλλοι περὶ αὐτῆς λέγουσι, καὶ ἐκ τοῦ μὴ βράδιον εἶναι διορίσαι ἄλλως αὐτήν. Οὔτε γὰρ τὴν κίνησιν καὶ τὴν μεταβολὴν ἐν ἄλλῳ γένοι θείναι δύναται· ἂν τις [οὔτε οἱ ἐτέρως εἰρηκότες περὶ αὐτῆς κατορθοῦσι]. Δῆλον δὲ σκοποῦσιν ὡς τιθέασιν αὐτὴν ἔνιοι, ἑτερότητα καὶ ἀνισότητα καὶ τὸ μὴ ὄν φάσκοντες εἶναι τὴν κίνησιν· ὄν οὐδὲν ἀναγκαῖον κινεῖσθαι, οὐτ' ἂν ἕτερα ἢ οὐτ' ἂν ἄνισα οὐτ' ἂν οὐκ ὄντα. (2) Ἀλλ' οὐδ' ἡ μεταβολὴ οὐτ' εἰς ταῦτα οὐτ' ἐκ τούτων μᾶλλον ἐστὶν ἢ ἐκ τῶν

Scite autem dictum esse patet etiam ex iis quæ alii de ipso motu dicunt, et ex eo quod non facile est ipsum aliter definire. Neque enim motum et mutationem in alio genere collocare aliquis possit: nec qui de eo aliter dixerunt, recte locuti sunt. Quod quidem manifestum fiet considerantibus quemadmodum quidam eum ponant, qui aiunt motum esse diversitatem, et inæqualitatem, et non ens, quum nihil horum moveri necesse sit, nec si sint diversa, nec si inæqualia, nec si non entia. (2) Sed neque mutatio aut in hæc aut ex his potius est quam ex oppositis. Causa

ἀντικειμένων. Αἴτιον δὲ τοῦ εἰς ταῦτα τιθέναι ὅτι ἀόριστόν τι δοκεῖ εἶναι ἢ κίνησις, τῆς δὲ ἑτέρας συστοιχίας αἱ ἀρχαὶ διὰ τὸ στερητικαὶ εἶναι ἀόριστοι· οὔτε γὰρ τὸδε οὔτε τοιόνδε οὐδέμια αὐτῶν ἐστίν, ὅτι οὐδὲ τῶν ἄλλων κατηγοριῶν. (3) Τοῦ δὲ δοκεῖν ἀόριστον εἶναι τὴν κίνησιν αἴτιον ὅτι οὔτε εἰς δυνάμιν τῶν ὄντων οὔτε εἰς ἐνέργειαν ἔστι θεῖναι αὐτὴν ἀπλῶς· οὔτε γὰρ τὸ δυνατόν ποσὸν εἶναι κινεῖται ἐξ ἀνάγκης οὔτε τὸ ἐνέργεια ποσόν. (4) Ἡ τε κίνησις ἐνέργεια μὲν τις εἶναι δοκεῖ, ἀτελής δὲ· αἴτιον δ' ὅτι ἀτελής τὸ δυνατόν, οὗ ἔστιν ἡ ἐνέργεια. Καὶ διὰ τοῦτο δὴ χαλεπὸν αὐτὴν λαβεῖν τί ἐστίν· ἢ γὰρ εἰς στέρησιν ἀναγκαῖον θεῖναι ἢ εἰς δυνάμιν ἢ εἰς ἐνέργειαν ἀπλῆν, τούτων δ' οὐθὲν φαίνεται ἐνδεχόμενον. Λεπίεται τοίνυν εἰς εἰρημένους τρόπους, ἐνέργειαν μὲν τινα εἶναι, τοιαύτην δ' ἐνέργειαν ὅταν εἴπαμεν, χαλεπὴν μὲν ἰδεῖν, ἐνδεχομένην δ' εἶναι. [II.] (5) Κινεῖται δὲ καὶ τὸ κινουόν, ὥσπερ εἴρηται, πᾶν τὸ δυνατόν ὄν κινήτον, καὶ οὗ ἢ ἀκίνησία ἢρεμία ἐστίν· ὃ γὰρ ἢ κίνησις ὑπάρχει, τούτῳ ἢ ἀκίνησία ἢρεμία· τὸ γὰρ πρὸς τοῦτο ἐνεργεῖν, ἢ τοιοῦτον, αὐτὸ τὸ κινεῖν ἐστὶ· τοῦτο δὲ ποιεῖ θίξει, ὥστε ἅμα καὶ πάσχει· διὸ ἢ κίνησις ἐντελέχεια τοῦ κινήτου, ἢ κινήτον. (6) Συμβαίνει δὲ τοῦτο θίξει τοῦ κινήτου, ὥσθ' ἅμα καὶ πάσχει. Εἶδος δὲ αἰεὶ οἴσεται τι τὸ κινουόν, ἥτοι τὸδε ἢ τοιόνδε ἢ τοσόνδε, ὃ ἔσται ἀρχὴ καὶ αἴτιον τῆς κινήσεως, ὅταν κινή, ὅσον ὃ ἐντελέχεια ἀνθρώπος ποιεῖ ἐκ τοῦ δυναίμεν ὄντος ἀνθρώπου ἀνθρώπων.

vero cur hi motum ad hæc retulerint, est : quia motus videtur esse indefinitum quiddam : ac alterius classis principia, quia sunt privantia, sunt indefinita ; neque enim ullum eorum est hoc aliquid, neque tale, quia neque in ulla aliarum categoriarum. (3) Cur autem motus videatur esse res indefinita, causa est : quia neque ad entium potestatem, neque ad actum referri potest simpliciter ; neque enim quod potest esse quantum, necessario movetur, neque quod est actu quantum. (4) Ac motus videtur quidem esse actus quidam, sed imperfectus ; causa autem est : quia id est imperfectum, quod est potestate, cujus actus est motus. Ideoque difficile est sumere, quid ipse sit ; aut enim necesse est eum ad privationem referre, aut ad potestatem, aut ad actum simplicem ; quorum nullum videtur esse posse. Relinquitur ergo modus quem diximus : nimirum motum esse actum quandam, ac talem actum, qualem diximus, difficilem quidem cognitu, sed qui esse possit. [II.] (5) Movetur autem, ut dictum fuit, omne movens quod potestate est mobile, et cujus immobilitas est quies ; cui namque motus inest, huic immobilitas est quies ; nam in id agere, qua tale est, id ipsum est movere ; id autem facit tactu : quare simul etiam patitur : idcirco motus est actus ejus quod est mobile, quatenus est mobile. (6) Atque hoc evenit tactu ejus quod movendi vim habet : quapropter simul etiam patitur. Jam vero quod movet, semper afferet aliquam formam, id est, vel hoc aliquid, vel tale, vel tantum, quod erit principium et causa motus, quando movet ; ut is qui actu est homo, facit hominem ex eo quod est homo potestate.

CAP. III. [II.]

Καὶ τὸ ἀπορούμενον δὲ φανερόν, ὅτι ἐστίν ἢ κίνησις ἐν τῷ κινήτῳ· ἐντελέχεια γὰρ ἐστὶ τούτου, καὶ ὑπὸ τοῦ κινήτου. Καὶ ἢ τοῦ κινήτου δὲ ἐνέργεια οὐκ ἄλλη ἐστὶ· δεῖ μὲν γὰρ εἶναι ἐντελέχειαν ἀμφοῖν· κινήτικὸν μὲν γὰρ ἐστὶ τῷ δύνασθαι, κινουόν δὲ τῷ ἐνεργεῖν· ἀλλ' ἔστιν ἐνεργητικὸν τοῦ κινήτου, ὥστε ὁμοίως μία ἢ ἀμφοῖν ἐνέργεια, ὥσπερ τὸ αὐτὸ διάστημα ἐν πρὸς δύο καὶ δύο πρὸς ἓν, καὶ τὸ ἀνantes καὶ τὸ κάταντες· ταῦτα γὰρ ἐν μὲν ἐστίν, ὃ μὲνοι λόγος οὐκ εἷς. Ὅμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῷ κινουόντος καὶ κινουμένου. (2) Ἐχει δ' ἀπορίαν λογικὴν· ἀναγκαῖον γὰρ ἴσως εἶναι τινα ἐνέργειαν ἄλλην τοῦ ποιητικοῦ καὶ τοῦ παθητικοῦ· τὸ μὲν δὴ ποίησις, τὸ δὲ πάθησις· ἔργον δὲ καὶ τέλος τοῦ μὲν ποίημα, τοῦ δὲ πάθος. Ἐπεὶ οὖν ἀμφω κινήσεις, εἰ μὲν ἕτεροι, ἐν τίνι ; ἢ γὰρ ἀμφω ἐν τῷ πάσχοντι καὶ κινουμένῳ, ἢ ἢ μὲν ποίησις ἐν τῷ ποιούντι, ἢ δὲ πάθησις ἐν τῷ πάσχοντι· εἰ δὲ δεῖ καὶ ταύτην ποίησιν καλεῖν, ὁμώνυμος ἂν εἴη. Ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο, ἢ κινήσις ἐν τῷ κινουόντι ἔσται· ὃ γὰρ αὐτὸς λόγος ἐπὶ κινουόντος καὶ κινουμένου. Ὡστ' ἢ πᾶν τὸ κινουόν κινήσεται, ἢ ἔχον κίνησιν οὐ κινήσεται. Εἰ δ' ἀμφω ἐν τῷ κινουμένῳ καὶ πάσχοντι, καὶ ἢ ποίησις καὶ ἢ πάθησις, καὶ ἢ διδάξις καὶ ἢ μάθησις δύο οὔσαι ἐν τῷ μανθάνοντι, πρῶτον μὲν ἢ ἐνέργεια ἢ ἐκάστου οὐκ ἐν

Sed et id de quo dubitari solet, perspicuum fit, nempe motum esse in re mobili ; est enim actus hujus, et ab eo quod movendi vim habet. Atque ejus quod movendi vim habet, actus non est diversus : oportet enim ambobus esse actum ; motivum enim est, quia potest : movens autem, quia agit ; est autem activum ipsius mobilis : quare similiter unus est utrisque actus, quemadmodum idem est intervalum, sive spectes unum ad duo, sive duo ad unum, nec non acclive et declive ; hæc enim sunt unum, sed definitio non est una ; similiter autem res habet etiam in movente et eo quod movetur. (2) Existit autem dubitatio logica : quia fortasse necesse est esse aliquem actum diversum effectivi et passivi ; alterum enim est effectio, alterum passio ; opus vero et finis illius quidem est effectus, hujus vero affectio. Quum igitur ambo sint motus, si diversi sunt, in quonam erunt ? aut enim ambo sunt in eo quod patitur et movetur : aut effectio est in efficiente, passio vero in patiente ; quodsi et hanc vocare effectioem oportet, sane homonymus erit. At vero si hoc est, motus erit in eo quod movet ; est enim eadem ratio ejus quod movet et ejus quod movetur. Quare aut omne movens movebitur, aut habens motum, non movebitur. Quodsi ambo sint in eo quod movetur et patitur, tam effectio quam passio, et in eo quod discit, tam docendi quam discendi actio, quum duo sint ; primum qui-

ἐκάστῳ ὑπάρξει, εἴτα ἄτοπον δύο κινήσεις ἅμα κινεῖσθαι· τίνες γὰρ ἔσονται ἀλλοιώσεις δύο τοῦ ἐνός καὶ εἰς ἐν εἶδος; ἀλλ' ἀδύνατον. Ἀλλὰ μία ἔσται ἡ ἐνέργεια. Ἀλλ' ἄλογον δύο ἐτέρων τῷ εἶδει τὴν αὐτὴν καὶ μίαν εἶναι ἐνέργειαν· καὶ ἔσται, εἴπερ ἡ διδασκίς καὶ ἡ μάθησις ταῦτό καὶ ἡ ποίησις καὶ ἡ πάθησις, καὶ τὸ διδάσκειν τῷ μανθάνειν ταῦτό, καὶ τὸ ποιεῖν τῷ πάσχειν· ὥστε τὸν διδάσκοντα ἀνάγκη ἔσται πάντα μανθάνειν καὶ τὸν ποιῶντα πάσχειν. (3) Ἡ οὐτε τὸ τὴν ἄλλου ἐνέργειαν ἐν ἐτέρῳ εἶναι ἄτοπον (ἔστι γὰρ ἡ διδασκίς ἐνέργειά τοῦ διδασκαλικοῦ, ἐν τινι μέντοι, καὶ οὐκ ἀποτεταγμένη, ἀλλὰ τοῦδε ἐν τῷδε), οὔτε μίαν δυοῖν τὴν αὐτὴν εἶναι κωλύει, μὴ ὡς τὸ εἶναι τὸ αὐτό, ἀλλ' ὡς ὑπάρχει τὸ δυνάμει δὴ πρὸς τὸ ἐνεργεῖν· (4) οὐτ' ἀνάγκη τὸν διδάσκοντα μανθάνειν, οὐδ' εἰ τὸ ποιεῖν καὶ πάσχειν τὸ αὐτό ἔστι, μὴ μέντοι ὡς τὸν λόγον εἶναι ἓνα τὸν τί ἦν εἶναι λέγοντα, ὡς λώπιον καὶ ἱμάτιον, ἀλλ' ὡς ἡ ὁδὸς ἡ Θήβηθεν Ἀθήναζε καὶ ἡ Ἀθήνηθεν εἰς Θήβας, ὥσπερ εἴρηται καὶ πρότερον. Οὐ γὰρ ταῦτα πάντα ὑπάρχει τοῖς ὁμοσῶν τοῖς αὐτοῖς, ἀλλὰ μόνον οἷς τὸ εἶναι τὸ αὐτό. Οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' εἰ ἡ διδασκίς τῇ μαθήσει τὸ αὐτό, καὶ τὸ μανθάνειν τῷ διδάσκειν, ὥσπερ οὐδ' εἰ ἡ διάστασις μία τῶν διεστηκότων, καὶ τὸ δίστασθαι ἐνθὲν ἐκεῖσε κάκειθεν δεῦρο ἐν καὶ τὸ αὐτό. (5) Ὅλως δ' εἰπεῖν, οὐδ' ἡ διδασκίς τῇ μαθήσει οὐδ' ἡ ποίησις τῇ παθήσει τὸ αὐτό κυρίως, ἀλλ' ὅ ὑπάρχει ταῦτα, ἡ κίνησις· τὸ γὰρ τοῦδε ἐν τῷδε, καὶ τὸ τοῦδε ὑπὸ τοῦδε ἐνέργειαν εἶναι ἕτερον τῷ λόγῳ. [III.] (6) Τί μὲν οὖν ἔστι κίνησις καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρος, εἴρηται· οὐ γὰρ ἄδηλον ὡς ὀρισθῆσεται τῶν εἰδῶν ἕκαστον αὐτῆς· ἀλλοιώσις μὲν γὰρ ἡ τοῦ ἀλλοιωτοῦ, ἢ ἀλλοιωτόν, ἐντελέχεια. Ἐτι δὲ γνωριμώτερον, ἡ τοῦ δυνάμει πομπητικοῦ καὶ παθητικοῦ, ἢ τοῦτοῦτον, ἀπλῶς εἰ καὶ πάλιν καθ' ἕκαστον, ἢ οἰκοδόμησις ἢ ἰατρευσις. Τὸν αὐτὸν δὲ λεχθήσεται τρόπον καὶ περὶ τῶν ἄλλων κινήσεων ἐκάστης.

dem suus cujusque actus in ipso non erit; deinde eveniet absurdum, duobus motibus idem simul moveri; quænam enim erunt variationes duæ unius subjecti et ad unam formam. At hoc impossibile. Sed unus erit actus? verum a ratione est alienum, duarum rerum specie diversarum unum et eundem esse actum. Et si quidem docendi ac discendi actus idem sunt, nec non effectio et passio; certe et docere erit idem quod discere, et facere idem quod pati. Quare necesse erit, omnem docentem discere, et facientem pati. (3) An nec absurdum est, alius rei actum in alia re esse? (nam actus docendi est actus ejus quod docendi vim habet, in aliquo famen est, neque abscissus, sed hujus in hoc:) nec quidquam prohibet unum et eundem esse duarum rerum actum, non ut essentia sit eadem, sed ut id quod est potestate, se habet ad id quod agit. (4) Nec necesse est eum qui docet, discere, ne si quidem facere et pati idem sint, non sint tamen ita ut una sit ratio quidditatem explicans, qualis est vestimenti et indumenti, sed ut via quæ Thebis Athenas et quæ Athenis Thebas ducit, sicut et ante dictum fuit. Non enim eadem omnia insunt iis quæ quoquo modo sunt eadem, sed tantum iis quorum eadem est essentia. At vero nec si actus docendi est idem quod actus discendi, propterea etiam discere est idem quod docere; quemadmodum nec si distantia est una eorum quæ distant, propterea etiam distare hoc ab illo, et illud ab hoc, sunt unum et idem. (5) Ut autem omnino dicam, nec docendi et discendi actus, nec effectio et passio sunt idem proprie: sed motus, cui hæc insunt, idem est; nam esse actum hujus in hoc, et hujus ab hoc, ratione differunt. [III.] (6) Quid igitur sit motus et universaliter et in parte, dictum est: non est enim obscurum, quomodo unaquæque ejus species definitur. Variatio namque est actus ejus quod variari potest, quatenus variari potest. Præterea notiori modo definitur actus ejus quod facere et quod pati potest, quatenus est tale; idque et simpliciter, et rursus in singulis, vel ædificatio, vel medicatio. Eodem modo dicetur et de singulis aliis motibus.

CAP. IV.

Ἐπεὶ δ' ἔστιν ἡ περὶ φύσεως ἐπιστήμη περὶ μεγέθη καὶ κίνησιν καὶ χρόνον, ὧν ἕκαστον ἀναγκαῖον ἢ ἄπειρον ἢ πεπερασμένον εἶναι, εἰ καὶ μὴ πᾶν ἔστιν ἄπειρον ἢ πεπερασμένον, ὅσον πάθος ἢ στιγμή (τῶν γὰρ τοιούτων ἴσως οὐδὲν ἀναγκαῖον ἐν θατέρῳ τούτων εἶναι), προσῆχον ἂν εἴη τὸν περὶ φύσεως πραγματευόμενον θεωρῆσαι περὶ ἀπείρου, εἰ ἔστιν ἢ μὴ, καὶ εἰ ἔστι, τί ἔστι. (2) Σημεῖον δ' ὅτι τῆς ἐπιστήμης οἰκεία ἢ θεωρία ταύτης· πάντες γὰρ οἱ δοκοῦντες ἀξιολόγως ἦρθαι τῆς τοιαύτης φιλοσοφίας πεποιήνται λόγον περὶ τοῦ ἀπείρου, καὶ πάντες ὡς ἀρχὴν τινα τιθέασιν τῶν ὄντων, οἱ μὲν, ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι καὶ Πλάτων, καθ' αὐτό, οὐκ ὡς συμβεβηκός τινι ἐτέρῳ, ἀλλ' οὐσίαν αὐτὸ ὄν τὸ ἄπειρον· πλὴν οἱ μὲν Πυθαγόρειοι ἐν τοῖς αἰσθητοῖς (οὐ γὰρ χωριστὸν ποιῶσι

Quum autem scientia de natura in magnitudinibus et motibus ac temporibus versetur, quorum unumquodque necesse est vel infinitum vel finitum esse (etsi non quodvis est vel infinitum vel finitum; ut affectio aut punctum: fortassis enim nihil eorum quæ sunt ejusmodi, necesse est in horum altero collocari); sane decet, eum qui de natura pertractat, considerare de infinito, an sit, necne: et si sit, quid sit. (2) Indicat autem hanc inspectionem esse hujus scientiæ propriam: quod quicumque videntur cum dignitate hujusmodi philosophiam attingisse, de infinito disseruerunt. Idque omnes ut principium quoddam entium ponunt: alii quidem, ut Pythagorei et Plato, per se, non quasi ipsum infinitum alii cuiquam accidat, sed quasi sit substantia. Verum Pythagorei ponunt infinitum in rebus sensibilibus; quia numerum separatam non fa-

τὸν ἀριθμὸν), καὶ εἶναι τὸ ἔξω τοῦ οὐρανοῦ ἄπειρον· Πλάτων δὲ ἔξω μὲν οὐδὲν εἶναι σῶμα, οὐδὲ τὰς ἰδέας, διὰ τὸ μηδέ που εἶναι αὐτάς, τὸ μέντοι ἄπειρον καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς καὶ ἐν ἐκείναις εἶναι. (3) Καὶ οἱ μὲν τὸ ἄπειρον εἶναι τὸ ἄρτιον· τοῦτο γὰρ ἐναπολαμβάνομενον καὶ ὑπὸ τοῦ περιττοῦ περαινόμενον παρέχειν τοῖς οὖσι τὴν ἀπειρίαν· σημειὸν δ' εἶναι τούτου τὸ συμβαίνειν ἐπὶ τῶν ἀριθμῶν· περιτιθεμένων γὰρ τῶν γνωμῶνων περὶ τὸ ἐν καὶ χωρὶς, ὅτε μὲν ἄλλο αἰεὶ γίνεσθαι τὸ εἶδος, ὅτε δὲ ἐν. Πλάτων δὲ δύο τὰ ἄπειρα, τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν. (4) Οἱ δὲ περὶ φύσεως ἄπαντες αἰεὶ ὑποτιθέασιν ἑτέραν τινὰ φύσιν τῆ ἀπειρῶ τῶν λεγομένων στοιχείων, ὡς ὕδωρ ἢ ἀέρα ἢ τὸ μεταξὺ τούτων· τῶν δὲ πεπερασμένα ποιούντων στοιχεῖα οὐθεὶς ἄπειρα ποιεῖ· ὅσοι δ' ἄπειρα ποιοῦσι τὰ στοιχεῖα, καθάπερ Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος, ὁ μὲν ἐκ τῶν δμοιομερῶν, ὁ δ' ἐκ τῆς πανπεριμίας τῶν σχημάτων, τῇ ἀφῆ συνεχὲς τὸ ἄπειρον εἶναι φασί· (5) καὶ ὁ μὲν ὁτιοῦν τῶν μορίων εἶναι μίγμα δμοίως τῷ παντὶ διὰ τὸ ὄραν ὁτιοῦν ἐξ ὁτουοῦν γιγνόμενον· ἐντεῦθεν γὰρ εἴοικε καὶ ἡμοῦ ποτὲ πάντα χρήματα φάναι εἶναι, ὡς ἦδε ἢ σαρξ καὶ τόδε τὸ ὄστον, καὶ οὕτως ὁτιοῦν· καὶ πάντα ἄρα· καὶ ἅμα τοῖνον· ἀρχὴ γὰρ οὐ μόνον ἐν ἐκάστῳ ἐστὶ τῆς διακρίσεως, ἀλλὰ καὶ πάντων· ἐπεὶ γὰρ τὸ γιγνόμενον ἐκ τοῦ τοιούτου γίγνεται σώματος, πάντων δ' ἐστὶ γένεσις πλὴν οὐχ ἅμα, καὶ τινὰ ἀρχὴν δεῖ εἶναι τῆς γενέσεως· αὕτη δ' ἐστὶ μία, ὃν ἐκείνος καλεῖ νοῦν· ὁ δὲ νοῦς ἀπ' ἀρχῆς τινὸς ἐργάζεται νοήσας· ὥστε ἀνάγκη ἡμοῦ ποτὲ πάντα εἶναι καὶ ἀρξασθαι ποτε κινούμενα. (6) Δημόκριτος δ' οὐδὲν ἕτερον ἐξ ἑτέρου γίνεσθαι τῶν πρώτων φησιν· ἀλλ' ἕμως γε αὐτὸ τὸ κοινὸν σῶμα ἁπάντων ἐστὶν ἀρχή, μεγέθει κατὰ μόρια καὶ σχήματι διαφέρον· Ὅτι μὲν οὖν προσήκουσα τοῖς φυσικοῖς ἢ θεωρίᾳ, δῆλον ἐκ τούτων. (7) Ἐλλόγως δὲ καὶ ἀρχὴν αὐτὸ τίθεασιν πάντες· οὔτε γὰρ μάτῃν αὐτὸ οἴοντες εἶναι, οὔτε ἄλλην ὑπάρχειν αὐτῷ δύναμιν πλὴν ὡς ἀρχὴν· ἅπαντα γὰρ ἢ ἀρχὴ ἢ ἐξ ἀρχῆς· τοῦ δὲ ἀπειροῦ οὐκ ἐστὶν ἀρχή· εἴη γὰρ ἂν αὐτοῦ πέρας· Ἐτι δὲ καὶ ἀγένητον καὶ ἀφθαρτον ὡς ἀρχὴ τις οὔσα· τό τε γὰρ γενόμενον ἀνάγκη τέλος λαβεῖν, καὶ τελευτῆ πάσης ἐστὶ φθορᾶς. Διό, καθάπερ λέγομεν, οὐ ταύτης ἀρχή, ἀλλ' αὕτη τῶν ἄλλων εἶναι δοκεῖ καὶ περιέχειν ἅπαντα καὶ πάντα κυβερνᾶν, ὡς φασιν ὅσοι μὴ ποιοῦσι παρὰ τὸ ἄπειρον ἄλλας αἰτίας, ὡς νοῦν ἢ φιλίαν· καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ θεῖον· ἀθάνατον γὰρ καὶ ἀνώλεθρον, ὡς φησὶν ὁ Ἀναξίμανδρος καὶ οἱ πλείστοι τῶν φυσιολόγων. [V.] (8) Τοῦ δ' εἶναι τι ἄπειρον ἢ πίστις ἐκ πέντε μάλιστα· ἂν συμβαίνει σκοποῦσιν, ἕκ τε τοῦ χρόνου, (οὗτος γὰρ ἄπειρος) καὶ ἐκ τῆς ἐν τοῖς μεγέθει διαίρεσεως (ῥῶνται γὰρ καὶ οἱ μαθηματικοὶ τῷ ἀπειρῷ), ἐτι τῷ οὕτως ἂν μόνως μὴ ὑπολείπειν γένεσιν καὶ φθορᾶν, εἰ ἄπειρον εἴη ὅθεν ἀφαιρεῖται τὸ γιγνόμενον· ἐτι τῷ τὸ πεπερασμένον αἰεὶ πρὸς τι πε-

ciunt; atque asserunt id quod est extra cælum, esse infinitum: Plato vero inquit extra cælum non esse ullum corpus, nec ideas, propterea quod hæc nullibi sunt: sed infinitum et in rebus sensibilibus, et in illis esse ait. (3) Et illi quidem infinitum aiunt esse par: hoc enim comprehensum et ab impari terminatum præbet entibus infinitatem: hujus autem rei signum esse, quod accidit in numeris: quum enim circa unum et seorsum ponatur normæ, aliquando fit semper alia forma, aliquando una et eadem manet: Plato autem duo infinita ponit, nempe magnum et parvum. (4) Qui vero de natura disserunt, omnes infinito semper subjiciunt aliquam aliam naturam eorum quæ vocantur elementa; ut aquam, aut aerem, aut quod est his interjectum. Eorum autem qui finita elementa faciunt, nemo ea infinita facit. Sed quicumque infinita elementa faciunt, sicut Anaxagoras et Democritus; hi aiunt infinitum esse tactu continuum: nempe ille ex partibus similaribus, hic autem ex figurarum farragine. (5) Et ille quidem, quamvis particularum æque esse mixturam atque universum; quia videt quodvis ex quovis fieri: hinc enim dixisse videtur simul aliquando omnes res fuisse, ut hæc caro, et hoc os, atque ita quodvis: ergo et omnia: et simul igitur. Principium enim secretionis non solum est in unoquoque, sed et omnium. Quum enim quod fit, ex tali fiat corpore, omnium autem fit generatio, quamvis non simul; etiam principium aliquod generationis esse oportet; hoc autem est unum, quam ille appellat mentem; mens vero a principio aliquo operatur intelligendo. Quare necesse est, omnia simul aliquando fuisse, et quandoque moveri corpisse. (6) Democritus autem nullum principiorum fieri alterum ex altero inquit. Verumtamen ipsum commune corpus est omnium rerum principium, magnitudine ac figura partium differens. Hanc igitur inspectionem physicis convenire, manifestum ex his est. (7) Nec sine ratione omnes ponunt ipsum esse principium: quia nec frustra esse potest, nec aliam vim habere quam principii; omnia namque aut sunt principium, aut ex principio; sed infiniti non est principium; alioquin etiam ejus esset finis. Præterea et ingenitum et interitus expers, utpote quod est principium quoddam; quod enim factum est, necesse est accepisse finem; et finis quoque est cujusvis interitus. Ideo, sicut dicimus, non videtur esse hujus principium, sed hoc esse aliorum principium; et continere omnia, atque omnia gubernare, ut aiunt quicumque præter infinitum non faciunt alias causas, veluti mentem, aut amicitiam; atque hoc esse numen: esse enim immortale, ac perire non posse, ut inquit Anaximander, et plurimi eorum qui de natura disserunt. [V.] (8) Esse autem quoddam infinitum, ex quinque potissimum argumentis fides considerantibus fit. Nempe ex tempore: hoc enim est infinitum; et ex divisione, quæ in magnitudinibus cernitur; nam et mathematici utuntur infinito. Præterea, quia hoc tantum modo non deficit ortus et interitus, si illud sit infinitum, unde aufertur quod fit. Præterea, quia finitum semper ad aliquid termi-

ραίνειν, ὅστε ἀνάγκη μὴδὲν εἶναι πέρασ, εἰ αἰετὸν περαινεν ἀνάγκη ἔσπερον πρὸς ἔσπερον. (9) Μάλιστα δὲ καὶ κυριώτατον, ὁ τὴν κοινὴν ποιεῖ ἀπορίαν πᾶσι· διὰ γὰρ τὸ ἐν τῇ νοήσει μὴ ὑπολείπειν! καὶ ὁ ἀριθμὸς δοκεῖ
 5 ἀπειρος εἶναι καὶ τὰ μαθηματικὰ μεγέθη καὶ τὸ ἔξω τοῦ οὐρανοῦ. Ἄπειρον δ' ὄντος τοῦ ἔξω, καὶ σῶμα ἀπειρον εἶναι δοκεῖ καὶ κόσμοι. Τί γὰρ μᾶλλον τοῦ καινοῦ ἐνταῦθα ἢ ἐνταῦθα; ὡστ' εἴπερ μοναχοῦ, καὶ πανταχοῦ ἀνάγκη εἶναι τὸν ὄγκον. Ἄμα δ' εἰ καὶ ἔστι
 10 κενόν καὶ τόπος ἀπειρος, καὶ σῶμα ἀπειρον εἶναι ἀναγκαῖον· ἐνδέχεται γὰρ ἢ εἶναι οὐδὲν διαφέρει ἐν τοῖς αἰδίοις. (10) Ἐχει δ' ἀπορίαν ἢ περὶ τοῦ ἀπειροῦ θεωρία· καὶ γὰρ μὴ εἶναι τιθεμένοις πολλ' ἀδύνατα συμβαίνει καὶ εἶναι. Ἐτι δέ, ποτέρως ἐστί, ποτέρων
 15 ὡς οὐσία ἢ συμβεβηκὸς καθ' αὐτὸ φύσει τινί; ἢ οὐδετέρως, ἀλλ' οὐδὲν ἤττον ἐστὶν ἀπειρον ἢ ἀπειρα τῶν πλήθει. (11) Μάλιστα δὲ φυσικοῦ ἐστί σκέψασθαι εἰ ἐστί μέγεθος αἰσθητῶν ἀπειρον. [VI.] Πρῶτον οὖν διοριστέον ποσαγωγὸς λέγεται τὸ ἀπειρον. Ἐνα μὲν
 20 ὁ δὴ τρόπον τὸ ἀδύνατον διελθεῖν τῷ μὴ πεφυκέναι διέναι, ὡσπερ ἢ φωνῆ ἀόρατος· ἄλλως δὲ τὸ διέξοδον ἔχον ἀτελεύτητον, ἢ ὁ μόλις, ἢ ὁ πεφυκὸς ἔχειν μὴ ἔχει διέξοδον ἢ πέρασ. Ἐτι ἀπειρον ἅπαν ἢ κατὰ πρόσθεσιν ἢ κατὰ διαίρεσιν ἢ ἀμφοτέρως.

natur : quare necesse est nullum esse terminum, si semper necesse est terminari alterum ad alterum. (9) Maxime autem fidem facit et maxime proprium est argumentum, quod communem dubitationem omnibus efficit; nam quia cogitationis non est finis, videtur et numerus esse infinitus, et mathematicæ magnitudines, et quod est extra cælum; quin autem infinitum sit quod extra est, etiam corpus infinitum esse videtur, ac mundi infiniti; cur enim potius in hac parte inanis, quam in illa? quare si uno est loco, etiam ubique esse moles necesse est. Item si est inane, et locus infinitus, necesse est etiam esse corpus infinitum; nam posse et esse, in sempiternis nihil differunt. (10) Habet autem dubitationem inspectio de infinito: quoniam et iis qui non esse ponunt, multa impossibilia eveniunt, et iis qui esse ponunt. Præterea, utro modo sit, utrum ut substantia, an ut accidens per se naturæ alicui, an neutro modo, sed nihilominus sit infinitum vel infinita numero. (11) Maxime autem physici est considerare an sit magnitudo sensibilis infinita. [VI.] Primum igitur definiendum est, quomodo dicatur infinitum. Uno igitur modo dicitur infinitum, quod est impossibile pertransire, quia non est natura aptum ut percurratur: quemadmodum vox est ininspectabilis; alio modo, cujus transitus non habet finem, aut vix, aut quod sua natura potest habere, non tamen habet transitum vel finem. Præterea omne infinitum est vel additione, vel divisione, vel utroque modo.

CAP. V. [VI.]

25 Χωριστὸν μὲν οὖν εἶναι τὸ ἀπειρον τῶν αἰσθητῶν, αὐτὸ τι δὲ ἀπειρον, οὐχ ὁόντε. Εἰ γὰρ μήτε μέγεθος ἐστί μήτε πλῆθος, ἀλλ' οὐσία αὐτὸ ἐστί τὸ ἀπειρον καὶ μὴ συμβεβηκὸς, ἀδιαίρετον ἐστί· τὸ γὰρ διαίρετόν ἢ μέγεθος ἐστί ἢ πλῆθος. Εἰ δὲ ἀδιαίρετον,
 30 οὐκ ἀπειρον, εἰ μὴ ὡς ἢ φωνῆ ἀόρατος. Ἄλλ' οὐχ οὕτως οὐτε φασὶν εἶναι ὁ φάσκοντες εἶναι τὸ ἀπειρον, οὐτε ἡμῶς ζητοῦμεν, ἀλλ' ὡς ἀδιέξοδον. (1) Εἰ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς ἐστί τὸ ἀπειρον, οὐκ ἂν εἴη στοιχεῖον τῶν ὄντων, ἢ ἀπειρον, ὡσπερ οὐδὲ τὸ ἀόρατον τῆς δια-
 35 λίκτου, καίτοι ἢ φωνῆ ἐστὶν ἀόρατος. Ἐτι πῶς ἐνδέχεται εἶναι τι αὐτὸ ἀπειρον, εἴπερ μὴ καὶ ἀριθμὸν καὶ μέγεθος, ὧν ἐστί καθ' αὐτὸ πάθος τι τὸ ἀπειρον; ἔτι γὰρ ἤττον ἀνάγκη ἢ τὸν ἀριθμὸν ἢ τὸ μέγεθος. (2) Φανερόν δὲ καὶ ὅτι οὐκ ἐνδέχεται εἶναι τὸ ἀπειρον, ὡς
 40 ἐνεργεῖα δὲ καὶ ὡς οὐσίαν καὶ ἀρχήν· ἐστί γὰρ ὄντιον αὐτοῦ ἀπειρον τὸ λαμβανόμενον, εἰ μεριστόν. Τὸ γὰρ ἀπειρῶν εἶναι καὶ ἀπειρον τὸ αὐτό, εἴπερ οὐσία τὸ ἀπειρον καὶ μὴ καθ' ὑποκειμένου· ὡστ' ἢ ἀδιαίρετον ἢ εἰς ἀπειρα διαίρετόν· πολλὰ δ' ἀπειρα
 45 τὸ αὐτὸ εἶναι ἀδύνατον. Ἀλλὰ μὴν ὡσπερ ἀέρος ἀήρ μέρος, οὕτω καὶ ἀπειρον ἀπειροῦ, εἰ γε οὐσία ἐστί καὶ ἀρχή. Ἀμερίστον ἄρα καὶ ἀδιαίρετον. Ἄλλ' ἀδύνατον τὸ ἐντελεχεῖα δὲ ἀπειρον· ποσὸν γὰρ τι εἶναι ἀναγκαῖον.
 50 ρον. Ἄλλ' εἰ οὕτως, εἴρηται ὅτι οὐκ ἐνδέχεται αὐτὸ λέγειν ἀρχήν, ἀλλ' ἐκεῖνο ᾧ συμβέβηκε, τὴν ἀέρα, ἢ τὸ ἄρτιον. Ὡστε ἀτόπως ἂν ἀποφάνοιντο οἱ λέγοντες οὐ-

Infinitum igitur separatam a rebus sensibilibus, quod sit ipsum quiddam infinitum, esse nequit: nam si ipsum infinitum nec est magnitudo, nec multitudo, sed est substantia, non accidens: certe individuum erit. Quod enim est dividuum, aut erit magnitudo aut multitudo. Si vero individuum sit, non erit infinitum, nisi ut vox est ininspectibilis. Sed ita nec esse dicunt si qui aiunt esse infinitum, nec nos quaerimus, sed ut id quod pertransiri non potest. (2) Sin autem infinitum est ex accidenti: non potest esse elementum eorum quæ sunt, quatenus est infinitum: quemadmodum nec ininspectabile est linguæ elementum, quamvis vox sit ininspectabilis. Præterea quod fieri potest ut aliquid sit ipsum infinitum, si quidem non ita esse possunt numerus et magnitudo, quorum affectio quædam per se est infinitum? Necesse enim est adhuc minus esse infinitum, quam numerum, vel magnitudinem. (3) Perस्पiciousum est etiam non posse infinitum esse ut actu existens, et ut substantiam, et ut principium: nam quævis ejus pars sumatur, erit infinita, si partibilis est: infiniti enim essentia, et infinitum, idem sunt: si quidem infinitum est substantia, nec dicitur de subiecto. Quare aut individuum est, aut in infinita dividuum: sed multa infinita non possunt esse idem. At vero ut aeris pars est aer; ita etiam infiniti infinitum, si est substantia et principium. Est igitur impartibile et individuum. Sed impossibile est, quomodo actu sit infinitum: quantum enim quiddam esse necesse est. (4) Ergo ex accidenti infinitum inest. Sed si ita sit, dictum fuit non posse id appellari principium, sed illud potius cui accidit, nempe aerem, aut par. Quare absurde pronuntiant, qui sic asse-

τως, ὡςπερ οἱ Πυθαγόρειοι φασιν· ἅμα γὰρ οὐσίαν ποιοῦσι τὸ ἄπειρον καὶ μερίζουσιν. [VII.] (5) Ἄλλ' ἴσως αὕτη μὲν ἐστὶ καθόλου ἡ ζήτησις μάλλον, εἰ ἐνδέχεται τὸ ἄπειρον καὶ ἐν τοῖς μαθηματικοῖς εἶναι καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς καὶ μηδὲν ἔχουσι μέγεθος· ἡμεῖς δ' ἐπισκοποῦμεν περὶ τῶν αἰσθητῶν καὶ περὶ ὧν ποιοῦμεθα τὴν μέθοδον, ἅρ' ἐστὶν ἐν αὐτοῖς, ἢ οὐκ ἐστὶ σῶμα ἄπειρον περὶ τὴν αὐξήσιν. (6) Λογικῶς μὲν οὖν σκοποῦμενοις ἐκ τῶν τοιῶνδε δόξειεν ἂν οὐκ εἶναι· εἰ γὰρ ἐστὶ σώματος λόγος τὸ ἐπιπέδῳ ὠρισμένον, οὐκ ἂν εἴη σῶμα ἄπειρον, οὔτε νοητὸν οὔτε αἰσθητὸν. (7) Ἄλλὰ μὴν οὐδ' ἀριθμὸς οὕτως ὡς κεχωρισμένος καὶ ἄπειρος· ἀριθμητὸν γὰρ ὁ ἀριθμὸς ἢ τὸ ἔχον ἀριθμὸν· εἰ οὖν τὸ ἀριθμητὸν ἐνδέχεται ἀριθμῆσαι, καὶ διεξελθεῖν ἂν εἴη δυνατόν τὸ ἄπειρον. Φυσικῶς δὲ μάλλον θεωροῦσιν ἐκ τῶνδε. (8) Οὔτε γὰρ σύνθετον οἶόντε εἶναι οὔτε ἀπλοῦν. Σύνθετον μὲν οὖν οὐκ ἐστὶ τὸ ἄπειρον σῶμα, εἰ πεπερασμένα τῶ πληθεῖ τὰ στοιχεῖα. Ἀνάγκη γὰρ πλεῖω εἶναι καὶ ἰσάζειν αἰεὶ τὰναντία, καὶ μὴ εἶναι ἐν αὐτῶν ἄπειρον· εἰ γὰρ ὅποσοῦν λείπεται ἢ ἐν ἐνὶ σώματι δύναμις θατέρου, οἶον εἰ τὸ πῦρ πεπεράνται, ὁ δ' ἀήρ ἄπειρος, ἐστὶ δὲ τὸ ἴσον πῦρ τοῦ ἴσου ἀέρος τῇ δυνάμει ὕποσπλασιονοῦν, μόνον δὲ ἀριθμὸν τινα ἔχον, ὅμως φανερόν ὅτι τὸ ἄπειρον ὑπερβαλεῖ καὶ φθερεῖ τὸ πεπερασμένον. (9) Ἐκαστον δ' ἄπειρον εἶναι ἀδύνατον· σῶμα μὲν γὰρ ἐστὶ τὸ πάντῃ ἔχον διάστασιν, ἄπειρον δὲ τὸ ἀπεράντως διεστηχὸς εἰς ἄπειρον, ὥστε τὸ ἄπειρον σῶμα πανταχῇ ἐστὶ διεστηχὸς εἰς ἄπειρον. (10) Ἄλλὰ μὴν οὐδὲ ἐν καὶ ἀπλοῦν εἶναι ἐνδέχεται τὸ ἄπειρον σῶμα, οὔτε, ὡς λέγουσιν τινες, τὸ παρὰ τὰ στοιχεῖα, ἐξ οὗ ταῦτα γεννῶσιν, οὔτ' ἀπλῶς. Εἰσὶ γὰρ τινες οἱ τοῦτο ποιοῦσι τὸ ἄπειρον, ἀλλ' οὐκ ἀέρα ἢ ὕδωρ, ὡς μὴ τᾶλλα φθεῖρηται ὑπὸ τοῦ ἀπείρου αὐτῶν· ἔχουσι γὰρ πρὸς ἀλλήλα ἐναντιώσιν, οἶον ὁ μὲν ἀήρ ψυχρὸς, τὸ δ' ὕδωρ ὑγρὸν, τὸ δὲ πῦρ θερμὸν· ὧν εἰ ἐν ἄπειρον, ἐφθαρτο ἂν ἦδη τᾶλλα· ὧν δ' ἕτερον εἶναι φασιν ἐξ οὗ ταῦτα. (11) Ἀδύνατον δ' εἶναι τοιοῦτον, οὐχ ὅτι ἄπειρον (περὶ τούτου μὲν γὰρ κοινὸν τὶ λεκτέον ἐπὶ παντός ὁμοίως, καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος καὶ δτουοῦν), ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐστὶ τοιοῦτον σῶμα αἰσθητὸν παρὰ τὰ στοιχεῖα καλούμενα· ἅπαντα γὰρ ἐξ οὗ ἐστὶ, καὶ διαλύεται εἰς τοῦτο· ὥστε ἢν ἂν ἐνταῦθα παρὰ ἀέρα καὶ πῦρ καὶ γῆν καὶ ὕδωρ· φαίνεται δ' οὐδέν. (12) Οὐδὲ δὴ πῦρ οὐδ' ἄλλο τι τῶν στοιχείων οὐδὲν ἄπειρον ἐνδέχεται εἶναι. (13) Ὅλος γὰρ καὶ χωρὶς τοῦ ἄπειρον εἶναι τι αὐτῶν, ἀδύνατον τὸ πᾶν, καὶ ἢ πεπερασμένον, ἢ εἶναι ἢ γίνεσθαι ἐν τι αὐτῶν, ὡςπερ Ἡράκλειτός φησιν ἅπαντα γίνεσθαι ποτε πῦρ. (14) Ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τοῦ ἐνός, οἶον ποιοῦσι παρὰ τὰ στοιχεῖα οἱ φυσικοὶ· πάντα γὰρ μεταβάλλει ἐξ ἐναντίου εἰς ἐναντίον, οἶον ἐκ θερμοῦ εἰς ψυχρὸν. Δεῖ δὲ περὶ παντός ἐκ τῶνδε σκοπεῖν, εἰ ἐνδέχεται ἢ οὐκ ἐνδέχεται εἶναι σῶμα ἄπειρον αἰσθητὸν. (14) Ὅτι δ' ὅλος ἀδύνατον εἶναι σῶμα ἄπειρον αἰσθητὸν, ἐκ τῶνδε δῆλον· πέφυκε γὰρ πᾶν τὸ αἰσθη-

runt, ut inquit Pythagorei : simul enim statuunt infinitum esse substantiam, et in partes dividunt. [VII.] (5) Sed fortassis hæc questio est magis universalis, an possit esse infinitum etiam in mathematicis, et in intelligibilibus, et in iis quæ nullam habent magnitudinem. Nos vero de rebus sensibilibus, ac de quibus methodum conscribimus, dispiciamus, utrum in his sit an non sit corpus infinitum accretione. (6) Logice igitur considerantibus ex rationibus ejusmodi videri possit non esse. Nam si est corporis definitio, Quod superficie terminatur : non potest esse corpus infinitum, nec intelligibile, nec sensibile. (7) At vero neque numerus, sic ut separatus, est et infinitus : quoniam numerus, aut quod habet numerum, est numerabile. Si igitur numerabile potest numerari : etiam poterit infinitum pertransiri. Magis autem physice dispicientibus, ex his *videri poterit non esse*. (8) Etenim infinitum neque compositum esse potest, neque simplex. Compositum igitur corpus non erit infinitum, si elementa sint numero finita. Necesse enim est, semper contraria esse plura et inter se æquari, nec esse unum eorum infinitum. Nam si cujuscumque eorum vis, quæ in uno est corpore, superetur ab altero, veluti si ignis est finitus, aer autem infinitus, sed æqualis ignis æqualem aerem vi quantumvis multipla superat, modo numerum aliquem habeat : perspicuum tamen est fore ut infinitum superet, et interimat quod finitum est. (9) Unumquodque autem esse infinitum, impossibile est. Corpus enim est, quod undique habet extensionem : infinitum vero, quod in immensum extenditur. Quare infinitum corpus undique erit extensum in immensum. (10) Ac vero nec potest infinitum corpus esse unum et simplex, neque, ut quidam dicunt, id quod est præter elementa, ex quo hæc gignuntur, neque omnino. Sunt enim nonnulli, qui infinitum hoc faciunt, sed non aerem, aut aquam, ne cetera ab eo interimantur quod inter illa est infinitum. Habent enim inter se contrarietatem, ut puta aer est frigidus, aqua vero est humida, ignis autem calidus : quorum si unum sit infinitum, cetera jam dudum interissent ; nunc vero aliud esse aiunt id ex quo hæc fiunt. (11) Verum impossibile est esse tale : non quia infinitum (de hoc enim commune aliquid dicendum est, quod omni corpori æque conveniat, id est et aeri et aquæ et alii cuivis) ; sed quia non est tale sensibile corpus præter ea quæ vocantur elementa ; omnis enim res, ex qua est, in id etiam dissolvitur. Quare hic esset aliud quidpiam præter aerem et ignem et terram et aquam : sed nullam apparet. (12) Neque igitur ignis, neque ullum aliud elementum potest esse infinitum ; nam omnino, et præterquam quod esset aliquod eorum infinitum, impossibile est ut universum, etiamsi sit finitum, aut sit aut fiat unum aliquod illorum : sicut Heraclitus ait omnia fieri aliquando ignem. (13) Eadem ratio est etiam in uno, quale præter elementa faciunt physici : omnia namque mutantur ex contrario in contrarium, ut ex calido in frigidum. Oportet autem de omni corpore etiam ex his considerare, utrum possit, an non possit esse corpus infinitum sensibile. (14) Omnino autem esse impossibile, ut sit corpus infinitum sensibile, ex his

τόν που εἶναι, καὶ ἐστὶ τόπος τις ἐκάστου, καὶ ὁ αὐτὸς τοῦ μορίου καὶ παντός, ὅσον ὄλων τε τῆς γῆς καὶ βώλου μιᾶς, καὶ πυρός καὶ σπινθῆρος. Ὡστε εἰ μὲν ὁμοιοδές, ἀκίνητον ἔσται ἢ αἰεὶ οἰσθήσεται. Καίτοι ἀδύνατον· τί γὰρ μάλλον κάτω ἢ ἄνω ἢ πῦρ; λέγω δέ, ὅλον εἰ βῶλος εἴη, πῦρ αὐτῆ κινηθήσεται ἢ πῦρ μενεῖ; ὁ γὰρ τόπος ἀπειρος τοῦ συγγενούς αὐτῆ σώματος. Πότερον οὖν καθέξει τὸν ὄλον τόπον; καὶ πῶς; τίς οὖν ἢ πῦρ ἢ μὴ καὶ ἡ κίνησις αὐτῆς; ἢ πανταχοῦ μενεῖ; οὐ κινηθήσεται ἄρα· ἢ πανταχοῦ κινηθήσεται; οὐκ ἄρα στήσεται. (15) Εἰ δ' ἀνόμοιον τὸ πᾶν, ἀνόμοιοι καὶ οἱ τόποι· καὶ πρῶτον μὲν οὐκ ἐν τῷ σῶμα τοῦ παντός ἀλλ' ἢ τῷ ἀπερσθαί· ἔπειτα ἤτοι πεπερασμένα ταῦτ' ἔσται ἢ ἀπειρα τῷ εἶδει. Πεπερασμένα μὲν οὐκ ὀδόντες· ἔσται γὰρ τὰ μὲν ἀπειρα, τὰ δ' οὐ, εἰ τὸ πᾶν ἀπειρον, ὅσον τὸ πῦρ ἢ τὸ ὕδωρ· φύρα δὲ τὸ τοιοῦτον τοῖς ἐναντίοις, καθάπερ εἰρηται πρότερον. Καὶ διὰ τοῦτο οὐθεὶς τὸ ἐν καὶ ἀπειρον πῦρ ἐποίησεν οὐδὲ γῆν τῶν φυσιολόγων, ἀλλ' ἢ ὕδωρ ἢ ἀέρα ἢ τὸ μέσον αὐτῶν, ὅτι τόπος ἐκατέρου δῆλος ἦν διωρισμένος. Ταῦτα δ' ἐπαμφοτερίζει τῷ ἄνω καὶ κάτω. Εἰ δ' ἀπειρα καὶ ἀπλά, καὶ οἱ τόποι ἀπειροί, καὶ ἔσται ἀπειρα τὰ στοιχεῖα. Εἰ δὲ τοῦτ' ἀδύνατον, καὶ πεπερασμένοι οἱ τόποι, καὶ τὸ ὄλον πεπεράνθαι ἀνάγκαιον· ἀδύνατον γὰρ μὴ ἀπαρτίζειν τὸν τόπον καὶ τὸ σῶμα· οὔτε γὰρ ὁ τόπος ὁ πᾶς μελλῶν ἢ ὅσον ἐνδέχεται τὸ σῶμα ἅμα εἶναι· ἅμα δ' οὐδ' ἀπειρον ἔσται τὸ σῶμα· οὔτε τὸ σῶμα μεῖζον ἢ ὁ τόπος· ἢ γὰρ κενὸν ἔσται τι ἢ σῶμα οὐδαμῶς πεφυκὸς εἶναι. (16) Ἀναξαγόρας δ' ἀτόπως λέγει περὶ τῆς τοῦ ἀπείρου μονῆς· στηρίζειν γὰρ αὐτὸ αὐτὸ φησὶ τὸ ἀπειρον· τοῦτο δέ, ὅτι ἐν αὐτῷ· ἄλλο γὰρ οὐδὲν περιέχει, ὡς ὅπου ἂν τι ἦ, πεφυκὸς ἐνταῦθα εἶναι. Τοῦτο δ' οὐκ ἀληθές· εἴη γὰρ ἂν τι που βίαι καὶ οὐχ οὐ πέφυκεν. (17) Εἰ οὖν ὅτι μάλιστα μὴ κινεῖται τὸ ὄλον (τὸ γὰρ αὐτῷ στηριζόμενον καὶ ἐν αὐτῷ ὄν ἀκίνητον εἶναι ἀνάγκη), ἀλλὰ διὰ τί οὐ πέφυκε κινεῖσθαι, λεκτέον. Οὐ γὰρ ἱκανὸν τὸ οὕτως εἰπόντα ἀπηλλάχθαι· εἴη γὰρ ἂν καὶ διτιοῦν ἄλλο οὐ κινούμενον, ἀλλὰ πεφυκέναι οὐδὲν κωλύει, ἐπεὶ καὶ ἡ γῆ οὐ φέρεται, οὐδ' εἰ ἀπειρος ἦν, εἰργμένη μέντοι ἀπὸ τοῦ μέσου· ἀλλ' οὐκ ὅτι οὐκ ἔστιν ἄλλο οὐ ἐνεχθήσεται, μένειεν ἂν ἐπὶ τοῦ μέσου, ἀλλ' ὅτι πέφυκεν οὕτως. Καίτοι ἐξείη ἂν λέγειν ὅτι στηρίζει ἐαυτήν. Εἰ οὖν μὴδ' ἐπὶ τῆς γῆς τοῦτο αἴτιον ἀπείρου οὐσης, ἀλλ' ὅτι βάρος ἔχει, τὸ δὲ βαρὺ μένει ἐπὶ τοῦ μέσου, ἢ δὲ γῆ ἐπὶ τοῦ μέσου, ὁμοίως ἂν καὶ τὸ ἀπειρον μένει ἐν αὐτῷ διὰ τιν' ἄλλην αἴτιαν, καὶ οὐκ ὅτι ἀπειρον καὶ στηρίζει αὐτὸ αὐτό. (18) Ἄμα δὲ δῆλον ὅτι κἂν διτιοῦν μέρος δύοι μένειν· ὡς γὰρ τὸ ἀπειρον ἐν ἑαυτῷ μενεῖ στηρίζον, οὕτως κἂν διτιοῦν ληφθῆ μέρος, ἐν ἑαυτῷ μένει· τοῦ γὰρ ὄλου καὶ τοῦ μέρους ὁμοιοδούς οἱ τόποι, ὅσον ὄλων γῆς καὶ βώλου κάτω, καὶ παντὸς πυρός καὶ σπινθῆρος ἄνω. Ὡστε εἰ τοῦ ἀπείρου τόπος τὸ ἐν αὐτῷ, καὶ τοῦ μέρους ὁ αὐτός· μενεῖ ἄρα ἐν

manifestum erit: quia natura est comparatum, ut omne sensibile sit alicubi, et sit cujusque rei locus aliquis, idemque sit partis et totius locus, ut totius terræ et unius glebæ, nec non ignis et scintille. Quocirca, si quidem est unius formæ, aut immobile erit, aut semper feretur. Atqui est impossibile: cur enim potius infra quam sopra, aut ubi? verbi gratia, si gleba sit, ubi hæc movebitur? aut ubi manebit? infinitus enim est locus corporis ei cognati. Utrum igitur continebit totum locum? et quomodo? quisnam ergo aut ubi erit status et motus ejus? an ubique stabit? non ergo movebitur. An ubique movebitur? non igitur consistet. (15) Quodsi universum dissimile sit, dissimiles etiam erunt loci. Ac primum quidem non erit universi corpus unum, nisi tactu. Deinde aut finita hæc erunt, aut infinita, specie. Ac finita quidem esse non possunt: nam alia erunt infinita, alia minime, si universum est infinitum: ut ignis, vel aqua. Sed quod est tale, contrariis interitum affert, sicut antea dictum fuit. Ideoque nullus eorum qui de natura disseruerunt, unum illud et infinitum statuerunt esse ignem, aut terram: sed vel aquam, vel aerem, vel medium his interjectum: quia locus illius utriusque perspicue definitus est: hæc autem participant superiorem et inferiorem locum. Sin autem infinita et simplicia sunt: etiam loci erunt infiniti, et elementa erunt infinita. Quod si est impossibile, ac finiti loci sunt: necesse est ut etiam universum sit finitum. Est enim impossibile, non esse paria locum et corpus: quia neque totus locus est major, quam ut possit corpus simile esse: (simul autem neque corpus erit infinitum;) neque corpus est majus quam locus: alioqui aut erit aliquid inane, aut corpus, quod suapte natura nullibi sit. (16) Anaxagoras vero absurde loquitur de infiniti permanence. Ait enim ipsum infinitum se ipsum sustinere: et hoc ideo, quia in se ipso est: quippe quod nulla alia res continet. Quasi ubi aliquid est, ibi suapte natura sit. Sed hoc non est verum: potest enim aliquid esse alicubi vi, non ubi natura comparatum est ut sit. (17) Si igitur quammaxime non moveatur universum; quia necesse est id esse immobile, quod in se sustinetur et in se est: tamen dicendum est, cur non sit natura aptum moveri. Non enim sufficit hoc, ut is qui ita dixerit, dimittatur: quoniam et quodvis aliud esse potest, quod non moveatur; sed natura aptum esse ut moveatur, nihil prohibet. Nam et terra non fertur: nec si infinita esset, ferretur, a medio cohibita: non tamen, quia non est aliud quo feratur, manet in medio; sed quia est ei natura sic insitum. Tamen *aliquatenus* dicere licet terram se ipsam sustinere. Ergo si ne in terra quidem, si sit infinita, hæc est causa quietis; sed quia pondus habet, quod autem est grave, in medio manet, terra vero in medio est: similiter etiam infinitum manet in se ipso propter aliquam aliam causam, non quia est infinitum, et ipsum se sustinet. (18) Item manifestum est, opus esse ut quævis ejus pars maneat. Ut enim infinitum in se ipso manet, se sustinens: ita et si quævis pars sumatur, in se ipsa manebit; quia loca totius et partis sunt ejusdem speciei: veluti, totius terræ, et glebæ locus inferus, ac totius ignis ac scintillæ locus superus: quare si infiniti locus est in se ipso, partis etiam locus idem erit: in se igitur manebit.

5 *εαυτῷ.* (19) Ὅλως δὲ φανερόν ὅτι ἀδύνατον ἄμα ἄπειρον λέγειν σῶμα καὶ τόπον τινὰ εἶναι τοῖς σώμασιν, εἰ πᾶν σῶμα αἰσθητὸν ἢ βάρος ἔχει ἢ κουφότητα, καὶ εἰ μὲν βαρὺ, ἐπὶ τὸ μέσον ἔχει τὴν φορὰν φύσει· εἰ δὲ

10 *κουφόν, ἄνω.* Ἀνάγκη γάρ καὶ τὸ ἄπειρον, ἀδύνατον δὲ ἢ ἄπαν ὑποτερονοῦν ἢ τὸ ἡμισυ ἑκάτερον πεπονηθέναι· πῶς γὰρ διελεῖς; ἢ πῶς τοῦ ἀπείρου ἔσται τὸ μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω, ἢ ἔσχατον ἢ μέσον; (20) Ἐτι πᾶν σῶμα αἰσθητὸν ἐν τόπῳ, τόπου δὲ εἶδη καὶ διαφο-

15 *ραὶ τὸ ἄνω καὶ κάτω, καὶ ἔμπροσθεν καὶ ὀπίσθεν, καὶ δεξιὸν καὶ ἀριστερόν· καὶ ταῦτα οὐ μόνον πρὸς ἡμᾶς καὶ θέσει, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ὄλῳ διώρισται.* Ἀδύνατον δ' ἐν τῷ ἀπείρῳ εἶναι ταῦτα. (21) Ἀπλῶς δ' εἰ ἀδύνατον τόπον ἄπειρον εἶναι, ἐν τόπῳ δὲ πᾶν σῶμα, ἀδύ-

20 *νατον ἄπειρόν τι εἶναι σῶμα.* Ἀλλὰ μὴν τό γε ποῦ ἐν τόπῳ, καὶ τὸ ἐν τόπῳ, ποῦ. Εἰ οὖν μὴδὲ ποσόν, [οὐδ'] οἴοντ' εἶναι τὸ ἄπειρον· ποσόν γάρ τι ἔσται, οἷον δίπτυχον ἢ τρίπτυχον· ταῦτα γὰρ σημαίνει τὸ ποσόν· οὕτως καὶ ἐν τόπῳ, ὅτι ποῦ· τοῦτο δὲ ἢ ἄνω ἢ κάτω

25 *ἢ ἐν ἄλλῃ τινὶ διαστάσει τῶν ἐξ· τούτων δ' ἕκαστον πέρασ τί ἐστιν.* (22) Ὅτι μὲν οὖν ἐνεργεῖα οὐκ ἐστὶ σῶμα ἄπειρον, φανερόν ἐκ τούτων.

(19) Omnino autem patet esse impossibile, ut simul dicatur esse infinitum corpus, et aliquem esse locum corporibus : si omne corpus sensibile aut pondus habet, aut levitatem : et, si quidem grave est, ad medium natura fertur; si vero leve, sursum : quia necesse est, etiam infinitum corpus esse tale. Sed est impossibile, aut totum alterutro modo aut dimidium utroque modo affectum esse. Quo enim modo divides? aut quomodo infiniti erit alia pars supra, alia infra, aut extrema vel media? (20) Præterea omne corpus sensibile est in loco. Loci autem species ac differentie sunt superum et inferum, et anterius et posterius, et dextrum et sinistrum : atque hæc non tantum relatione ad nos habita, et positione, sed etiam in ipso universo definita sunt. Atqui est impossibile, hæc infinito inesse. (21) Et omnino si impossibile est locum esse infinitum, omne autem corpus est in loco : impossibile est etiam, esse aliquod corpus infinitum. At vero quod est alicubi, est in loco; et quod in loco est, est alicubi. Ergo si neque quantum est infinitum, omnino existere non potest : quoniam esset quantum quiddam, ut bicubitum et tricubitum (hæc enim quantum significant); atque ita esse etiam in loco : quia est alicubi : hoc autem vel supra, vel infra, vel in aliqua alia sex dimensionum, quarum unaquæque est terminus quidam. (22) Non esse igitur actu corpus infinitum, ex his perspicuum est.

CAP. VI. [VIII.]

Ὅτι δ' εἰ μὴ ἐστὶν ἄπειρον ἀπλῶς, πολλὰ ἀδύνα-

25 *τα συμβαίνει, ὄλῳ· τοῦ τε γὰρ χρόνου ἔσται τις ἀρχὴ καὶ τελευτῆ, καὶ τὰ μεγέθη οὐ διαιρετὰ εἰς μεγέθη, καὶ ἀριθμὸς οὐκ ἔσται ἄπειρος.* Ὅταν δὲ διωρισμένον οὕτως μὴδετέρως φαίνεται ἐνδέχουσι, διαιτητοῦ δεῖ, καὶ ὄλῳ ὅτι πῶς μὲν ἐστὶ πῶς δ' οὐ. Λέγεται δὴ τὸ εἶναι τὸ μὲν δυνάμει, τὸ δὲ ἐντελεχείᾳ·

30 *καὶ τὸ ἄπειρον ἐστὶ μὲν προσθέσει, ἐστὶ δὲ καὶ ἀφαιρέσει· τὸ δὲ μέγεθος ὅτι μὲν κατ' ἐνεργεῖαν οὐκ ἐστὶν ἄπειρον, εἰρηται, διαιρέσει δ' ἐστὶν· οὐ γὰρ χαλεπὸν ἀνελεῖν τὰς ἀτόμους γραμμάς.* (2) Λείπεται οὖν δυνάμει εἶναι τὸ ἄπειρον. Οὐ δεῖ δὲ τὸ δυνάμει ὄν λαμβά-

35 *νειν, ὡσπερ εἰ δυνατόν τοῦτ' ἀνδριάντα εἶναι, ὡς καὶ ἔσται τοῦτ' ἀνδριάς, οὕτως καὶ ἄπειρόν τι, δέσται ἐνεργεῖα· ἀλλ' ἐπεὶ πολλαχῶς τὸ εἶναι, ὡσπερ ἡ ἡμέρα ἐστὶ καὶ ὁ ἀγὼν τῷ ἀεὶ ἄλλο καὶ ἄλλο γίνεσθαι, οὕτως καὶ τὸ ἄπειρον. Καὶ γὰρ ἐπὶ τούτων ἐστὶ καὶ δυνάμει καὶ ἐνε-*

40 *ργεῖα· Ὀλύμπια γὰρ ἐστὶ καὶ τῷ δύνασθαι τὸν ἀγῶνα γίνεσθαι καὶ τῷ γίνεσθαι.* Ἄλλως δ' ἐν τε τῷ χρόνῳ ὄλῳ τὸ ἄπειρον καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ ἐπὶ τῆς διαιρέσεως τῶν μεγεθῶν. Ὅλως μὲν γὰρ οὕτως ἐστὶ τὸ ἄπειρον, τῷ ἀεὶ ἄλλο καὶ ἄλλο λαμβάνεσθαι, καὶ

45 *τὸ λαμβανόμενον μὲν ἀεὶ εἶναι πεπερασμένον, ἀλλ' ἀεὶ γε ἕτερον καὶ ἕτερον.* (3) Ὅστε τὸ ἄπειρον οὐ δεῖ λαμβάνειν ὡς τὸδε τι, οἷον ἀνθρώπων ἢ οἰκίαν, ἀλλ' ὡς ἡ ἡμέρα λέγεται καὶ ὁ ἀγὼν, οἷς τὸ εἶναι οὐκ ὡς οὐσία τις γέγονεν, ἀλλ' ἀεὶ ἐν γενέσει ἢ φθορᾷ, εἰ καὶ

50 *πεπερασμένον, ἀλλ' ἀεὶ γε ἕτερον καὶ ἕτερον.* Ἄλλ'

Sed accidere multa impossibilia, si infinitum omnino non sit, manifestum est : quia temporis erit aliquod principium, et finis; ac magnitudines non erunt dividuæ in magnitudines; ac numerus non erit infinitus. Quando autem, his sic definitis, neutro modo videtur esse posse : arbitrio iudice opus est, atque apparet, aliquo modo infinitum esse, aliquo modo non esse. Esse vero dicitur aliud potestate, aliud actu. Et infinitum partim est adjectione, partim est etiam detractone. Jam vero magnitudinem actu non esse infinitam dictum fuit; divisione autem esse infinitam : non enim difficile est tollere insectiles lineas. (2) Relinquitur ergo, infinitum esse potestate. Non oportet autem, quod est potestate, accipere : veluti, si hoc potest statua, hoc ideo erit etiam statua : sic et infinitum quidpiam, quod erit actu. Sed quum multis modis Esse dicatur; sicut est dies, et certamen : quia semper aliud et aliud fit : ita etiam est infinitum : est enim in his quoque potestate esse, et actu. Olympia namque sunt, et quia potest certamen fieri, et quia fit. Aliter autem et in tempore infinitum apparet, et in hominibus, et in divisione magnitudinum. Etenim in universum sic infinitum est : quia semper aliud et aliud sumitur : et id quidem, quod sumitur, semper finitum est; sed semper est aliud, et aliud. (3) Quare infinitum non oportet accipere ut hocce aliquid : veluti, hominem, aut domum : sed ut hæc dies dicitur, et hoc certamen, quorum essentia non ut substantia quædam facta est, sed semper in ortu et interitu consistit : etiam si sint finita, tamen semper alia atque alia.

ἐν μὲν τοῖς μεγέθεσιν, ὑπομένουστος τοῦ ληφθέντος, τοῦτο συμβαίνει, ἐπὶ δὲ τοῦ χρόνου καὶ τῶν ἀνθρώπων φθειρομένων οὕτως ὥστε μὴ ἐπιλείπειν. (4) Τὸ δὲ κατὰ πρόσθεσιν τὸ αὐτὸ ἐστὶ πῶς καὶ τὸ κατὰ διαίρεσιν· ἐν γὰρ τῇ πεπερασμένῳ κατὰ πρόσθεσιν γίνεται ἀντεστραμμένως· ἢ γὰρ διαιρούμενον ὁρᾶται εἰς ἄπειρον, ταύτη προστιθέμενον φανείται πρὸς τὸ ὠρισμένον· ἐν γὰρ τῇ πεπερασμένῳ μεγέθει ἂν λαθῶν τις ὠρισμένον προσλαμβάνη τῷ αὐτῷ λόγῳ, μὴ πρὸ αὐτοῦ τι μέγεθος τῷ ὅλῳ περιλαμβάνων, οὐ διέξεισι τὸ πεπερασμένον· ἐὰν δ' οὕτως αὔξη τὸν λόγον ὥστε αἰεὶ τι τὸ αὐτὸ περιλαμβάνειν μέγεθος, διέξεισι, διὰ τὸ πᾶν τὸ πεπερασμένον ἀναιρεῖσθαι ὑποῦν ὠρισμένῳ. Ἄλλως μὲν οὖν οὐκ ἔστιν, οὕτως δ' ἔστι τὸ ἄπειρον, δυνάμει τε καὶ ἐπὶ καθαιρέσει. Καὶ ἐντελεχεία δὲ ἐστίν, ὡς τὴν ἡμέραν εἶναι λέγομεν καὶ τὸν ἀγῶνα, καὶ δυνάμει οὕτως ὡς ἡ ὕλη, καὶ οὐ καθ' αὐτό, ὡς τὸ πεπερασμένον. (5) Καὶ κατὰ πρόσθεσιν δὲ οὕτως ἄπειρον δυνάμει ἐστίν, ὁ αὐτὸ λέγομεν τρόπον τινὰ εἶναι τῷ κατὰ διαίρεσιν· αἰεὶ μὲν γὰρ τι αὐτοῦ ἔξω ἔσται λαμβάνειν, οὐ φέροντο ὑπερβάλλει παντὸς ὠρισμένου μεγέθους, ὥσπερ ἐπὶ τὴν διαίρεσιν ὑπερβάλλει παντὸς ὠρισμένου, καὶ ἔσται ἕλαττον. Ὅστε δὲ παντὸς ὑπερβάλλειν κατὰ τὴν πρόσθεσιν, οὐδὲ δυνάμει οἴοντε ἄπειρον μὴ ἔστι κατὰ συμβεβηκός ἐντελεχεία ἄπειρον, ὥσπερ φασὶν οἱ φυσιολόγοι τὸ ἔξω σῶμα τοῦ κόσμου, οὐ ἡ οὐσία ἢ ἀήρ ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον, ἄπειρον εἶναι. Ἄλλ' εἰ μὴ οἴοντε εἶναι ἄπειρον ἐντελεχεία σῶμα αἰσθητὸν οὕτω, φανερόν ἐστι οὐδὲ δυνάμει ἂν εἴη κατὰ πρόσθεσιν, ἀλλ' ἢ, ὥσπερ εἴρηται, ἀντεστραμμένως τῇ διαίρεσει. (6) Ἐπεὶ καὶ Πλάτων διὰ τοῦτο δύο τὰ ἄπειρα ἐποίησεν, ὅτι καὶ ἐπὶ τὴν αὔξησιν δοκεῖ ὑπερβάλλειν καὶ εἰς ἄπειρον εἶναι καὶ ἐπὶ τὴν καθαιρέσιν. Ποιήσας μέντοι δύο, οὐ χρῆται· ὅτε γὰρ ἐν τοῖς ἀριθμοῖς τὸ ἐπὶ τὴν καθαιρέσιν ἄπειρον ὑπάρχει· ἢ γὰρ μονὰς ἐλάχιστον· οὐτε ἐπὶ τὴν αὔξησιν· μέγρι γὰρ δεκάδος ποιεῖ τὸν ἀριθμόν. [IX.] (7) Συμβαίνει δὲ τοῦναντίον εἶναι ἄπειρον ἢ ὡς λέγουσιν· οὐ γὰρ οὐ μὴδὲν ἔξω, ἀλλ' οὐ αἰεὶ τι ἔξω ἐστὶ, τοῦτο ἄπειρόν ἐστι· σημεῖον δὲ· καὶ γὰρ τοὺς δακτυλίους ἄπειρους λέγουσι τοὺς μὴ ἔχοντας σφενδόνην, ὅτι αἰεὶ τι ἔξω ἐστὶ λαμβάνειν, καθ' ὁμοιότητα μὲν τινα λέγοντες, οὐ μέντοι κυρίως· δεῖ γὰρ τοῦτο τε ὑπάρχειν, καὶ μὴδέποτε τὸ αὐτὸ λαμβάνεσθαι· ἐν δὲ τῷ κύκλῳ οὐ γίνεται οὕτως, ἀλλ' αἰεὶ τὸ ἐφεξῆς μόνον ἕτερον. (8) Ἄπειρον μὲν οὖν ἐστὶν ὅ κατὰ ποσὸν λαμβάνουσιν αἰεὶ τι λαθεῖν ἔστιν ἔξω. Οὐ δὲ μὴδὲν ἔξω, τοῦτ' ἐστὶ τέλειον καὶ ὄλον· οὕτω γὰρ ἠριζόμεθα τὸ ὄλον, οὐ μὴθὲν ἄπειρον· οἷον ἀνθρώπων ὄλον ἢ κισωτῶν. Ὅσπερ δὲ τὸ καθ' ἕκαστον, οὕτω καὶ τὸ κυρίως, οἷον τὸ ὄλον οὐ μὴθὲν ἐστὶν ἔξω· οὐ δ' ἐστὶν ἀπουσία ἔξω, οὐ πᾶν, ὅτι ἂν ἀπῆ. (9) Ὅλον δὲ καὶ τέλειον ἢ τὸ αὐτὸ πάμπαν ἢ σύνεγγυς τῇ φύσει ἐστὶ· τέλειον δ' οὐθὲν μὴ ἔχον τέλος· τὸ δὲ τέλος, πέρασ. Διὸ βέλτιον οἰητέον

Sed in magnitudinibus quidem hoc accidit, permanente eo quod sumptum est : in tempore vero et hominibus, iis interemptis, ita ut nunquam deficient. (4) Jam vero quod est secundum adjectionem, et quod secundum divisionem, idem quodammodo est. Nam in eo quod est finitum secundum adjectionem, fit modo converso. Quatenus enim dividit conspicitur in infinitum, eatenus adjici apparet ad id quod est finitum. Etenim in magnitudine finita, si quis sumpta parte finita, rursusumat eadem ratione, non eandem aliquam cum toto magnitudinem comprehendens : non pertransibit, quod est finitum. Sin autem ita rationem auxerit, ut semper complectatur eandem magnitudinem; pertransibit : quia omne finitum consumitur quovis finito. Infinitum igitur aliter non est, sic autem est : potestate ac detractone. Quin et actu est : sicuti diem esse dicimus, et certamen, et potestate ita est, ut materia : non per se, ut id quod est finitum. (5) Ergo et secundum additionem ita infinitum est potestate : quod dicimus idem quodammodo esse, atque infinitum secundum divisionem : quia semper licebit aliquid extra ipsum sumere. Non tamen superabit omnem definitam magnitudinem : sicut in divisione superat omnem magnitudinem definitam : et fit minus. Ut autem omnem magnitudinem superet infinitum additione, ne potestate quidem esse potest, nisi sit ex accidenti infinitum actu, ut inquirunt physici illi, qui extra mundum ponunt corpus, cujus essentia sit aer aut aliud quidpiam tale infinitum. Sed si corpus sensibile infinitum actu ita esse non potest; perspicuum est, ne potestate quidem infinitum esse posse secundum additionem, nisi, ut dictum fuit, modo divisioni contrario. (6) Nam et Plato ideo fecit duo infinita, quia et accretione videtur superare et in infinitum abire, et detractone. Quum tamen duo fecerit, his non utitur. Neque enim in numeris inest infinitas detractone, quia unitas est minimum : neque accretione, quia numerum facit usque ad denarium. [IX.] (7) Contra vero accidit esse infinitum, quam dicunt : non enim cujus nihil extra est, sed cujus semper aliquid extra est, id infinitum est. Hujus autem rei signum est : quoniam annulos illos infinitos esse aiunt, qui pala carent, propterea quod semper aliquid extra licet sumere : per similitudinem quandam hoc dicentes, non proprie : oportet enim hoc inesse, et nunquam idem sumi. In circulo autem non fit ita, sed tantummodo semper diversum est, quod deinceps sumitur. (8) Infinitum igitur hoc est, cujus quantitate aliqua accepta, semper aliquid extra sumere licet. Cujus autem nihil extra est, id est perfectum ac totum. Sic enim totum definimus, a quo nihil abest; ut hominem totum, vel arcam. Sicut autem unumquodque definimus, ita etiam quod proprie et præcipue est, ut totum, cujus nihil est extra : cujus autem aliquid abest, id non est universum, quidquid absit. (9) Totum vero et perfectum aut omnino idem sunt, aut natura inter se affinia. Atqui perfectum nihil est, quod non habeat finem : finis autem est terminus. Idcirco existimandum est, rectius locutum esse Parmenidem, quam Melis-

Παρμενίδην Μελίσσου ειρηκέναι· ὁ μὲν γὰρ τὸ ἄπειρον ὄλον φησιν, ὁ δὲ τὸ ὄλον πεπερανῆναι

μεσσοῦθεν ἰσοπαλές.

Ὁὐ γὰρ ὡς λίνον λίνῳ συνάπτειν ἔστι τῷ ἅπαντι καὶ ὅλων τὸ ἄπειρον. [X.] (10) Ἐπεὶ ἐντεῦθεν γε λαμβάνουσι τὴν σεμνότητα κατὰ τοῦ ἀπείρου, τὸ πάντα περιέχον, καὶ τὸ πᾶν ἐν ἑαυτῷ ἔχον, διὰ τὸ ἔχειν τινὰ ὁμοιότητα τῷ ὅλῳ. Ἔστι γὰρ τὸ ἄπειρον τῆς τοῦ μεγέθους τελειότητος ὕλη, καὶ τὸ δυνάμει ὄλον, ἐντελεχεία δὲ οὐ· διαίρετόν δ' ἐπὶ τε τὴν καθάρεισιν καὶ τὴν ἀντεστραμμένην πρόσθεσιν, ὄλον δὲ καὶ πεπερασμένον οὐ καθ' αὐτό, ἀλλὰ κατ' ἄλλο· καὶ οὐ περιέχει, ἀλλὰ περιέχεται, ἢ ἄπειρον· διὸ καὶ ἄγνωστον ἢ ἄπειρον· εἶδος γὰρ οὐκ ἔχει ἡ ὕλη. (11) Ὅστε φανερόν ἐστι μᾶλλον ἐν μορίου λόγῳ τὸ ἄπειρον ἢ ἐν ὄλου· μόριον γὰρ ἡ ὕλη τοῦ ὄλου, ὥσπερ ὁ χαλκὸς τοῦ χαλκοῦ ἀνδριάντος· ἐπεὶ εἰ γε περιέχει ἐν τοῖς αἰσθητοῖς καὶ ἐν τοῖς νοητοῖς τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν, ἴδει περιέχειν τὰ νοητά. Ἄτοπον δὲ καὶ ἀδύνατον τὸ ἄγνωστον καὶ τὸ ἀόριστον περιέχειν καὶ δριζεῖν.

sum. Hic enim ait infinitum esse totum : ille vero, totum esse finitum

a medio æquivalens.

Nam infinitum cum universo ac toto connectere, non est ut linum cum lino conjungere. [X.] (10) Ceterum hinc sumunt excellentiam illam infiniti, Quod omnia continet; et, Quod in se universum habet: quoniam habet similitudinem quandam cum toto. Infinitum enim est perfectionis magnitudinis materia. Et potestate totum, actu autem minime. Dividuum autem detractioe, et inversa adjectione. Totum vero, et finitum, non per se, sed per aliud. Neque continet, sed continetur, quatenus est infinitum. Ideoque est ignotum, qua infinitum. Materia namque formam non habet. (11) Quare perspicuum est, infinitum potius habere rationem partis, quam totius: nam materia est pars totius, ut æs æneæ statuæ. Ceterum si magnum et parvum continet in sensibilibus et intelligibilibus; oportebat id continere intelligibilia: sed absurdum est et impossibile, id quod est ignotum et infinitum, continere ac definire.

CAP. VII. [XI.]

Κατὰ λόγον δὲ συμβαίνει καὶ τὸ κατὰ πρόσθεσιν μὲν μὴ εἶναι δοκεῖν ἄπειρον οὕτως ὥστε παντὸς ὑπερβάλλειν μεγέθους, ἐπὶ τὴν διαίρεσιν δὲ εἶναι· περιέχεται γὰρ ὡς ἡ ὕλη ἐντὸς καὶ τὸ ἄπειρον, περιέχει δὲ τὸ εἶδος. (2) Εὐλόγως δὲ καὶ τὸ ἐν μὲν τῷ ἀριθμῷ εἶναι ἐπὶ τὸ ἐλάχιστον πέρασ, ἐπὶ δὲ τὸ πλεῖον αἰεὶ παντὸς ὑπερβάλλειν πλήθους, ἐπὶ δὲ τῶν μεγεθῶν τούναντίον, ἐπὶ μὲν τὸ ἔλαττον παντὸς ὑπερβάλλειν μεγέθους, ἐπὶ δὲ τὸ μείζον μὴ εἶναι μέγεθος ἄπειρον. Αἴτιον δ' ἐστὶ τὸ ἐν ἐστὶν ἀδιαίρετον, ὅτι περ ἂν ἐν ἢ, οἷον ἀνθρωπος εἰς ἀνθρωπος καὶ οὐ πολλοί; ὁ δ' ἀριθμὸς ἐστὶν ἐνὸς πλείω καὶ ποσὰ ἅττα· ὥστ' ἀνάγκη στήναι ἐπὶ τὸ ἀδιαίρετον. Τὰ γὰρ δύο καὶ τρία παρώνυμα ὀνόματά ἐστιν, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀριθμῶν ἕκαστος· (3) ἐπὶ δὲ τὸ πλεῖον αἰεὶ ἐστὶ νοῆσαι· ἄπειροι γὰρ αἱ διχοτομίαί τοῦ μεγέθους. Ὅστε δυνάμει μὲν ἐστὶν, ἐνεργείᾳ δ' οὐ· ἀλλ' αἰεὶ ὑπερβάλλει τὸ λαμβανόμενον, παντὸς ὠρισμένου πλήθους. Ἄλλ' οὐ χωριστὸς ὁ ἀριθμὸς οὕτως τῆς διχοτομίας, οὐδὲ μένει ἡ ἀπειρία, ἀλλὰ γίνεται, ὥσπερ καὶ ὁ χρόνος καὶ ὁ ἀριθμὸς τοῦ χρόνου. Ἐπὶ δὲ τῶν μεγεθῶν τούναντίον ἐστὶ· διαίρεται μὲν γὰρ εἰς ἄπειρα τὸ συνεχές· ἐπὶ δὲ τὸ μείζον οὐκ ἐστὶν ἄπειρον. Ὅσον γὰρ ἐνδέχεται δυνάμει εἶναι, καὶ ἐνεργείᾳ ἐνδέχεται τοσούτον εἶναι. Ὅστ' ἐπεὶ ἄπειρον οὐδὲν ἐστὶ μέγεθος αἰσθητόν, οὐκ ἐνδέχεται παντὸς ὑπερβολῆν εἶναι ὠρισμένου μεγέθους· εἴη γὰρ ἂν τι τοῦ οὐρανοῦ μείζον. (4) Τὸ δ' ἄπειρον οὐ ταῦτον ἐν μεγέθει καὶ κινήσει καὶ χρόνῳ, ὡς μία τις φύσις, ἀλλὰ τὸ ὕστερον λέγεται κατὰ τὸ πρότερον, οἷον κίνησις μὲν ἐστὶ τὸ μέγεθος ἐφ' οὗ κινεῖται ἢ ἀλλοιοῦται ἢ αὐξάνεται, ὁ χρόνος δὲ διὰ τὴν κίνησιν. Νῦν

Jam vero hoc rationi consentaneum accidit, ut adjecione infinitum non ita esse videatur, ut omnem magnitudinem superet: divisione autem sit. Ut enim materia inlus continetur, ita etiam infinitum: forma autem continet. (2) Illud quoque rationi consentaneum evenit, ut in numero versus minimum sit terminus; progrediendo autem ad plus, semper omnis multitudo superetur. In magnitudinibus vero contrarium fit: nam in progressu ad minimum omnis magnitudo superatur; in progressu autem ad majus, non est magnitudo infinita. Causa vero est: quia unum est individuum, quidquid unum sit, ut homo est unus homo, non multi. Numerus autem est plura uno, et quanta quædam. Quapropter necesse est, in individuo consistere. Duo namque aut tria sunt nomina paronyma: itidemque quilibet alius numerus. (3) Id autem versus quod plus est progredienti semper licet intelligere: quoniam infinitæ sunt bipartitæ divisiones magnitudinis. Quocirca potestate quidem est, actu vero minime; sed semper, quod sumitur, superat omnem definitam multitudinem. Verum hic numerus non est separatus a bipartita illa divisione, neque manet illa infinitas: sed fit ut et tempus, et numerus temporis. In magnitudinibus autem contrarium est: continuum enim dividitur quidem in infinita: progrediendo autem ad id quod est majus, non est infinitum. Quantum enim potest esse potestate, tantum potest etiam esse actu. Quare quum nulla magnitudo sensibilis sit infinita; fieri non potest ut superetur omnis finita magnitudo: esset enim aliquid cælo majus. (4) Jam vero infinitum non est idem in magnitudine, et motu, et tempore, quasi una quædam natura: sed posterius dicitur ratione prioris; ut motus dicitur, quia prius est magnitudo, in qua inmovetur, aut variatur, aut augetur, tempus autem propter motum. Nunc igitur his

μὲν οὖν χρώματα τούτοις, ὕστερον δὲ πειρασόμεθα λέγειν καὶ τί ἐστὶν ἕκαστον, καὶ διότι πᾶν μέγεθος εἰς μεγέθη διαιρετόν. (5) Οὐκ ἀφαιρεῖται δ' ὁ λόγος οὐδὲ τοὺς μαθηματικούς τὴν θεωρίαν, ἀναιρῶν οὕτως εἶναι τὸ ἄπειρον, ὥστ' ἐνεργεῖα εἶναι ἐπὶ τὴν αὐτὴν ὡς ἀδιεξίτητον· οὐδὲ γὰρ νῦν δέονται τοῦ ἀπείρου οὐδὲ χρῶνται, ἀλλὰ μόνον εἶναι ὅσῃ ἂν βούλωνται τὴν πεπερασμένην· τῷ δὲ μεγίστῳ μεγέθει τὸν αὐτὸν ἔστι τετιμῆσθαι λόγον ὀηλικονοῦν μέγεθος ἕτερον. 10 Ὡστε πρὸς μὲν τὸ δεῖξαι ἐκείνοις οὐδὲν διοίσει, τὸ δὲ εἶναι ἐν τοῖς οὖσιν ἔσται μεγέθεισιν. [XII.] (6) Ἐπεὶ δὲ τὰ αἰτία διήρηται τετραχῶς, φανερόν ἐστι ὡς ὕλη τὸ ἄπειρόν ἐστιν αἴτιον, καὶ ὅτι τὸ μὲν εἶναι αὐτῷ στερησις, τὸ δὲ καθ' αὐτὸ ὑποκειμένον τὸ συνεχές καὶ αἰσθητόν. 15 Φαίνονται δὲ πάντες καὶ οἱ ἄλλοι ὡς ὕλη χρωμένοι τῷ ἀπείρῳ· διὸ καὶ ἄτοπον τὸ περιέχον ποιεῖν αὐτό, ἀλλὰ μὴ τὸ περιεχόμενον.

utitur, posterius autem dicere conabimur, et quid unumquodque sit, et cur omnis magnitudo in magnitudines sit divisa. (5) Porro hac disputatio minime aufert inspectionem mathematicis, dum tollit infinitum sic esse, ut actu sit accretione, quasi pertransiri non possit. Neque enim mathematici nunc egent infinito, neque utuntur : sed tantum sumunt, finitam esse quantamcumque velint. Licet autem eadem ratione, qua maximam magnitudinem, dividere quantamcumque aliam magnitudinem. Quare ad hoc ut illo modo demonstraretur, nihil referet : esse autem infinitum, in iis magnitudinibus reperietur quæ sunt. [XII.] (6) Quia vero causæ dividuntur quadrifariam : patet infinitum esse causam ut materiam, et essentiam ejus esse privationem ; continuum autem et sensibile esse id quod per se subest. Sed et omnes alii videntur uti infinito, tantam materia. Ideoque absurdum est, ipsum facere id quod continet, non quod continetur.

CAP. VIII. [XIII.]

Λοιπὸν δ' ἐπελθεῖν καθ' οὓς λόγους τὸ ἄπειρον εἶναι δοκεῖ οὐ μόνον δυνάμει, ἀλλ' ὡς ἀφωρισμένον· 20 τὰ μὲν γὰρ ἐστὶν αὐτῶν οὐκ ἀναγκαῖα, τὰ δ' ἔχει τινὰς ἐτέρας ἀληθείας ἀπαντήσεις. Οὔτε γὰρ ἵνα ἡ γένεσις μὴ ἐπιλείπη, ἀναγκαῖον ἐνεργεῖα ἄπειρον εἶναι σώμα αἰσθητόν· ἐνδέχεται γὰρ τὴν θατέρου φθορὰν θατέρου εἶναι γένεσιν, πεπερασμένου ὄντος τοῦ παντός. 25 (2) Ἐτι τὸ ἄπτεσθαι καὶ τὸ πεπεράνθαι ἕτερον. Τὸ μὲν γὰρ πρὸς τι καὶ τινός (ἄπτεται γὰρ πᾶν τινός) καὶ τῶν πεπερασμένων τινὶ συμβέβηκε· τὸ δὲ πεπερασμένον οὐ πρὸς τι, οὐδ' ἀψασθαι τῷ τυχόντι τοῦ τυχόντος ἔστιν. (3) Τὸ δὲ τῇ νοήσει πιστεύειν ἄτοπον· 30 οὐ γὰρ ἐπὶ τοῦ πράγματος ἡ ὑπεροχὴ καὶ ἡ ἔλλειψις, ἀλλ' ἐπὶ τῆς νοήσεως. Ἐκαστον γὰρ ἡμῶν νοήσειεν ἂν τις πολλαπλάσιον ἑαυτοῦ αὐξῶν εἰς ἄπειρον· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἔξω τοῦ ἀστεούς τίς ἐστὶν ἡ τοῦ τηλικούδε μεγέθους δέχομεν, ὅτι νοεῖ τις, ἀλλ' ὅτι ἐστὶ· τοῦτο δὲ 35 συμβέβηκεν. Ὁ δὲ χρόνος καὶ ἡ κίνησις ἀπειρά ἐστὶ, καὶ ἡ νοήσις οὐχ ὑπομένουτος τοῦ λαμβανομένου. Μέγεθος δὲ οὔτε τῇ καθαιρέσει οὔτε τῇ νοητικῇ αὐξήσει ἐστὶν ἄπειρον. Ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ ἀπείρου, πῶς ἐστὶ καὶ πῶς οὐκ ἐστὶ, καὶ τί ἐστὶν, εἴρηται.

Πρὸς δὲ τὸ ποτέρως ἔχει δεῖ λαβεῖν τί σημαίνει τούνομα. Δοκεῖ δὴ τὸ κενόν τόπος εἶναι ἐν ᾧ μηδὲν ἐστι. Τούτου δ' αἴτιον ὅτι τὸ ὄν σῶμα οἴονται εἶναι, πᾶν δὲ σῶμα ἐν τόπῳ, κενόν δ' ἐν ᾧ τόπῳ μηδὲν ἐστὶ σῶμα· ὅσατ' εἰ που μὴ ἐστὶ σῶμα, κενόν εἶναι ἐνταῦθα. Σῶμα δὲ πάλιν ἅπαν οἴονται εἶναι ἄπτόν· τοιοῦτο δὲ ὃ ἂν ἔχῃ βάρος ἢ κουφότητα. Συμβαίνει οὖν ἐκ συλλογισμοῦ τοῦτο εἶναι κενόν, ἐν ᾧ μηδὲν ἐστὶ βαρὺ ἢ κουφόν. Ταῦτα μὲν οὖν, ὥσπερ εἶπομεν καὶ πρότερον, ἐκ συλλογισμοῦ συμβαίνει. Ἄταπον δὲ εἰ ἡ στιγμή κενόν· δεῖ γὰρ τόπον εἶναι, ἐν ᾧ σώματος ἐστὶ διάστημα ἄπτου. (2) Ἄλλ' οὖν φαίνεται λέγεσθαι τὸ κενόν ἕνα μὲν τρόπον τὸ μὴ πλήρες αἰσθητοῦ σώματος κατὰ τὴν ἀφήν· αἰσθητὸν δ' ἐστὶ κατὰ τὴν ἀφήν τὸ βάρος ἔχον καὶ κουφότητα. Διὸ κἂν ἀπορήσειε τις, τί ἂν φαίεν, εἰ ἔχοι τὸ διάστημα χροῦμα ἢ ψόφον, πότερον κενόν ἢ οὐ; ἢ δῆλον ὅτι εἰ μὲν δέχοιτο σῶμα ἄπτόν, κενόν εἶναι· εἰ δὲ μὴ, οὐ. (3) Ἄλλον δὲ τρόπον, ἐν ᾧ μὴ τὸδε τι μὴδ' οὐσία τις σωματικῆ· διό φασί τινες εἶναι τὸ κενόν τὴν τοῦ σώματος ὕλην, ὅσπερ καὶ τὸν τόπον, τὸ αὐτὸ τοῦτο λέγοντες οὐ καλῶς· ἢ μὲν γὰρ ὕλη οὐ χωριστὴ τῶν πραγμάτων, τὸ δὲ κενόν ζητοῦσιν ὡς χωριστόν. [X.] (4) Ἐπεὶ δὲ περὶ τόπου διώρισται, καὶ τὸ κενόν ἀνάγκη τόπον εἶναι εἰ ἔστιν ἐστερημένον σώματος, τόπος δὲ καὶ πῶς ἐστὶ καὶ πῶς οὐκ ἐστὶν εἴρηται, φανερόν ὅτι οὕτω μὲν κενόν οὐκ ἐστὶν, οὕτε ἀχώριστον οὕτε κχωρισμένον· τὸ γὰρ κενόν οὐ σῶμα, ἀλλὰ σώματος διάστημα βούλεται εἶναι. (5) Διὸ καὶ τὸ κενόν δοκεῖ τι εἶναι, ὅτι καὶ ὁ τόπος, καὶ διὰ τὰ αὐτά. Ὅκει γὰρ δὴ ἢ κινήσις ἢ κατὰ τόπον καὶ τοῖς τὸν τόπον φάσκειν εἶναι τι παρὰ τὰ σώματα τὰ ἐμπίπτοντα καὶ τοῖς τὸ κενόν. Αἴτιον δὲ κινήσεως οἴονται εἶναι τὸ κενόν οὕτως ὡς ἐν ᾧ κινεῖται· τοῦτο δ' ἂν εἴη ὅλον τὸν τόπον φασί τινες εἶναι. (6) Οὐδεμία δ' ἀνάγκη, εἰ κινήσις ἐστὶν, εἶναι κενόν. Ὅλως μὲν οὖν πάσης κινήσεως οὐδαμῶς, διὸ καὶ Μέλισσον ἔλαθεν· ἀλλοιοῦσθαι γὰρ τὸ πλήρες ἐνδέχεται. Ἀλλὰ δὴ οὐδὲ τὴν κατὰ τόπον κίνησιν· ἅμα γὰρ ἐνδέχεται ὑπεξίναει ἀλλήλοισ, οὐδενὸς ὄντος διαστήματος χωριστοῦ παρὰ τὰ σώματα τὰ κινούμενα. Καὶ τοῦτο δῆλον καὶ ἐν ταῖς τῶν συνεχῶν δίναις, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς τῶν ὑγρῶν. (7) Ἐνδέχεται

Ceterum ad intelligendum utro modo res habet, oportet sumere quid nomen significet. Videtur igitur inane esse locus, in quo nihil est. Hujus causa est : quia quod est, putant esse corpus, omne autem corpus esse in loco ; inane vero, in quo loco nullum est corpus : quare sicubi non est corpus, ibi esse inane. Rursus putant omne corpus esse tactile : tale autem esse, quodcumque habet gravitatem aut levitatem. Itaque syllogismo efficitur id esse inane, in quo nihil est grave aut leve. Hæc igitur, ut et antea diximus, syllogismo colliguntur. Absurdum autem est, punctum esse inane ; oportet enim inane esse locum, in quo sit corporis tactilis intervallum. (2) At vero videtur inane dici uno quidem modo, quod non est plenum corporis tactu sensibilis : tactu autem sensibilis est, quod habet pondus et levitatem. Idcirco et dubitare quispiam possit, quid dicerent, si intervallum haberet colorem aut sonum, utrum esset inane necne. At manifestum est, si possit recipere corpus tactile, inane esse ; sin minus, non esse. (3) Alio autem modo inane dicitur, in quo non est hoc aliquid, nec substantia aliqua corporea. Quare nonnulli aiunt inane esse corporum materiam : qui hoc ipsum dicunt etiam esse locum, haud scite : nam materia non est separabilis a corporibus : inane autem quærunt ut separabile. [X.] (4) Quia vero de loco definitum fuit ; et necesse est inane esse locum, si est corpore privatum ; dictum autem est, quomodo locus sit, et quomodo non sit : apparet non esse ita inane, nec inseparabile, nec separatum : quandoquidem inane non debet esse corpus, sed corporis intervallum. (5) Quocirca etiam inane videtur esse aliquid, quia et locus ita videtur, atque iisdem de causis. Etenim motus secundum locum in mentem venit et iis qui dicunt locum esse aliquid præter corpora quæ incidunt, et iis qui inane. Putant autem inane esse causam motus, sicut id in quo movetur : quod perinde est, ut nonnulli locum esse inquam. (6) Sed nulla necessitas cogit, si sit motus, esse inane. Ac omnino quidem omnis motus inane causa esse nullo modo potest : ob id quod et Melissum latuit ; variari enim potest, quod est plenum. Sed neque motum secundum locum necesse est esse propter inane. Simul enim sibi vicissim cedere possunt corpora quæ moventur, quum nullum præter ea sit intervallum separatum ; atque hoc manifestum est etiam in rerum continuarum, ut et in humidarum, conversionibus.

δὲ καὶ πυκνοῦσθαι μὴ εἰς τὸ κενόν, ἀλλὰ διὰ τὸ τὰ ἐνόητα ἐκπυρηνίζειν, ὅσον ὕδατος συνθλιβομένου τὸν ἐνόητα ἀέρα, καὶ αὐξάνεσθαι οὐ μόνον εἰσιόντος τινός, ἀλλὰ καὶ ἀλλοιώσει, ὅσον εἰ ἐξ ὕδατος γίνοιτο ἀήρ.
 5 Ὅλος δὲ ὁ τε περὶ τῆς αὐξήσεως λόγος καὶ τοῦ εἰς τὴν τέφραν ἐγγεομένου ὕδατος αὐτὸς αὐτὸν ἐμποδίζει. Ἡ γὰρ οὐκ αὐξάνεται ὄτιον, ἢ οὐ σώματι, ἢ ἐνδέχεται δύο σώματα ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι· (ἀπορίαν οὖν κοινήν ἀξιοῦσι λύειν, ἀλλ' οὐ κενὸν δεικνύουσιν ὡς ἔστιν·) ἢ πᾶν
 10 εἶναι ἀναγκαῖον τὸ σῶμα κενόν, εἰ πάντῃ αὐξάνεται καὶ αὐξάνεται διὰ κενῶ. Ὅ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῆς τέφρας. Ὅτι μὲν οὖν ἐξ ὧν δεικνύουσιν εἶναι τὸ κενὸν λύειν βράδιον, φανερόν.

(7) Possunt etiam corpora cogi non in inane, sed quia extruduntur ea quæ insunt, ut aqua compressa extruditur aer qui inest. Sed augeri possunt, non solum corpore aliquo ingrediente, sed etiam variatione: veluti, si ex aqua fiat aer. Omnino autem et hæc ratio de accretione, et illa de aqua in cinerem infusa, sibi ipsi est impedimento. Aut enim non quodvis augetur; aut non corpore augetur: aut possunt duo corpora esse in eodem loco: (dubitationem igitur communem putant se solvere, sed inane non probant esse:) aut necesse est, universum corpus esse inane, si undique augetur, et per, inane augetur. Eadem ratio est etiam in cinere. Ea igitur, ex quibus demonstrant esse inane, facile solvi, perspicuum est.

CAP. VIII. [XI.]

Ἐτι δ' οὐκ ἔστι κενὸν οὕτω κεχωρισμένον, ὡς ἐνίοι
 15 φασί, λέγωμεν πάλιν. Εἰ γὰρ ἔστιν ἐκάστου φορὰ τις τῶν ἀπλῶν σωμάτων φύσει, ὅσον τῷ πυρὶ μὲν ἄνω, τῇ δὲ γῆ κάτω καὶ πρὸς τὸ μέσον, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν τὸ κενὸν αἴτιον εἴη τῆς φορᾶς. Τίνος οὖν αἴτιον ἔσται τὸ κενόν; δοκεῖ γὰρ αἴτιον εἶναι κινήσεως τῆς κατὰ τόπον· ταύτης δ' οὐκ ἔστιν. (2) Ἐτι, εἰ ἔστι τι, ὅσον τόπος ἐστερημένος σώματος, ὅταν ἢ κενόν, ποῦ οἰσθήσεται τὸ εἰσθεθὲν εἰς αὐτὸ σῶμα; οὐ γὰρ δὴ εἰς ἅπαν. Ὅ δ' αὐτὸς λόγος καὶ πρὸς τοὺς τὸν τόπον οἰομένους εἶναι τι κεχωρισμένον, εἰς ὃν φέρεται· πῶς γὰρ οἰσθήσεται τὸ ἐντε-
 20 θέν, ἢ μενεῖ; Καὶ περὶ τοῦ ἄνω καὶ κάτω καὶ περὶ τοῦ κενῶ δ' αὐτὸς ἀρμόσει λόγος εἰκότως· τὸ γὰρ κενὸν τόπον ποιοῦσιν οἱ εἶναι φάσκοντες· καὶ πῶς δὴ ἐνέσται ἢ ἐν τῷ τόπῳ ἢ ἐν τῷ κενῷ; οὐ γὰρ συμβαίνει, ὅταν ὄλον τεθῆ ὡς ἐν κεχωρισμένῳ τόπῳ καὶ ὑπομένοντι
 30 σώματι· τὸ γὰρ μέρος ἂν μὴ χωρὶς τιθῆται, οὐκ ἔσται ἐν τόπῳ, ἀλλ' ἐν τῷ ὄλῳ. Ἐτι, εἰ μὴ τόπος, οὐδὲ κενόν ἔσται. (3) Συμβαίνει δὲ τοῖς λέγουσιν εἶναι κενόν ὡς ἀναγκαῖον, εἴπερ ἔσται κινήσις, τούναντίον μᾶλλον, ἢ ἂν τις ἐπισκοπῇ, μὴ ἐνδέχεσθαι μηδὲ ἐν
 35 κινεῖσθαι, ἢ ἂν κενόν· ὡς περὶ γὰρ οἱ διὰ τὸ ὅμοιον φάμενοι τὴν γῆν ἠρεμεῖν, οὕτως καὶ ἐν τῷ κενῷ ἀνάγκη ἠρεμεῖν· οὐ γὰρ ἔστιν σὺ μᾶλλον ἢ ἤττον κινήσεται· ἢ γὰρ κενόν, οὐκ ἔχει διαφορὰν. (4) Πρῶτον μὲν οὖν, ὅτι πᾶσα κινήσις ἢ βίαια ἢ κατὰ φύσιν· ἀνάγκη
 40 δ', ἂν περὶ ἢ βίαιος, εἶναι καὶ τὴν κατὰ φύσιν. Ἡ μὲν γὰρ βίαιος παρὰ φύσιν ἔστιν, ἢ δὲ παρὰ φύσιν ὑστέρα τῆς κατὰ φύσιν. Ὡστ' εἰ μὴ κατὰ φύσιν ἔστιν ἐκάστῳ τῶν φυσικῶν σωμάτων κινήσις, οὐδὲ τῶν ἄλλων ἔσται κινήσεων οὐδεμία. Ἀλλὰ μὴν φύσει γε πῶς ἔσται, μη-
 45 δεμιᾶς οὕσης διαφορᾶς κατὰ τὸ κενόν καὶ τὸ ἄπειρον; ἢ μὲν γὰρ ἄπειρον, οὐδὲν ἔσται ἄνω οὐδὲ κάτω οὐδὲ μέσον· ἢ δὲ κενόν, οὐδὲν διαφέρει τὸ ἄνω τοῦ κάτω· ὡς περὶ γὰρ τοῦ μηδενὸς οὐδεμία ἔστι διαφορὰ, οὕτως καὶ τοῦ μὴ ὄντος. Τὸ δὲ κενόν μὴ ὄν τι καὶ στέρησις
 50 δοκεῖ εἶναι· ἢ δὲ φύσει φορὰ διάφορος· ὡστ' ἔσται τὰ φύσει διάφορα. Ἡ οὖν οὐκ ἔστι φύσει οὐδαμῶ οὐδενὶ φορὰ, ἢ εἰ τοῦτ' ἔστιν, οὐκ ἔστι κενόν. (5) Ἐτι νῦν

Non esse autem inane ita separatum, ut nonnulli aiunt, rursus dicamus. Nam si cuique simplici corpori est naturalis quædam latio, ut igni sursum versus, terræ autem deorsum et ad medium; utique patet, inane non esse causam latioris. Cujus igitur causa inane erit? quandoquidem videtur esse causa motus, qui fit in loco: sed tamen hujus causa non est. (2) Præterea si est aliquid ut locus privatus corpore, quum sit inane, quo feretur corpus in illud impositum? non enim feretur ad universum. Eadem ratio est et adversus eos qui putant locum esse aliquid separatum, in quem fertur id quod fertur. Quomodo enim feretur, quod impositum est? aut quomodo manebit? Ac de superno atque infero et de inani eadem ratio merito conveniet: quoniam ii qui dicunt esse inane, statuunt id esse locum. Quomodo igitur inerit vel in loco vel inani? hoc enim esse nequit, quum totum aliquod ponitur tanquam in loco separato ac permanente corpore. Pars enim, nisi seorsum ponatur, non erit in loco, sed in toto. Præterea si non est locus, nec inane erit. (3) Quodsi quis rem consideret, iis qui dicunt esse inane, quasi hoc sit necessarium si sit motus, contrarium potius evenit, id est, non posse quidpiam moveri si sit inane: sicut enim quidam propter similitudinem inquietum terram quiescere; ita etiam necesse est, in inani quiescere. Non est enim ubi magis vel minus moveatur; nam qua est inane, non habet differentiam. (4) Primum igitur quia omnis motus aut est vi aut naturæ; necesse est, si violentus sit, etiam naturalem esse; nam violentus est quidem præter naturam; qui vero est præter naturam, est naturali posterior. Quare nisi motus naturalis inest cuique naturali corpori, nec ullus alius motus inerit. Atqui naturalis quomodo erit, quum nulla sit differentia in inani et infinito? quatenus enim est infinitum, nihil erit superum aut inferum, aut medium; quatenus vero est inane, nihil differet superum ab infero. Nam sicuti nihili nulla est differentia, ita etiam non-entis: inane autem videtur esse non-ens quiddam, ac privatio; sed naturalis latio est differens: quocirca et quæ naturæ moventur, differentia erunt. Aut igitur nulli usquam est naturalis latio: aut si hoc est, non est inane. (5) Præ-

μὲν κινεῖται τὰ βραχέως, τοῦ ὠσαντος οὐχ ἀπτομέ-
 νου, ἢ δι' ἀντιπερίστασις, ὡς περ ἐνίοι φασι, ἢ διὰ τὸ
 ὦλιν τὸν ὠσθέντα ἀέρα θάττω κίνησιν τῆς τοῦ ὠσθέντος
 φορέας, ἣν φέρεται εἰς τὸν οἰκτεῖον τόπον. Ἐν δὲ τῷ κενῷ
 5 οὐδὲν τούτων ἐνδέχεται ὑπάρχειν, οὐδ' ἔσται φέρεσθαι,
 ἀλλ' ἢ ὡς τὸ δοχούμενον. (6) Ἐτι, οὐδεὶς ἂν ἔχοι εἰ-
 πεῖν διὰ τί κινήθην στήσεται που· τί γὰρ μάλλον ἐν-
 ταῦθα ἢ ἐνταῦθα; ὡστ' ἢ ἠρεμήσει ἢ εἰς ἄπειρον ἀνάγ-
 κη φέρεσθαι, ἐὰν μὴ τι ἐμποδίσῃ κρεῖττον. (7) Ἐτι
 10 νῦν μὲν εἰς τὸ κενὸν διὰ τὸ ὑπεκίμαι φέρεσθαι δοκεῖ·
 ἐν δὲ τῷ κενῷ πάντῃ ὁμοίως τὸ τοιοῦτον· ὡστε πάντῃ
 αἰσθῆσεται. (8) Ἐτι δὲ καὶ ἐκ τῶνδε φανερὸν τὸ λε-
 γόμενον· δρωῖμεν γὰρ τὸ αὐτὸ βᾶρος καὶ σῶμα θάττον
 φερόμενον διὰ δύο αἰτίας, ἢ τῷ διαφέρειν τὸ δι' οὐ, οἶον
 15 δι' ὕδατος ἢ γῆς ἢ ἀέρος, ἢ τῷ διαφέρειν τὸ φερόμε-
 νον, ἐὰν τᾶλλα ταῦτά ὑπάρχῃ, διὰ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ
 βάρους ἢ τῆς κορυφότητος. Τὸ μὲν οὖν δι' οὐ φέρεται αἰ-
 τιον, ὅτι ἐμποδίζει μάλιστα μὲν ἀντιφερόμενον, ἔπειτα
 καὶ μένον· μάλλον δὲ τὸ μὴ εὐδιαίρετον· τοιοῦτο δὲ
 20 τὸ παχύτερον. Τὸ δὲ ἐφ' οὐ αἰσθῆσεται διὰ τοῦ Β
 τὸν ἐφ' ὧ Γ χρόνον· διὰ δὲ τοῦ Δ, λεπτομεροῦς ὄντος,
 τὸν ἐφ' ὧ Ε, εἰ ἴσον τὸ μήκος τὸ τοῦ Β τῷ Δ, κατὰ
 τὴν ἀναλογίαν τοῦ ἐμποδίζοντος σώματος. Ἐστω
 γὰρ τὸ μὲν Β ὕδωρ, τὸ δὲ Δ ἀήρ· ὅσω εἰς λεπτότερον
 25 ἀήρ ὕδατος καὶ ἀσωματώτερον, τοσούτῳ θάττον τὸ
 Α διὰ τοῦ Δ αἰσθῆσεται ἢ διὰ τοῦ Β. Ἐχέτω δὲ τὸν
 αὐτὸν λόγον ὅπερ δέστηκεν ἀήρ πρὸς ὕδωρ, τὸ τάχος
 πρὸς τὸ τάχος· ὡστ' εἰ διπλασίως λεπτόν, ἐν διπλασίῳ
 χρόνῳ τὴν τὸ Β δίσειν ἢ τὴν τὸ Δ, καὶ ἔσται ὁ ἐφ' ὧ Γ
 30 χρόνος διπλασίως τοῦ ἐφ' ὧ Ε. Καὶ αἰεὶ δὲ ὅσω ἂν ἢ
 ἀσωματώτερον καὶ ἥττον ἐμποδιστικὸν καὶ εὐδιαίρε-
 τώτερον δι' οὐ φέρεται, θάττον αἰσθῆσεται. Τὸ δὲ κενὸν
 οὐδένα ἔχει λόγον ὧ ὑπερέχεται ὑπὸ τοῦ σώματος, ὡ-
 περ οὐδὲ τὸ μηδὲν πρὸς ἀριθμόν. Εἰ γὰρ τὰ τέτταρα
 35 τῶν τριῶν ὑπερέχει ἐν, πλείονι δὲ τοῖν δυοῖν, καὶ ἔτι
 πλείονι τοῦ ἐνὸς ἢ τοῖν δυοῖν, τοῦ δὲ μηδενὸς οὐκέτι
 ἔχει λόγον ὧ ὑπερέχει· ἀνάγκη γὰρ τὸ ὑπερέχον διαι-
 ρεῖσθαι εἰς τε τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὸ ὑπερεχόμενον·
 ὡστε ἔσται τὰ τέτταρα ὅσω τε ὑπερέχει καὶ οὐδέν. Διὸ
 40 οὐδὲ γραμμὴ στιγμῆς ὑπερέχει, εἰ μὴ σύγκειται ἐκ
 στιγμῶν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κενὸν πρὸς τὸ πλήρες οὐ-
 δένα οἶοντε ἔχειν λόγον· ὡστ' οὐδὲ τὴν κίνησιν.
 (9) Ἄλλ' εἰ διὰ τοῦ λεπτότατου ἐν τοσούτῳ τῆς τοσούτῳ
 φέρεται διὰ τοῦ κενού, παντὸς ὑπερθάλλει λόγου. Ἐστω
 45 γὰρ τὸ Ζ κενόν, ἴσον δὲ τῷ μεγέθει τοῖς Β καὶ Δ· τὸ δὲ
 Α εἰ δίσει καὶ κινήσεται ἐν τινι μὲν χρόνῳ, τῷ
 ἐφ' οὐ Η, ἐν ἐλάττωι δὲ ἢ τῷ ἐφ' οὐ Ε, τοῦτον
 ἔξει τὸν λόγον τὸ κενὸν πρὸς τὸ πλήρες. Ἄλλ' ἐν τοσού-
 τῳ χρόνῳ ὅσος ἐφ' οὐ τὸ Η, τοῦ Δ τὸ Α δίσει τὴν τὸ
 50 Θ. Δίσει δὲ γε, καὶ ἢ τι λεπτότητι διαφέρειν τοῦ ἀέρος
 ἐφ' ὧ τὸ Ζ, ταύτην τὴν ἀναλογίαν ἣν ἔχει ὁ χρόνος
 ἐφ' ὧ Ε πρὸς τὸν ἐφ' ὧ Η. Ἄν γὰρ ἢ τοσούτῳ λεπτό-
 τερον τὸ ἐφ' ὧ Ζ σῶμα τοῦ Δ, ὅσω ὑπερέχει τὸ Ε τοῦ
 Η, ἀντεστραμμένως δίσει τῷ τάχει ἐν τοσούτῳ, ὅσον

terea, quæ jaciuntur, nunc moventur, quum is qui impulit,
 amplius non tangit; vel propter antiperistasin, ut nonnulli
 inquit; vel quoniam aer impulsus celeriori motu impellit
 quam sit latio corporis impulsus, qua fertur ad proprium lo-
 cum. In inani autem nihil tale inesse potest; nec ferri
 quicquam poterit, nisi ut id quod vehitur. (6) Præterea
 nemo potest dicere cur res mota sistetur alicubi. Cur enim
 potius hic quam illic? quare aut quiescet; aut necesse est
 in infinitum ferri; nisi quid potentius impedit. (7) Præ-
 terea nunc quidem ad inane, quia cedit, ferri videtur: sed in
 omni parte inanis similiter est ejusmodi quod cedit. Quare
 in omnem partem feretur. (8) Præterea ex his quoque per-
 spicuum fit quod dicitur: videmus enim idem pondus et
 corpus celerius ferri ob duas causas: nimirum vel quia dif-
 fert id per quod fertur, veluti per aquam, aut terram, aut
 aerem: vel quia id quod fertur, si cetera eadem sint, dif-
 fert ob exsuperantiam ponderis vel levitatis. Id igitur per
 quod fertur, est causa, quia impedit, maxime quidem si
 contra feratur, deinde etiam si maneat: magis autem quod
 non facile dividi potest; cujusmodi est, quod crassius est.
 Pondus igitur A feretur per magnitudinem B in tempore Γ:
 per magnitudinem vero Δ, quæ est subtilior, in tempore Ε:
 si æqualis est longitudo magnitudinis B et magnitudinis Δ,
 secundum proportionem impediens corporis. Esto namque
 τὸ Β aqua: τὸ Δ autem aer. Quanto igitur aer est res subtilior
 et magis incorporea quam aqua, tanto celerius τὸ Α feretur
 per Δ, quam per Β. Hæbeat ergo eandem rationem celeritas
 ad celeritatem, quam aer ad aquam; quare si duplo est
 subtilius, in duplo tempore conficiet spatium Β, quam
 spatium Δ: ac tempus Γ erit duplo majus tempore Ε. Et sem-
 per igitur quanto magis erit incorporeum, et minus habebit
 vim impediendi, et facilius dividi poterit id per quod fertur;
 tanto celerius pondus feretur. Inane autem nullam habet
 proportionem, qua superetur a corpore: sicuti nihil nullam
 habet proportionem ad numerum. Nam si quatuor uno
 superant tria, pluribus autem duo, et adhuc pluribus unum
 quam duo: jam nulla erit proportio, qua superet nihil:
 quandoquidem necesse est, id quod superat, dividi in
 exsuperantiam et id quod superatur: proinde quatuor erunt
 id quo superant et nihil. Idcirco nec linea superat punctum,
 nisi componatur ex punctis. Idemque inane non potest
 ullam rationem habere ad plenum. Quocirca neque motus
 per inane ullam rationem habebit ad motum qui fit per
 plenum. (9) Sed si pondus conficit tantum spatii, tanto
 tempore, per id quod est subtilissimum: profecto si feratur
 per inane, superat omnem proportionem. Esto namque τὸ Ζ
 inane æquale magnitudinibus Β et Δ. Si igitur τὸ Α transeat
 et moveatur in aliquo tempore, nempe in tempore ubi Η,
 quod minus est quam tempus Ε, certe hanc inane ad plenum
 rationem habebit. Atqui in tanto tempore, quan-
 tum est Η, pondus Α pertransit τοῦ Δ partem Θ. Verum
 pertransibit etiam, si quid sit, in quo Ζ subtilitate differens
 ab aere, eadem proportione quam habet tempus Ε ad tem-
 pus Η. Nam si corpus Ζ tanto sit subtilius corpore Δ, quanto
 tempus Ε superat tempus Η: vice versa pondus Α si feratur,

τὸ Η, τὴν τὸ Ζ τὸ ἐφ' οὗ Α, ἐὰν φέρηται. Ἐὰν τοίνυν μηδὲν ἢ σῶμα ἐν τῷ Ζ, ἔτι θάττον· ἀλλ' ἦν ἐν τῷ Η. Ὡστ' ἐν ἴσῳ χρόνῳ δίδεισι πλήρες τε δὴν καὶ κενόν. Ἄλλ' ἀδύνατον. (10) Φανερόν τοίνυν ὅτι, εἰ ἔστι τις χρόνος ἐν ᾧ διὰ τοῦ κενοῦ ὀτιοῦν οἰσθήσεται, συμβήσεται τοῦτο τὸ ἀδύνατον. Ἐν ἴσῳ γὰρ ληφθήσεται πλήρες τε δὴν διεξιέναι τι, καὶ κενόν· ἔσται γὰρ τι ἀνάλογον σῶμα ἕτερον πρὸς ἕτερον, ὡς χρόνος πρὸς χρόνον. Ὡς δ' ἐν κεφαλαίῳ εἰπέιν, ὅηλον τὸ τοῦ συμβαίνοντος αἴτιον, ὅτι κινήσεως μὲν πρὸς κίνησιν πάσης ἐστὶ λόγος (ἐν χρόνῳ γὰρ ἐστὶ, χρόνου δὲ παντός ἐστι πρὸς χρόνον, πεπερασμένων ἀμφοῖν), κενοῦ δὲ πρὸς πλήρες οὐκ ἐστὶν. (11) Ἡ μὲν οὖν διαφέρουσι δι' ὧν φέρονται, ταῦτα συμβαίνει, κατὰ δὲ τὴν τῶν φερόμενων ὑπεροχὴν τάδε· ὀρῶμεν γὰρ τὰ μείζω ῥοπήν ἔχοντα ἢ βάρους ἢ κουφότητος, ἐὰν ἄλλα ὁμοίως ἔχη τοῖς σχήμασι, θάττον φερόμενα τὸ ἴσον χωρίον, καὶ κατὰ λόγον δὴν ἔχουσι τὰ μεγέθη πρὸς ἀλληλα. Ὡστε καὶ διὰ τοῦ κενοῦ. Ἄλλ' ἀδύνατον· διὰ τίνα γὰρ αἰτίαν οἰσθήσεται θάττον; ἐν μὲν γὰρ τοῖς πλήρεσιν ἐξ ἀνάγκης· θάττον γὰρ διαιρεῖ τῇ ἰσχυρίῳ τὸ μείζον. (12) Ἡ γὰρ σχήματι διαιρεῖ, ἢ ῥοπήν ἢν ἔχει τὸ φερόμενον ἢ τὸ ἀφεθέν. Ἴσοσταχῆ ἄρα πάντ' ἔσται. Ἄλλ' ἀδύνατον. Ὅτι μὲν οὖν, εἰ ἔστι κενόν, συμβαίνει τούναντίον ἢ δι' ὃ κατασκευάζουσιν οἱ φάσκοντες εἶναι κενόν, φανερόν ἐκ τῶν εἰρημένων. Οἱ μὲν οὖν οἰοῦνται τὸ κενὸν εἶναι, εἴπερ ἔσται ἢ κατὰ τόπον κίνησις, ἀποκρινόμενον καθ' αὐτό· τοῦτο δὲ ταυτόν ἐστι τῶν τὸν τόπον φάνασι εἶναι τι κεχωρισμένον· τοῦτο δ' ὅτι ἀδύνατον, εἴρηται πρότερον. [XII.] (13) Καὶ καθ' αὐτὸ δὲ σκοποῦσι φανεῖν ἂν τὸ λεγόμενον κενόν ὡς ἀληθῶς κενόν. Ὡσπερ γὰρ ἐὰν ἐν ὕδατι τιθῆ τις κύβος, ἐκστήσεται τοσοῦτον ὕδωρ ὅσος ὁ κύβος, οὕτω καὶ ἐν ἀέρι· ἀλλὰ τῇ αἰσθήσει ἀδηλον. Καὶ αἰεὶ δὴ ἐν παντὶ σώματι ἔχοντι μετὰστασιν, ἐφ' ὃ πέφυκε μεθίστασθαι, ἀνάγκη, ἂν μὴ συμπιληθῆται, μεθίστασθαι ἢ κάτω ἀεὶ, εἰ κάτω ἢ φορὰ, ὡσπερ γῆς· ἢ ἄνω, εἰ πῦρ· ἢ ἐπ' ἄμφω [ὡς δ' ἀήρ], ἢ ὁποῖον ἂν τι ἢ τὸ ἐντιθέμενον. Ἐν δὲ δὴ τῷ κενῷ τοῦτο μὲν ἀδύνατον· οὐδὲ γὰρ σῶμα· διὰ δὲ τοῦ κύβου τὸ ἴσον διάστημα διεληλυθέναι δόξειεν, ὅπερ ἦν καὶ πρότερον ἐν τῷ κενῷ, ὅσπερ ἂν εἰ τὸ ὕδωρ μὴ μεθίστατο τῷ ξυλίνῳ κύβῳ μὴ δ' ἀήρ, ἀλλὰ πάντα διήεσαν δι' αὐτοῦ. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ κύβος ἔχει τοσοῦτον μέγεθος, ὅσον κατέχει τὸ κενόν· ὃ εἰ καὶ ἑρμῶν ἢ ψυχρόν ἐστιν ἢ βαρὺ ἢ κοῦφον, οὐδὲν ἤττον ἕτερον τῷ εἶναι πάντων τῶν παθημάτων ἐστί, καὶ εἰ μὴ χωριστόν· λέγω δὲ τὸν ὄγκον τοῦ ξυλίνου κύβου. Ὡστ' εἰ καὶ χωρισθεῖ τῶν ἄλλων πάντων καὶ μήτε βαρὺ μήτε κοῦφον εἶη, καθέξει τὸ ἴσον κενόν καὶ ἐν τῷ αὐτῷ ἔσται τῷ τοῦ τόπου καὶ τῷ τοῦ κενοῦ μέρει ἴσῳ αὐτῷ. Τί οὖν διοίσει τὸ τοῦ κύβου σῶμα τοῦ ἴσου κενοῦ καὶ τόπου; καὶ εἰ δύο τοιαῦτα, διὰ τί οὐ καὶ ὁποσαοῦν ἐν τῷ αὐτῷ ἔσται; ἐν μὲν δὴ τοῦτο ἄτοπον καὶ ἀδύνατον. (14) Ἐτι δὲ φανερόν ὅτι τοῦτο ὁ κύβος ἔξει καὶ μεθιστάμενος, ὃ καὶ τὰ ἄλλα

celeritate pertransibit magnitudinem Z tanto tempore quantum est τὸ Η. Si igitur nullum sit corpus in Z, adhuc celerius. Atqui erat in tempore H: quare in tempore æquali pertransit, quod est plenum, et quod est inane. Sed hoc est impossibile. (10) Perspicuum igitur est, si erit aliquod tempus, quo feretur quodvis per inane, eventurum hoc impossibile. Sumetur enim, aliquid in tempore æquali pertransire quod est plenum et quod est inane. Erit enim corpus aliquod proportionem habens alterum, ut tempus ad tempus. Et, ut in summa dicam, manifesta est ejus quod accidit, causa: quia scilicet omnis motionis ad motionem ratio est (in tempore enim est); omnis autem temporis ad tempus est ratio, quum ambo sunt finita: sed vacui ad plenum non est ratio. (11) Ergo hæc eveniunt, quatenus differunt ea per quæ feruntur. Hæc vero ex eorum quæ feruntur, exsuperantia: videmus enim, ea quæ majus momentum habent aut ponderis aut levitatis, si, quod ad cetera, similibus figuris prædita sint, celerius ferri per æquale spatium: idque secundum rationem quam habent magnitudines inter se: quapropter et per inane ita fiet. Sed est impossibile. Quam enim ob causam feretur celerius? etenim in iis quæ plena sunt, hoc necessario accidit: quod enim est majus, vi sua celerius dividit. (12) Nam quod fertur aut projectum est, id vel figura dividit, vel momento quod obtinet: æquali igitur celeritate omnia cieuntur: quod est impossibile. Ex his igitur quæ dicta sunt, apparet, si inane sit, contrarium accidere quam cujus causa, qui dicitur esse inane, illud astruunt. Hi namque putant, si sit motus secundum locum, esse inane separatum ac per se: quod perinde est ac si dicatur, esse locum aliquid separatum. Sed antea dictum fuit, hoc esse impossibile. [XII.] (13) Sed per se considerantibus videbitur, quod dicitur inane, revera esse inane. Sicut enim in aqua si quis ponat tesseram, tantum aquæ cedet, quanta est tessera: ita etiam in aere; quamquam sensu non percipitur. Semper itaque in omni corpore quod transferri potest, quatenus natura aptum est ut transferatur, necesse est ut, nisi comprimatur, transferatur, vel semper deorsum, si deorsum sit ejus latio, ut terræ; vel sursum, si sit ignis: vel in utramque partem, veluti si sit aer: aut quaecumque sit quod imponitur. In inani vero hoc est impossibile: quia non est corpus: sed videbitur per tesseram æquale intervallum meare, quod erat antea in inani, perinde ac si aqua non cederet lignæ tesseræ, nec aer, sed in omnem partem per ipsam permearet. At vero et tessera habet tantam magnitudinem, quantum inane continet: quæ etiam si calida sit aut frigida, aut gravis aut levis, nihilominus [imo et magis] essentia differt ab omnibus affectionibus, quamvis non sit separabilis: molem dico lignæ tesseræ. Quocirca etiamsi separetur ab omnibus aliis, et neque sit gravis, neque levis, tamen occupabit æquale inane, et erit in eadem loci atque inanis parte sibi æquali. Quid ergo differet corpus tesseræ ab æquali inani et loco? et si duo ejusmodi, cur non etiam quæcumquæ in eodem erunt? Hoc igitur est unum absurdum et impossibile. (14) Præterea perspicuum est, tesseram etiam alio translata, hoc habituram, quod et reliqua

σώματα πάντ' ἔχει. Ὅστ' εἰ τοῦτο που μηδὲν διαφέρει, τί δεῖ ποιεῖν τόπον τοῖς σώμασι παρὰ τὸν ἐκάστου ὄγκον, εἰ ἀπαθές ὁ ὄγκος; οὐδὲν γὰρ συμβάλλεται, εἰ ἕτερον περὶ αὐτὸν ἴσον διάστημα τοιοῦτον εἴη. (15) [Ἐτι δεῖ δῆλον εἶναι ὅσον κενὸν ἐν τοῖς κινουμένοις. Νῦν δ' οὐδαμοῦ ἐντὸς τοῦ κόσμου· ὁ γὰρ ἀήρ ἔστι τι, οὐ δοκεῖ δέ γε· οὐδὲ τὸ ὕδωρ, εἰ ἦσαν οἱ ἰχθύες σιδηροὶ· τῆ ἀφῆ γὰρ ἡ χρῖσις τοῦ ἀπτοῦ.] (16) Ὅτι μὲν τοίνυν οὐκ ἔστι κεχωρισμένον κενόν, ἐκ τούτων ἔστι δῆλον.

omnia corpora habent. Quare si hoc nihil fere differt, quid opus est efficere locum corporibus præter cuiusque rei mo-lem, si moles est impatibilis? nihil enim confert, si æquale hujusmodi intervallum in ipsa sit. (15) [Præterea oportet manifestum esse, cujusmodi sit inane in iis quæ moventur. Nunc vero nusquam apparet intra mundum; nam aer est aliquid: atqui non videtur, sed nec aqua videretur, si pisces essent ferrei: quoniam tactu judicatur res tactilis.] (16) Ex his igitur perspicuum est, non esse inane separatum.

CAP. IX. [XIII.]

10 Εἰσὶ δὲ τινες οἱ διὰ τοῦ μανοῦ καὶ πυκνοῦ ὄντοια φανερόν εἶναι ὅτι ἔστι κενόν. Εἰ μὲν γὰρ μή ἔστι μα-
νὸν καὶ πυκνόν, οὐδὲ συνίεναι καὶ πιλεῖσθαι οἴοντες. Εἰ
δὲ τοῦτο μὴ εἴη, ἢ ὅλως κινήσις οὐκ ἔσται, ἢ κυμανεῖ τὸ
ἄερα καὶ ὕδωρ. Λέγω δ' ὅσον εἰ ἐξ ὕδατος κινήσει γέ-
γονεν ἀήρ, ἅμα ἐξ ἴσου ἀέρος ὕδωρ τοσοῦτον γεγενῆ-
σθαι, ἢ κενόν εἶναι ἐξ ἀνάγκης· συμπιλεῖσθαι γὰρ καὶ
15 συνεπεκτείνεσθαι οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως. (2) Εἰ μὲν οὖν
τὸ μακρόν λέγουσι τὸ πολλὰ κενὰ κεχωρισμένα ἔχον,
20 φανερόν ὡς εἰ μηδὲ κενὸν ἐνδέχεται εἶναι χωριστὸν
ὡς περὶ μηδὲ τόπον ἔχοντα διάστημα αὐτοῦ, οὐδὲ μα-
κρόν οὕτως. (3) Εἰ δὲ μὴ χωριστόν, ἀλλ' ὁμοῦ ἐνεῖναι
τι κενόν, ἦττον μὲν ἀδύνατον. Συμβαίνει δὲ πρῶτον
μὲν οὐ πάσης κινήσεως αἴτιον τὸ κενόν, ἀλλὰ τῆς ἀνω
25 (τὸ γὰρ μακρόν κοῦρον· διὸ καὶ τὸ πῦρ μακρόν εἰναί
φασιν), ἔπειτα κινήσεως αἴτιον οὐχ οὕτω τὸ κενόν ὡς
ἐν ᾧ, ἀλλ' ὡς περὶ οἱ ἀσχοὶ τῶν φέρεσθαι αὐτοὶ ἀνω
φέρουσι τὸ συνεχές, οὕτω τὸ κενόν ἀνωφερές. Καίτοι
πῶς οἴοντες φορὰν εἶναι κενού ἢ τόπον κενού; κενού γὰρ
30 γίγνεται κενόν εἰς δ φέρεται. (4) Ἐτι δὲ πῶς ἐπὶ τοῦ
βαρέος ἀποδώσουσι τὸ φέρεσθαι κάτω; Καὶ δῆλον ὅτι
εἰ ὅσω ἂν μακρότερον καὶ κενώτερον ἢ ἀνω οἰσθήσεται,
εἰ ὅλως εἴη κενόν, τάχιστα ἂν φέροιτο. Ἴσως δὲ καὶ
τοῦτ' ἀδύνατον κινήσῃται· λόγος δ' ὁ αὐτός, ὡς περ
35 ὅτι ἐν τῶ κενῷ ἀκίνητα πάντα, οὕτω καὶ τὸ κενόν ὅτι
ἀκίνητον· ἀσύμβλητα γὰρ τὰ τάχη. (5) Ἐπεὶ δὲ κενόν
μὲν οὐ φαμέν εἶναι, τᾶλλα δ' ἠπόρηται ἀληθῶς,
ὅτι ἢ κινήσις οὐκ ἔσται, εἰ μὴ ἔσται πύκνωσις καὶ
μάκνωσις, ἢ κυμανεῖ ὁ οὐρανός, ἢ αἰεὶ ἴσον ὕδωρ ἐξ ἀέ-
40 ρος ἔσται καὶ ἀήρ ἐξ ὕδατος· δῆλον γὰρ ὅτι πλείων
ἀήρ ἐξ ὕδατος γίνεται. Ἀνάγκη τοίνυν, εἰ μὴ ἔστι πιλη-
σις, ἢ ἐξωθούμενον τὸ ἐχόμενον τὸ ἔσχατον κυμαίνειν
ποιεῖν, ἢ ἀλλοθί που ἴσον μεταβάλλειν ἐξ ἀέρος ὕδωρ,
ἢ ὁ πᾶς ὄγκος τοῦ ὄλου ἴσος ἦ, ἢ μηδὲν κινεῖσθαι·
45 αἰεὶ γὰρ μεθισταμένου τοῦτο συμβήσεται, ἂν μὴ
κύκλω περιίστηται· οὐκ αἰεὶ δ' εἰς τὸ κύκλω ἢ φορὰ,
ἀλλὰ καὶ εἰς εὐθύ. Οἱ μὲν δὲ διὰ τοιαῦτα κενόν τι
φαῖεν ἂν εἶναι. (6) Ἡμεῖς δὲ λέγομεν ἐκ τῶν ὑποκει-
μένων ὅτι ἐστὶν ὅλη μία τῶν ἐναντιῶν, θερμοῦ καὶ ψυ-
50 χροῦ καὶ τῶν ἄλλων τῶν φυσικῶν ἐναντιώσεων, καὶ ἐκ
οὐνάμει ὄντος ἐνεργεία ὄν γίνεται, καὶ οὐ χωριστῆ
μὲν ἢ ὅλη, τῶ δ' εἶναι ἕτερον, καὶ μία τῶ ἀριθμῶ, εἰ

Sunt autem nonnulli, qui ex raro et denso perspicuum esse putant, esse inane. Nisi enim sit rarum ac densum, neque coire et comprimi res poterunt. Quod si non sit, aut omnino motus non erit, aut fluctuabit universum, ut dicebat Xuthus; aut semper oportebit tantumdem mutari aeris et aquæ. Verbi gratia, si ex aqua poculo sit factus aer, simul ex æquali aere factum esse tantumdem aquæ, aut vacuum esse necessario: comprimi enim ac dilatari non aliter accidit. (2) Si igitur rarum appellant, quod multa inania separata habet; perspicuum est, si non potest esse inane separatum, quemadmodum nec locus habens sui intervallum, ne rarum quidem ita esse. (3) At si non separatum esse aiunt, inesse tamen aliquid vacui, minus quidem est impossibile: verumtamen accidit, primum ut inane non sit causa omnis motionis, sed tantum ascensus (quod enim est rarum, leve est; idcirco et ignem rarum esse inquit); deinde inane non erit causa motus sic, ut in quo; sed quemadmodum utres, quia ipsi sursum feruntur, efferunt etiam quod coheret, ita inane vim habebit sursum ferendi. Atqui quomodo potest esse latio vacui, aut locus vacui? fit enim vacuum vacui in quod fertur. (4) Præterea quomodo de ponderatione afferunt, propter quam deorsum feratur? Ac manifestum est, si corpus, quo rarius et inanius est, eo magis sursum fertur, consequens esse, ut, si omnino sit inane, celerrime feratur. Fortassis autem et impossibile est, hoc moveri. Ac ratio est eadem: quia sicut in vacuo sunt omnia immobilia, ita etiam vacuum est immobile: quandoquidem celeritates inter se conferri nequeunt. (5) Quia vero inane esse negamus, de reliquis autem vere dubitatum est: profecto aut motus non erit, nisi sit condensatio et rarefactio, aut fluctuabit celum, aut semper tantumdem aquæ fiet ex aere, et aeris ex aqua: constat enim plus aeris ex aqua fieri. Necesse igitur est, nisi sit compressio, aut expulsio id quod coheret, efficere ut extremum fluctuet, aut aliquo alio loco tantumdem aeris mutari in aquam, ut tota moles universi sit æqualis, aut nihil moveri. Semper enim, aliquo corpore translato, hoc eveniet, nisi in orbem volvatur: verum latio non semper in orbem fit, sed etiam in rectum. Ergo hi propter hujusmodi argumenta inane aliquid esse affirmarent. (6) Nos autem ex iis quæ supposita sunt, dicimus unam esse materiam contrariorum, nempe calidi et frigidi, et aliarum naturalium contrarietatum, et ex eo quod est potestate, fieri quod est actu, et materiam non esse separabilem, sed es-

ἔτυχε, χροῖας καὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ. Ἔστι δὲ καὶ
 σώματος ὕλη καὶ μεγάλου καὶ μικροῦ ἢ αὐτῆ. Δῆλον
 δὲ· ὅταν γὰρ ἐξ ὕδατος ἀήρ γίνηται, ἢ αὐτῆ ὕλη οὐ
 προσλαβοῦσά τι ἄλλο ἐγένετο, ἀλλ' ὁ ἦν δυνάμει,
 5 ἐνεργείᾳ ἐγένετο. Καὶ πάλιν ὕδωρ ἐξ ἀέρος ὡσαύτως,
 ὅτε μὲν εἰς μέγεθος ἐκ σμικρότητος, ὅτε δ' εἰς μικρό-
 τητα ἐκ μεγέθους. Ὅμοιως τοίνυν κἂν ἀήρ πολὺς
 δὴν ἐν ἐλάττονι γίγνηται ὄγκω καὶ ἐξ ἐλάττονος μείζων,
 ἢ δυνάμει οὔσα γίνεταί ὕλη ἀμφω. Ὡσπερ γὰρ καὶ
 10 ἐκ ψυχροῦ θερμὸν καὶ ἐκ θερμοῦ ψυχρὸν ἢ αὐτῆ, ὅτι ἦν
 δυνάμει, οὕτω καὶ ἐκ θερμοῦ μᾶλλον θερμὸν, οὐδενὸς
 γενομένου ἐν τῇ ὕλῃ θερμοῦ, ὁ οὐκ ἦν θερμὸν, ὅτε ἤ-
 τον ἦν θερμὸν. Ὡσπερ γε οὐδ' ἢ τοῦ μείζονος κύκλου
 περιφέρεια καὶ κυρτότης ἐὰν γίνηται ἐλάττονος κύ-
 15 κλου, ἢ αὐτῆ οὔσα ἢ ἄλλη, ἐν οὐθενί γέγονε τὸ κυρτὸν
 ὁ ἦν οὐ κυρτὸν ἀλλ' εὐθύ· (οὐ γὰρ τῷ διαλείπειν τὸ
 ἤττον ἢ τὸ μᾶλλον ἐστίν·) οὐδ' ἐστὶ τῆς φλογὸς λα-
 βεῖν τι μέγεθος ἐν ᾧ οὐ καὶ θερμότης καὶ λευκότης
 ἐνεστίν. Οὕτω τοίνυν καὶ ἢ πρότερον θερμότης τῇ ὕστα-
 20 ρον· ὥστε καὶ τὸ μέγεθος καὶ ἢ μικρότης τοῦ αἰσθητοῦ
 ὄγκου, οὐ προσλαβοῦσας τι τῆς ὕλης, ἐπεκτείνεται,
 ἀλλ' ὅτι δυνάμει ἐστὶν ἢ ὕλη ἀμφοῖν· ὥστ' ἐστὶ τὸ αὐτὸ
 πυκνὸν καὶ μακρὸν, καὶ μία ὕλη αὐτῶν· ἐστὶ δὲ τὸ μὲν
 πυκνὸν βαρὺ, τὸ δὲ μακρὸν κοῦφον. (7) [Ἔτι, ὥσπερ
 25 ἢ τοῦ κύκλου περιφέρεια συναγομένη εἰς ἐλάττον οὐκ
 ἄλλο τι λαμβάνει τὸ κοῖλον, ἀλλ' ὁ ἦν συνήχθη,
 καὶ τοῦ πυρὸς δ, τι ἀν τις λάβῃ πᾶν ἔσται θερμὸν, οὕτω
 καὶ τὸ πᾶν συναγωγῆ καὶ διαστολῆ τῆς αὐτῆς ὕλης.]
 Δύο γὰρ ἐστὶν ἐφ' ἑκατέρου τοῦ τε πυκνοῦ καὶ τοῦ μα-
 30 νοῦ· τὸ τε γὰρ βαρὺ καὶ τὸ σκληρὸν πυκνὰ δοκεῖ εἶ-
 ναι, καὶ τὰναντία μακρὰ, τὸ τε κοῦφον καὶ τὸ μαλακὸν·
 διαφωνεῖ δὲ τὸ βαρὺ καὶ τὸ σκληρὸν ἐπὶ μολίβδου
 καὶ σιδήρου. (8) Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων φανερὸν ὡς
 οὐτ' ἀποκεκριμένον κενόν ἐστὶν οὐθ' ἀπλῶς οὐτ' ἐν τῷ
 35 μακρῷ οὐτε δυνάμει, εἰ μὴ τις βούλεται πάντως καλεῖν
 κενόν τὸ αἴτιον τοῦ φέρεσθαι. Οὕτω δ' ἢ τοῦ βαρέος
 καὶ κοῦφου ὕλη, ἢ τοιαύτη, εἴη ἂν τὸ κενόν· τὸ γὰρ
 πυκνὸν καὶ τὸ μακρὸν κατὰ ταύτην τὴν ἐναντίωσιν φο-
 ρᾶς ποιητικά, κατὰ δὲ τὸ σκληρὸν καὶ μαλακὸν πάθους
 40 καὶ ἀπαθείας, καὶ οὐ φορᾶς, ἀλλ' ἑτεροιώσεως μᾶλλον.
 Καὶ περὶ μὲν κενοῦ, πῶς ἐστὶ καὶ πῶς οὐκ ἐστὶ, διω-
 ρίσθω τὸν τρόπον τούτων.

CAP. X. [XIV.]

Ἐγόμενον δε τῶν εἰρημένων ἐστὶν ἐπελθεῖν· περὶ
 χρόνου πρῶτον δὲ καλῶς ἔχει διαπορῆσαι περὶ αὐτοῦ καὶ
 45 διὰ τῶν ἐξωτερικῶν λόγων, πρότερον τῶν ὄντων ἐστὶν
 ἢ τῶν μὴ ὄντων, εἴτα εἰς ἢ φύσιν αὐτοῦ. (2) Ὅτι μὲν
 οὐκ ἢ ὄντων οὐκ ἐστὶν ἢ μόγις καὶ ἀμυδρῶς, ἐκ τῶνδὲ
 τις ἂν ὑποπτεύσειε· τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ γέγονε καὶ οὐκ
 ἐστὶ, τὸ δὲ μέλλει καὶ οὕτως ἐστίν. Ἐκ δὲ τούτων καὶ
 50 ὁ ἀπειρος καὶ ὁ αἰεὶ λαμβανόμενος χρόνος σύγκειται· τὸ
 δ' ἐκ μὴ ὄντων συγκείμενον ἀδύνατον ἂν δόξειε μετέ-
 χειν οὐσίας. (3) Πρὸς δὲ τούτοις παντὸς μεριστοῦ,

sentia diversam, et unam numero esse materiam : verbi
 gratia, coloris, et calidi et frigidi. Est etiam corporis tam
 magni quam parvi eadem materia : quod manifestum
 est, quia, quum ex aqua fit aer, eadem materia, non as-
 sumpto aliquo alio, fit aer : sed quod erat potestate, fit actu :
 itidemque rursus fit aqua ex aere, modo ex parvitate in
 magnitudinem, modo ex magnitudine in exiguitatem ma-
 gnitudine facta. Similiter itaque, si aer ex majore mole in
 minorem, et ex minore in majorem mutetur : materia, quæ
 potestate est, fit utrumque. Sicut enim eadem materia ex
 frigida fit calida, et ex calida fit frigida, quoniam erat po-
 testate : ita etiam ex calida fit magis calida, quum nulla
 materiæ pars calefiat, quæ non esset antea calida, quum
 erat minus caloris. Quomodo nec majoris circuli
 circumferentia et convexitas, si fiat minoris circuli, sive sit
 eadem sive alia ; in nulla parte fit convexitas, quæ non
 convexa, sed recta esset : (non enim intermissione est mi-
 nus vel magis :) nec licet sumere aliquam flammæ magni-
 tudinem, in qua non insit et calor et candor. Sic igitur et
 prior calor se ad posteriorem habet. Quare et magnitudo et
 parvitas molis sensibilis, non assumente aliquid materia,
 extenditur : sed quia materia potestate est ad utrumque.
 Quocirca idem est densum et rarum, et una est ipsorum
 materia. Porro densum est grave : rarum autem est leve.
 (7) [Præterea, ut circuli circumferentia in minus redacta
 non aliud quoddam cavum recipit, sed quod erat contra-
 ctum est, et ignis quamcumque particulam quis sumat,
 omnis est calida : sic et universum constat contractione
 et dilatatione ejusdem materiæ.] Duo namque in utroque
 sunt, id est, denso et raro. Nam grave et durum, viden-
 tur esse densa : et contraria videntur esse rara, nempe
 leve et molle ; discordant autem grave et durum in ferro et
 plumbo. (8) Ex iis igitur quæ dicta fuerunt, perspicuum
 est, neque esse inane separatum, sive simpliciter sive in eo
 quod est rarum ; neque potestate : nisi quis omnino appellare
 velit inane, id quod est causa lationis. Sic autem gravis et
 levis rei materia, qua est talis, erit inane illud. Nam densum
 et rarum, ratione hujus contrarietatis, vim habent effi-
 ciendæ lationis : ratione autem duri et mollis, vim habent
 efficiendæ passionis et impatibilitatis, nec lationis, sed
 variationis potius. Ac de inani quidem, quomodo sit, et
 quomodo non sit, hoc modo definitum esto :

His quæ dicta sunt, consequens est ut agatur de tem-
 pore ; primum autem e re erit, de eo dubitare etiam per
 rationes exotericas, utrum sit in numero entium an non-
 entium : deinde quæ sit ejus natura. (2) Omnino igitur
 tempus non esse, aut saltem vix et obscure esse, ex his
 suspicari quispiam possit. Pars enim ejus fuit, nec est :
 pars autem futura est, necdum est : ex his autem partibus
 constat tempus infinitum et quod semper sumitur. Quod
 vero constat ex iis quæ non sunt, non videtur posse
 obtinere essentiam. (3) Ad hæc, cujusvis rei dividuæ,

εἰς ἄνπερ ἢ, ἀνάγκη, ὅτε ἔστιν, ἤτοι πάντα τὰ μέρη
 εἶναι ἢ ἐνια· τοῦ δὲ χρόνου τὰ μὲν γέγονε τὰ δὲ
 μέλλει, ἔστι δ' οὐδέν, ὄντος μεριστοῦ· τὸ δὲ νῦν οὐ
 μετρεῖ· μετρεῖ τε γὰρ τὸ μέρος, καὶ συγκεῖσθαι δεῖ τὸ
 5 ὅλον ἐκ τῶν μερῶν· ὁ δὲ χρόνος οὐ δοκεῖ συγκεῖσθαι ἐκ
 τῶν νῦν. (4) Ἔτι δὲ τὸ νῦν, ὃ φαίνεται διορίζειν
 τὸ παρελθόν καὶ τὸ μέλλον, πότερον ἐν καὶ ταυτὸν
 αἰεὶ διαμένει ἢ ἄλλο καὶ ἄλλο, οὐ βράδιον ἰδεῖν. Εἰ
 μὲν γὰρ αἰεὶ ἕτερον καὶ ἕτερον, μηδὲν δ' ἔστι τῶν ἐν
 10 τῷ χρόνῳ ἄλλο καὶ ἄλλο μέρος ἅμα, ὃ μὴ περιέχει, τὸ
 δὲ περιέχεται, ὥσπερ ὁ ἐλάττων χρόνος ὑπὸ τοῦ πλείονος,
 τὸ δὲ νῦν μὴ ὄν πρότερον δὲ ὄν ἀνάγκη ἐφθάρθαι
 ποτέ, καὶ τὰ νῦν ἅμα μὲν ἀλλήλοις οὐκ ἔσται, ἐφθάρθαι
 δὲ ἀνάγκη αἰεὶ τὸ πρότερον. Ἐν ἑαυτῷ μὲν οὖν
 15 ἐφθάρθαι οὐχ οἴοντες διὰ τὸ εἶναι τότε· ἐν ἄλλῳ δὲ νῦν
 ἐφθάρθαι τὸ πρότερον νῦν οὐκ ἐνδέχεται. Ἐστω γὰρ
 ἀδύνατον ἐγόμενα εἶναι ἀλλήλων τὰ νῦν, ὥσπερ στιγμή
 στιγμῆς. Εἴπερ οὖν ἐν τῷ ἐφεξῆς οὐκ ἐφθάρθαι, ἀλλ' ἐν
 ἄλλῳ, ἐν τοῖς μεταξὺ τοῖς νῦν ἀπειροῖς οὖσιν ἅμα ἂν
 20 εἶη· τοῦτο δ' ἀδύνατον. (5) Ἄλλα μὴν οὐδ' αἰεὶ τὸ αὐτὸ
 διαμένει δυνατόν· οὐδενός γὰρ διαιρετοῦ πεπερασμέ-
 νου ἐν πέρασ ἐστίν, οὐτ' ἂν ἐφ' ἐν ἢ συνεχῆς οὔτε ἂν
 ἐπὶ πλείω· τὸ δὲ νῦν πέρασ ἐστίν, καὶ χρόνος ἔστι λα-
 θεῖν πεπερασμένον. (6) Ἔτι εἰ τὸ ἅμα εἶναι κατὰ
 25 χρόνον καὶ μήτε πρότερον μήτε ὕστερον τὸ ἐν τῷ
 αὐτῷ εἶναι καὶ ἐν τῷ νῦν ἐστίν, εἰ τὰ τε πρότερον καὶ
 τὰ ὕστερον ἐν τῷ νῦν τῶδι ἐστίν, ἅμα ἂν εἶη τὰ εἰς ἔτος
 γενομένα μυριοστὸν τοῖς γενομένοις τήμερον, καὶ οὔτε
 πρότερον, οὐτ' ὕστερον οὐδὲν ἄλλο ἄλλου. (7) Περὶ
 30 μὲν οὖν τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ τοσαῦτ' ἔστω διηπο-
 ρημένα. [XV.] Τί δ' ἐστίν ὁ χρόνος καὶ τίς αὐ-
 τοῦ ἡ φύσις, ὁμοίως ἐκ τε τῶν παραδεδομένων ἀδηλόν
 ἐστίν, καὶ περὶ ὧν τυγχάνομεν διεληλυθότες πρότερον.
 Οἱ μὲν γὰρ τὴν τοῦ ὅλου κίνησιν εἶναι φασίν, οἱ δὲ τὴν
 35 σφαῖραν αὐτήν. Καίτοι τῆς περιφορᾶς καὶ τὸ μέρος
 χρόνος τίς ἐστίν, περιφορὰ δὲ γε οὐ μέρος γὰρ περι-
 φορᾶς τὸ ληφθέν, ἀλλ' οὐ περιφορὰ. Ἔτι δ' εἰ πλείους
 ἦσαν οἱ οὐρανοί, ὁμοίως ἂν ἦν ὁ χρόνος ἢ δτουοῦν αὐτῶν
 40 κίνησις· ὥστε πολλοὶ χρόνοι ἅμα. (8) Ἡ δὲ τοῦ ὅλου
 σφαῖρα ἔδοξε μὲν τοῖς εἰποῦσιν εἶναι ὁ χρόνος, ὅτι ἐν
 τε τῷ χρόνῳ πάντα ἐστίν καὶ ἐν τῇ τοῦ ὅλου σφαίρᾳ·
 ἐστίν δ' εὐθηλικώτερον τὸ εἰρημένον ἢ ὥστε περὶ αὐ-
 τοῦ τὰ ἀδύνατα ἐπισκοπεῖν. (9) Ἐπεὶ δὲ δοκεῖ μάλι-
 στα κίνησις εἶναι καὶ μεταβολὴ τίς ὁ χρόνος, τοῦτ' ἂν
 45 εἶη σκεπτόμενον. Ἡ μὲν οὖν ἐκάστου μεταβολὴ καὶ κίνη-
 σις ἐν αὐτῷ τῷ μεταβάλλοντι μόνον ἐστίν, ἢ οὐ ἂν τύχη
 ὄν αὐτὸ τὸ κινούμενον καὶ μεταβάλλον· ὁ δὲ χρόνος
 ὁμοίως καὶ πανταχοῦ καὶ παρὰ πᾶσιν. (10) Ἔτι δὲ με-
 ταβολὴ μὲν ἐστίν πᾶσα θάττων καὶ βραδυτέρα, γρό-
 50 νος δ' οὐκ ἔστι· τὸ γὰρ βραδύ καὶ ταχύ χρόνῳ ὄρισται,
 ταχύ μὲν τὸ ἐν ὀλίγῳ πολὺ κινούμενον, βραδύ δὲ τὸ
 ἐν πολλῷ ὀλίγον· ὁ δὲ χρόνος οὐκ ὄρισται χρόνῳ,
 οὔτε τῷ ποσός τις εἶναι οὔτε τῷ ποῖός. (11) Ὅτι μὲν
 τοῖσιν οὐκ ἔστι κίνησις, φανερόν· μηδὲν δὲ διαφε-

si sit, necesse est, ut, quando est, vel omnes ejus partes
 sint vel aliquæ. Atqui temporis aliæ partes præterie-
 runt, aliæ futuræ sunt, nulla autem est, quum sit di-
 viduum. Instans autem non est pars. Nam pars metitur, et
 opus est ut totum componatur ex partibus : tempus autem
 non videtur componi ex instantibus. (4) Præterea in-
 stans, quod videtur disterninare præteritum et futurum,
 utrum semper unum et idem permaneat, an sit aliud et
 aliud, non facile est videre. Nam si semper est aliud atque
 aliud; non est autem in tempore ulla pars alia atque alia
 simul, quarum una non contineat, et altera contineatur,
 ut minus tempus continetur a majori; quod vero nunc non
 est, et antea erat, necesse est aliquando interiisse : pro-
 fecto etiam instantia vicissim simul non erunt, sed necesse
 semper erit prius instans interiisse. Itaque in se ipso inter-
 iisse non potest, quia tunc est; in alio autem instanti in-
 teriisse prius instans non potest. Esto namque impossibile,
 ut instantia sibi invicem cohæreant, sicuti punctum puncto.
 Ergo si in eo quod est deinceps, non interiit, sed in alio :
 certe in infinitis instantibus interjectis simul erit : quod est
 impossibile. (5) At vero nec semper idem permanere potest.
 Nullius enim rei dividuæ finitæ unus est terminus, nec si
 ad unum sit continua, nec si ad plura : instans autem est
 terminus : ac licet sumere tempus terminatum. (6) Præterea
 si simul esse tempore, et neque prius neque posterius esse :
 nihil aliud est quam in eodem esse, et in instanti esse,
 certe si ea quæ sunt prius et quæ posterius, sint in eodem
 hoc instanti, etiam ea quæ ante decem millia annorum facta
 sunt, simul erunt cum iis quæ facta sunt hodie, nec erit
 quicquam prius aut posterius aliud alio. (7) De iis igitur
 quæ ipsi temporis insunt, tot in dubium revocata sunt.
 [XV.] Quid autem sit tempus, et quæ sit ejus natura,
 æque ex iis quæ tradita sunt, est incertum, atque de iis
 de quibus antea disseruimus. Alii namque aiunt esse mo-
 tum universi : alii vero ipsam sphaeram. Atqui conversionis
 etiam pars est tempus quoddam : non tamen est ipsa con-
 versio. Quod enim sumptum est, pars est conversionis, non
 conversio. Præterea si plures essent cæli, æque tempus esset
 cujusvis horum motio : quare multa tempora simul essent.
 (8) Universi autem sphaera visum est iis qui id dixerunt,
 tempus esse : quia et in tempore omnia sunt, et in universi
 sphaera. Sed hoc eorum dictum magis fatuum est, quam
 ut sit opus de eo considerare impossibilia quæ consequun-
 tur. (9) Quum autem maxime videatur tempus esse motum
 et mutationem quandam : hoc utique considerandum est.
 Ergo cujusque mutatio ac motus est solum in eo quod mu-
 tatur, vel ubicumque est illud ipsum quod movetur et mu-
 tatur : tempus vero peræque est et ubique et apud omnia.
 (10) Insuper omnis quidem mutatio est celerior et tardior :
 tempus vero non est : nam tardum et velox tempore defi-
 nitur : velox quidem id quod brevi tempore multum mo-
 vetur; tardum autem, quod longo tempore parvum. Atqui
 tempus non definitur tempore, nec quia sit quantum quid-
 dam, nec quia sit quale. (11) Patet igitur tempus non esse

ρέτω λέγειν ἡμῖν ἐν τῷ παρόντι κίνησιν ἢ μεταβολήν.

motum. Nihil autem differat in praesentia sive dicamus motum, sive mutationem.

CAP. XI. [XVI.]

Ἄλλὰ μὴν οὐδ' ἄνευ γε μεταβολῆς· ὅταν γὰρ μηδὲν αὐτοὶ μεταβάλλωμεν τὴν διάνοιαν ἢ λάθωμεν μεταβάλλοντες, οὐ δοκεῖ ἡμῖν γεγονέναι χρόνος, καθάπερ οὐδὲ τοῖς ἐν Σαρδοῖι μυθολογουμένοις καθεύδειν παρὰ τοῖς ἥρωσιν, ὅταν ἐγερθῶσι. Συνάπτουσι γὰρ τὸ πρότερον νῦν τῷ ὕστερον νῦν καὶ ἐν ποιούσιν, ἐξαιρουντες διὰ τὴν ἀναίσθησιν τὸ μεταξύ. Ὡςπερ οὖν εἰ μὴ ἦν ἕτερον τὸ νῦν ἀλλὰ ταῦτό καὶ ἐν, οὐκ ἂν ἦν χρόνος, οὕτω καὶ ἐπεὶ λανθάνει ἕτερον ὄν, οὐ δοκεῖ εἶναι τὸ μεταξύ χρόνος. Εἰ δὲ τὸ μὴ οἰεσθαι εἶναι χρόνον τότε συμβαίνει ἡμῖν, ὅταν μὴ δρίζωμεν μηδεμίαν μεταβολήν, ἀλλ' ἐν ἐνὶ καὶ ἀδιαιρέτῳ φαίνεται ἢ ψυχῇ μένειν, ὅταν δ' αἰσθώμεθα καὶ δρίσωμεν, τότε φαμέν γεγονέναι χρόνον, φανερόν ἐστι οὐκ ἔστιν ἄνευ κινήσεως καὶ μεταβολῆς χρόνος. (2) Ὅτι μὲν οὖν οὐτε κινήσεις οὐτ' ἄνευ κινήσεως ὁ χρόνος ἐστὶ, φανερόν. Ληπτέον δὲ, ἐπεὶ ζητοῦμεν τί ἐστὶν ὁ χρόνος, ἐντεῦθεν ἀρχομένοις, τί τῆς κινήσεως ἐστίν. Ἄμα γὰρ κινήσεως αἰσθανόμεθα καὶ χρόνου· καὶ γὰρ ἐὰν ἦ σκότος καὶ μηδὲν διὰ τοῦ σώματος πάσχωμεν, κινήσεις δὲ τις ἐν τῇ ψυχῇ ἐνῆ, εὐθὺς ἄμα δοκεῖ τις γεγονέναι καὶ χρόνος. Ἄλλὰ μὴν καὶ ὅταν γε χρόνος δοκῇ γεγονέναι τις, ἄμα καὶ κινήσεις τις φαίνεται γεγονέναι. Ὡςτε ἦτοι κινήσεις ἢ τῆς κινήσεως τι ἐστὶν ὁ χρόνος. Ἐπεὶ οὖν οὐ κινήσεις, ἀνάγκη τῆς κινήσεως τι εἶναι αὐτόν. (3) Ἐπεὶ δὲ τὸ κινούμενον κινεῖται ἐκ τινος εἰς τι καὶ πᾶν μέγεθος συνεχές, ἀκολουθεῖ τῷ μεγέθει ἢ κινήσεις· διὰ γὰρ τὸ τὸ μέγεθος εἶναι συνεχές καὶ ἡ κινήσεις ἐστὶ συνεχής, διὰ δὲ τὴν κίνησιν καὶ ὁ χρόνος· ὅση γὰρ ἢ κινήσεις, τοσούτος καὶ ὁ χρόνος αἰεὶ δοκεῖ γεγονέναι. Τὸ δὲ δὴ πρότερον καὶ ὕστερον ἐν τόποις πρώτων ἐστίν· ἐνταῦθα μέντοι τῇ θέσει· ἐπεὶ δ' ἐν τῷ μεγέθει ἐστὶ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, ἀνάγκη καὶ ἐν κινήσει εἶναι τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, ἀνάλογον τοῖς ἐκεῖ. (4) Ἄλλὰ μὴν καὶ ἐν χρόνῳ ἐστὶ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον διὰ τὸ ἀκολουθεῖν αἰεὶ θατέρῳ θάτερον αὐτῶν. Ἔστι δὲ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον αὐτῶν ἐν τῇ κινήσει, ὃ μὲν ποτε ὄν κινήσεις ἐστὶ· τὸ μέντοι εἶναι αὐτῷ ἕτερον καὶ οὐ κινήσεις. Ἄλλὰ μὴν καὶ τὸν χρόνον γε γνωρίζομεν, ὅταν δρίσωμεν τὴν κίνησιν, τὸ πρότερον καὶ ὕστερον δρίζοντες· καὶ τότε φαμέν γεγονέναι χρόνον, ὅταν τοῦ προτέρου καὶ ὑστέρου ἐν τῇ κινήσει αἰσθησιν λάβωμεν. Ὅρίζομεν δὲ τῷ ἄλλο καὶ ἄλλο ὑπολαβεῖν αὐτά, καὶ μεταξύ τι αὐτῶν ἕτερον· ὅταν γὰρ ἕτερα τὰ ἀκρα τοῦ μέσου νοήσωμεν, καὶ δύο εἴπη ἢ ψυχῇ τὰ νῦν, τὸ μὲν πρότερον τὸ δ' ὕστερον, τότε καὶ τοῦτο φαμέν εἶναι χρόνον· τὸ γὰρ δρίζομεν τῷ νῦν χρόνος εἶναι δοκεῖ, καὶ ὑποκείσθω. (5) Ὅταν μὲν οὖν ὡς ἐν τῷ νῦν αἰσθανώμεθα, καὶ μὴ ἦτοι ὡς πρότερον καὶ ὕστερον ἐν τῇ κινήσει ἢ ὡς τὸ αὐτὸ μὲν, προ-

At vero nec est sine mutatione; quum enim ipsi nihil mutamur cogitatione, aut, si mutemur, non animadvertimus; tunc non videtur nobis fuisse tempus, quemadmodum nec iis quos in Sardinia fabulantur dormire apud heroas, quum experrecti fuerint: conjungunt enim prius instans cum posteriori instanti, et unum faciunt, eximentes tempus interjectum, quia id sensu non percipiunt. Sicut igitur si non esset aliud instans, sed unum et idem, non esset tempus: ita etiam quando non animadvertitur esse diversum, non videtur esse tempus quod est interjectum. Ergo si tunc nobis accidit, ut non putemus esse tempus, quum nullam mutationem distinguimus, sed anima in uno et individuo manere videtur; quum autem sentimus ac distinguimus, tunc dicimus fuisse tempus: perspicuum est, non esse tempus sine motu et mutatione. (2) Patet igitur tempus nec esse motum nec sine mutatione. Quoniam autem quaerimus quid sit tempus, sumendum est, hinc facto initio, quid motionis sit. Simul enim motionem sentimus ac tempus. Nam etiam si tenebrae sint, et nihil corpore patiamur, motus tamen aliquis in anima insit: confestim simul videtur fuisse etiam aliquid tempus. At vero et quum tempus aliquid videtur fuisse, simul etiam motus aliquis fuisse apparet: quocirca tempus aut est motus aut aliquid ipsius motus. Quoniam igitur non est motus; necesse est ut sit aliquid ipsius motus. (3) Quum autem id quod movetur, moveatur ab aliquo ad aliquid, quomque omnis magnitudo sit continua: magnitudini consequens est motus. Nam quia magnitudo est continua, etiam motus est continuus, et quia motus, etiam tempus. Quantus enim fuit motus, tantum etiam semper videtur tempus fuisse. Jam vero prius et posterius in loco primum sunt: et hic quidem positione partium. Quum autem in magnitudine sit prius et posterius; necesse est ut etiam in motu sint prius et posterius, quae illis proportionem respondeant. (4) Quin etiam in tempore est prius et posterius, quia semper horum alterum alteri consequens est. Horum autem prius et posterius est in motu, quod re ipsa est motus; sed ejus essentia diversa non motus est. At vero etiam tempus cognoscimus, quum motum distinguimus, prius et posterius distinguentes: tuncque dicimus fuisse tempus, quum sensu percepimus prius et posterius in motu. Distinguimus autem, quoniam haec aliud atque aliud esse, et his diversum quiddam esse interjectum existimamus. Quum enim extrema a medio diversa intelligimus, ac duo momenta affirmat anima, alterum prius, alterum posterius; tunc id dicimus esse tempus. Quod enim momentis terminatur, tempus esse videtur: atque hoc supponatur. (5) Quum igitur sentimus momentum, quasi unum, nec vel tanquam prius et posterius in motu, vel quasi idem quidem, sed ad prius et posterius aliquid

τέρου δὲ καὶ ὑστέρου τινός, οὐ δοκεῖ χρόνος γεγενῆσθαι οὐθείς, ὅτι οὐδὲ κίνησις. Ὅταν δὲ τὸ πρότερον καὶ ὑστέρον, τότε λέγομεν χρόνον· τοῦτο γὰρ ἐστὶν ὁ χρόνος, ἀριθμὸς κινήσεως κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὑστέρον.

6 Οὐκ ἄρα κίνησις ὁ χρόνος, ἀλλ' ἢ ἀριθμὸν ἔχει ἡ κινήσις. (6) Σημεῖον δέ· τὸ μὲν γὰρ πλείον καὶ ἐλάττω χρόνῳ κρινόμενον ἀριθμῷ, κινήσιν δὲ πλείω καὶ ἐλάττω χρόνῳ ἀριθμὸς ἄρα τις ὁ χρόνος. Ἐπεὶ δ' ἀριθμὸς ἐστὶ διγῶς (καὶ γὰρ τὸ ἀριθμούμενον καὶ τὸ ἀριθμητὸν

10 ἀριθμὸν λέγομεν, καὶ ὃ ἀριθμούμεν), ὁ δὲ χρόνος ἐστὶ τὸ ἀριθμούμενον καὶ οὐχ ὃ ἀριθμοῦμεν. [Ἔστι δ' ἕτερον ὃ ἀριθμοῦμεν καὶ τὸ ἀριθμούμενον.] [XVII.]

(7) Καὶ ὡσπερ ἡ κίνησις αἰεὶ ἄλλη καὶ ἄλλη, καὶ ὁ χρόνος, ὁ δ' ἅμα πᾶς χρόνος ὁ αὐτός· [τὸ γὰρ νῦν τὸ

15 αὐτὸ δ' ποτ' ἦν· τὸ δ' εἶναι αὐτῷ ἕτερον.] Τὸ δὲ νῦν τὸν χρόνον μετρεῖ, ἢ πρότερον καὶ ὑστέρον. (8) Τὸ δὲ νῦν ἐστὶ μὲν ὡς τὸ αὐτό, ἐστὶ δ' ὡς οὐ τὸ αὐτό· ἢ μὲν γὰρ ἐστὶ ἄλλω καὶ ἄλλω, ἕτερον [τοῦτο δ' ἦν αὐτὸ τὸ νῦν] ἢ δὲ ὅποτε ὄν ἐστὶ τὸ νῦν, τὸ αὐτό. Ἀκολουθεῖ γὰρ,

20 ὡσπερ ἐλέχθη, τῷ μὲν μεγέθει ἡ κίνησις, ταύτῃ δ' ὁ χρόνος, ὡς φαμέν. Καὶ ὁμοίως δὴ τῇ στιγμῇ τὸ φερόμενον, ὃ τὴν κίνησιν γνωρίζομεν καὶ τὸ πρότερον ἐν αὐτῇ καὶ τὸ ὑστέρον. Τοῦτο δὲ ὁ μὲν ποτε ὄν τὸ αὐτό (στιγμῇ γὰρ, ἢ λίθος, ἢ τι ἄλλο τοιοῦτόν ἐστι),

25 τῷ λόγῳ δὲ ἄλλο, ὡσπερ οἱ σοφισταὶ λαμβάνουσιν ἕτερον τὸ Κορίσκον ἐν Λυκείῳ εἶναι καὶ τὸ Κορίσκον ἐν Ἀγορᾷ. Καὶ τοῦτο δὴ τῷ ἄλλοθι καὶ ἄλλοθι εἶναι ἕτερον· τῷ δὲ φερομένῳ ἀκολουθεῖ τὸ νῦν, ὡσπερ ὁ χρόνος τῇ κινήσει· τῷ γὰρ φερομένῳ γνωρίζομεν τὸ πρό-

30 τερον καὶ ὑστέρον ἐν κινήσει· ἢ δ' ἀριθμητὸν τὸ πρότερον καὶ ὑστέρον, τὸ νῦν ἐστὶν· ὥστε καὶ ἐν τούτοις, ὁ μὲν ποτε ὄν νῦν, ἐστὶ τὸ αὐτό· πρότερον γὰρ καὶ ὑστέρον ἐστὶ τὸ ἐν κινήσει· τὸ δ' εἶναι ἕτερον· [ἢ ἀριθμητὸν γὰρ τὸ πρότερον καὶ ὑστέρον, τὸ νῦν ἐστὶ]. Καὶ

35 γνώριμον δὲ μάλιστα τοῦτ' ἐστὶ· καὶ γὰρ ἡ κίνησις διὰ τὸ κινούμενον καὶ ἡ φορὰ διὰ τὸ φερόμενον· τότε γὰρ τι τὸ φερόμενον, ἢ δὲ κίνησις οὐ. Ἔστι μὲν οὖν ὡς τὸ αὐτὸ τὸ νῦν λεγόμενον αἰεὶ, ἐστὶ δ' ὡς οὐ τὸ αὐτό· καὶ γὰρ τὸ φερόμενον. (9) Φανερόν δὲ καὶ ὅτι

40 εἴτε χρόνος μὴ εἴη, τὸ νῦν οὐκ ἂν εἴη, εἴτε τὸ νῦν μὴ εἴη, χρόνος οὐκ ἂν εἴη· ἅμα γὰρ ὡσπερ τὸ φερόμενον καὶ ἡ φορὰ, οὕτως καὶ ὁ ἀριθμὸς ὁ τοῦ φερομένου καὶ ὁ τῆς φορᾶς. Χρόνος μὲν γὰρ ὁ τῆς φορᾶς ἀριθμὸς, τὸ νῦν δὲ ὡς τὸ φερόμενον οἶον μονὰς ἀριθμοῦ. Καὶ

45 συνεχῆς τε δὴ ὁ χρόνος τῷ νῦν, καὶ διήρηται κατὰ τὸ νῦν· ἀκολουθεῖ γὰρ καὶ τοῦτο τῇ φορᾷ καὶ τῷ φερομένῳ· καὶ γὰρ ἡ κίνησις καὶ ἡ φορὰ μία τῷ φερομένῳ, ὅτι ἐν, καὶ οὐχ ὅποτε ὄν (καὶ γὰρ ἂν διαλίποι) ἀλλὰ τῷ λόγῳ. Καὶ γὰρ ὀρίζει τὴν πρότερον καὶ ὑστέρον

50 κινήσιν τοῦτο. Ἀκολουθεῖ δὲ καὶ τοῦτο πως τῇ στιγμῇ· καὶ γὰρ ἡ στιγμῇ καὶ συνέχει τὸ μῆκος καὶ ὀρίζει· ἐστὶ γὰρ τοῦ μὲν ἀρχῆς, τοῦ δὲ τελευτῆς. (10) Ἄλλ' ἔταν μὲν οὕτω λαμβάνη τις ὡς δυσὶ χρώμενος τῇ μιᾷ, ἀνάγκη ἴστασθαι, εἰ ἐστὶ ἀρχῇ καὶ τελευτῇ

pertinens : tunc non videtur fuisse ullum tempus, quia nec motus. Quum autem prius et posterius sentimus, tunc dicimus esse Tempus. Tempus enim nihil aliud est quam numerus motus secundum prius et posterius. Tempus igitur non est motus, nisi quatenus motus numerum habet.

 τὸν ἢ σῶμα ἢ ψυχὴ, οὕτω δὲ τὸ γινόμενον κίνησις
 30 ἢ γένεσις. (7) Καὶ πάλιν τι εἰς δ κινοῦνται· δεῖ γὰρ
 εἶναι τι τὴν τοῦδε ἐκ τοῦδε εἰς τὸδε κίνησιν καὶ μὴ
 κίνησιν ἢ γένεσιν. Ἄμα δὲ καὶ πῶς ἔσται; οὐ γὰρ
 ἔσται μάθησις ἢ τῆς μαθήσεως γένεσις, ὥστ' οὐδὲ γε-
 νέσεως γένεσις, οὐδὲ τις τινός. (8) Ἐτι εἰ τρία εἶδη
 35 κινήσεώς ἐστι, τούτων τινὰ ἀνάγκη εἶναι· τὴν ὑποκει-
 μένην φύσιν καὶ εἰς ἃ κινοῦνται, ὅσον τὴν φορὰν ἀλ-
 λοιοῦσθαι ἢ φέρεσθαι. (9) Ὅλως δ' ἐπεὶ κινεῖται τὸ
 κινούμενον πᾶν τριχῶς, ἢ τῷ κατὰ συμβεθηκός,
 ἢ τῷ μέρος τι, ἢ τῷ καθ' αὐτό, κατὰ συμβεθηκός
 40 μόνον ἂν ἐνδέχοιτο μεταβάλλειν τὴν μεταβολήν, ὅσον
 εἰ δ' ὑγιαζόμενος τρέχοι ἢ μανθάνοι· τὴν δὲ κατὰ
 συμβεθηκός ἀφείμεν πάλαι. (10) Ἐπεὶ δὲ οὔτε οὐ-
 σίας οὔτε τοῦ πρὸς τι οὔτε τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν, λεί-
 πεται κατὰ τὸ ποῖον καὶ τὸ ποσὸν καὶ τὸ ποῦ κίνησιν
 45 εἶναι μόνον· ἐν ἐκάστῳ γὰρ ἐστὶ τούτων ἐναντιώσις.
 Ἡ μὲν οὖν κατὰ τὸ ποῖον κίνησις ἀλλοιώσις ἔστω·
 τοῦτο γὰρ ἐπέξευκται κοινὸν ὄνομα. Λέγω δὲ τὸ ποῖον
 ὡ τὸ ἐν τῇ οὐσίᾳ (καὶ γὰρ ἡ διαφορὰ ποιότητος), ἀλλὰ
 τὸ παθητικόν, καθ' ὃ λέγεται πάσχειν ἢ ἀπαθεῖ εἶναι.
 50 Ἡ δὲ κατὰ τὸ ποσόν, τὸ μὲν κοινὸν ἀνώνυμον, καθ'
 ἐκάτερον δ' αὐξήσις καὶ φθίσις, ἡ μὲν εἰς τὸ τέλειον
 μέγεθος αὐξήσις, ἡ δ' ἐκ τούτου φθίσις. Ἡ δὲ κατὰ
 τόπον καὶ τὸ κοινὸν καὶ τὸ ἴδιον ἀνώνυμος, ἔστω δὲ
 φορὰ καλουμένη τὸ κοινόν· καίτοι λέγεται γε ταῦτα

in alteram speciem : ut homo ex morbo in sanitatem. Sed
 neque hoc est possibile, nisi ex accidenti; hic enim motus est
 mutatio ex uno in aliud. Et generatio atque interitus eodem
 modo : præterquam quod hæ mutationes sunt in opposito,
 hoc modo : motus autem alio modo. Simul igitur mutatur
 ex sanitate in morbum, et ex hac mutatione in aliam. Sed
 manifestum est, quum ægrotaverit, mutatum fore in quem-
 vis morbum : potest enim quiescere. Ac præterea non in
 quamlibet semper, et illa ex aliquo in aliud quidpiam : quo-
 circa erit motio opposita, nempe sanatio. Sed quia sic ac-
 cidit : veluti, si ex recollectione in oblivionem mutetur :
 quoniam cui inest, illud mutatur quandoque in scientiam,
 quandoquo in sanitatem. (4) Præterea in infinitum res
 abibit, si erit mutationis mutatio, et generationis gene-
 ratio. Necesse igitur est etiam priorem esse, si posterior
 erit : ut puta si generatio simplex aliquando fiebat; etiam
 quod fit, fiebat. Quare nondum erat, quod fit simpliciter,
 sed erat aliquid quod fiebat, idque olim fiebat, et rursus
 hoc aliquando fiebat. Quocirca nondum erat tunc id quod
 fit. Quoniam autem in infinitis non est aliquid primum;
 non erit primum quod fit. Quare neque consequens erit.
 Neque igitur fieri, neque moveri, neque mutari quidpiam
 possibile est. (5) Præterea ejusdem est motus contrarius,
 et præterea quies : item generatio, et corruptio. Quare quod
 fit, tunc corrumpitur, quum fit. Non enim statim ac fit, tunc
 corrumpitur, nec postea : quoniam oportet esse, quod in-
 terit. (6) Præterea oportet materiam subesse et ei quod fit,
 et ei quod mutatur. Quænam igitur erit? sicuti variabile est
 aut corpus, aut anima : ita quod fit, est motus vel generatio.
 (7) Rursus est aliquid in quod movetur : oportet enim esse
 aliquid motum et generationem hujus ex hoc in hoc. Simul
 autem quomodo erit? non enim disciplinæ generatio est
 disciplina. Quare nec generationis generatio, nec alicujus
 aliqua. (8) Præterea si tres sunt species motus; necesse est
 ut harum aliqua sit natura subjecta, et ad quas moventur :
 ut puta necesse est lationem variari, vel ferri. (9) Omnino
 autem quum moveatur, quicquid movetur, tribus modis, id
 est, vel quia ex accidenti, vel quia pars aliqua, vel quia per
 se movetur : solum ex accidenti potest mutari mutatio : ve-
 luti, si is qui sanatur, currat, aut discat. Sed mutationem ex
 accidenti, dudum inissam fecimus. (10) Quoniam autem
 motus nec est substantiæ, nec ejus quod ad aliquid refertur,
 nec ipsius facere, vel pati : relinquatur ut in qualitate, et
 quantitate, et ubi duntaxat sit. Nam in his singulis est
 contrarietas. Motus igitur, qui est in qualitate, esto varia-
 tio. Hoc enim commune nomen ei aptum est. Dico autem
 qualitalem, non quæ est in substantia (quandoquidem etiam
 differentia est qualitas); sed patibilem, ex qua dicitur pati
 aut impatibile esse. Qui vero est quantitate, communiter
 quidem vacat nomine : utriusque autem ratione vocatur
 accretio, et deminutio : is quidem qui tendit ad perfectam
 magnitudinem, accretio : qui vero ab hac, deminutio. Qui au-
 tem est secundum locum, et communiter et proprie, nomine
 caret : vocetur autem, qui est communiter, latio. Quanquam

φέρεσθαι μόνα κυρίως, όταν μὴ ἐπ' αὐτοῖς ἢ τὸ στῆ-
 ναι τοῖς μεταβάλλουσι τὸν τόπον, καὶ ὅσα αὐτὰ μὴ
 ἑαυτὰ κινεῖ κατά τόπον. (11) Ἡ δ' ἐν τῷ αὐτῷ εἶδει
 μεταβολὴ ἐπὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἥττον ἀλλοιωσίς ἐστιν·
 5 ἢ γὰρ εἰς ἐναντίου εἰς ἐναντίου κίνησις ἐστιν, ἢ ἀπλῶς
 ἢ πῆ· ἐπὶ μὲν γὰρ τὸ ἥττον ἰούσα εἰς τούναντίον λε-
 γθήσεται μεταβάλλειν, ἐπὶ δὲ τὸ μᾶλλον ὡς ἐκ τού-
 ναντίου εἰς τὸ αὐτό. Διαφέρει γὰρ οὐδὲν πῆ μεταβάλ-
 λειν ἢ ἀπλῶς, πλὴν πῆ δεήσει τάναντία ὑπάρχειν·
 10 τὸ δὲ μᾶλλον καὶ ἥττον ἐστὶ τῷ πλέον ἢ ἕλαττον ἐνυ-
 πάρχειν τούναντίου καὶ μή. Ὅτι μὲν οὖν αὗται
 τρεῖς μόνοι κινήσεις εἰσὶν, ἐκ τούτων δῆλον. [IV.]
 (12) Ἀκίνητον δ' ἐστὶ τό, τε ὅλως ἀδύνατον κινή-
 ῶναι, ὡσπερ δ' ψόφος ἀόρατος, καὶ τὸ ἐν πολλῶ
 15 χρόνῳ μόλις κινούμενον ἢ τὸ βραδείως ἀρχόμενον,
 δ' λέγεται δυσκίνητον, καὶ τὸ πεφυκὸς μὲν κινεῖσθαι καὶ
 δυνάμενον, μὴ κινούμενον δὲ τότε ὅτε πέφυκε καὶ οὐ
 καὶ ὡς, ὅπερ ἡρεμεῖν καλῶ τῶν ἀκινήτων μόνον· ἐναν-
 τίων γὰρ ἡρεμία κινήσει, ὡςτε στέρησις ἂν εἴη τοῦ
 20 δεκτικῶ. Τί μὲν οὖν ἐστὶ κινήσεις, καὶ τί ἡρεμία,
 καὶ πόσαι μεταβολαί, καὶ ποῖαι κινήσεις, φανερόν ἐκ
 τῶν εἰρημένων.

ea sola proprie dicuntur ferri, quæ quum locum mutant, non
 est in ipsis situm ut se sistant; et quæ se ipsa non movent
 secundum locum. (11) Jam vero mutatio, quæ fit in eadem
 forma ad magis et minus, variatio est. Etenim motus est ex
 contrario in contrarium, vel simpliciter, vel quadamtenus.
 Nam qui ad magis progreditur, in contrarium dicetur mu-
 tari: qui vero ad magis, tanquam ex contrario ad ipsum.
 Nihil autem interest utrum quadamtenus mutetur, an sim-
 pliciter: præterquam quod oportebit quadamtenus esse
 contraria: magis autem et minus est, quia plus vel minus
 contrarii inest, et non inest. Esse igitur hos tres solos mo-
 tus, ex his manifestum est. [IV.] (12) Immobile autem est
 et id quod omnino moveri nequit, ut sonus, inaspectabilis, et
 quod longo tempore vix movetur, aut tarde moveri incipit,
 quod dicitur difficulter mobile: et quod natura quidem
 aptum est moveri et potest moveri, sed non movetur tunc
 quum natura aptum est, et ubi, et quomodo: quod quidem
 inter immobilia solum quiescere appello: contrarium enim
 est quies motui: proinde erit privatio ejus quod est motionis
 capax. Quid igitur sit motus, et quid quies, et quot sint
 mutationes, et quales mutationes sint motus, perspicuum
 est ex his quæ dicta sunt.

CAP. III. [V.]

Μετὰ δὲ ταῦτα λέγωμεν τί ἐστὶ τὸ ἄμα καὶ χωρὶς,
 καὶ τί τὸ ἄπτεσθαι, καὶ τί τὸ μεταξὺ, καὶ τί τὸ ἐφεξῆς,
 25 καὶ τί τὸ ἐχόμενον καὶ συνεχές, καὶ τοῖς ποῖοις ἕκαστον
 τούτων ὑπάρχειν πέφυκεν. (3) Ἄμα μὲν οὖν λέγεται
 ταῦτ' εἶναι κατά τόπον, ὅσα ἐν ἐνὶ τόπῳ ἐστὶ πρώτῳ,
 χωρὶς δ' ὅσα ἐν ἑτέρῳ, ἄπτεσθαι δ' ὧν τὰ ἄκρα
 ἄμα, μεταξὺ δ' εἰς δ' πέφυκε πρώτων ἀφικνεῖσθαι τὸ
 30 μεταβάλλον, ἢ εἰς δ' ἕσχατον μεταβάλλει κατά φύσιν
 συνεχῶς μεταβάλλον. Ἐν ἐλαχίστῳ δ' ἐστὶ τὸ μεταξὺ
 τρισίν, ἕσχατον μὲν γὰρ ἐστὶ τῆς μεταβολῆς τὸ ἐναντίον·
 (3) συνεχῶς δὲ κινεῖται τὸ μὴθὲν ἢ τὸ ὀλίγιστον διαλεί-
 πον τοῦ πράγματος, μὴ τοῦ χρόνου (οὐδὲν γὰρ κωλύει
 35 διαλείποντα, καὶ εὐθὺς δὲ μετὰ τὴν ὑπάτην φθέγγασθαι
 τὴν νεάτην), ἀλλὰ τοῦ πράγματος, ἐν ᾧ κινεῖται. Τοῦτο
 δὲ ἐν τε ταῖς κατά τόπον καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις μεταβο-
 λαῖς φανερόν. (4) Ἐναντίον δὲ κατά τόπον τὸ κατ' εὐ-
 θεῖαν ἀπέχον πλείστον· ἢ γὰρ ἐλαχίστη πεπέρανται,
 40 μέτρον δὲ τὸ πεπερασμένον. (5) Ἐφεξῆς δὲ οὐ μετὰ
 τὴν ἀρχὴν μόνον ὄντος ἢ θέσει ἢ φύσει ἢ ἄλλῳ τινὶ
 οὕτως ἀφορισθέντος μὴδὲν μεταξὺ ἐστὶ τῶν ἐν ταῦτῳ
 γένει καὶ οὐ ἐφεξῆς ἐστὶ. Λέγω δ' ὅλον γραμμῆ
 γραμμῆς ἢ γραμμαί, ἢ μονάδος μονάς ἢ μονάδες,
 45 ἢ οἰκίας οἰκία. Ἄλλο δ' οὐδὲν κωλύει μεταξὺ εἶναι·
 τὸ γὰρ ἐφεξῆς τινὶ ἐφεξῆς καὶ ὑστερόν τι· οὐ γὰρ τὸ
 ἐν ἐφεξῆς τοῖν δυοῖν, οὐδὲ ἢ νομηνία τῆς δευτέρας
 ἐφεξῆς, ἀλλὰ ταῦτ' ἐκείνων. (6) Ἐχόμενον δὲ δ' ἂν
 50 ἐφεξῆς ὄν ἄπτηται. Ἐπεὶ δὲ πᾶσα μεταβολὴ ἐν τοῖς
 ἀντικειμένοις, τὰ δ' ἀντικείμενα τὰ τε ἐναντία καὶ τὰ
 κατὰ ἀντίφασιν, ἀντιφάσεως δ' οὐδὲν ἀνά μέσον, φα-
 νερόν ὅτι ἐν τοῖς ἐναντίοις ἐστὶ τὸ μεταξὺ. Τὸ δὲ

Post hæc dicamus, quid sit Simul, et quid Separatim, et
 quid Tangere, et quid Interjectum, et quid esse Deinceps,
 et quid Cohærens, et quid Continuum: et quibus ut hæc
 singula insunt, natura est comparatum. (2) Simul igitur
 dicuntur hæc esse secundum locum, quæcumque sunt in
 uno loco primo. Separatim vero, quæcumque sunt in di-
 versis. Se autem tangere dicuntur ea, quorum extrema
 sunt simul. Interjectum vero, in quod ut prius perveniat
 quod mutatur, natura est comparatum, quam ad exte-
 mum in quod mutatur, quum secundum naturam conti-
 nenter mutetur. Minimum autem est interjectum in tribus:
 quia contrarium est mutationis extremum. (3) Continenter
 autem movetur, quod nihil aut parum intermittit rei, non
 temporis: nihil enim prohibet, intermissione facta, et qui-
 dem statim post summam chordam, sonare infimam: sed
 rei intermissionem dico, in qua fit motus. Quod quidem et
 in loci et in ceteris mutationibus perspicuum est. (4) Contra-
 rium vero secundum locum est, quod recta linea plurimum
 distat. Quæ est enim minima, terminata est: quod vero
 est terminatum, est mensura. (5) Deinceps vero est, inter
 quod (quum solum post principium sit vel positione, vel
 natura, vel alio aliquo modo ita definitum) et id cui est
 consequens, nihil est ejusdem generis interjectum. Verbi
 gratia, linea vel lineæ inter lineam: aut inter unitatem
 unitas vel unitates; aut inter domum domus: aliud vero
 interjectum esse nihil prohibet. Quod enim est deinceps,
 alicui est deinceps, et est posterius quiddam. Non enim
 unum deinceps sequitur duo; neque Kalendæ deinceps
 sequuntur alterum diem mensis: sed hæc sequuntur
 illa. (6) Cohærens autem dicitur, quod quum sit deinceps,
 tangit. Quia vero omnis mutatio in oppositis cernitur,
 opposita vero sunt et ea quæ sunt contraria, et quæ secun-
 dum contradictionem opponuntur; contradictionis autem
 nihil est medium: perspicuum est, in contrariis fore quod

συνεχές ἔστι μὲν ὅπερ ἐχόμενόν τι, λέγω δ' εἶναι
 συνεχές, ὅταν αὐτὸ γένηται καὶ ἐν τὸ ἑκατέρου πέρασ
 οἷς ἄπτονται, καὶ ὡσπερ σημαίνει τὸνομα, συνέχθη-
 ται. Τοῦτο δ' οὐχ οἶόντε δυοῖν ὄντων εἶναι τοῖν
 6 ἐσχάτοι. (7) Τοῦτου δὲ διωρισμένου φανερόν ὅτι ἐν
 τούτοις ἔστι τὸ συνεχές, ἐξ ὧν ἐν τι πέφυκε γίνεσθαι
 κατὰ τὴν σύναψιν· καὶ ὡς ποτε γίνεται τὸ συνέχον ἐν,
 οὕτω καὶ τὸ διον ἔσται ἐν, οἷον ἡ γόμφω ἢ κόλλῃ
 ἢ ἀρῇ ἢ προσψύσει. (8) Φανερόν δὲ καὶ ὅτι πρῶτον
 10 τὸ ἐφεξῆς ἔστί· τὸ μὲν γὰρ ἀπτόμενον ἐφεξῆς ἀνάγκη
 εἶναι, τὸ δ' ἐφεξῆς οὐ πᾶν ἀπτεσθαι· διὸ καὶ ἐν προ-
 τέροις τῷ λόγῳ τὸ ἐφεξῆς ἔστιν, οἷον ἐν ἀριθμοῖς· ἀφ' ἧ
 δ' οὐκ ἔστι. Καὶ εἰ μὲν συνεχές, ἀνάγκη ἀπτεσθαι·
 εἰ δ' ἀπτεται, οὕτω συνεχές· οὐ γὰρ ἀνάγκη ἐν εἶναι
 16 αὐτῶν τὰ ἄκρα, εἰ ἅμα εἰεν· ἀλλ' εἰ ἐν, ἀνάγκη καὶ
 ἅμα. Ὡστε ἡ σύμφυσις ὑστάτη κατὰ τὴν γένεσιν·
 ἀνάγκη γὰρ ἀψασθαι, εἰ συμψύσεται τὰ ἄκρα· τὰ δὲ
 ἀπτόμενα οὐ πάντα συμπέφυκεν· ἐν οἷς δὲ μὴ ἔστιν
 ἀφή, δῆλον ὅτι οὐκ ἔστιν οὐδὲ σύμφυσις ἐν τούτοις.
 20 (9) Ὡστ' εἰ ἔστι στιγμή καὶ μονὰς οἷας λέγουσι κει-
 ρισμένας, οὐχ οἶόντε εἶναι μονάδα καὶ στιγμήν τὸ αὐτό-
 ταῖς μὲν γὰρ ὑπάρχει τὸ ἀπτεσθαι, ταῖς δὲ μονάσι τὸ
 ἐφεξῆς. Καὶ τῶν μὲν ἐνδέχεται εἶναι τι μεταξὺ
 (πᾶσα γὰρ γραμμὴ μεταξὺ στιγμῶν), τῶν δ' οὐκ
 25 ἀνάγκη· οὐδὲν γὰρ μεταξὺ δυάδος καὶ μονάδος. (10) Τί
 μὲν οὖν ἔστι τὸ ἅμα καὶ χωρὶς, καὶ τί τὸ ἀπτεσθαι,
 καὶ τί τὸ μεταξὺ καὶ τὸ ἐφεξῆς, καὶ τί τὸ ἐχόμενον
 καὶ συνεχές, καὶ τοῖς ποίοις ἕκαστον τούτων ὑπάρχει,
 εἴρηται.

est interjectum. Continuum vero est species coherentis.
 Dico autem esse continuum, quum utriusque termini qui-
 bus se contingunt, facti sunt unum et idem, et, ut nomen
 significat, continentur : hoc autem esse nequit, quum
 extrema duo sunt. (7) Jam vero hoc definito, perspicuum
 est, in his esse continuum, ex quibus ut unum quiddam
 contactu fiat, natura est comparatum, et ut tandem id
 quod continet, fit unum, ita etiam totum erit unum : ut
 clavo, aut glutine, aut tactu, aut naturali copulatione.
 (8) Perspicuum etiam est primum esse id quod est deinceps,
 necesse est enim, ut quod tangit, deinceps sit ; non, quicquid
 est deinceps, tangat. Ideoque in iis quæ ratione priora sunt,
 est ipsum deinceps, ut in numeris : tactus vero non est.
 Item si est continuum, necesse est ut tangat. Si vero tangit,
 nondum est continuum : quia non est necesse ut eorum
 extrema sint unum, si simul sint : sed si sunt unum, ne-
 cesse est etiam simul esse. Quare naturalis copulatio ortu
 est postrema : necesse est enim tangere, si extrema copulari
 naturaliter debeant : sed quæ tangunt, non omnia sunt
 naturaliter copulata : in quibus vero non est tactus, man-
 ifestum est in his non esse naturalem copulationem.
 (9) Quocirca si est punctum et unitas, ut quidam ponunt
 separata ; fieri nequit ut unitas et punctum sint idem :
 quoniam his quidem inest tactus ; unitatibus vero, deinceps
 esse. Et his quidem potest esse aliquid interjectum ; quoniam
 omnis linea est punctis interjecta : illis vero esse aliquid
 interjectum non est necesse : nihil enim est interjectum
 binario et unitati. (10) Quid igitur sit Simul, et Separatim,
 et quid Tangere, et quid Interjectum, et quid Deinceps, et
 quid Cohærens, et Continuum, et quibus unumquodque
 horum insit, dictum est.

CAP. IV. [VI.]

30 Μία δὲ κίνησις λέγεται πολλαχῶς· τὸ γὰρ ἐν
 πολλαχῶς λέγομεν. Γένει μὲν οὖν μία κατὰ τὰ
 σχήματα τῆς κατηγορίας ἔστί· φορᾶ μὲν γὰρ πάσῃ
 φορᾷ τῶν γένει μία· ἀλλοιώσις δὲ φορᾶς ἕτέρα τῶν γένει·
 εἶδει δὲ μία, ὅταν τῶν γένει μία οὖσα καὶ ἐν ἀτόμῳ
 35 εἶδει ἢ· οἷον χρώματος μὲν εἰσι διαφοραὶ· τοιγαροῦν
 ἄλλη τῶν εἶδει μέλανσις καὶ λευκανσις· πᾶσα οὖν
 λευκανσις πάσῃ λευκάνσει ἢ αὐτῇ κατ' εἶδος ἔσται,
 καὶ πᾶσα μέλανσις μελάνσει. Λευκότητος δ' οὐκέτι·
 διὸ τῶν εἶδει μία λευκανσις λευκάνσει πάσῃ. Εἰ
 40 δ' ἔστιν ἀτθ' ἂ καὶ γένῃ ἅμα καὶ εἶδῃ ἔστί, δῆλον ὡς
 εἶδει μία ἔσται, ἀπλῶς δὲ μία εἶδει οὐ, οἷον ἡ μά-
 θησις, εἰ ἡ ἐπιστήμη εἶδος μὲν ὑπολήψεως, γένος δὲ
 τῶν ἐπιστημῶν. (2) Ἀπορησείε δ' ἂν τις, εἰ εἶδει μία
 κίνησις, ὅταν ἐκ τοῦ αὐτοῦ τὸ αὐτὸ εἰς τὸ αὐτὸ μετα-
 45 βάλλῃ, οἷον ἡ μία στιγμή ἐκ τοῦδε τοῦ τόπου εἰς τόνδε
 τὸν τόπον πάλιν καὶ πάλιν. Εἰ δὲ τοῦτο, ἔσται
 ἡ κυκλοφορία τῆς εὐθυφορίας ἢ αὐτῆς, καὶ ἡ κύλισις τῆς
 βαδίσει. (3) Ἡ διώριστα τὸ ἐν ᾧ ἂν ἕτερον ἢ τῶν
 εἶδει, ὅτι ἕτερα κίνησις, τὸ δὲ περιφερὲς τοῦ εὐθέος
 50 ἕτερον τῶν εἶδει. Γένει μὲν οὖν καὶ εἶδει κίνησις μία
 οὕτως. (4) Ἀπλῶς δὲ μία κίνησις ἢ τῆ οὐσία μία
 καὶ τῆ ἀριθμῶ· τίς δὲ ἡ τοιαύτη, δῆλον διελουμένοισι.

Unus autem motus dicitur multis modis : quia unum
 multis modis dicimus. Genere igitur unus est secundum
 categoriæ figuras : nam latio cum omni latatione est unus
 genere motus, variatio vero a latatione differt genere. Specie
 autem unus est motus, si, quum genere unus sit, etiam in
 individua specie sit : ut coloris sunt differentiæ. Ergo
 specie differunt denigratio et dealbatio. Omnis itaque deal-
 batio cum omni dealbatione eadem erit specie : nec non
 omnis denigratio cum denigratione. In dealbatione vero
 non item : itaque specie unus motus est dealbatio cum
 omni dealbatione. Quodsi quædam et genera simul et
 species sint ; manifestum est, aliquo modo unum specie
 motum fore, simpliciter autem unum specie non fore, ut
 discendi actus, si scientia est species existimationis, genus
 vero scientiarum. (2) Dubitare autem quispiam possit, sit-
 ne unus specie motus, quando ab eodem idem ad idem
 inmutatur : ut puta unum punctum ex hoc loco in illum lo-
 cum semel atque iterum. Quod si est, conversio eadem
 erit cum recta latatione, et voluntatio cum ambulatione.
 (3) Aut definitum est, diversum esse motum, si id, in quo
 fit, diversum sit specie, orbiculare autem a recto diversum
 est specie. Genere igitur ac specie motus unus ita est.
 (4) Simpliciter autem unus est motus, qui est essentia
 unus et numero. Quis autem sit talis, manifestum divi-

Τρία γάρ ἐστι τὸν ἀριθμὸν περὶ ἃ λέγομεν τὴν κίνησην, δ, καὶ ἐν ᾧ, καὶ ὅτε. Λέγω δὲ δ, ὅτι ἀνάγκη εἶναι τι τὸ κινούμενον, ὡς ἀνθρώπων ἢ χρυσόν· καὶ ἐν τινι τοῦτο κινεῖσθαι, ὡς ἐν τόπῳ ἢ ἐν πάθει, καὶ
 5 ποτὲ· ἐν χρόνῳ γὰρ πᾶν κινεῖται. (5) Τούτων δὲ τὸ μὲν εἶναι τῷ γένει ἢ τῷ εἶδει μίαν ἐστὶν ἐν τῷ πράγματι ἐν ᾧ κινεῖται· τὸ δὲ ἐκόμενον ἦν ἐν τῷ χρόνῳ, τὸ δ' ἀπλῶς μίαν ἐν ἀπασστούτοις· καὶ γὰρ ἐν ᾧ ἐν δεῖ εἶναι καὶ ἄτομον, ὡς τὸ εἶδος, καὶ τὸ ὅτε, ὡς
 10 τὸν χρόνον ἓνα καὶ μὴ διαλείπειν, καὶ τὸ κινούμενον ἐν εἶναι μὴ κατὰ συμβεβηχός, ὡς περὶ τὸ λευκὸν μετακινεῖσθαι, καὶ Κορίσκον βαδίζειν· ἐν δὲ καὶ ὁ Κορίσκος καὶ λευκόν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηχός· μὴ δὲ κοινόν· εἴη γὰρ ἂν ἄμα δύο ἀνθρώπους ὑγιάζεσθαι τὴν
 15 αὐτὴν ὑγίανσιν, ὡς ὀφθαλμίας· ἀλλ' οὐ μίαν αὐτὴν, ἀλλ' εἶδει μίαν. (6) Τὸ δὲ Σωκράτη τὴν αὐτὴν μὲν ἀλλοίωσιν ἀλλοιοῦσθαι τῷ εἶδει, ἐν ἄλλῳ δὲ χρόνῳ καὶ πάλιν ἐν ἄλλῳ, εἰ μὲν ἐνδέχεται τὸ φθαρὲν πάλιν ἐν γίνεσθαι τῷ ἀριθμῷ, εἴη ἂν καὶ αὕτη μίαν· εἰ δὲ μὴ,
 20 ἢ αὕτη μὲν, μίαν δ' οὐ. (7) Ἐγεί δ' ἀπορίαν ταύτην παραπλησίαν καὶ πότερον μίαν ἢ ὑγίαν καὶ θλῶς αἰεξίς καὶ τὰ πάθη τῆ οὐσία εἰσὶν ἐν τοῖς σώμασι· κινούμενα γὰρ φαίνεται τὰ ἔχοντα καὶ ῥέοντα. Εἰ δὲ ἢ αὕτη καὶ μίαν ἢ ἔωθεν καὶ νῦν ὑγίαν, διὰ τί οὐκ
 25 ἂν καὶ ὅταν διαλιπὼν λάβῃ πάλιν τὴν ὑγίαν, καὶ αὕτη κακείνη μίαν τῷ ἀριθμῷ ἂν εἴη; (8) Ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος· πλὴν τοσοῦτον διαφέρει, ὅτι, εἰ μὲν μὴ δύο, δι' αὐτὸ τοῦτο ὡς τῷ ἀριθμῷ μίαν καὶ τὰς ἔξεις ἀνάγκη· μίαν γὰρ ἀριθμῷ ἐνέργειαν ἐνός ἀριθμῷ. Εἰ
 30 δ' ἢ ἔξις μίαν, ἴσως οὐκ ἂν τῷ δοξείει πῶς μίαν καὶ ἢ ἐνέργειαν εἶναι· ὅταν γὰρ παύσῃται βαδίζων, οὐκέτι ἐστὶν ἢ βαδίσαις, πάλιν δὲ βαδίζοντος ἔσται. Εἰ δ' οὖν μίαν καὶ ἢ αὐτῆ, ἐνδέχεται ἂν τὸ αὐτὸ καὶ ἐν καὶ φθείρεσθαι καὶ εἶναι πολλάκις. Αὐτὰ μὲν εἰσὶν αἱ ἀπορίαι ἐξ
 35 τῆς νῦν σκέψεως. (9) Ἐπεὶ δὲ συνεχῆς πᾶσα κίνησης, τὴν τε ἀπλῶς μίαν ἀνάγκη καὶ συνεχῆ εἶναι, εἴπερ πᾶσα διαιρετὴ, καὶ εἰ συνεχῆς, μίαν. Ὁ γὰρ πᾶσα γένουσι ἂν συνεχῆς πάση, ὡς περὶ οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τῷ τυγόντι τὸ τυγόν, ἀλλ' ὅσων ἐν τὰ ἔσχατα. Ἐσχατα
 40 δὲ τῶν μὲν οὐκ ἔστι, τῶν δ' ἐστὶν ἄλλα τῷ εἶδει καὶ ὁμῶνυμα· πῶς γὰρ ἂν ἄψαιτο ἢ ἐν γένοιτο τὸ ἔσχατον γραμμῆς καὶ βαδίσεως; (10) Ἐκόμενα μὲν οὖν εἶεν ἂν καὶ αἱ μὴ αὐταὶ τῷ εἶδει, μὴ δὲ τῷ γένει· δραμῶν γὰρ ἂν τις πυρέξειεν εὐθύς, καὶ ὡς ἢ λαμπὰς ἐκ διαδοχῆς
 45 φορὰ ἐγομένη, συνεχῆς δ' οὐ. Κεῖται γὰρ τὸ συνεχές, ὡς τὰ ἔσχατα ἐν. Ὡστε ἔχομενα καὶ ἐφεξῆς εἰσὶ τῷ τὸν χρόνον εἶναι συνεχῆ, συνεχῆς δὲ τῷ τὰς κινήσεις· τοῦτο δ', ὅταν ἐν τὸ ἔσχατον γίνηται ἀμφοῖν.
 50 (11) Διὸ ἀνάγκη τὴν αὐτὴν εἶναι τῷ εἶδει καὶ ἐνός καὶ ἐν ἐνὶ χρόνῳ τὴν ἀπλῶς συνεχῆ κίνησιν καὶ μίαν τῷ χρόνῳ μὲν, ὅπως μὴ ἀκίνησιαν μεταξὺ ἢ ἐν τῷ διαλείποντι γὰρ ἡρεμεῖν ἀνάγκη. Πολλὰ οὖν καὶ οὐ μίαν ἢ κινήσεις, ὡς ἐστὶν ἡρεμία μεταξὺ. Ὡστε εἰ τις κινήσεις στάσει διαλαμβάνεται, οὐ μίαν, οὐδὲ συνεχῆς·

dentibus fiet. Tria namque sunt numero, circa quæ dicimus motum unum esse, nempe quod, et in quo, et quando. Dico autem Quod, quia necesse est esse aliquid quod moveatur : ut hominem, aut aurum; et in aliquo hoc moveri, velut in loco, vel in affectione. Et aliquando : propterea quod in tempore omnis res movetur. (5) Ex his autem in re in qua movetur, positum est ut sit motus unus genere, vel specie. Cohærentia vero posita est in tempore. Simpliciter autem unum esse motum in his omnibus : nam et id in quo, unum esse oportet atque individuum : veluti, formam. Et rursus quando : veluti, tempus unum esse, nec interrumpi : sed et mobile unum esse, non ex accidenti (ut album nigrescere, et Coriscum ambulare : unum autem sunt Coriscus et album, sed ex accidenti), neque commune : quia possunt duo homines simul curari eadem curatione, ut Hippitudinis : verum hic non est unus motus simpliciter, sed specie unus. (6) Sed pone Socratem eadem variationis specie variari, in alio tamen et rursus alio tempore : siquidem potest, quod interit, rursus unum fieri numero : erit et hic motus unus; sin minus, erit quidem idem motus, non tamen unus. (7) Existit etiam dubitatio huic affinis, an essentialiter in corporibus una sit sanitas, et omnino habitus et affectiones. Nam quæ his prædita sunt, videntur moveri et fluere. Quodsi una et eadem est sanitas, quæ erat mane, et quæ nunc est : cur non etiam, quum intermissam sanitatem rursus receperit, hæc quoque una et eadem numero erit? (8) Nam est eadem ratio. Sed hoc differt, quod, si non sunt duo actus, propter hoc ipsum etiam habitus necesse est esse numero unum : unus enim numero actus est habitus unius numero. Verum si habitus sit unus, fortasse nondum alicui videbitur esse etiam unus actus. Quum enim desierit ambulare, non est amplius ambulatio : rursus autem eò ambulante, erit. Si igitur est una et eadem, certe unum et idem poterit et interire et esse sapius. Sane hæc dubitationes sunt alienæ a præsentis consideratione. (9) Quum autem omnis motus sit continuus : necesse est, eum qui simpliciter est unus, esse etiam continuum : siquidem omnis est dividuum; et, si est continuus, est unus. Non enim omnis motus omni motui continuus fieri potest, quemadmodum nec aliud quodvis cuius : sed ea tantum continua sunt, quorum extrema sunt unum. Extrema vero quorundam non sunt, quorundam autem sunt diversa specie et homonyma : quo enim modo se tangere aut unum fieri possunt extremum linearæ et ambulationis? (10) Cohæreere igitur possunt etiam motus, qui non sunt iidem specie, nec genere : quia fieri potest ut, quum aliquis cucurrerit, confestim fabricitet : et veluti fax ex successione, latio cohæret, sed continua non est; quia positum est, continuum esse, quorum extrema sunt unum. Quapropter cohærent, et deinceps sunt, eo quod tempus est continuum. Continui autem sunt, eo quod ipsi motus sunt tales : quod quidem tunc est quum amborum extremum factum est unum. (11) Idcirco necesse est ut motus qui est simpliciter continuus et unus, sit idem specie, et unus, et in uno tempore. In uno quidem tempore, ne motus vacuitas interjiciatur : quoniam in intervallo quiescere necesse est. Proinde multi nec unus est motus, quibus est quies interjecta. Quare si motus aliquis statu interrumpitur,

διαλαμβάνεται δέ, εἰ μεταξὺ χρόνος. Ἐῆς δὲ τῶ εἶδει μὴ
 μιᾶς οὐ, καὶ εἰ μὴ διαλείπεται ὁ χρόνος· ὁ μὲν γὰρ χρό-
 νος εἰς, τῶ εἶδει δ' ἡ κίνησις ἄλλη· τὴν μὲν γὰρ μίαν
 ἀνάγκη καὶ τῶ εἶδει μίαν εἶναι, ταύτην δ' ἀπλῶς εἶναι
 5 μίαν οὐκ ἀνάγκη. Τίς μὲν οὖν κίνησις ἀπλῶς μία,
 εἴρηται. (12) Ἐτι δὲ λέγεται μία καὶ ἡ τέλειος, ἔάν
 τε κατὰ γένος ἔάν τε κατ' εἶδος ἢ ἔάν τε κατ' οὐσίαν,
 ὡσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τὸ τέλειος καὶ ὅλον τοῦ ἑνός.
 Ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀτελής ἢ μία λέγεται, ἔάν ἢ μόνον
 10 συνεχῆς. (13) Ἐτι δ' ἄλλως παρὰ τὰς εἰρημένας λέ-
 γεται μία κίνησις ἡ ὁμαλῆς. Ἡ γὰρ ἀνώμαλος ἐστὶν
 ὡς οὐ δοκεῖ μία, ἀλλὰ μάλλον ἡ ὁμαλῆς, ὡσπερ ἡ εὐ-
 θεῖα· ἡ γὰρ ἀνώμαλος διαιετή. Ἔοικε δὲ διαφέρειν
 ὡς τὸ μάλλον καὶ ἥττον. Ἔστι δ' ἐν ἀπάσῃ κινήσει τὸ
 15 ὁμαλῶς ἢ μὴ· καὶ γὰρ ἂν ἀλλοιοῖτο ὁμαλῶς, καὶ φέ-
 ροιτο ἐφ' ὁμαλοῦ, οἷον κύκλου ἢ εὐθείας, καὶ περὶ
 αὐτῆν ὡσαύτως καὶ φθῖσιν. (14) Ἀνωμαλίας δ' ἐστὶ
 διαφορὰ ὅτε μὲν ἐφ' ᾧ κινεῖται· ἀδύνατον γὰρ ὁμαλῆν
 εἶναι τὴν κίνησιν μὴ ἐπὶ ὁμαλῶ μεγέθει, οἷον ἡ τῆς
 20 κεκλασμένης κίνησις ἢ ἡ τῆς ἑλικος ἢ ἄλλου μεγέ-
 θους, ὡν μὴ ἐφαρμόττει τὸ τυγὸν ἐπὶ τὸ τυγὸν μέρος.
 Ὅτε δὲ οὔτε ἐν τῶ ποῦ οὔτ' ἐν τῶ ποτὲ οὔτε εἰς
 δ, ἀλλ' ἐν τῶ ὄσ. Ταχυτέτι γὰρ καὶ βραδυτέτι
 ἐνίστε διωρισται· ἥς μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ τάχος, ὁμαλῆς·
 25 ἥς δὲ μὴ, ἀνώμαλος. Διὸ οὐκ εἶδη κινήσεως οὐδὲ
 διαφορὰς τάχος καὶ βραδυτής, ὅτι πάσαις ἀκολουθεῖ
 ταῖς διαφορὰς κατ' εἶδος. Ὡστ' οὐδὲ βαρύτης καὶ
 κουφότης ἢ εἰς τὸ αὐτό, οἷον γῆς πρὸς αὐτὴν ἢ πυρὸς
 πρὸς αὐτό. (15) Μία μὲν οὖν ἡ ἀνώμαλος τῶ συνε-
 30 γῆς, ἥττον δέ, ὅπερ τῆ κεκλασμένη συμβαίνει φορᾶ·
 τὸ δ' ἥττον μίξις αἰ τοῦ ἐναντίου. Εἰ δὲ πᾶσαν τὴν
 μίαν ἐνδέχεται καὶ ὁμαλῆν εἶναι καὶ μὴ, οὐκ ἂν εἴη-
 σαν αἰ μὴ κατ' εἶδος ἐχόμεναι αὐτὰ μία καὶ συνεχῆς·
 πῶς γὰρ ἂν εἴη ὁμαλῆς ἢ ἐξ ἀλλοιώσεως συγκαμμένη καὶ
 35 φορᾶς; δέοι γὰρ ἂν ἐφαρμόττειν.

neque est unus, neque continuus. Interjicitur autem, si
 tempus sit interjectum. Ejus autem motus qui specie non
 est motus, non potest dici unitas, etiamsi non intermittatur
 tempus. Nam tempus quidem est unum : sed motus est
 specie diversus. Etenim motum qui est unus, necesse est
 etiam specie unum esse : hunc vero simpliciter esse unum,
 non est necesse. Quis igitur sit motus simpliciter unus,
 dictum est. (12) Præterea dicitur unus, etiam is qui est
 perfectus : sive genere, sive specie sit, sive essentia : sicut
 et in aliis perfectum et totum est unius. Quandoque vero,
 etiamsi imperfectum sit, unus dicitur, dummodo sit conti-
 nuus. (13) Præterea et aliter præter eos qui commemorati
 sunt, dicitur unus motus, qui est æquabilis. Nam qui est
 inæquabilis, quodammodo non videtur unus, sed magis qui
 est æquabilis, ut recta linea : inæquabilis enim est divi-
 duus. Videntur autem differre, ut magis et minus. Porro
 in omni motu est æquabilitas vel inæquabilitas. Nam et
 variari potest æquabiliter, et ferri super æquabili spatio,
 ut circulo aut linea recta. Eademque ratio est accretionis
 et deminutionis. (14) Inæquabilitatis autem differentia
 quandoque consistit in eo in quo movetur : quia fieri nequit
 ut motus sit æquabilis super non æquabili magnitudine ; ut
 inflexæ lineæ, vel anfractus, vel alius magnitudinis, qua-
 rum quævis pars cum quavis non congruit : quandoque vero
 nec in ipso ubi, nec in ipso quando, nec in eo ad quod
 movetur, sed in modo. Celeritate enim ac tarditate inter-
 dum definitur : nam cujus eadem est celeritas, is est æqua-
 bilis ; cujus autem non est eadem, inæquabilis. Idcirco
 celeritas ac tarditas non sunt species nec differentię motus :
 quia consequuntur omnes motus specie differentes : quo-
 circa neque gravitas et levitas, quæ est ad idem ; ut terræ
 ad se ipsam, aut ignis ad se ipsum. (15) Motus igitur inæ-
 quabilis est unus, quia est continuus, sed minus : quod qui-
 dem inflexæ latiori accidit. Quod autem est minus, semper
 habet contrarium admixtum. Quodsi omnis motus unus,
 potest esse æquabilis et non æquabilis : certe motus, qui
 non sunt specie coherentes et uni, non possunt esse unus
 et continuus. Quo enim modo potest esse æquabilis, qui
 componitur ex variatione et latione ? nam oportet eos inter
 se congruere.

CAP. V. [VII.]

Ἐτι δὲ διοριστέον ποία κίνησις ἐναντία κινήσει, καὶ
 περὶ μονῆς δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον. Διαιρετέον δὲ
 πρῶτον πότερον ἐναντία κίνησις ἢ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τῆ εἰς
 τὸ αὐτό, οἷον ἢ ἐξ ὑγείας τῆ εἰς ὑγίαν, οἷον καὶ γέ-
 40 νεσις καὶ φθορὰ δοκεῖ· ἢ ἢ ἐξ ἐναντίων, οἷον ἢ ἐξ ὑγείας
 τῆ ἐκ νόσου· ἢ ἢ εἰς ἐναντία, οἷον ἢ εἰς ὑγίαν τῆ εἰς
 νόσον· ἢ ἢ ἐξ ἐναντίου τῆ εἰς ἐναντίον, οἷον ἢ ἐξ ὑγείας
 τῆ εἰς νόσον· ἢ ἢ ἐξ ἐναντίου εἰς ἐναντίον τῆ ἐξ ἐναν-
 45 τίου εἰς ἐναντίον, οἷον ἢ ἐξ ὑγείας εἰς νόσον τῆ ἐκ
 νόσου εἰς ὑγίαν. Ἀνάγκη γὰρ ἢ ἕνα τινὰ τούτων εἶναι
 τῶν τρόπων ἢ πλείους· οὐ γὰρ ἐστὶν ἄλλως ἀντιθεῖ-
 ναι. (2) Ἔστι δ' ἡ μὲν ἐξ ἐναντίου τῆ εἰς ἐναντίον
 οὐκ ἐναντία, οἷον ἢ ἐξ ὑγείας τῆ εἰς νόσον· ἢ αὐτῆ
 γὰρ καὶ μία. Τὸ μέντοι γ' εἶναι οὐ ταῦτ' αὐταῖς,
 50 ὡσπερ οὐ ταῦτ' οὐ ἐξ ὑγείας μεταβάλλειν καὶ τὸ εἰς
 νόσον. (3) Οὐδ' ἢ ἐξ ἐναντίου τῆ ἐξ ἐναντίου· ἅμα μὲν
 γὰρ συμβαίνει ἐξ ἐναντίου καὶ εἰς ἐναντίον ἢ μεταξὺ.

Præterea definiendum est, quis motus sit motui contra-
 rius : et eodem modo de statu. Primum autem explican-
 dum est, sitne contrarius motus qui est ex eodem, ei
 motui qui est in idem : veluti, qui est ex sanitate, ei qui
 in sanitatem, cujusmodi et ortus et interitus esse videtur :
 an qui est ex contrariis, ut qui est ex sanitate, ei qui ex
 morbo : an qui in contraria, ut is qui in sanitatem, ei qui
 in morbum : an qui ex contrario, ei qui in contrarium ;
 veluti, qui est ex sanitate, ei qui in morbum ; an qui ex
 contrario in contrarium, ei qui ex contrario in contrarium,
 veluti, qui ex sanitate in morbum, ei qui ex morbo in
 sanitatem. Necesse est enim, vel unum aliquem esse ex his
 modis, vel plures : quia non licet motus aliter opponere.
 (2) Sed qui est e contrariis, ei qui est in contrarium, con-
 trarius non est, veluti, qui est ex sanitate, ei qui est in
 morbum : quippe qui est unus et idem. Verum essentia
 non est ipsis eadem : sicuti nec mutari ex sanitate, et in
 morbum, idem est. (3) Nec qui est ex contrario, ei qui
 est ex altero contrario. Simul enim accidit ut sit ex con-

Ἄλλα περὶ τούτου μὲν ὕστερον ἐροῦμεν. Ἄλλα μᾶλλον τὸ εἰς ἐναντίον μεταβάλλειν δόξειεν ἂν εἶναι αἴτιον τῆς ἐναντιώσεως ἢ τὸ ἐξ ἐναντίου· ἢ μὲν γὰρ ἀπαλλαγὴ ἐναντιότητος, ἢ δὲ λήψις. Καὶ λέγεται δ' ἐκάστη εἰς 5 ὁ μεταβάλλει μᾶλλον ἢ ἐξ οὗ, ὅσον ὑγίανσις ἢ εἰς ὑγίαν, νόσωσις δ' ἢ εἰς νόσον. Λείπεται δὲ ἢ εἰς ἐναντία καὶ ἢ εἰς ἐναντία ἐξ ἐναντίων. Τάχα μὲν οὖν συμβαίνει τὰς εἰς ἐναντία καὶ ἐξ ἐναντίων εἶναι, ἀλλὰ τὸ εἶναι ἴσως οὐ ταῦτο, λέγω δὲ τὸ εἰς ὑγίαν τῶν 10 ἐκ νόσου, καὶ τὸ ἐξ ὑγίανσις τῶν εἰς νόσον. (4) Ἐπεὶ δὲ διαφέρει μεταβολὴ κινήσεως (ἢ ἐκ τινος γὰρ ὑποκειμένου εἰς τι ὑποκείμενον μεταβολὴ κινήσις ἐστίν), ἢ ἐξ ἐναντίου εἰς ἐναντίον τῆ ἐξ ἐναντίου εἰς ἐναντίον κινήσις ἐναντία, ὅσον ἢ ἐξ ὑγίανσις εἰς νόσον τῆ ἐκ νόσου εἰς ὑγίαν. (5) Δῆλον δὲ καὶ ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς, ὅποια δοκεῖ τὰ ἐναντία εἶναι· τὸ νοσᾶσθαι γὰρ τῶν ὑγιᾶσθαι, καὶ τὸ μανθάνειν τῶν ἀπατᾶσθαι μὴ δι' αὐτοῦ· εἰς ἐναντία γὰρ ὥσπερ γὰρ ἐπιστήμη, ἔστι καὶ ἀπάτην καὶ δι' αὐτοῦ κτᾶσθαι καὶ δι' ἄλλου. Καὶ 20 ἢ ἄνω φορὰ τῆ κάτω· ἐναντία γὰρ ταῦτα ἐν μήκει. Καὶ ἢ εἰς δεξιὰ τῆ εἰς ἀριστερά· ἐναντία γὰρ ταῦτα ἐν πλάτει. Καὶ ἢ εἰς τὸ ἐμπροσθεν τῆ εἰς τὸ ὀπισθεν· ἐναντία γὰρ καὶ ταῦτα [ἐν βάθει]. (6) Ἡ δ' εἰς ἐναντίον μόνον οὐ κινήσις, ἀλλὰ μεταβολή, ὅσον τὸ 25 γίγνεσθαι λευκὸν μὴ ἐκ τινος. Καὶ ὅσοι δὲ μὴ ἐστίν ἐναντίον, ἢ ἐξ αὐτοῦ τῆ εἰς αὐτὸ μεταβολῆ ἐναντία. Διὸ γένεσις φθορᾶ ἐναντία, καὶ ἀποβολὴ λήψις. Αὗται δὲ μεταβολαὶ μὲν, κινήσεις δ' οὐ. (7) Τὰς δ' εἰς τὸ μεταξὺ κινήσεις, ὅσοις τῶν ἐναντίων ἐστὶ μεταξὺ, ὡς 30 εἰς ἐναντία πως θετέον ὡς ἐναντίω γὰρ χρῆται τῶ μεταξὺ ἢ κινήσις, ἐφ' ὁπότερα ἂν μεταβάλλῃ, ὅσον ἐκ φαίου μὲν εἰς τὸ λευκὸν ὡς ἐκ μέλανος, καὶ ἐκ λευκοῦ εἰς φαῖον ὡς εἰς μέλαν, ἐκ δὲ μέλανος εἰς φαῖον ὡς εἰς λευκὸν τὸ φαῖον· τὸ γὰρ μέσον πρὸς ἐκάτερον ἐναντίον 35 λέγεται πως τῶν ἄκρων, καθάπερ εἴρηται καὶ πρότερον. Κινήσις μὲν δὴ κινήσεις ἐναντία οὗτως ἢ ἐξ ἐναντίου εἰς ἐναντίον, τῆ ἐξ ἐναντίου εἰς ἐναντίον.

trario et in contrarium vel medium interjectum. Sed de hoc posterius dicemus. Sed potius in contrarium mutari, videri potest esse causa contrarietatis, quam mutari ex contrario: quoniam hoc est liberatio a contrario, illud autem est assumptio. Ac dicitur quisque motus ab eo in quod mutatur, potius quam ab eo ex quo mutatur: ut sanatio dicitur, quæ tendit in sanitatem; morbi autem correptio, quæ in morbum. Restat igitur motus qui est in contraria, et qui est ex contrariis in contraria. Fortassis quidem accidit ut motus qui sunt in contraria, etiam sint ex contrariis: sed essentia fortasse non est eadem. Verbi gratia, qui est ad sanitatem, ei qui est ex morbo; et qui ex sanitate, ei qui in morbum. (4) Quum autem differat mutatio a motu (quoniam ea demum mutatio quæ est ex subjecto in aliquod subjectum, motus est): certe motus qui est ex contrario in contrarium, ei qui est ex contrario in contrarium, contrarius est: veluti, qui est ex sanitate in morbum, ei qui est ex morbo in sanitatem. (5) Sed et inductione manifestum est, qualia videantur esse, quæ sunt contraria. Nam morbo corripi et sanari contraria sunt: item discere et falli non a se ipso: sunt enim in contraria: nam ut sciantiam, ita et deceptionem et per se nancisci licet et per alium. Item latio quæ est sursum versus, ei quæ est deorsum versus: quoniam hæc sunt contraria in longitudine. Et quæ est in dexteram, ei quæ est in sinistram: quoniam hæc sunt contraria in latitudine. Et quæ est in anteriorem partem, ei quæ est in posteriorem: quoniam et hæc sunt contraria [in altitudine]. (6) Mutatio vero quæ dumtaxat est in contrarium, non est motus, sed mutatio: veluti, fieri album ex aliquo non albo. Sed et quibus non est aliquid contrarium, mutatio quæ est ex eodem, mutationi quæ est in idem, contraria est. Idcirco ortus est interitui contrarius, et abjectio assumptioni. Verum hæc sunt mutationes, non motus. (7) Motus vero qui ad interjectum medium fiunt, quibus scilicet contrariis aliquid est interjectum, tanquam in contraria quodammodo ponendi sunt: quoniam motus utitur eo quod est interjectum quasi contrario, in utramvis partem mutetur: ut puta ex fusco in album, quasi ex nigro; et ex albo in fuscum, quasi in nigrum; ex nigro autem in fuscum, quasi in album. Nam quod est medium, ad utrumque extremum quodammodo ut contrarium refertur, ut et antea dictum fuit. Motus igitur motui contrarius ita est: nempe qui est ex contrario in contrarium, et qui est ex contrario in contrarium.

CAP. VI. [VIII.]

Ἐπεὶ δὲ κινήσει οὐ μόνον δοκεῖ κινήσις εἶναι ἐναντία, ἀλλὰ καὶ ἡρεμία, τοῦτο διοριστέον. Ἀπλῶς μὲν γὰρ ἐναντίον κινήσις κινήσει, ἀντίκειται δὲ καὶ ἡρεμία· στέρησις γάρ. Ἔστι δ' ὡς καὶ ἢ στέρησις ἐναντία λέγεται· ποία δὲ ποία; ὅσον τῆ κατὰ τόπον ἢ κατὰ τόπον. Ἄλλα τοῦτο νῦν λέγεται ἀπλῶς· πότερον γὰρ τῆ ἐνταυθοι μόνῃ ἢ ἐκ τούτου ἢ ἢ εἰς τοῦτο κινήσις ἀντίκειται; (1) Δῆλον δὲ ὅτι, ἐπεὶ ἐν οὐσίῃ ἢ κινήσις ὑποκειμένοις, τῆ μὲν ἐκ τούτου εἰς τὸ ἐναντίον ἢ ἐν τούτῳ 45 μόνῃ, τῆ δ' ἐκ τούτου εἰς τοῦτο ἢ ἐν τῶ ἐναντίῳ. Ἄμα δὲ καὶ ἀλλήλαις ἐναντία αὗται· καὶ γὰρ ἄτοπον εἶ κινήσεις μὲν ἐναντία εἰσίν, ἡρεμία δ' ἀντικείμεναι οὐκ εἰσίν. Εἰσὶ δὲ αἱ ἐν τοῖς ἐναντίοις, ὅσον ἢ ἐν ὑγίανσι τῆ ἐν νόσῳ ἡρεμία, κινήσει δὲ τῆ ἐξ ὑγίανσις εἰς νόσον. Τῆ γὰρ ἐκ νόσου εἰς ὑγίανσις ἀλογον· ἢ γὰρ εἰς αὐτὸ κίνη-

Quum autem motui non solum videatur motus esse contrarius, sed etiam quies: hoc definiendum est. Simpliciter enim contrarius est motus motui: sed opponitur etiam quies: quandoquidem est privatio. Sed et privatio quodammodo contraria dicitur. Quali autem qualis? veluti, motui qui est secundum locum, quies quæ est secundum locum. Sed hoc nunc dicitur simpliciter. Utrum enim statui qui est in hoc, opponitur motus qui est ex hoc, an qui in hoc? (2) Manifestum igitur est, quum in duobus subjectis motus cernatur, ei qui est ex hoc in contrarium, opponi statum qui est in hoc; ei vero qui est ex contrario in hoc, eum qui est in contrario. Quin etiam hæc quietes sunt inter se contrariæ: etenim absurdum est, si motus quidam contrarii sunt; quietes autem illis oppositæ, contrariæ non sunt. Sunt autem, quæ in contrariis cernuntur, ut quies quæ est in sanitate, quieti quæ est in morbo; motui vero qui est ex sanitate in morbum. Nam ei qui est ex morbo in sanitatem, esse hanc quietem contrariam, a ratione

σις ἐν ᾧ ἔστηκεν, ἡρέμησις μᾶλλον ἔστιν, ἢ συμβαίνει
 γε ἄμα γίνεσθαι τῇ κινήσει. Ἀνάγκη δὲ ἢ ταύτην
 ἢ ἐκείνην εἶναι· οὐ γὰρ ἢ γ' ἐν λευκότητι ἡρεμία ἐναν-
 5 τία τῇ ἐν υγιείᾳ. (3) Ὅσοις δὲ μὴ ἔστιν ἐναντία,
 τούτων μεταβολὴ μὲν ἔστιν ἀντικειμένη ἢ ἐξ αὐτοῦ τῇ
 εἰς αὐτό, κινήσις δ' οὐκ ἔστιν, οἷον ἢ ἐξ ὄντος τῇ εἰς
 ὄν. Καὶ μονὴ μὲν τούτων οὐκ ἔστιν, ἀμεταβλησία δέ.
 Καὶ εἰ μὲν τι εἶη ὑποκειμενον, ἢ ἐν τῷ ὄντι ἀμετα-
 10 βλησία τῇ ἐν τῷ μὴ ὄντι ἐναντία. Εἰ δὲ μὴ ἔστι
 τὸ μὴ ὄν, ἀπορήσειεν ἄν τις τίνοι ἐναντία ἢ ἐν τῷ
 ὄντι ἀμεταβλησία, καὶ εἰ ἡρεμία ἔστιν· εἰ δὲ τοῦτο,
 ἢ οὐ πᾶσα ἡρεμία κινήσει ἐναντία, ἢ ἡ γένεσις καὶ ἡ
 φθορὰ κινήσις. Δῆλον τοίνυν ὅτι ἡρεμία μὲν οὐ λεκτέα, εἰ
 μὴ καὶ αὐταὶ κινήσεις, ὁμοίον δέ τι καὶ ἀμεταβλησία·
 15 ἐναντία δὲ ἢ οὐεὶν ἢ τῇ ἐν τῷ μὴ ὄντι ἢ τῇ φθορᾷ·
 αὕτη γὰρ ἐξ αὐτῆς, ἢ δὲ γένεσις εἰς ἐκείνην. [IX.] (4) Ἀπο-
 ρήσειε δ' ἄν τις διὰ τί ἐν μὲν τῇ κατὰ τόπον μεταβολῇ
 εἰσὶ καὶ κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν καὶ μοναὶ καὶ
 κινήσεις, ἐν δὲ ταῖς ἄλλοις οὐ, οἷον ἀλλοίωσις ἢ μὲν
 20 κατὰ φύσιν, ἢ δὲ παρὰ φύσιν· οὐδὲν γὰρ μᾶλλον
 ἡ ὑγιάνσις ἢ ἡ νόσασις κατὰ φύσιν ἢ παρὰ φύσιν, οὐδὲ
 λεύκανσις ἢ μέλανσις. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπ' αὐξήσεως
 καὶ φθίσεως· οὔτε γὰρ αὐταὶ ἀλλήλαις ἐναντίαι ὡς
 φύσει ἢ παρὰ φύσιν, οὔτ' αὐξήσις αὐξήσει. Καὶ ἐπὶ
 25 γενέσεως δὲ καὶ φθορᾶς ὁ αὐτὸς λόγος· οὔτε γὰρ ἡ μὲν
 γένεσις κατὰ φύσιν, ἢ δὲ φθορὰ παρὰ φύσιν (τὸ γὰρ
 γηρᾶν κατὰ φύσιν), οὔτε γένεσις δρωμένων τὴν μὲν κατὰ
 φύσιν, τὴν δὲ παρὰ φύσιν. (5) Εἰ δὲ ἔστι τὸ βίαιον παρὰ
 φύσιν, καὶ φθορὰ ἄν εἶη φθορᾷ ἐναντία ἢ βίαιος ὡς
 30 παρὰ φύσιν οὔσα τῇ κατὰ φύσιν. Ἄρ' οὖν καὶ γενέσεις
 εἰσὶν ἐνταῦθα βίαιοι καὶ οὐχ εἰμαρμέναι, αἷς ἐναντίαι αἱ
 κατὰ φύσιν, καὶ αὐξήσεις βίαιοι καὶ φθίσεις, οἷον αὐ-
 ξήσεις αἱ τῶν ταχῶν διὰ τρυφήν ἡβώντων, καὶ οἱ σῖτοι
 οἱ ταχῶν ἀδρυνόμενοι καὶ μὴ πιληθέντες. (6) Ἐπὶ
 35 δ' ἀλλοιώσεως πῶς; ἢ ὡσαύτως; εἶεν γὰρ ἄν τινες
 βίαιοι, αἱ δὲ φυσικαί, οἷον ἀφιέμενοι μὴ ἐν χρῆσιν
 ἡμέραις, οἱ δ' ἐν χρῆσιν· οἱ μὲν οὖν παρὰ φύσιν
 ἡλλοίωνται, οἱ δὲ κατὰ φύσιν. Ἔσονται δ' ἐναν-
 40 τία αἱ φθοραὶ ἀλλήλαις, οὐ γενέσεις. Καὶ τί γε κοι-
 λυεῖ; ἔστι γὰρ ὡς· καὶ γὰρ εἰ ἢ μὲν ἡδέϊα, ἢ δὲ
 λυπηρὰ εἶη· ὥστε οὐχ ἅπλως φθορὰ φθορᾷ ἐναν-
 τία, ἀλλ' ἢ ἢ μὲν τοιαυτὴ ἢ δὲ τοιαυτὴ αὐτῶν ἔστιν.
 (7) Ὅλως μὲν οὖν ἐναντίαι κινήσεις καὶ ἡρεμίαι τὸν
 εἰρημένον τρόπον εἰσὶν, οἷον ἢ ἄνω τῇ κάτω· τόπου γὰρ
 45 ἐναντιώσεις αὐταί. Φέρεται δὲ τὴν μὲν ἄνω φορὰν
 φύσει τὸ πῦρ, τὴν δὲ κάτω ἢ γῆ· καὶ ἐναντίαι αὐτῶν
 αἱ φοραί. Τὸ δὲ πῦρ ἄνω μὲν φύσει, κάτω δὲ παρὰ
 φύσιν· καὶ ἐναντία γε ἢ κατὰ φύσιν αὐτοῦ τῇ παρὰ
 φύσιν. (8) Καὶ μοναὶ δ' ὡσαύτως· ἢ γὰρ ἄνω μονὴ
 50 τῇ ἄνωθεν κάτω κινήσει ἐναντία. Γίνεται δὲ τῇ γῆ,
 ἢ μὲν μονὴ ἐκείνη παρὰ φύσιν, ἢ δὲ κινήσις αὕτη κατὰ
 φύσιν. Ὡστε κινήσει μονὴ ἐναντία ἢ παρὰ φύσιν τῇ
 κατὰ φύσιν τοῦ αὐτοῦ· καὶ γὰρ ἢ κινήσις ἢ τοῦ αὐτοῦ
 ἐναντία οὕτως· ἢ μὲν γὰρ κατὰ φύσιν ἔσται αὐτῶν

alienum est; nam motus qui est ad illud ipsum in quo stetit, est potius procreatio quietis, cui accidit simul fieri cum motu. Necesse autem est aut hanc aut illam esse. Non enim quies quæ est in albore, est contraria ei motui qui est in sanitate. (3) Quibus autem non sunt contraria, horum mutatio est quidem opposita, nempe quæ est ex eodem, ei quæ est in idem: sed motus non est; veluti, quæ est ex ente, ei quæ est in ens. Ac status quidem horum non est, sed mutationis vacuitas. Et si quidem sit aliquid subiectum; ea mutationis vacuitas quæ est in ente, contraria erit ei quæ est in non-ente. Sed si non-ens non est aliquid, dubitare quisquam possit, cui contraria sit ea mutationis vacuitas quæ est in ente, et an sit quies. At si hoc est: vel non omnis quies erit motui contraria, vel ortus et interitus erit motus. Patet igitur non esse dicendam quietem, nisi et hi dicantur motus, verum simile quiddam, et mutationis vacuitatem. Contraria vero est aut nulli, aut ei mutationis vacuitati quæ est in non-ente, aut interitui: hic enim ex ea est; ortus vero, in eam. [IX.] (4) Jam vero dubitare aliquis possit, quamobrem in loci mutatione sunt et secundum naturam, et præter naturam, tam mansiones quam motus: in aliis autem ininime, ut variatio alia est secundum naturam, alia præter naturam. Non est enim magis sanatio quam ægrotatio, secundum naturam, vel præter naturam: nec dealbatio, quam denigratio. Similiter se res habet etiam in accretione, et deminutione: quia nec hæ sunt sibi invicem contrariæ, tanquam natura, vel præter naturam: nec accretio accretioni. Ortus quoque et interitus eadem est ratio: neque enim ortus est secundum naturam, interitus vero præter naturam: nam senescere est secundum naturam. Neque ortum videmus partim esse secundum naturam, partim præter naturam. (5) Sed si id quod est vi, est præter naturam: etiam interitus erit interitui contrarius, nimirum violentus; quippe qui est præter naturam, ei qui est secundum naturam. Sunt igitur et ortus quidam violenti non fatales, quibus contrarii sunt: ortus naturales: et auctiones violentæ et deminutiones, ut auctiones eorum qui cito propter delicias pubescunt; et frumenta, quæ cito adolescunt, nec terra subacta altius radices agunt. (6) In variatione autem quomodo res habet? an eodem modo? erunt enim quædam violentæ, aliæ naturales: ut puta alii morbo liberantur non in diebus criticis, alii vero in diebus criticis: quorum illi præter naturam variantur; hi vero secundum naturam. Erunt autem interitus inter se contrarii, non solum generationi. Et quid prohibet? hoc enim est aliquo modo, nempe si alter sit jucundus, alter molestus. Quocirca non simpliciter interitui est interitus contrarius: sed quatenus alter ipsorum est talis, alter vero talis. (7) Omnino igitur contrariæ sunt motiones et quietes, eo quo diximus modo: veluti, quæ est sursum, ei quæ est deorsum: loci namque contrarietates hæ sunt. Naturaliter autem fertur ea latitudo quæ sursum tendit, ignis; ea quæ deorsum, terra: et contrariæ sunt horum latitudes. Ignis vero sursum quidem fertur natura, deorsum autem præter naturam: et contraria est ejus motio naturalis ei quæ est præter naturam. (8) Quin etiam quietes itidem se habent; nam quies in loco supero, motui ex loco supero ad inferum contraria est. Accidit autem terræ quies illa præter naturam, hic autem motus secundum naturam. Quapropter motui quies est contraria: nempe quæ est præter naturam, ei qui est secundum naturam, ejusdem rei: quoniam et motus ejusdem rei ita est contrarius. Alter enim ipsorum est secundum naturam, qui est sursum, vel deorsum versus; alter autem præter

ἢ ἄνω ἢ ἢ κάτω, ἢ δὲ παρὰ φύσιν. (9) Ἐχει δ' ἀπορίαν εἰ ἔστι πάσης ἡρεμίας τῆς μὴ αἰετίνης, καὶ αὕτη τὸ ἴσασθαι. Τοῦ δὲ παρὰ φύσιν μένοντος, οἷον τῆς γῆς ἄνω, εἴη ἂν γένεσις. Ὅτε ἄρα ἐφέρετο ἄνω βία, ἴστατο. Ἀλλὰ τὸ μὲν ἴσταμένον αἰετίνης δοκεῖ φέρεσθαι θάπτον, τὸ δὲ βία τὸ ὑπὲρ. Οὐ γονόμενον ἄρα ἡρεμοῦν ἔσται ἡρεμοῦν. Ἐπιδοκεῖ τὸ ἴστασθαι ἢ ὅπως εἶναι τὸ εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον φέρεσθαι ἢ συμβαίνειν ἄμα. (10) Ἐχει δ' ἀπορίαν εἰ ἐναντία ἢ μόνῃ ἢ ἐνταῦθα τῇ ἐντεῦθεν κινήσει· όταν γὰρ κινήται ἐκ τοῦδ' ἢ καὶ ἀποβάλλῃ, ἔτι δοκεῖ ἔχειν τὸ ἀποβαλλόμενον. Ὡστ' εἰ αὕτη ἡρεμία ἐναντία τῇ ἐντεῦθεν εἰς τὸ ὑπὲρ κινήσει, ἄμα ὑπάρξει τάναντία. Ἡ πῆ ἡρεμεῖ, εἰ ἔτι μένει· ὅπως δὲ τοῦ κινουμένου τὸ μὲν ἐκεῖ, τὸ δ' εἰς δ μεταβάλλει· διὸ καὶ μᾶλλον κίνησις κινήσει ἐναντίον ἢ ἡρέμησις. Καὶ περὶ μὲν κινήσεως καὶ ἡρεμίας, καὶ πῶς ἑκατέρω μίαν, καὶ τίνας ἐναντίας τίσιν, εἴρηται.

11. Ἀπορήσει δ' ἂν τις καὶ περὶ τοῦ ἴσασθαι, εἰ καὶ ὅσα παρὰ φύσιν κινήσεις, ταύταις ἔστιν ἡρεμία ἀντικειμένη. Εἰ μὲν οὖν μὴ ἔσται, ἀποπον μένει γὰρ, βία δὲ ὥστε ἡρεμοῦν τι ἔσται οὐκ αἰετίνης ἀνευ τοῦ γενέσθαι. (12) Ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἔσται· ὥσπερ γὰρ κινεῖται παρὰ φύσιν, καὶ ἡρεμοῖ ἂν τι παρὰ φύσιν. Ἐπεὶ δ' ἔστιν ἐναντίον κίνησις κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν, οἷον πυρὶ ἢ ἄνω κατὰ φύσιν ἢ δὲ κάτω παρὰ φύσιν, πότερον αὕτη ἐναντία ἢ ἢ τῆς γῆς; αὕτη γὰρ φέρεται κατὰ φύσιν κάτω. Ἡ δῆλον ὅτι ἄμφω, ἀλλ' οὐχ ὡσαύτως, ἀλλ' ἢ μὲν κατὰ φύσιν ὡς κατὰ φύσιν οὐσης τῆσδ' αὐτοῦ· ἢ ἄνω τοῦ πυρὸς τῇ κάτω, ὡς ἢ κατὰ φύσιν οὐσα τῇ παρὰ φύσιν οὐση. Ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς οὐαῖς. Ἴσως δ' ἡρεμία κινήσις πῆ ἀντίκειται.

naturam. (9) Exsistit autem dubitatio, an omnis quietis, quæ non est semper, sit generatio; et an hæc sit progressus ad quietem. Ejus igitur quod præter naturam manet ut terræ in loco supero, erit generatio. Quando igitur vi sursum ferebatur, ad quietem progrediebatur. Atqui quod ad quietem tendit, semper videtur ferri celerius: quod autem vi movetur, e contrario. Erit igitur quiescens, quum non sit factum quiescens. Præterea tendere ad quietem, videtur aut omnino esse: secundum naturam ad suum locum ferri, vel simul accidere. (10) Item exsistit dubitatio, an quies quæ est hic, sit contraria motui qui est hinc. Quando enim movetur ex hoc, vel etiam abjicit, adhuc videtur habere id quod abjicitur. Quare si hæc quies est contraria motui qui est hinc in contrarium: certe simul inerunt contraria. An quadamtenus quiescit, si adhuc manet? et omnino quod movetur, partim est hic, partim in eo in quod mutat. Ideoque magis motus motui est contrarius, quam quies. Ac de motione quidem et quiete, quomodo utraque sit una, et quæ quibus sint contraria, dictum est.

11. Dubitare autem quispiam possit etiam de progressu ad statum, an quicumque sunt motus præter naturam, his sit aliqua quies opposita. Si igitur non erit, absurdum est. Manet enim, sed vi manet. Quocirca erit aliquid quiescens, quod non semper quiescet sine quietis generatione. (12) Atqui constat fore; ut enim movetur præter naturam, etiam quiescere aliquid potest præter naturam. Quum autem quibusdam motus sit secundum naturam, et præter naturam (ut igni secundum naturam est motus sursum versus; qui vero est deorsum versus, est præter naturam): utrum hic est contrarius, an motus terræ? siquidem hæc deorsum fertur secundum naturam. An patet utrosque esse contrarios, sed non eodem modo: verum hic qui est secundum naturam, ut secundum naturam existente hoc ejus motu: motus vero ignis ad locum superum, ejusdem motui ad inferum opponitur, ut motus qui est secundum naturam, ei qui est præter naturam. Similiter dicendum est etiam de statibus. Sed fortasse a quiete motus aliqua parte diversam rationem habet.

LIBER VI.

CAP. I.

Εἰ δ' ἐστὶ συνεχὲς καὶ ἀπτόμενον καὶ ἐφεξῆς, ὡς διώρισται πρότερον, συνεχῆ μὲν ὄν τὰ ἔσχατα ἐν, ἀπτόμενα δ' ὄν ἄμα, ἐφεξῆς δ' ὄν μηδὲν μεταξὺ συγγενές, ἀδύνατον ἐξ ἀδιαίρετων εἶναι τι συνεχές, οἷον γραμμὴν ἐκ στιγμῶν, εἴπερ ἢ γραμμὴ μὲν συνεχές, ἢ στιγμὴ δὲ ἀδιαίρετον. Οὔτε γὰρ ἐν τὰ ἔσχατα τῶν στιγμῶν· οὐ γὰρ ἐστὶ τὸ μὲν ἔσχατον τὸ δ' ἄλλο τι μόριον τοῦ ἀδιαίρετου· οὐθ' ἄμα τὰ ἔσχατα· οὐ γὰρ ἔστιν ἔσχατον τοῦ ἀμεροῦς οὐδέν· ἕτερον γὰρ τὸ ἔσχατον καὶ οὐ ἔσχατον. (2) Ἐπι δ' ἀνάγκη ἦτοι συνεχεῖς εἶναι τὰς στιγμὰς ἢ ἀπτομένας ἀλλήλων, ἐξ ὧν ἐστὶ τὸ συνεχές. Ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ πάντων τῶν ἀδιαίρετων. Συνχεῖς μὲν δὴ οὐκ ἂν εἶεν διὰ τὸν εἰρημένον λόγον· ἀπτεται δ' ἅπαν ἢ ὅλον ὅλου, ἢ μέρος μέρος, ἢ ὅλου μέρος. Ἐπεὶ δ' ἀμερὲς τὸ ἀδιαίρετον, ἀνάγκη ὅλον ὅλου ἀπτεσθαι· ὅλον δ' ὅλου ἀπτόμενον οὐκ ἔσται συνεχές· τὸ γὰρ συνεχές ἔχει τὸ μὲν ἄλλο

Jam vero si est continuum, ac tangens, et deinceps, ut antea definitum fuit (nempe continua, quorum extrema sunt unum; tangencia vero, quorum sunt simul; deinceps autem, quibus nihil est interjectum ejusdem generis): profecto impossibile est, ex individuis esse aliquid continuum, ut lineam ex punctis, si quidem linea est res continua, punctum autem res individua. Etenim nec extrema punctorum sunt unum: quandoquidem individui non est hoc quidem extremum, illud vero alia quædam pars. Nec extrema simul sunt: quia nullum extremum est ejus quod partibus vacat, quum aliud sit extremum, et id cuius est extremum. (2) Præterea necesse est, vel puncta, ex quibus est continuum, esse continua, vel se vicissim tangere. Eademque ratio est in omnibus individuis. Continua igitur esse nequeunt propter rationem quæ jam dicta est. Res autem omnis tangit vel tota totam, vel pars partem, vel totam pars: sed quum individuum partibus vacet, necesse est ut totum tangat totum. Atqui totum, quod tangit totum, non erit continuum: quandoquidem continuum habet aliam

τὸ δ' ἄλλο μέρος, καὶ διαιρεῖται εἰς οὕτως ἕτερα καὶ τόπων χωρισμένα. Ἄλλα μὴν οὐδ' ἐφεξῆς ἔσται στιγμή στιγμής ἢ τὸν νῦν τοῦ νῦν, ὥστ' ἐκ τούτων εἶναι τὸ μῆκος ἢ τὸν χρόνον· ἐφεξῆς μὲν γὰρ ἔστιν ὧν μὴθέν
 5 ἔστι μεταξὺ συγγενές, στιγμῶν δ' αἰεὶ τὸ μεταξὺ γραμμῆ καὶ τῶν νῦν χρόνος. (3) Ἐτι διαίροῦτ' ἂν εἰς ἀδιαίρετα, εἴπερ ἐξ ὧν ἔστιν ἐκάτερον, εἰς ταῦτα διαιρεῖται. Ἄλλ' οὐθὲν ἦν τῶν συνεχῶν εἰς ἀμερῆ διαιρέτων. Ἄλλο δὲ γένος οὐχ ὁλόγτ' εἶναι μεταξὺ τῶν
 10 στιγμῶν καὶ τῶν νῦν οὐθέν· εἰ γὰρ ἔσται, δῆλον ὡς ἤτοι ἀδιαίρετον ἔσται ἢ διαιρέτων, καὶ εἰ διαιρέτων, ἢ εἰς ἀδιαίρετα ἢ εἰς αἰεὶ διαιρέτα· τοῦτο δὲ συνεχές. Φανερόν δὲ καὶ ὅτι πᾶν συνεχές διαιρέτων εἰς αἰεὶ διαιρέτα· εἰ γὰρ εἰς ἀδιαίρετα, ἔσται ἀδιαίρετον ἀδιαίρετον
 15 ἀπτόμενον· ἐν γὰρ τὸ ἔσχατον, καὶ ἄπτεται τῶν συνεχῶν. (4) Τοῦ δ' αὐτοῦ λόγου καὶ μέγεθος καὶ χρόνον καὶ κίνησιν ἐξ ἀδιαίρετων συγκεῖσθαι, καὶ διακρίσθαι εἰς ἀδιαίρετα ἢ μὴθέν. (5) Δῆλον δ' ἐκ τῶνδε· εἰ γὰρ τὸ μέγεθος ἐξ ἀδιαίρετων σύγκειται,
 20 καὶ ἡ κίνησις ἢ τούτου ἐξ ἴσων κινήσεων ἔσται ἀδιαίρετων, ὅσον εἰ τὸ $AB\Gamma$ ἐκ τῶν $AB\Gamma$ ἔστιν ἀδιαίρετων, ἢ κινήσις ἐφ' ἧς ΔEZ , ἣν ἐκινήθη τὸ Ω ἐπὶ τῆς $AB\Gamma$ διαστάσεως, ἕκαστον τὸ μέρος ἔχει ἀδιαίρετον. (6) Εἰ δὲ παρούσης κινήσεως ἀνάγκη κινεῖσθαι
 25 τι, καὶ εἰ κινεῖται τι, πρὸς αἰεὶ κίνησιν, καὶ τὸ κινεῖσθαι ἔσται ἐξ ἀδιαίρετων. Τὸ μὲν δὲ A ἐκινήθη τὸ Ω τὴν τὸ Δ κινούμενον κίνησιν, τὸ δὲ B τὴν τὸ E , καὶ τὸ Γ ὡσαύτως τὴν τὸ Z . (7) Εἰ δὲ ἀνάγκη τὸ κινούμενον ποθέν ποι μὴ ἅμα κινεῖσθαι καὶ κενεῖσθαι
 30 οὗ ἐκινεῖτο ὅτε ἐκινεῖτο (ὅσον εἰ $\Theta\eta\beta\alpha\zeta\epsilon$ τις βαδίζει, ἀδύνατον ἅμα βαδίζειν $\Theta\eta\beta\alpha\zeta\epsilon$ καὶ βεβαδικεῖναι $\Theta\eta\beta\alpha\zeta\epsilon$)· τὴν δὲ τὸ A τὴν ἀμερῆ ἐκινεῖτο τὸ Ω , ἢ ἢ τὸ Δ κινήσις παρῆν. Ὡστ' εἰ μὲν ὕστερον διήλθεν ἢ διήει, διαιρετῆ ἂν εἴη· ὅτε γὰρ διήει, οὔτε ἡρέμει οὔτε
 35 διεληλύθει, ἀλλὰ μεταξὺ ἦν. Εἰ δ' ἅμα διέρχεται καὶ διεληλύθε τὸ βαδίζον ὅτε βαδίζει, βεβαδικὸς ἐκεῖ ἔσται καὶ κενεῖσθαι οὗ κινεῖται. (8) Εἰ δὲ τὴν μὲν δλην τὴν $AB\Gamma$ κινεῖται τι, καὶ ἡ κίνησις ἣν κινεῖται τὰ ΔEZ ἔστί, τὴν δ' ἀμερῆ τὴν A οὐθέν κινεῖται,
 40 ἀλλὰ κενεῖται, εἴη ἂν ἡ κίνησις οὐκ ἐκ κινήσεων, ἀλλ' ἐκ κινήσεων, καὶ τὸ κενεῖσθαι τι μὴ κινούμενον· τὴν γὰρ A διεληλύθεν οὐ διεξιόν. Ὡστε ἔσται τι βεβαδικεῖναι μηδέποτε βαδίζον· ταύτην γὰρ βεβαδικεῖναι οὐ βαδίζον ταύτην. (9) Εἰ οὖν ἀνάγκη ἢ ἡρέμειν
 45 ἢ κινεῖσθαι πᾶν, ἡρέμει δὲ καθ' ἕκαστον τῶν $AB\Gamma$, ὥστ' ἔσται τι συνεχῶς ἡρέμου ἅμα καὶ κινούμενον· τὴν γὰρ $AB\Gamma$ δλην ἐκινεῖτο, καὶ ἡρέμει ὅτι οὐ μέρους, ὥστε καὶ πᾶσαν. Καὶ εἰ μὲν τὰ ἀδιαίρετα τῆς ΔEZ , κινήσεις κινήσεως παρουσίας ἐνδέχοιτ' ἂν μὴ κινεῖσθαι,
 50 ἀλλ' ἡρέμειν· εἰ δὲ μὴ κινήσεις, τὴν κίνησιν μὴ ἐκ κινήσεων εἶναι. (10) Ὁμοίως δ' ἀνάγκη τῶ μῆκει καὶ τῆ κινήσει ἀδιαίρετον εἶναι τὸν χρόνον, καὶ συγκεῖσθαι ἐκ τῶν νῦν ὄντων ἀδιαίρετων· εἰ γὰρ πᾶσα διαιρέτος, ἐν τῷ ἐλάττονι δὲ τὸ ἰσοταγές δίειναι ἐλατ-

atque aliam partem, atque dividitur in ita diversa et loco se juncta. Quin nec punctum deinceps sequetur punctum aut momentum momentum, ut ex his sit longitudo vel tempus. Deinceps enim sunt, quibus nihil est interjectum ejusdem generis : quod vero punctis est interjectum, semper est linea; et quod momentis, tempus. (3) Præterea divideretur in individua : siquidem ex quibus est utrumque, in hæc dividitur. Sed nullum continuum (ut vidimus) est in ea dividuum quæ partibus vacant. Nullum autem aliud genus potest esse interjectum punctis et momentis. Nam si erit, constat fore vel individuum, vel dividuum : et si dividuum, vel in individua, vel in semper dividua : hoc vero est continuum. Perspicuum quoque est, omne continuum esse dividuum in semper dividua. Nam si dividatur in individua, individuum ab individuo tangetur : quandoquidem extremum est unum, ac tangit continua. (4) Porro ejusdem rationis est, et magnitudinem, et tempus, et motum ex individuis constare, ac dividi in individua, vel nullum horum. (5) Patet autem ex his : quia si magnitudo ex individuis constat, etiam motus, qui per spatium hujus magnitudinis fit, ex æqualibus motibus individuis erit : veluti, si magnitudo $\alpha \beta \gamma$ constet ex $\alpha \beta \gamma$ individuis : etiam motus $\delta \epsilon \zeta$, quo motum est τὸ ω per intervallum $\alpha \beta \gamma$, habet singulas partes individuas. (6) Si autem præsentente motu necesse est moveri aliquid; et si quid movetur, necesse est adesse motum : etiam ipsum moveri constabit ex individuis. Itaque per α , motum est τὸ ω , quum moveretur motu δ : et per β , motu ϵ : et per γ itidem motu ζ . (7) Si igitur necesse est id quod movetur ab aliquo loco ad aliquem locum, non simul moveri et esse motum quo movebatur, quum movebatur (veluti, si quis Thebas proficiscatur; impossibile est ut simul proficiscatur Thebas, et profectus sit Thebas); certe per α partibus vacans, movebatur τὸ ω , quatenus motus δ ei aderat. Quare si post pertransiit quam pertransiret, dividuum erit; quando enim pertransibat, nec quiescebat nec pertransierat, sed inter utrumque erat. Quodsi simul pertransit et pertransiit : profecto quod proficiscitur, quando proficiscitur, profectum illuc erit et motum, quo movetur. (8) Quodsi movetur aliquid per totam longitudinem $\alpha \beta \gamma$, et motus, quo movetur, est $\delta \epsilon \zeta$, nihil autem movetur per partem α quæ partibus caret, sed motum est : erit utique motus, non ex motibus, sed ex terminis motuum; et aliquod motum erit, quod non movebatur : quia pertransiit partem α non pertranseundo. Quocirca fieri poterit ut aliquid profectum sit, quum nunquam proficisceretur : quia per hanc est profectum non per eam proficiscendo. (9) Itaque si necesse est quodvis aut quiescere aut moveri, quiescit autem in singulis $\alpha \beta \gamma$: erit igitur aliquid continenter quiescens simul et motum. Nam per totam magnitudinem $\alpha \beta \gamma$ movebatur, et in quavis parte quiescebat : proinde etiam in tota. Et si quidem individua partes τῶ $\delta \epsilon \zeta$ sint motus : fieri poterit ut motu præsentente res non moveatur, sed quiescat. Si vero non sint motus, eveniet ut motus ex non-motibus constet. (10) Ut autem longitudinem et motum, sic tempus esse individuum et ex momentis individuis constare necesse est. Nam si omnis est dividuus; quod autem æque velox est, in minori tempore conficit minus

τον, διαιρετός ἔσται καὶ ὁ χρόνος. Εἰ δ' ὁ χρόνος διαιρετός ἐν ᾧ φέρεται τὴν Α, καὶ ἡ τὸ Α ἔσται διαιρετή.

spatii : etiam tempus dividuum erit. Quodsi tempus dividuum erit, quo aliquid fertur per magnitudinem α : etiam magnitudo α erit dividua.

CAP. II. [I.]

Ἐπεὶ δὲ πᾶν μέγεθος εἰς μεγέθη διαιρετόν (δέδεικται γὰρ ὅτι ἀδύνατον ἐξ ἀτόμων εἶναι τι συνεχές, μέγεθος δ' ἐστὶν ἅπαν συνεχές), ἀνάγκη τὸ θάττον ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ μείζον καὶ ἐν τῷ ἐλάττω ἴσον καὶ ἐν τῷ ἐλάττω πλείον κινεῖσθαι, καθάπερ ὀρίζονται τινες τὸ θάττον. Ἔστω γὰρ τὸ ἐφ' ᾧ Α τοῦ ἐφ' ᾧ Β θάττον. Ἐπεὶ τοίνυν θάττον ἐστὶ τὸ πρότερον μεταβάλλον, ἐν ᾧ χρόνῳ τὸ Α μεταβέβληκεν ἀπὸ τοῦ Γ εἰς τὸ Δ, οἷον ἐν τῷ ΖΗ, ἐν τούτῳ τὸ Β, οὕτω ἔσται πρὸς τῷ Δ, ἀλλ' ἀπολείψει· ὥστ' ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ πλείον διείσει τὸ θάττον. (2) Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῷ ἐλάττω, πλείον ἐν ᾧ γὰρ τὸ Α γεγένηται πρὸς τῷ Δ, τὸ Β ἔστω πρὸς τῷ Ε τὸ βραδύτερον ὄν. Οὐκοῦν ἐπεὶ τὸ Α πρὸς τῷ Δ γεγένηται ἐν ἅπαντι τῷ ΖΗ χρόνῳ, πρὸς τῷ Θ ἔσται ἐν ἐλάττω τούτου· καὶ ἔστω ἐν τῷ ΖΚ. Τὸ μὲν οὖν ΓΘ, ὃ διελήλυθε τὸ Α, μείζον ἐστὶ τοῦ ΓΕ, ὃ δὲ χρόνος τὸ ΖΚ ἐλάττων τοῦ παντός τοῦ ΖΗ· ὥστε ἐν ἐλάττω μείζον διείσει. (3) Φανερόν δὲ ἐκ τούτων καὶ ὅτι τὸ θάττον ἐν ἐλάττω χρόνῳ διείσει τὸ ἴσον. Ἐπεὶ γὰρ τὴν μείζω ἐν ἐλάττω διέρχεται τοῦ βραδύτερου, αὐτὸ δὲ καθ' αὐτὸ λαμβανόμενον ἐν πλείονι χρόνῳ τὴν μείζω τῆς ἐλάττωνος, οἷον τὴν ΑΜ τῆς ΑΞ, πλείων ἂν εἴη ὁ χρόνος ὁ ΠΡ, ἐν ᾧ τὴν ΑΜ διέρχεται, ἢ ὁ ΠΣ, ἐν ᾧ τὴν ΑΞ. Ὅστε εἰ ὁ ΠΡ χρόνος ἐλάττων ἐστὶ τοῦ ΠΧ, ἐν ᾧ τὸ βραδύτερον διέρχεται τὴν ΑΞ, καὶ ὁ ΠΣ ἐλάττων ἔσται τοῦ ἐφ' ᾧ ΠΧ· τοῦ γὰρ ΠΡ ἐλάττων, τὸ δὲ τοῦ ἐλάττωνος ἔλαττον καὶ αὐτὸ ἔλαττον· ὥστε ἐν ἐλάττω κινήσεται τὸ ἴσον. (4) Ἐτι δ' εἰ πᾶν ἀνάγκη ἢ ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἢ ἐν ἐλάττω ἢ ἐν πλείονι κινεῖσθαι, καὶ τὸ μὲν ἐν πλείονι βραδύτερον, τὸ δ' ἐν ἴσῳ ἰσοταγές, τὸ δὲ θάττον οὔτε ἰσοταγές οὔτε βραδύτερον, οὔτ' ἂν ἐν ἴσῳ οὔτ' ἐν πλείονι κοινοῖτο τὸ θάττον. Λείπεται οὖν ἐν ἐλάττω, ὥστ' ἀνάγκη καὶ τὸ ἴσον μέγεθος ἐν ἐλάττω χρόνῳ διέναι τὸ θάττον. (5) Ἐπεὶ δὲ πᾶσα μὲν κίνησις ἐν χρόνῳ, καὶ ἐν ἅπαντι χρόνῳ δυνατὸν κινήσθαι, πᾶν δὲ τὸ κινούμενον ἐνδέχεται καὶ θάττον κινεῖσθαι καὶ βραδύτερον, ἐν ἅπαντι χρόνῳ ἔσται τὸ θάττον κινεῖσθαι καὶ βραδύτερον. Τούτων δ' ὄντων, ἀνάγκη καὶ τὸν χρόνον συνεχῆ εἶναι. Λέγω δὲ συνεχές τὸ διαιρετόν εἰς αἰεὶ διαιρετά· τούτου γὰρ ὑποκειμένου τοῦ συνεχούς, ἀνάγκη συνεχῆ εἶναι τὸν χρόνον. (6) Ἐπεὶ γὰρ δέδεικται ὅτι τὸ θάττον ἐν ἐλάττω χρόνῳ διείσει τὸ ἴσον, ἔστω τὸ μὲν ἐφ' ᾧ Α θάττον, τὸ δ' ἐφ' ᾧ Β βραδύτερον, καὶ κινήσθω τὸ βραδύτερον τὸ ἐφ' ᾧ ΓΔ μέγεθος ἐν τῷ ΖΗ χρόνῳ· ὁ δὲ ἄλλο τούτων ὅτι τὸ θάττον ἐν ἐλάττω τούτου κινήσεται τὸ αὐτὸ μέγεθος· καὶ κινήσθω ἐν τῷ ΖΘ. Πάλιν δ' ἐπεὶ τὸ θάττον ἐν τῷ ΖΘ διελήλυθε τὴν ὅλην τὴν ΓΔ, τὸ βραδύτερον ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ τὴν ἐλάττω διεί-

Quum autem omnis magnitudo in magnitudines dividua sit (quippe ostensum est fieri non posse ut ex individuis constet aliquid continuum; omnis vero magnitudo est continua) : necesse est id quod est velocius, æquali tempore majus spatium pertransire, et minori æquale, et minori majus, quemadmodum nonnulli definiunt id quod est velocius. Esto namque id in quo est α , velocius eo in quo est β . Quoniam igitur quod prius mutatur, est velocius : certe quo tempore τὸ α mutatum est α γὰρ δ, puta tempore ζ η, hoc tempore τὸ β nondum pervenit ad δ, sed citra erit. Quapropter id quod est velocius, æquali tempore plus spatii conficit. (2) Quin etiam minori tempore plus spatii conficit quam id quod est tardius. Nam quo tempore τὸ α pervenit ad δ, τὸ β pervenit ad ε, quum sit tardius. Ergo quia τὸ α ad δ pervenit toto illo tempore ζ η, ad θ perveniet minori tempore quam hoc sit, ac perveniat tempore ζ x. Spatium igitur γ δ, quod pertransibit τὸ α , est majus quam γ ε; tempus vero ζ x est minus toto illo tempore ζ η. Quare minori tempore conficit majus spatium. (3) Ex his etiam patet, id quod est velocius, minori tempore conficere æquale spatium. Nam quia majorem longitudinem pertransit minori tempore, quam id quod est tardius; ipsum autem per se acceptum majori tempore pertransit longitudinem majorem minore, veluti longitudinem λ μ, quæ est major longitudine λ ξ : profecto tempus π ρ, quo pertransit longitudinem λ μ, est majus quam tempus π σ, quo pertransit longitudinem λ ξ. Quocirca si tempus π ρ est minus tempore π χ, quo mobile tardius pertransit longitudinem λ ξ : etiam tempus π σ est minus tempore in quo est π χ : siquidem est minus tempore π ρ : quod autem est minore minus, ipsum quoque est minus; quapropter minori tempore conficit æquale spatium. (4) Præterea si necesse est quodvis aut æquali aut minori aut majori tempore moveri; et quod majori tempore movetur, est tardius; quod autem æquali, est æque velox; quod vero est celerius, nec est æque velox nec tardius : profecto quod est velocius, nec æquali nec majori tempore movetur. Restat igitur ut moveatur minori tempore : quare necesse est etiam, ut velocius minori tempore pertranseat æqualem magnitudinem. (5) Quoniam autem omnis motus est in tempore, et in omni tempore possibile est aliquid moveri; quicquid autem movetur, potest et celerius moveri et tardius : certe in omni tempore fieri poterit ut celerius moveatur et tardius. Quum hæc ita sint, necesse est etiam tempus esse continuum. Dico autem continuum quod est dividuum in semper dividua; nam si supponatur continuum esse hoc, necesse est tempus esse continuum. (6) Quum enim ostensum sit, id quod est velocius, minori tempore conficere æquale spatium : esto ubi α , mobile velocius : ubi β, tardius : ac tardius pertranseat magnitudinem γ δ, tempore ζ η. Patet igitur velocius minori quam hoc tempore pertransiturum eandem magnitudinem; ac pertranseat tempore ζ θ. Rursus quia velocius mobile tempore ζ θ pertransit totam longitudinem γ δ : certe tardius eodem tempore minorem conficit : hæc sit

σιν· ἔσται οὖν ἐφ' ἧς ΓΚ. Ἐπεὶ δὲ τὸ βραδύτερον τὸ Β ἐν τῷ ΖΘ χρόνῳ τὴν ΓΚ διελήλυθε, τὸ θάττον ἐν ἐλάττονι δίεισιν· ὥστε πάλιν διαιρηθήσεται ὁ ΖΘ χρόνος. Τούτου δὲ διαιρουμένου και τὸ ΓΚ μέγεθος διαιρηθήσεται κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. Εἰ δὲ τὸ μέγεθος, και ὁ χρόνος. Καὶ αἰ τοῦτ' ἔσται μεταλαμβάνουσιν ἀπὸ τοῦ θάττονος τὸ βραδύτερον και ἀπὸ τοῦ βραδυτέρου τὸ θάττον, και τῶν ἀποδοειγμένων χρομῆνοις· διαιρήσει γὰρ τὸ μὲν θάττον τὸν χρόνον, τὸ δὲ βραδύτερον τὸ μῆκος. Εἰ οὖν αἰ μὲν ἀντιστρέφει ἀληθές, ἀντιστρεφομένου δὲ αἰ γίνεται διαιρέσις, φανερόν ὅτι πᾶς χρόνος ἔσται συνεχής. (7) Ἄμα δὲ δῆλον και ὅτι μέγεθος ἄπαν ἔστι συνεχές· τὰς αὐτὰς γὰρ και πᾶς ἴσας διαιρέσεις ὁ χρόνος διαιρεῖται και τὸ μέγεθος. Ἐτι δὲ και ἐκ τῶν εἰωθότων λόγων λέγεσθαι φανερόν ὡς εἴπερ ὁ χρόνος ἔστι συνεχής, ὅτι και τὸ μέγεθος, εἴπερ ἐν τῷ ἡμίσει χρόνῳ ἡμισυ διέρχεται, και ἀπλῶς ἐν τῷ ἐλάττονι ἔλαττον· αἰ γὰρ αὐταὶ διαιρέσεις ἔσονται τοῦ χρόνου και τοῦ μεγέθους. (8) Καὶ εἰ ὀποτεροῦν ἀπειρον, και θάτερον· και ὡς θάτερον, και θάτερον· ὅλον εἰ μὲν τοῖς ἐσχάτοις ἀπειρος ὁ χρόνος, και τὸ μῆκος τοῖς ἐσχάτοις· εἰ δὲ τῆ διαιρέσει, τῆ διαιρέσει και τὸ μῆκος· εἰ δὲ ἀμφοῖν ὁ χρόνος, ἀμφοῖν και τὸ μέγεθος. (9) Διὸ και ὁ Ζήνωνος λόγος ψεῦδος λαμβάνει τὸ μὴ ἐνδέχεσθαι τὰ ἀπειρα διελθεῖν ἢ ἀψαθαι τῶν ἀπείρων καθ' ἕκαστον ἐν πεπερασμένῳ χρόνῳ. Διχῶς γὰρ λέγεται και τὸ μῆκος και ὁ χρόνος ἀπειρον, και ὅλων πᾶν τὸ συνεχές, ἧτοι κατὰ διαιρέσιν ἢ τοῖς ἐσχάτοις. Τῶν μὲν οὖν κατὰ ποσὸν ἀπείρων οὐκ ἐνδέχεται ἀψαθαι ἐν πεπερασμένῳ χρόνῳ, τῶν δὲ κατὰ διαιρέσιν ἐνδέχεται· και γὰρ αὐτὸς ὁ χρόνος οὕτως ἀπειρος. Ὡστε ἐν τῷ ἀπείρῳ και οὐκ ἐν τῷ πεπερασμένῳ συμβαίνει διέναι τὸ ἀπειρον, και ἀπτεσθαι τῶν ἀπείρων τοῖς ἀπείροις, οὐ τοῖς πεπερασμένοις. Οὔτε δὴ τὸ ἀπειρον ὀλοντε ἐν πεπερασμένῳ χρόνῳ διελθεῖν, οὐτ' ἐν ἀπείρῳ τὸ πεπερασμένον· ἀλλ' εἴαν τε ὁ χρόνος ἀπειρος ἦ, και τὸ μέγεθος ἔσται ἀπειρον, εἴαν τε τὸ μέγεθος, και ὁ χρόνος. (10) Ἐστω γὰρ πεπερασμένον μέγεθος ἐφ' οὗ ΑΒ, χρόνος δὲ ἀπειρος ἐφ' οὗ Γ· εἰλήφθω δὲ τι τοῦ χρόνου πεπερασμένον, ἐφ' οὗ ΓΔ. Ἐν τούτῳ οὖν δίεισι τι τοῦ μεγέθους, και ἔστω διεληλυθὸς ἐφ' οὗ ΒΕ. Τοῦτο δὲ ἢ καταμετρήσει τὸ ἐφ' οὗ ΑΒ, ἢ ἐλλείψει, ἢ ὑπερβαλεῖ· διαφέρει γὰρ οὐθέν· εἰ γὰρ αἰ τὸ ἴσον τῷ ΒΕ μέγεθος ἐν ἴσῳ χρόνῳ δίεισι, τοῦτο δὲ καταμετρεῖ τὸ ὅλον, πεπερασμένον ἔσται ὁ πᾶς χρόνος ἐν οὗ διήλθεν· εἰ ἴσα γὰρ διαιρηθήσεται, ὡς και τὸ μέγεθος. (11) Ἐτι δ' εἰ μὴ πᾶν μέγεθος ἐν ἀπείρῳ χρόνῳ δίεισιν, ἀλλ' ἐνδέχεται τι και ἐν πεπερασμένῳ διελθεῖν, ὅλον τὸ ΒΕ, τοῦτο δὲ καταμετρήσει τὸ πᾶν, και τὸ ἴσον ἐν ἴσῳ δίεισιν· ὥστε πεπερασμένον ἔσται και ὁ χρόνος. Ὅτι δ' οὐκ ἐν ἀπείρῳ δίεισι τὸ ΒΕ, φανερόν, εἰ ληφθῆι ἐπὶ θάτερα πεπερασμένον ὁ χρόνος· εἰ γὰρ ἐν ἐλάττονι τὸ μέρος δίεισι, τοῦτο ἀνάγκη πεπερᾶνθαι, θατέρου γὰρ πέρατος ὑπάρχοντος. (12) Ἡ αὐτὴ δὲ ἀπόδειξις και

ubi γ x. Quum autem τὸ β mobile tardius, tempore ζ θ pertransierit longitudinem γ x : velocius eam conficit minori tempore; quapropter rursus dividetur tempus ζ θ. Hoc autem ratio, etiam magnitudo γ x dividetur secundum eandem rationem. Quodsi magnitudo, etiam tempus; ac semper hoc erit, si sumentes progrediamur a velociori ad tardius, et a tardiore ad velocius; atque eo quod demonstratum erit, utamur : nam velocius dividit tempus, ac tardius longitudinem. Ergo si semper conversio est vera, convertendo autem semper fit divisio; perspicuum est omne tempus esse continuum. (7) Simul autem patet, omnem magnitudinem esse continuam : quoniam isdem et aequalibus divisionibus tempus et magnitudo dividuntur. Præterea etiam ex sermonibus qui vulgo haberi solent, perspicuum est, si tempus sit continuum, etiam magnitudinem esse continuam : siquidem dimidio tempore pertransit dimidium spatii, et omnino minori tempore minus spatii; eadem enim divisiones erunt temporis ac magnitudinis. (8) Et si alterutrum esse infinitum, etiam alterum infinitum est; et ut alterum, ita etiam alterum; veluti, si tempus sit extremis infinitum, etiam longitudo extremis infinita erit; si vero illud est divisione infinitum, divisione erit infinita etiam magnitudo; sin autem utroque modo tempus, utroque modo etiam magnitudo. (9) Ideoque Zenonis ratio falsum sumit, non posse aliquid infinita pertransire, seu tangere infinita singillatim tempore finito; nam et longitudo, et tempus, et omnino continuum omne bifariam dicitur infinitum : nimirum vel divisione, vel extremis. Quæ igitur secundum quantitatem sunt infinita, non possunt tangi tempore finito : quæ vero secundum divisionem, possunt : quoniam et ipsum tempus ita est infinitum. Quare tempore infinito, non finito, accidit ut aliquid pertranseat infinita, ac tangat infinita infinitis, non finitis. Ergo nec infinitum potest finito tempore pertransiri, nec infinito finitum : sed si tempus infinitum sit, etiam magnitudo erit infinita, et, si magnitudo, etiam tempus. (10) Esto namque finita magnitudo, ubi α β : tempus infinitum, ubi γ. Sumatur igitur aliqua pars temporis finita, ubi γ δ. Hoc igitur tempore conficiet aliquam partem magnitudinis : ac pertranseat partem, ubi β ε. Hæc vero aut metietur magnitudinem α β, aut deficiet, aut superabit : nihil enim refert; nam si semper æqualem magnitudinem parti β ε æquali tempore conficit, hæc autem metitur totam magnitudinem : universum tempus, quo pertransiit, finitum erit; quandoquidem in partes æquales dividetur, sicut et magnitudo. (11) Præterea si non omnem magnitudinem infinito tempore pertransit, sed aliquam tempore finito pertransire potest, ut partem β ε, hæc autem metietur totum : etiam æqualem partem æquali tempore pertransit; quare tempus quoque finitum erit. Quod autem non infinito tempore mobile pertranseat partem β ε, perspicuum erit, si sumptum fuerit ab altera parte finitum tempus; nam si minori tempore conficit partem, necesse est hoc esse finitum, quum alter terminus adsit. (12) Eadem est de-

εἰ τὸ μὲν μῆκος ἀπειρον, ὃ δὲ χρόνος πεπερασμένος. Φανερόν οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων ὡς οὔτε γραμμῆ, οὔτε ἐπιπέδον οὔτε ὄλως τῶν συνεχῶν οὐθὲν ἔσται ἄτομον, οὐ μόνον διὰ τὸ νῦν λεγθέν, ἀλλὰ καὶ ὅτι συμβήσεται διαιρεῖσθαι τὸ ἄτομον. (13) Ἐπεὶ γὰρ ἐν ἀπαντι χρόνῳ τὸ θάττον καὶ βραδύτερον ἔστι, τὸ δὲ θάττον πλείον διέρχεται ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ, ἐνδέχεται καὶ διπλάσιον καὶ ἡμιόλιον διένειμι μῆκος· εἴη γὰρ ἂν οὗτος ὁ λόγος τοῦ τάχους. Ἐνηγέσθω οὖν τὸ θάττον ἡμιόλιον ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, καὶ διηρήσθω τὰ μεγέθη τὰ μὲν τοῦ θάττονος, ἐφ' ᾧ AB ΒΓ ΓΔ, εἰς τρία ἄτομα, τὰ δὲ τοῦ βραδυτέρου εἰς δύο, ἐφ' ὧν ΕΖ ΖΗ. Οὐκοῦν καὶ ὁ χρόνος διαιρεθήσεται εἰς τρία ἄτομα· τὸ γὰρ ἴσον ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ δίδεισι. Διηρήσθω οὖν ὁ χρόνος εἰς τὰ ΚΑ ΛΜ ΜΝ. Πάλιν δ' ἐπεὶ τὸ βραδυτέρον ἐνήνκεται τὴν ΕΖ ΖΗ, καὶ ὁ χρόνος τμηθήσεται δίχα. Διαιρεθήσεται ἄρα τὸ ἄτομον, καὶ τὸ ἀμερές οὐκ ἐν ἀτόμῳ δίδεισι, ἀλλ' ἐν πλείονι. Φανερόν οὖν ὅτι οὐδὲν ἔστι τῶν συνεχῶν ἀμερές.

CAP. III. [II.]

Ἄναγκη δὲ καὶ τὸ νῦν τὸ μὴ καθ' ἕτερον ἀλλὰ καθ' αὐτὸ καὶ πρῶτον λεγόμενον ἀδιαίρετον εἶναι, καὶ ἐν ἀπαντι τὸ τοιοῦτο χρόνῳ ἐνυπάρχειν. Ἔστι γὰρ ἔσχατον τι τοῦ γεγονότος, οὐ ἐπὶ τάδε οὐθὲν ἔστι τοῦ μέλλοντος, καὶ πάλιν τοῦ μέλλοντος, οὐ ἐπὶ τάδε οὐθὲν ἔστι τοῦ γεγονότος· ὃ δὲ ἔφαμεν ἀμφοῖν εἶναι πέρασ. (2) Τοῦτο δὲ ἂν δειχθῆι ὅτι τοιοῦτόν ἐστι καθ' αὐτὸ καὶ ταῦτόν, ἅμα φανερόν ἔσται καὶ ὅτι ἀδιαίρετον. (3) Ἄναγκη δὲ τὸ αὐτὸ εἶναι τὸ νῦν τὸ ἔσχατον ἀμφοτέρων τῶν χρόνων· εἰ γὰρ ἕτερον, ἐφεξῆς μὲν οὐκ ἂν εἴη θάτερον θάτερον, διὰ τὸ μὴ εἶναι συνεχές ἐξ ἀμερῶν· εἰ δὲ χωρὶς ἑκάτερον, μεταξὺ ἔσται χρόνος· πᾶν γὰρ τὸ συνεχές τοιοῦτον ὥστ' εἶναι τι συνώνυμον μεταξὺ τῶν περάτων. Ἀλλὰ μὴν εἰ χρόνος τὸ μεταξὺ, διαιρετόν ἔσται· πᾶς γὰρ χρόνος δέδεικται ὅτι διαιρετός. Ὅστε διαιρετόν τὸ νῦν. Εἰ δὲ διαιρετόν τὸ νῦν, ἔσται τι τοῦ γεγονότος ἐν τῷ μέλλοντι καὶ τοῦ μέλλοντος ἐν τῷ γεγονότι· καθ' ὃ γὰρ ἂν διαιρεθῆι, τοῦτο διοριεῖ τὸν παρήκοντα καὶ τὸν μέλλοντα χρόνον. (4) Ἄμα δὲ καὶ οὐκ ἂν καθ' αὐτὸ εἴη τὸ νῦν, ἀλλὰ καθ' ἕτερον· ἢ γὰρ διαίρεσις οὐ καθ' αὐτό. Πρὸς δὲ τούτοις τοῦ νῦν τὸ μὲν τι γεγονός ἔσται, τὸ δὲ μέλλον, καὶ οὐκ αἰεὶ τὸ αὐτὸ γεγονός ἢ μέλλον. Οὐδὲ δὲ τὸ νῦν τὸ αὐτό· πολλαχῆ γὰρ διαιρετός ὁ χρόνος. (5) Ὅστ' εἰ ταῦτα ἀδύνατον ὑπάρχειν τῷ νῦν, ἀνάγκη τὸ αὐτὸ εἶναι τὸ ἐν ἑκατέρῳ νῦν. Ἀλλὰ μὴν εἰ ταῦτό, φανερόν ὅτι καὶ ἀδιαίρετον· εἰ γὰρ διαιρετόν, πάλιν ταῦτά συμβήσεται ἅ καὶ ἐν τῷ πρότερον. (6) Ὅτι μὲν τοίνυν ἔστι τι ἐν τῷ χρόνῳ ἀδιαίρετον, ὃ φαμεν εἶναι τὸ νῦν, ὄπλον ἐστὶν ἐκ τῶν εἰρημένων. Ὅτι δ' οὐδὲν ἐν τῷ νῦν κινεῖται, ἐκ τῶνδε φανερόν· εἰ γὰρ ἔστιν, ἐνδέχεται καὶ θάττον κινεῖσθαι ἐν αὐτῷ καὶ βραδυτέρον. Ἔστω δὲ τὸ νῦν, ἐφ' ᾧ Ν, κενήσθω δ' ἐν αὐτῷ τὸ θάττον τὴν ΑΒ. Οὐκοῦν τὸ βρα-

monstratio, etiam tum, si ponatur longitudo esse infinita, tempus vero finitum. Patet igitur ex iis quæ dicta sunt, neque lineam, neque superficiem, neque omnino ullum continuum esse individuum, non solum ob id quod nunc dictum fuit, sed etiam quia accidet dividi quod est individuum. (13) Quum enim in omni tempore sit celerius ac tardius, celerius autem plus conficiat æquali tempore: fieri potest ut conficiat duplam aut sescuplam longitudinem: quandoquidem hæc potest esse ratio celeritatis. Latum igitur esto velocius per longitudinem sescuplam eodem tempore; ac dividantur magnitudines, velocioris quidem, ubi αβ, βγ, γδ, in tres partes individuas; tardioris autem in duas, ubi εζ, ζη. Ergo etiam tempus dividetur in tres partes individuas: quoniam æquale spatium æquali tempore conficit. Dividatur igitur tempus in κλ, λμ, μν; rursus quia tardius latum est per εζ, ζη: tempus quoque secabitur in duas partes. Itaque quod est individuum, dividetur; et quod partibus vacat, non pertransit individuo tempore, sed longiori. Perspicuum igitur est, nullum continuum partibus carere.

Necesse autem est momentum, quod non per aliud, sed per se et primo dicitur, esse individuum, ac tale momentum in omni tempore inesse. Est enim extremum quiddam præteriti, citra quod nihil est futuri: et rursus futuri, ultra quod nihil est præteriti: quod quidem diximus esse utriusque terminum. (2) Hoc autem si ostensum fuerit tale esse per se, atque idem: simul perspicuum erit esse individuum. (3) Necesse igitur est, momentum quod est utriusque temporis extremum, esse idem. Nam si sit diversum, non poterit alterum alteri deinceps esse, propterea quod non est continuum ex iis quæ partibus vacant; si vero utrumque seorsum est, tempus erit interjectum: omne enim continuum est tale, ut sit aliquod synonymum extremis interjectum. Atqui si tempus est, quod est interjectum, dividuum erit: quia probatum est omne tempus esse dividuum. Quapropter momentum erit dividuum. Quodsi momentum sit dividuum, erit aliquid præteriti in futuro, et futuri in præterito; id enim quo dividetur, præsens ac futurum tempus determinabit. (4) Item momentum non erit terminus per se, sed per aliud: divisio namque non est ejus quod est per se. Ad hæc præsens momenti aliquid erit præteritum, aliud futurum: nec semper idem præteritum, aut futurum. Ergo nec præsens momentum semper est idem: quia tempus multis modis dividi potest. (5) Quocirca si hæc momento inesse nequeunt, necesse est idem esse in utroque momentum. At vero si idem sit, patet etiam esse individuum: quia si sit dividuum, rursus eadem evenient quæ in priori argumento dicta sunt. (6) Esse igitur aliquid in tempore individuum, quod dicimus esse momentum, constat ex iis quæ dicta sunt. Nihil autem in momento moveri, ex his perspicuum erit: quoniam si id sit, poterit et celerius in eo moveri et tardius. Esto igitur momentum, in quo v, et in eo moveatur, quod est celerius per longitudinem αβ. Quod igitur est tardius, in eodem movebitur per longitu-

δύτερον ἐν τῷ αὐτῷ ἐλάττω τῆς AB κινήσεται, οἷον τὴν ΑΓ. Ἐπεὶ δὲ τὸ βραδύτερον ἐν δλω τῷ νῦν κενήσεται τὴν ΑΓ, τὸ ἄττον ἐν ἐλάττονι τούτου κινήσεται. Ὅστε διαιρεθῆσεται τὸ νῦν. Ἄλλ' ἦν ἀδιαίρετον. 6 Οὐκ ἄρα ἔστι κινεῖσθαι ἐν τῷ νῦν. (7) Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἠρεμεῖν· ἠρεμεῖν γὰρ ἐλέγομεν τὸ πεφυκὸς κινεῖσθαι μὴ κινούμενον ὅτε πέφυκε καὶ οὐ καὶ ὡς· ὥστ' ἐπεὶ ἐν τῷ νῦν οὐθὲν πέφυκε κινεῖσθαι, ὄτλον ὡς οὐδ' ἠρεμεῖν. (8) Ἐτι δ' εἰ τὸ αὐτὸ μὲν ἔστι τὸ 10 νῦν ἐν ἀμφοῖν τοῖν χρόνοι, ἐνδέχεται δὲ τὸν μὲν κινεῖσθαι, τὸν δ' ἠρεμεῖν ὄλον· τὸ δ' ὄλον κινούμενον τὸν χρόνον ἐν δτωῶν κινήσεται τῶν τούτου καθ' ὃ πέφυκε κινεῖσθαι, καὶ τὸ ἠρεμοῦν ὡσαύτως ἠρεμήσει, συμβήσεται τὸ αὐτὸ ἅμα ἠρεμεῖν καὶ κινεῖσθαι· τὸ γὰρ 15 αὐτὸ ἔσχατον τῶν χρόνων ἀμφοτέρων, τὸ νῦν. Ἐτι δ' ἠρεμεῖν μὲν λέγομεν τὸ ὁμοίως ἔχον καὶ αὐτὸ καὶ τὰ μέρη νῦν καὶ πρότερον· ἐν δὲ τῷ νῦν οὐκ ἔστι τὸ πρότερον, ὥστ' οὐδ' ἠρεμεῖν. Ἀνάγκη ἄρα καὶ κινεῖσθαι τὸ κινούμενον ἐν χρόνῳ καὶ ἠρεμεῖν τὸ ἠρεμοῦν.

dinem minorem quam $\alpha\beta$, veluti per $\alpha\gamma$. Quia vero quod est tardius in toto momento, motum est per $\alpha\gamma$: id quod est celerius, in minori quam hoc sit movebitur. Quapropter dividetur momentum; atqui erat individuum: non potest igitur moveri in momento. (7) Sed nec quiescere; nam quiescere dicebamus, quod naturá aptum est moveri, nec movetur quando naturá aptum est, et ubi, et quomodo. Quare quum in momento nihil sit naturá aptum moneri, constat non esse etiam aptum quiescere. (8) Præterea si idem est momentum in utroque tempore; potest autem toto altero moveri, altero toto quiescere; quod autem toto tempore movetur, in quavis huius parte movebitur, in quo naturá aptum est moveri; et quiescens itidem quiescet: profecto eveniet ut idem simul quiescat et moveatur. Idem enim est extremum utriusque temporis, nimirum momentum. Præterea quiescere dicimus, quod similiter se habet et ipsum et partes ejus tam nunc quam prius: sed in momento non est prius: quare nec quiescere. Necesse est igitur, id quod movetur, in tempore moveri: et quod quiescit, in tempore quiescere.

CAP. IV. [III.]

20 Τὸ δὲ μεταβάλλον ἅπαν ἀνάγκη διαιρετὸν εἶναι· ἐπεὶ γὰρ ἐκ τινος εἰς τι πᾶσα μεταβολή, καὶ ὅταν μὲν ἦ ἐν τούτῳ εἰς δ μετέβαλεν, οὐκέτι μεταβάλλει· ὅταν δὲ ἐξ οὗ μετέβαλε, καὶ αὐτὸ καὶ τὰ μέρη πάντα οὐ μεταβάλλει· τὸ γὰρ ὡσαύτως ἔχον καὶ αὐτὸ καὶ τὰ μέρη 25 οὐ μεταβάλλει. Ἀνάγκη οὖν τὸ μὲν τι ἐν τούτῳ εἶναι, τὸ δ' ἐν θατέρῳ τοῦ μεταβάλλοντος· οὔτε γὰρ ἐν ἀμφοτέροις οὐτ' ἐν μηδετέρῳ δυνατὸν. Λέγω δ' εἰς δ μεταβάλλει τὸ πρῶτον κατὰ τὴν μεταβολήν, οἷον ἐκ τοῦ λευκοῦ τὸ φαιόν, οὐ τὸ μέλαν· οὐ γὰρ ἀνάγκη τὸ μεταβάλλον ἐν ὅποτερωοῦν εἶναι τῶν ἄκρων. Φανερόν οὖν 30 ὅτι πᾶν τὸ μεταβάλλον ἔσται διαιρετὸν.

[IV.] 2. Κίνησις δ' ἔστι διαιρετὴ διγῶς, ἓνα μὲν τρόπον τῷ χρόνῳ, ἄλλον δὲ κατὰ τὰς τῶν μερῶν τοῦ κινουμένου κινήσεις, οἷον, εἰ τὸ ΑΓ κινεῖται ὄλον, καὶ 35 τὸ ΑΒ κινήσεται καὶ τὸ ΒΓ. Ἐστω δὲ, ΒΓ τοῦ μὲν ΑΒ ἢ ΔΕ, τοῦ δὲ ΒΓ ἢ ΕΖ κίνησις τῶν μερῶν. Ἀνάγκη δὲ τὴν δλην, ἐφ' ἧς ἡ ΔΖ, τοῦ ΑΓ εἶναι κίνησιν· κινήσεται γὰρ κατὰ ταύτην, ἐπεὶ περ ἑκάτερον τῶν μερῶν κινεῖται καθ' ἑκατέραν. Οὐθὲν δὲ κινεῖται 40 κατὰ τὴν τοῦ ἄλλου κίνησιν· ὥστε ἡ δλη κίνησις τοῦ ὄλου ἔστι μεγέθους κίνησις. (3) Ἐτι δ' εἰ πᾶσα μὲν κίνησις τινός, ἡ δ' δλη κίνησις ἡ ἐφ' ἧς ΔΖ, μήτε τῶν μερῶν ἔστι μηδετέρου (μέρους γὰρ ἑκατέρα) μήτε ἄλλου μηδενοῦ (οὗ γὰρ ἡ δλη ὄλου, καὶ τὰ μέρη τῶν 45 μερῶν· τὰ δὲ μέρη τῆς ΔΖ τῶν ΑΒΓ καὶ οὐδένοων ἄλλων· πλειόνων γὰρ οὐκ ἦν μία κίνησις), καὶ ἡ δλη κίνησις εἴη ἂν τοῦ ΑΒΓ μεγέθους. (4) Ἐτι δ' εἰ μὲν ἔστιν ἄλλη τοῦ ὄλου κίνησις, οἷον ἐφ' ἧς ΘΙ, ἀφαιρεθῆσεται ἀπ' αὐτῆς ἡ ἑκατέρων τῶν μερῶν κίνησις· αὐταὶ 50 δ' ἴσαι ἔσονται ταῖς ΔΕ ΕΖ· μία γὰρ ἐνός κίνησις· ὥστ' εἰ μὲν δλη διαιρεθῆσεται ἡ ΘΙ εἰς τὰς τῶν μερῶν κινήσεις, ἴση ἔσται ἡ ΘΙ τῇ ΔΖ· εἰ δ' ἀπολείπει τι, οἷον

Quicquid autem mutatur, necesse est ut dividuum sit. Quum enim omnis mutatio sit ex aliquo in aliquod; et quando res est in hoc in quod mutata est, non mutatur amplius; quando autem in eo ex quo est mutata, tam ipsa quam partes ejus omnes non mutantur: (quod enim eodem modo se habet, nec ipsum nec ejus partes mutantur): necesse igitur est partem ejus quod mutatur, esse in hoc; partem in altero: quia nec in utrisque nec in neutro totum esse potest. Dico autem in quod mutatur, id est, quod est primum in mutatione: veluti, ex albo fuscum, non nigrum. Non est enim necesse ut quod mutatur, sit in utroque extremo. Perspicuum igitur est, quicquid mutatur, fore dividuum.

[IV.] 2. Motus autem bifariam est dividuus: uno modo, ratione temporis; altero, secundum motus partium ejus quod movetur: ut puta si τὸ $\alpha\gamma$ movetur totum, etiam pars $\alpha\beta$ movebitur, et pars $\beta\gamma$. Esto igitur partis $\alpha\beta$ motus $\delta\epsilon$: partis autem $\beta\gamma$ motus $\epsilon\zeta$. Ergo necesse est, totum $\delta\zeta$ esse motum ipsius $\alpha\gamma$: movebitur enim secundum hunc motum; quandoquidem utraque pars movetur secundum utrumque: nihil autem movetur alius rei motu; quapropter totus motus est totius magnitudinis motus. (3) Præterea si omnis motus est alicujus; totus autem motus $\delta\zeta$, nec est alterutrius partis (nam utriusque partis est utraque pars motus), nec alius cujuspiam (cujus enim totius est totus motus, etiam partes sunt partium: partes autem motus $\delta\zeta$, sunt partium $\alpha\beta\gamma$, non aliorum: quia plurium non est unus motus): profecto etiam totus motus erit magnitudinis $\alpha\beta\gamma$. (4) Præterea si alius est motus totius, veluti in quo est θ , auferetur ab eo motus utriusque partis. Hi vero motus æquales erunt motibus $\delta\epsilon$, $\epsilon\zeta$: quandoquidem unus motus est unius. Quocirca si totus motus θ dividetur in partium motus, æqualis erit motus θ motui $\delta\zeta$. Si quid autem restat, veluti τὸ κ hic nullius erit mo-

τὸ ΚΙ, αὐτὴ οὐδενὸς ἔσται κίνησις· οὔτε γὰρ τοῦ ὄλου, οὔτε τῶν μερῶν, διὰ τὸ μίαν εἶναι ἐνός, οὔτε ἄλλου οὐθενός· ἢ γὰρ συνεχῆς κίνησις ἔστι συνεχῶν τινῶν· ὡσαύτως δὲ καὶ εἰ ὑπερβάλλει κατὰ τὴν διάρσειν.

5 Ὡστ' εἰ τοῦτο ἀδύνατον, ἀνάγκη τὴν αὐτὴν εἶναι καὶ ἴσην. Αὐτὴ μὲν οὖν ἡ διάρσεις κατὰ τὰς τῶν μερῶν κινήσεις ἔστί, καὶ ἀνάγκη παντός εἶναι τοῦ μεριστοῦ αὐτῆν. (5) Ἄλλη δὲ κατὰ τὸν χρόνον· ἐπεὶ γὰρ ἅπαντα κινήσις ἐν χρόνῳ, χρόνος δὲ πᾶς διαιρετός, ἐν δὲ τῷ

10 ἐλάττω ἐλάττων ἡ κίνησις, ἀνάγκη πᾶσαν κίνησιν διαιρεῖσθαι κατὰ τὸν χρόνον. [V.] (6) Ἐπεὶ δὲ πᾶν τὸ κινούμενον ἐν τινι κινεῖται καὶ χρόνον τινά, καὶ παντός ἔστι [κινουμένου] κίνησις, ἀνάγκη τὰς αὐτὰς εἶναι διαιρέσεις τοῦ τε χρόνου καὶ τῆς κινήσεως καὶ τοῦ κινεῖσθαι καὶ τοῦ κινουμένου, καὶ ἐν ᾧ ἡ κίνησις· πλὴν οὐ

15 πάντων ὁμοίως, ἐν οἷς ἡ κίνησις, ἀλλὰ τοῦ μὲν ποσοῦ καθ' αὐτό, τοῦ δὲ ποιού κατὰ συμβεβηκός. Εἰλήφθω γὰρ ὁ χρόνος ἐν ᾧ κινεῖται ἐφ' ᾧ Α, καὶ ἡ κίνησις ἐφ' ᾧ Β. Εἰ οὖν τὴν ὄλην ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ κεινηται,

20 ἐν τῷ ἡμίσει ἐλάττω, καὶ πάλιν τούτου διαιρεθέντος, ἐλάττω ταύτης, καὶ αἰε οὕτως. Ὅμοίως δὲ καὶ εἰ ἡ κίνησις διαιρετή, καὶ ὁ χρόνος διαιρετός· εἰ γὰρ τὴν ὄλην ἐν τῷ παντί, τὴν ἡμίσειαν ἐν τῷ ἡμίσει, καὶ πάλιν τὴν ἐλάττω ἐν τῷ ἐλάττω. (7) Τὸν αὐτὸν δὲ

25 τρόπον καὶ τὸ κινεῖσθαι διαιρεθήσεται. Ἐστω γὰρ ἐφ' ᾧ Γ τὸ κινεῖσθαι. Κατὰ δὲ τὴν ἡμίσειαν κίνησιν ἐλάττων ἔσται τοῦ ὄλου, καὶ πάλιν κατὰ τὴν τῆς ἡμίσειας ἡμίσειαν, καὶ αἰε οὕτως. Ἐστὶ δὲ καὶ ἐκθέμενον τὸ καθ' ἑκατέραν τῶν κινήσεων κινεῖσθαι, οἷον

30 κατὰ τε τὴν ΔΓ' καὶ τὴν ΓΕ, λέγειν ὅτι τὸ ὄλον ἔσται κατὰ τὴν ὄλην· εἰ γὰρ ἄλλο, πλείω ἔσται κινεῖσθαι κατὰ τὴν αὐτὴν κίνησιν, ὥσπερ ἐδείξαμεν καὶ τὴν κίνησιν διαιρετὴν εἰς τὰς τῶν μερῶν κινήσεις οὔσαν· ληφθέντος γὰρ τοῦ κινεῖσθαι καθ' ἑκατέραν, συνεχῆς ἔσται

35 τὸ ὄλον. (8) Ὡσαύτως δὲ δειχθήσεται καὶ τὸ μῆκος διαιρετόν, καὶ ὄλωσ πᾶν ἐν ᾧ ἐστὶν ἡ μεταβολή· πλὴν ἓνα κατὰ συμβεβηκός, ὅτι τὸ μεταβάλλον ἔστι διαιρετόν· ἐνὸς γὰρ διαιρουμένου, πάντα διαιρεθήσεται. Καὶ ἐπὶ τοῦ πεπερασμένου εἶναι ἢ ἄπειρα, ὁμοίως ἔξει κατὰ

40 πάντων. Ἠκολούθηκε δὲ μάλιστα τὸ διαιρεῖσθαι πάντα καὶ ἄπειρα εἶναι ἀπὸ τοῦ μεταβάλλοντος· εὐθύς γὰρ ἐνυπάρχει τῷ μεταβάλλοντι τὸ διαιρετόν καὶ τὸ ἄπειρον. Τὸ μὲν οὖν διαιρετόν δέδεικται πρότερον, τὸ δ' ἄπειρον ἐν τοῖς ἐπομένοις ἔσται ὀφθαλμῶν.

tus. Nam nec totius, nec partium, propterea quod unus est unius, nec alius cuiusquam; quia continuus motus est aliorum continuoorum. Itidemque si superat secundum divisionem. Quare si hoc est impossibile, necesse est eundem esse et æqualem. Hæc igitur divisio est ex partium motibus: ac necesse est eam esse cuiusvis partes habentis. (5) Alia vero sumitur ex tempore. Quum enim omnis motus sit in tempore, omne autem tempus sit dividuum, et minori tempore motus sit minor: necesse est omnem motum dividi pro ratione temporis. [V.] (6) Quum autem quicquid movetur, in aliquo moveatur, et in aliquo tempore; et cuiuscumque rei quæ movetur, sit motus: necesse est easdem esse divisiones et temporis, et motus, et ipsius moveri, et ejus quod movetur, et ejus in quo fit motus: quanquam non similiter divisio est omnium eorum in quibus est motus: sed quantitatis est per se; qualitatis vero, ex accidenti. Sumatur enim tempus quo movetur, ubi α, et motus, ubi β: si igitur totum motum toto tempore conficit: certe dimidia parte temporis minorem motum conficiet; et rursus hoc minore tempore diviso, conficiet motum hoc minorem: atque ita semper. Similiterque si motus est dividuus, etiam tempus est dividuum; nam si totum motum toto tempore conficit, etiam dimidiam partem motus dimidia parte temporis conficiet: ac rursus minorem motum minori tempore. (7) Eodem modo etiam ipsum moveri dividetur. Esto namque moveri, ubi γ: ergo secundum dimidiam motus partem erit minus toto; et rursus secundum dimidiam dimidiæ; atque ita perpetuo. Licet etiam exposito ipso moveri secundum utrumque motum, veluti secundum δ γ, et γ ε, dicere totum moveri fore secundum totum motum. Nam si aliud sit, plura erunt moveri secundum eundem motum, sicut ostendimus etiam motum dividuum esse in motus partium. Sumpto enim ipso moveri secundum utrumque motum, certe totum erit continuum. (8) Itidem etiam probabitur longitudinem esse dividuum; et omnino id omne in quo est mutatio; (nisi quod nonnulla ex accidenti dividantur); quia quod mutatur, est dividuum; etenim si unum dividitur, omnia dividuntur. Et quantum ad hoc ut finita sint vel infinita, similiter se res habebit in omnibus. Omnia vero dividi, et esse infinita, maxime consequens est ex eo quod mutatur. Statim enim inest ei quod mutatur, esse dividuum, et infinitum. Dividuum igitur esse, probatum est antea: infinitas vero in sequentibus erit manifesta.

CAP. V. [VI.]

45 Ἐπεὶ δὲ πᾶν τὸ μεταβάλλον ἐκ τινος εἰς τι μεταβάλλει, ἀνάγκη τὸ μεταβεβηκός, ὅτε πρῶτον μεταβεβηκεν, εἶναι ἐν ᾧ μεταβεβηκε· τὸ γὰρ μεταβάλλον, ἐξ οὗ μεταβάλλει, ἐξίσταται ἢ ἀπολείπει αὐτό, καὶ ἕτοι τῶν ἑστὶ τὸ μεταβάλλειν καὶ τὸ ἀπολείπειν, ἢ ἀκολουθεῖ

50 τῷ μεταβάλλειν τὸ ἀπολείπειν· εἰ δὲ τῷ μεταβάλλειν τὸ ἀπολείπειν, τῷ μεταβεβηκέναι τὸ ἀπολειποῦναι ὁμοίως γὰρ ἐκάτερον ἔχει πρὸς ἐκάτερον. (2) Ἐπεὶ οὖν μίξ τῶν

Quia vero quicquid mutatur, ex aliquo in aliquod mutatur: necesse est, id quod est mutatum, quum primum est mutatum, esse in eo in quod est mutatum. Quod enim mutatur, exit ex eo ex quo mutatur, seu ipsum relinquit: et vel idem est mutari ac relinquere; vel ipsi mutari consequens est relinquere; et si hoc, ipsi mutatum esse consequens est reliquisse: quia similiter utrumque affectum est ad utrumque. (2) Quoniam igitur mutationum una est, quæ

μεταβολῶν ἢ κατ' ἀντίφασιν, ὅτε μεταβέβληκεν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ ὄν, ἀπολέλοιπε τὸ μὴ ὄν. Ἔσται ἄρα ἐν τῷ ὄντι· πᾶν γὰρ ἀνάγκη ἢ εἶναι ἢ μὴ εἶναι. Φανερόν οὖν ὅτι ἐν τῇ κατ' ἀντίφασιν μεταβολῇ τὸ μεταβέβλητος ἔσται ἐν ᾧ μεταβέβληκεν. Εἰ δ' ἐν ταύτῃ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις· ὁμοίως γὰρ ἐπὶ μιᾶς καὶ τῶν ἄλλων. (3) Ἔτι δὲ καθ' ἑκάστην λαμβάνουσι φανερόν, εἴπερ ἀνάγκη τὸ μεταβέβλητος εἶναι· οὐ γὰρ ἔν τινι. Ἐπεὶ γὰρ ἐξ οὗ μεταβέβληκεν ἀπολέλοιπεν, ἀνάγκη δ' εἶναι 10 πού, ἢ ἐν τούτῳ ἢ ἐν ἄλλῳ ἔσται. Εἰ μὲν οὖν ἐν ἄλλῳ, οἷον ἐν τῷ Γ, τὸ εἰς τὸ Β μεταβέβλητος, πάλιν ἐκ τοῦ Γ μεταβάλλει εἰς τὸ Β· οὐ γὰρ ἦν ἐρχόμενον τῷ Β· ἢ γὰρ μεταβολὴ συνεχής. Ὡστε τὸ μεταβέβλητος, ὅτε μεταβέβληκε, μεταβάλλει εἰς ὃ μεταβέβληκε· τοῦτο 15 δ' ἀδύνατον· ἀνάγκη ἄρα τὸ μεταβέβλητος εἶναι ἐν τούτῳ εἰς ὃ μεταβέβληκε. (4) Φανερόν οὖν ὅτι καὶ τὸ γεγονός, ὅτε γέγονεν, ἔσται, καὶ τὸ ἐφθαρμένον οὐκ ἔσται· καθόλου τε γὰρ εἴρηται περὶ πάσης μεταβολῆς, καὶ μάλιστα ὀπλον ἐν τῇ κατ' ἀντίφασιν. Ὅτι μὲν 20 τοῖνον τὸ μεταβέβλητος, ὅτε μεταβέβληκε πρῶτον, ἐν ἐκείνῳ ἐστί, ὀπλον. [VII.] (5) Ἐν ᾧ δὲ πρῶτῳ μεταβέβληκε τὸ μεταβέβλητος, ἀνάγκη ἄτομον εἶναι. Λέγω δὲ πρῶτον ὃ μὴ τῷ ἕτερον τι αὐτοῦ εἶναι τοιοῦτόν ἐστιν. Ἔστω γὰρ διαιρετόν τὸ ΑΓ καὶ 25 διηρήσθω κατὰ τὸ Β. Εἰ μὲν οὖν ἐν τῷ ΑΒ μεταβέβληκεν, ἢ πάλιν ἐν τῷ ΒΓ, οὐκ ἂν ἐν πρῶτῳ τῷ ΑΓ μεταβέβλητος εἴη. Εἰ δ' ἐν ἑκατέρῳ μετέβαλλεν (ἀνάγκη γὰρ ἢ μεταβέβληκεναὶ ἢ μεταβάλλειν ἐν ἑκατέρῳ), κἂν ἐν τῷ ὅλῳ μεταβάλλοι· 30 ἄλλ' ἦν μεταβέβλητος. Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ εἰ ἐν τῷ μὲν μεταβάλλει, ἐν δὲ τῷ μεταβέβληκεν· ἔσται γὰρ τι τοῦ πρῶτου πρότερον· ὥστ' οὐκ ἂν εἴη διαιρετόν ἐν ᾧ μεταβέβληκε. (6) Φανερόν οὖν ὅτι καὶ τὸ ἐφθαρμένον καὶ τὸ γεγονός ἐν ἄτομῳ τὸ μὲν ἐφθαρταί, 35 τὸ δὲ γέγονε. [VIII.] Λέγεται δὲ τὸ ἐν ᾧ πρῶτῳ μεταβέβληκε διχῶς, τὸ μὲν ἐν ᾧ πρῶτῳ ἐπετελέσθη ἢ μεταβολή (τότε γὰρ ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι μεταβέβληκε), τὸ δὲ ἐν ᾧ πρῶτῳ ἤρξατο μεταβάλλειν. (7) Τὸ μὲν οὖν κατὰ τὸ τέλος τῆς μεταβολῆς πρῶτον λεγόμενον 40 ὑπάρχει τε καὶ ἔστιν· ἐνδέχεται γὰρ ἐπιτελεσθῆναι μεταβολὴν καὶ ἔστι μεταβολῆς τέλος, ὃ δὴ καὶ δέδεικται ἀδιαιρέτον ὄν, διὰ τὸ πέρασ εἶναι. Τὸ δὲ κατὰ τὴν ἀρχὴν ὅλως οὐκ ἔστιν· οὐ γὰρ ἔστιν ἀρχὴ μεταβολῆς οὐδ' ἐν ᾧ πρῶτῳ τοῦ χρόνου μετέβαλλεν· ἔστω 45 γὰρ πρῶτον, ἐφ' ᾧ τὸ ΑΔ. Τοῦτο δὲ ἀδιαιρέτον μὲν οὐκ ἔστι· συμβήσεται γὰρ ἐρχόμενα εἶναι τὰ νῦν. Ἔτι δ' εἰ ἐν τῷ ΓΑ χρόνῳ παντὶ ἡμερεῖ (κεῖσθω γὰρ ἡμερῶν), καὶ ἐν τῷ Α ἡμερεῖ· ὥστ' εἰ ἡμέρες ἔστι τὸ ΑΔ, ἅμα ἡμερεῖσιν καὶ μεταβέβλητος ἔσται· ἐν μὲν 50 γὰρ τῷ Α ἡμερεῖ, ἐν δὲ τῷ Δ μεταβέβληκεν. (8) Ἐπεὶ δ' οὐκ ἔστιν ἡμέρες, ἀνάγκη διαιρετόν εἶναι καὶ ἐν ὄντων τῶν τούτου μεταβέβληκεναὶ διαρεθέντος γὰρ τοῦ ΑΔ, εἰ μὲν ἐν μῆδετέρῳ μεταβέβληκεν, οὐδ' ἐν τῷ ὅλῳ· εἰ δ' ἐν ἀμφοῖν μεταβάλλει, καὶ ἐν τῷ παντὶ· εἰ

in contradictione cernitur, quando mutatum est ex non-ente in ens, reliquit non-ens. Erit igitur in ente: quia rem omnem necesse est aut esse aut non esse. Perspicuum est igitur, in ea mutatione quæ in contradictione spectatur, id quod est mutatum, esse in eo in quod est mutatum. Quodsi ita est in hac mutatione, certe etiam in ceteris; similis enim ratio est unius et ceterarum. (3) Præterea singillatim sumentibus perspicuum erit: siquidem necesse est, id quod est mutatum, esse alicubi sive in aliquo; nam quia deseruit id ex quo est mutatum; necesse autem est, ut sit alicubi: certe aut in hoc, aut in alio erit. Si igitur in alio, puta in γ , id sit quod est mutatum in β , rursus ex γ mutatur in β : non cohærebat enim ipsi β : quia mutatio est continua. Quapropter quod mutatum est, quando mutatum est, mutatur in id in quod est mutatum: quod est impossibile. Necesse igitur est ut, quod est mutatum, sit in hoc in quod est mutatum. (4) Perspicuum igitur est, etiam id quod est factum, tunc esse, quum est factum; et quod interiit, tunc non esse, quum interiit: quoniam universaliter dictum est de omni mutatione; et maxime est in ea manifestum, quæ in contradictione consistit. Ergo quod est mutatum, quum primum est mutatum, in illo esse constat. [VII.] (5) Id autem, in quo primo est mutatum, quod est mutatum, necessario est individuum. Dico autem primum, quod non est tale eo quod aliud quiddam ipsius sit primum. Esto namque $\alpha\gamma$ dividuum: et dividatur in β . Si igitur mutatum est in $\alpha\beta$, aut rursus in $\beta\gamma$: certe non erit mutatum in primo $\alpha\gamma$. Quodsi in utroque mutabatur (necesse est enim vel mutatum esse, vel mutari in utroque): etiam in toto mutaretur: atqui mutatum erat. Eadem est ratio, et si in altero mutatur, in altero autem est mutatum: erit enim aliquid primo prius. Quocirca primum, in quo mutatum est, non potest esse dividuum. (6) Perspicuum igitur est, et quod interiit, et quod ortum est, in individuo illud quidem interiisse, hoc autem ortum esse. [VIII.] Jam vero id in quo primum mutatum est, bifariam dicitur: alterum, in quo primo perfecta est mutatio: tunc enim vere dicitur mutatum esse: alterum autem, in quo primo cœpit mutari. (7) Quod igitur secundum finem mutationis, primum dicitur, inest, atque est; potest enim perfici mutatio: et est finis mutationis, quem probatum est esse individuum, propterea quod est terminus. Quod vero ratione principii dicitur, omnino non est: quia non est principium mutationis, nec in quo primo temporis mutatum sit. Esto namque primum, ubi $\alpha\delta$. Hoc igitur individuum non est: quoniam eveniet ut momenta sint cohærentia. Præterea si in toto $\alpha\gamma$ tempore quiescit (ponatur enim quiescere), etiam in α quiescit. Quapropter si $\alpha\delta$ est individuum, simul quiescet et mutatum erit; etenim in α quiescit, in δ autem mutatum est. (8) Quia vero partibus non caret, necesse est ut sit dividuum, et in quavis ejus parte mutatum fuerit. Diviso enim ipso $\alpha\delta$, siquidem in neutra parte mutatum fuerit, certe nec in toto: si vero in utrisque mutatur, etiam in toto. At si in

δ' ἐν θατέρῳ μεταβέβληκεν, οὐκ ἐν τῷ δὴ πρῶτῳ.
 Ὡστε ἀνάγκη ἐν ὅτῳ μεταβέβληται. Φανερόν
 τοίνυν ὅτι οὐκ ἔστι ἐν ᾧ πρῶτῳ μεταβέβληκεν· ἀπει-
 ροὶ γὰρ αἱ διαιρέσεις. (9) Οὐδὲ δὴ τοῦ μεταβέβληκός-
 5 τος ἔστί τι πρῶτον δ μεταβέβληκεν. Ἐστω γὰρ τὸ
 ΔΖ πρῶτον μεταβέβληκός τοῦ ΔΕ· πᾶν γὰρ δέδεικται
 διαιρετόν τὸ μεταβάλλον. Ὁ δὲ χρόνος ἐν ᾧ τὸ ΔΖ μετα-
 βέβληκεν, ἔστω ἐφ' ᾧ ΘΙ. Εἰ οὖν ἐν τῷ παντὶ τὸ ΔΖ
 μεταβέβληκεν, ἐν τῷ ἡμίσει ἔλαττον ἔσται τὸ μεταβε-
 10 ληκός, καὶ πρότερον τοῦ ΔΖ, καὶ πάλιν τούτου ἄλλο,
 κάκεινου ἕτερον, καὶ αἰεὶ οὕτως. Ὡστ' οὐθὲν ἔσται
 πρῶτον τοῦ μεταβάλλοντος δ μεταβέβληκεν. (10) Ὅτι
 μὲν οὖν οὔτε τοῦ μεταβάλλοντος οὔτ' ἐν ᾧ μεταβάλλει
 χρόνῳ πρῶτον οὐθὲν ἔστι, φανερόν ἐκ τῶν εἰρημένων.
 15 Αὐτὸ δὲ δ μεταβάλλει ἢ καθ' ἃ μεταβάλλει, οὐκ ἐθ'
 ὁμοίως ἔξει. Τρία γὰρ ἔστιν ἃ λέγεται κατὰ τὴν μετα-
 βολήν· τὸ τε μεταβάλλον, καὶ ἐν ᾧ, καὶ καθ' ὃ μετα-
 βάλλει· οἷον δ ἄνθρωπος, καὶ ὁ χρόνος, καὶ τὸ λευκόν.
 Ὁ μὲν οὖν ἄνθρωπος καὶ ὁ χρόνος διαιρετοί, περὶ δὲ
 20 τοῦ λευκοῦ ἄλλος λόγος. Πλὴν κατὰ συμβεβηκός γε
 πάντα διαιρετὰ· ᾧ γὰρ συμβέβηκε τὸ λευκὸν ἢ τὸ
 ποιόν, ἐκεῖνο διαιρετόν ἐστιν, ἐπεὶ ὅσα γε καθ' αὐτὰ
 λέγεται διαιρετὰ καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός, οὐδ' ἐν
 τούτοις ἔσται τὸ πρῶτον, οἷον ἐν τοῖς μεγέθεσιν. Ἐστω
 25 γὰρ τὸ ἐφ' ᾧ ΑΒ μέγεθος, καὶ κινεῖσθαι ἐκ τοῦ Β εἰς τὸ
 Γ πρῶτον· οὐκοῦν εἰ μὲν ἀδιαιρετόν ἔσται τὸ ΒΓ, ἀμε-
 ρεῖς ἀμεροῦς ἔσται ἔχόμενον· εἰ δὲ διαιρετόν, ἔσται τι
 τοῦ Γ πρότερον, εἰς δ μεταβέβληκε, κάκεινου πάλιν ἄλλο,
 καὶ αἰεὶ οὕτω, διὰ τὸ μηδέποτε ὑπολείπειν τὴν διείρησιν.
 30 Ὡστ' οὐκ ἔσται πρῶτον εἰς δ μεταβέβληκεν. Ὁμοίως
 δὲ καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ ποσοῦ μεταβολῆς· καὶ γὰρ αὕτη ἐν
 συνεχεῖ ἔστί. Φανερόν οὖν ὅτι ἐν μόνῃ τῶν κινήσεων
 τῇ κατὰ τὸ ποιόν ἐνδέχεται ἀδιαιρετόν καθ' αὐτὸ εἶναι.

altero mutatum est, non in toto primo est mutatum. Quare
 necesse est in quavis parte mutatum fuisse. Perspicuum igitur
 est, non esse in quo primo est mutatum : quoniam divi-
 siones sunt infinitæ. (9) Neque igitur ejus quod est muta-
 tum, est aliquid primum quod mutatum sit. Esto namque
 τὸ δζ primum quod sit mutatum τοῦ δε : quicquid enim
 mutatur, probatum est dividuum esse; tempus vero, quo
 τὸ δζ est mutatum, sit ubi θ ι. Ergo si τὸ δζ est toto tem-
 pore mutatum : quod dimidia parte temporis mutatum erit,
 minus erit, et prius ipso δζ : rursusque hoc aliud prius; illo
 aliud; et ita perpetuo. Quocirca ejus quod mutatur, nihil
 erit primum quod mutatum sit. (10) Ergo nec ejus quod
 mutatur, nec temporis quo mutatur, esse quicquam primum,
 perspicuum est ex iis quæ dicta sunt. Id autem quod muta-
 tur, vel secundum quod mutatur, non amplius similiter se
 habebit. Tria namque sunt quæ in mutatione spectantur :
 quod mutatur, et in quo, et secundum quod mutatur : ut
 homo, ac tempus, et alium. Homo igitur ac tempus dividua
 sunt; albi autem est alia ratio; nisi quod ex accidenti sunt
 omnia dividua : quia cui qualitas, aut albor accidit, illud
 est dividuum. Nam quæcumque per se dicuntur dividua,
 non ex accidenti, nec in his primum erit; ut in magnitudi-
 nibus : esto enim magnitudo, ubi α β : et moveatur ex β in γ
 primum. Ergo, si τὸ β γ erit individuum : id quod partibus
 vacat, ei quod partibus vacat cohererebit. Si vero dividuum,
 erit aliud prius quam γ, in quod est mutatum, et rursus
 illo aliud, et ita semper, propterea quod nunquam deficit
 divisio : quare non erit primum, in quo mutatum sit. Similiter
 etiam se res habet in quantitatis mutatione : etenim hæc
 quoque in continuo est. Perspicuum est igitur, in eo solo
 motu, qui in qualitate spectatur, esse posse individuum
 per se.

CAP. VI. [IX.]

Ἐπεὶ δὲ τὸ μεταβάλλον ἅπαν ἐν χρόνῳ μεταβάλλει,
 35 λέγεται δ' ἐν χρόνῳ μεταβάλλειν καὶ ὡς ἐν πρῶτῳ
 καὶ ὡς καθ' ἕτερον (οἷον ἐν τῷ ἐνιαυτῷ, ὅτι ἐν τῇ
 ἡμέρᾳ μεταβάλλει), ἐν ᾧ πρῶτῳ χρόνῳ μεταβάλλει
 τὸ μεταβάλλον, ἐν ὅτῳ ἀνάγκη τούτου μεταβάλλειν.
 Δῆλον μὲν οὖν καὶ ἐκ τοῦ ὀρισμοῦ· τὸ γὰρ πρῶ-
 40 τον οὕτως ἐλέγομεν· (2) οὐ μὴ ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶνδε
 φανερόν· ἔστω γὰρ ἐν ᾧ πρῶτῳ κινεῖται τὸ κινούμε-
 νον ἐφ' ᾧ ΧΡ, καὶ διηρήσθω κατὰ τὸ Κ· πᾶς γὰρ
 χρόνος διαιρετός. Ἐν δὲ τῷ ΧΚ χρόνῳ ἤτοι κινεῖται
 ἢ οὐ κινεῖται, καὶ πάλιν ἐν τῷ ΚΡ ὥσαύτως. Εἰ μὲν
 45 οὖν ἐν μηδέτέρῳ κινεῖται, ἡρεσίσθαι ἂν ἐν τῷ παντὶ·
 κινεῖσθαι γὰρ ἐν μηθενὶ τῶν τούτου κινούμενον ἀδύ-
 νατον. Εἰ δ' ἐν θατέρῳ μόνῳ κινεῖται, οὐκ ἂν ἐν
 πρῶτῳ κινεῖτο τῷ ΧΡ· καθ' ἕτερον γὰρ ἢ κινήσεις.
 Ἀνάγκη ἄρα ἐν ὅτῳ τῷ ΧΡ κενεῖσθαι. [X.] (3) Δε-
 50 δειγμένου δὲ τούτου, φανερόν ὅτι πᾶν τὸ κινούμενον
 ἀνάγκη κενεῖσθαι πρότερον. Εἰ γὰρ ἐν τῷ ΧΡ χρόνῳ
 πρῶτῳ χρόνῳ τὸ ΚΑ κενεῖται μέγεθος, ἐν τῷ ἡμίσει

Quoniam autem quicquid mutatur, in tempore mu-
 tatur; dicitur autem in tempore mutari, et ut in primo,
 et ut secundum alterum (ut in anno, quia in die mutatur) :
 sane, in quo primo tempore mutatur id quod mutatur, ne-
 cesse est ut in quavis ejus temporis parte mutetur. Mani-
 festum igitur hoc est ex definitione; primum enim ita ap-
 pellabamus. (2) Sed ex his quoque perspicuum fiet. Sit enim
 in quo primo movetur, id quod movetur, ubi χρ : et divi-
 datur in κ : omne enim tempus est dividuum. Ergo in χκ
 tempore aut movetur, aut non movetur; itidemque rursus
 in κρ. Si igitur in neutro movetur, quiescet utique in toto :
 moveri enim, quod in nulla hujus parte movetur, impos-
 sibile est. Quæsi in altero solo movetur, non in primo χρ
 movebitur : quia motus est secundum aliud. Necesse igitur
 est in quavis parte τοῦ χρ moveri. [X.] (3) Hoc autem
 ostenso, perspicuum est necesse esse ut quicquid movetur,
 mutatum antea sit. Nam si in χρ tempore primo motum est
 per magnitudinem κλ : in dimidia parte temporis id quod

τὸ δομαχῶς κινούμενον καὶ ἅμα ἀρξάμενον τὸ ἥμισυ
 εἶναι κεινημένον. Εἰ δὲ τὸ δομαχῆς ἐν τῷ αὐτῷ
 χρόνῳ κεινηταί τι, καὶ θάτερον ἀνάγκη ταῦτο κει-
 νηθῆσθαι μέγεθος· ὥστε κεινημένον εἶναι τὸ κινού-
 5 μενον. (4) Ἐτι δὲ εἰ ἐν τῷ παντὶ χρόνῳ τῷ ΧΡ κει-
 νηθῆσθαι λέγομεν, ἢ ὅλως ἢ ἐν ὀριστοῦν χρόνῳ τῷ
 λαβεῖν τὸ ἔσχατον αὐτοῦ νῦν (τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ ὀρί-
 ζον, καὶ τὸ μεταξὺ τῶν νῦν χρόνος), καὶ ἐν τοῖς ἄλ-
 λοις ὁμοίως λέγοιτο κεινηθῆσθαι. Τοῦ δ' ἡμίσεος ἔσχα-
 10 τον ἡ διαίρεσις. Ὡστε καὶ ἐν τῷ ἡμίσει κεινημένον
 εἶναι καὶ ὅλως ἐν ὀριστοῦν τῶν μερῶν· αἰεὶ γὰρ ἅμα
 τῇ τομῇ χρόνος ἐστὶν ὀρισμένος ὑπὸ τῶν νῦν. Εἰ οὖν
 ἅπας μὲν χρόνος διαιρετός, τὸ δὲ μεταξὺ τῶν νῦν χρό-
 νος, ἅπαν τὸ μεταβάλλον ἄπειρα εἶναι μεταβεβλη-
 15 κός. (5) Ἐτι δ' εἰ τὸ συνεχῶς μεταβάλλον καὶ μὴ
 φύρην μηδὲ πεπαυμένον τῆς μεταβολῆς ἢ μεταβά-
 λειν ἢ μεταβεβληκέναι ἀναγκαιὸν ἐν ὀριστοῦν, ἐν δὲ
 τῷ νῦν οὐκ ἐστὶ μεταβάλλειν, ἀνάγκη μεταβεβληκέναι
 καθ' ἕκαστον τῶν νῦν· ὥστ' εἰ τὰ νῦν ἄπειρα,
 20 πᾶν τὸ μεταβάλλον ἄπειρα εἶναι μεταβεβληκός.
 (6) Οὐ μόνον δὲ τὸ μεταβάλλον ἀνάγκη μεταβεβληκε-
 ναι, ἀλλὰ καὶ τὸ μεταβεβληκός ἀνάγκη μεταβάλλειν
 πρότερον· ἅπαν γὰρ τὸ ἐκ τινος εἰς τι μεταβεβληκός
 ἐν χρόνῳ μεταβέβληκεν. Ἐστω γὰρ ἐν τῷ νῦν ἐκ τοῦ
 25 Α εἰς τὸ Β μεταβεβληκός· οὐκοῦν ἐν μὲν τῷ αὐτῷ
 νῦν, ἐν ᾧ ἐστὶν ἐν τῷ Α, οὐ μεταβέβληκεν· ἅμα γὰρ
 ἂν εἴη ἐν τῷ Α καὶ τῷ Β· τὸ γὰρ μεταβεβληκός,
 ὅτε μεταβέβληκεν, ὅτι οὐκ ἐστὶν ἐν τούτῳ, δέδοικται
 πρότερον. Εἰ δ' ἐν ἄλλῳ, μεταξὺ ἔσται ὁ χρόνος· οὐ
 30 γὰρ ἦν ἐχόμενα τὰ νῦν. (7) Ἐπεὶ οὖν ἐν χρόνῳ με-
 ταβέβληκε, χρόνος δ' ἅπας διαιρετός, ἐν τῷ ἡμίσει
 ἄλλο εἶναι μεταβεβληκός, καὶ πάλιν ἐν τῷ ἐκείνου
 ἡμίσει ἄλλο, καὶ αἰεὶ οὕτως· ὥστε μεταβάλλοι ἂν
 πρότερον. (8) Ἐτι δ' ἐπὶ τοῦ μεγέθους φανερώτερον
 35 τὸ λεχθέν, διὰ τὸ συνεχῆς εἶναι τὸ μέγεθος ἐν ᾧ με-
 ταβάλλει τὸ μεταβάλλον. Ἐστω γὰρ τὸ μεταβεβληκός
 ἐκ τοῦ Γ εἰς τὸ Δ. Οὐκοῦν εἰ μὲν ἀδιαίρετόν ἐστι τὸ
 ΓΔ, ἀμερῆς ἀμεροῦς ἐστὶ ἐχόμενον. Ἐπεὶ δὲ τοῦτο
 ἀδύνατον, ἀνάγκη μέγεθος εἶναι τὸ μεταξὺ καὶ εἰς
 40 ἄπειρα διαιρετόν· ὥστ' εἰς ἐκείνα μεταβάλλει πρότε-
 ρον. Ἀνάγκη ἄρα πᾶν τὸ μεταβεβληκός μεταβάλλειν
 πρότερον. (9) Ἡ γὰρ αὕτη ἀπόδειξις καὶ ἐν τοῖς μὴ
 συνεχέσιν, ὅσον ἐν τε τοῖς ἐναντίοις καὶ ἐν τῇ ἀντι-
 φάσει· ληψόμεθα γὰρ τὸν χρόνον ἐν ᾧ μεταβέβληκε,
 45 καὶ πάλιν ταῦτ' ἐροῦμεν. Ὡστε ἀνάγκη τὸ μετα-
 βεβληκός μεταβάλλειν καὶ τὸ μεταβάλλον μεταβε-
 βληκέναι, καὶ ἐστὶ τοῦ μὲν μεταβάλλειν τὸ μετα-
 βεβληκέναι πρότερον, τοῦ δὲ μεταβεβληκέναι τὸ
 μεταβάλλειν, καὶ οὐδέποτε ληφθήσεται τὸ πρῶτον.
 50 Αἴτιον δὲ τούτου τὸ μὴ εἶναι ἀμερῆς ἀμεροῦς ἐχόμε-
 νον· ἐπ' ἄπειρον γὰρ ἢ διαίρεσις, καθάπερ ἐπὶ τῶν
 αὐξανόμενων καὶ καθαιρουμένων γραμμῶν. (10) Φα-
 νερόν οὖν ὅτι καὶ τὸ γεγονὸς ἀνάγκη γίνεσθαι πρό-
 τερον καὶ τὸ γινόμενον γεγονέναι, ὅσα διαιρετὰ καὶ

aeque celeriter movetur et simul moveri incipit, per di-
 midiam partem magnitudinis motum erit. Quodsi aequae
 velox hoc tempore per aliquam partem est motum, necesse
 est etiam alterum per eandem magnitudinem esse motum;
 quare motum erit, quod movetur. (4) Praeterea si in toto
 tempore $\chi\rho$ motum esse dicimus, vel omnino sive in quo-
 vis tempore, eo quod sumitur extremum ipsius momen-
 tum (hoc enim est quod terminat; et quod momentis est
 interjectum, est tempus): certe etiam in aliis dici potest mo-
 tum esse. Atqui divisio est dimidii extremum. Quare etiam
 in dimidio motum erit, et omnino in quavis parte: semper
 enim una cum sectione est tempus terminatum a momentis.
 Si igitur omne tempus est dividuum; et quod momentis est
 interjectum, est tempus: quicquid mutatur, infinities erit
 mutatum. (5) Praeterea si id quod continenter mutatur, et
 neque interlit, neque cessavit a mutatione, vel mutari vel
 esse mutatum in quovis necesse est, in momento autem non
 potest mutari: necesse est mutatum esse in singulis mo-
 mentis. Quare si momenta sunt infinita: quicquid mutatur,
 erit infinities mutatum. (6) Non solum autem necesse est
 ut quod mutatur, mutatum sit; sed etiam est necesse ut
 quod mutatum est, antea mutetur; quicquid enim ex aliquo
 in aliquod est mutatum, in tempore est mutatum. Esto
 namque in momento mutatum ex α in β : ergo in ipso mo-
 mento, in quo est in α , non est mutatum: alioqui simul
 esset in α et in β : quod enim mutatum est, quando mutatum
 est, non esse in hoc, probatum antea fuit. Quodsi est in alio,
 tempus est interjectum: quia momenta non coherent.
 (7) Quoniam igitur in tempore est mutatum, omne autem
 tempus est dividuum: certe in dimidio aliud erit mutatum;
 et rursus in alius dimidio aliud; et ita semper: quare prius
 mutabitur. (8) Praeterea in magnitudine magis etiam mani-
 festum est id quod diximus: quod continua est magnitudo,
 in qua mutatur id quod mutatur. Sit enim aliquid mutatum
 ex γ in δ : ergo si τὸ γ δ sit individuum, ea quae partibus vac-
 cant, inter se cohærebunt. Quia vero hoc est impossibile,
 necesse est, id quod est interjectum, esse magnitudinem, et
 in infinitas partes posse dividi: quare in illas antea mutatur.
 Necesse est igitur, ut quicquid mutatum est, antea mutetur.
 (9) Est enim eadem demonstratio etiam in non continuis, ut
 in contrariis, et in contradictione. Sumemus enim tempus,
 quo mutatum est: et rursus eadem dicemus. Quare necesse
 est, id quod est mutatum, mutari, et quod mutatur, mu-
 tatum esse: et prius est mutatum esse, quam mutari: item
 prius est mutari, quam mutatum esse; nec unquam primum
 sumetur. Hujus causa est: quod partibus vacans partibus
 vacanti non cohæret: quippe quum divisio fiat in infinitum,
 quemadmodum in lineis quae augentur, et quibus detrahitur.
 (10) Perspicuum igitur est, necesse esse, ut quod factum
 est, antea fiat; et quod fit, factum sit: quæcumque
 scilicet sunt dividua et continua: non tamen semper quod

συνεχῆ· οὐ μέντοι αἰεὶ δ γίνεται, ἀλλ' ἄλλο ἐνίστε, οἷον τῶν ἐκείνου τι, ὡσπερ τῆς οἰκίας τὸν θεμέλιον. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ φθειρομένου καὶ ἐφαρμένου· εὐθὺς γὰρ ἐνυπάρχει τῷ γινόμενῳ καὶ τῷ φθειρομένῳ· ἀπειρόν τι συνεχεῖ γὰρ ὄντι, καὶ οὐκ ἔστιν οὔτε γίνεσθαι μὴ γεγονός τι οὔτε γεγονέναι μὴ γινόμενόν τι. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ φθείρεσθαι καὶ ἐπὶ τοῦ ἐφθάρθαι· αἰεὶ γὰρ ἔσται τοῦ μὲν φθείρεσθαι τὸ ἐφθάρθαι πρότερον, τοῦ δὲ ἐφθάρθαι τὸ φθείρεσθαι. Φανερόν οὖν ὅτι καὶ τὸ γεγονός ἀνάγκη γίνεσθαι πρότερον καὶ τὸ γινόμενον γεγονέναι· πᾶν γὰρ μέγεθος καὶ πᾶς χρόνος αἰεὶ διαιρετά. Ὡστ' ἐν ᾧ ἂν ἦ, οὐκ ἂν εἴη ὡς πρώτῳ.

CAP. VII. [XI.]

10 (3) Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦ ἀλλοιουμένου καὶ τοῦ ἀλλοιοῦντος. Τοῦτο δὲ ὀκλῶν ἐξ ἐπαγωγῆς· ἐν ἅπασιν γὰρ συμβαίνει ἅμα εἶναι τὸ ἔσχατον ἀλλοιοῦν καὶ τὸ [πρῶτον] ἀλλοιούμενον ὑπὸ τῶν εἰρημένων. Ταῦτα γὰρ ἐστὶ πάθη τῆς υποκειμένης ποιότητος· ἢ γὰρ θερμαινόμενον ἢ γλυκαινόμενον ἢ πυκνόμενον ἢ ξηραίνόμενον ἢ λευκαίνόμενον ἀλλοιοῦσθαι φαμεν, ὁμοίως τὸ ἄψυχον καὶ τὸ ἐμψυχον λέγοντες, καὶ πάλιν τῶν ἐμψύχων τά τε μὴ αἰσθητικὰ τῶν μερῶν καὶ αὐτὰς τὰς αἰσθήσεις.

16 (4) Ἀλλοιοῦνται γὰρ πως καὶ αἱ αἰσθήσεις· ἢ γὰρ αἰσθήσις ἢ κατ' ἐνέργειαν κινήσις ἐστὶ διὰ σώματος, πασχούσης τι τῆς αἰσθήσεως. Καθ' ὅσα μὲν οὖν τὸ ἄψυχον ἀλλοιοῦται, καὶ τὸ ἐμψυχον, καθ' ὅσα δὲ τὸ ἐμψυχον, οὐ κατὰ ταῦτα πάντα τὸ ἄψυχον· οὐ γὰρ ἀλλοιοῦται κατὰ τὰς αἰσθήσεις, καὶ τὸ μὲν λαμβάνει,

26 τὸ δ' οὐ λαμβάνει πάσχον. Οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ τὸ ἐμψυχον λαμβάνει, ὅταν μὴ κατὰ τὰς αἰσθήσεις γίγνηται ἢ ἀλλοιοῦται. Εἴπερ οὖν ἀλλοιοῦται τὸ ἀλλοιούμενον ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν, ἐν ἅπασιν γε τούτοις φανερόν ἐστι ἅμα ἐστὶ τὸ ἔσχατον ἀλλοιοῦν καὶ τὸ πρῶτον ἀλλοιούμενον· τῶ μὲν γὰρ συνεχῆς ὁ ἀήρ, τῶ δ' ἀέρι τὸ σῶμα· πάλιν δὲ τὸ μὲν χρῶμα τῶ φωτὶ, τὸ δὲ φῶς τῇ ὄψει. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἡ ἀκοή καὶ ἡ ὄσφρησις· πρῶτον γὰρ κινεῖν πρὸς τὸ κινούμενον ὁ ἀήρ. Καὶ ἐπὶ τῆς γεύσεως ὁμοίως· ἅμα γὰρ τῇ γεύσει ὁ χυμός. (5) Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀψύχων καὶ ἀναισθητῶν. Ὡστ' οὐδὲν ἔσται μεταξὺ τοῦ ἀλλοιουμένου καὶ τοῦ ἀλλοιοῦντος. Οὐδὲ μὴν τοῦ αὐξανόμενου τε καὶ αἰζοντος· αὐξάνει γὰρ τὸ πρῶτον αὖξον προσγιγνόμενον, ὥστε ἐν γίγνεσθαι τὸ ὅλον. Καὶ πάλιν φθίνει τὸ φθίνον ἀπογιγνόμενον τινὸς

40 τῶν τοῦ φθίνοντος. Ἀνάγκη οὖν συνεχῆς εἶναι καὶ τὸ αὖξον καὶ τὸ φθίνον, τῶν δὲ συνεχῶν οὐδὲν μεταξὺ. Φανερόν οὖν ἐστι τοῦ κινουμένου καὶ τοῦ κινούντος πρῶτον καὶ ἔσχατον πρὸς τι κινούμενον οὐδὲν ἔστιν ἀνά μέσον.

aliud. Tractus autem qui fit ab alio ad se vel ad aliud, quum celerior est motus ejus quod trahit, qui a se invicem separat ea quæ sunt continua : sic enim alterum simul atrahitur. (Fortassis autem videri potest esse quidam tractus etiam alio modo : nam lignum trahit ignem non hoc modo. Nihil autem interest utrum moveatur an maneat id quod trahit ; quandoque enim eo trahit ubi est : quandoque, ubi erat.) Sed impossibile est, vel a se ad aliud, vel ab alio ad se moveere, non tangendo. Quare perspicuum est, ei quod in loco movetur, et ei quod movet, nihil esse interjectum. (3) Sed nec ei quod variatur, et ei quod variat. Hoc autem ex inductione manifestum est. In omnibus enim accidit ut simul sint, quod extremum variat, et quod primum variatur... variatum rebus dictis. Hæc enim sunt affectiones subjectæ qualitatis : aut enim quod calefit aut quod dulcescit, aut quod densatur, aut quod exsiccatur, aut quod dealbatur, variari dicimus, similiter hoc dicentes tam de inanimato quam de animato, et rursus tam de animatorum partibus sensu vacantibus, quam de ipsis sensibus. (4) Variantur enim aliquo modo etiam sensus. Nam sensus, qui est actu, est motus per corpus, sensu aliquid patiente. Quibus igitur inanimatum variatur, his variatur etiam animatum : quibus autem animatum, non his omnibus variatur inanimatum : quandoquidem non variatur secundum sensus. Et alterum latet, alterum non latet, quum patitur. Sed nihil prohibet etiam inanimatum latere, quando non secundum sensus variatio fit. Si igitur quod variatur, a sensibilibus variatur ; in his omnibus perspicuum est simul esse quod extremum variat, et quod primum variatur : illi namque continuus est aer, aeri autem corpus ; rursus color lumini, lumen aspectui. Et eodem modo se habet et auditus, et odoratus : quoniam aer est primum movens, relatum ad id quod movetur. Et in gustu similiter res se habet : nam sapor est simul cum gustu. (5) Itidem etiam res habet in rebus inanimatis et sensu carentibus. Quare nihil erit interjectum ei quod variatur, et ei quod variat. Quin nec ejus quod augetur, et ejus quod auget. Quod enim primum auget, appositum auget, adeo ut totum fiat unum. Et rursus minuitur id quod minuitur, abscedente aliqua parte ipsius quod minuitur. Necesse est igitur, et id quod auget, et id quod minuitur, esse continuum : continuis vero nihil est interjectum. Perspicuum igitur est, ei quod movetur, et ei quod movet, primo atque ultimo ad id quod movetur relato, nihil esse interjectum.

CAP. III.

45 Ὅτι δὲ τὸ ἀλλοιούμενον ἅπαν ἀλλοιοῦται ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν, καὶ ἐν τούτοις ὑπάρχει μόνοις ἀλλοιώσις ὅσα καθ' αὐτὰ λέγεται πάσχειν ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν, ἐκ τῶνδε θεωρητέον. (2) Τῶν γὰρ ἄλλων μάλιστα· ἂν τις ὑπολάβοι ἐν τε τοῖς σχήμασι καὶ ἐν ταῖς μορφαῖς καὶ ἐν ταῖς

50 ἕξει καὶ ταῖς τούτων λήψεσι καὶ ἀποβολαῖς ἀλλοιώσιν ὑπάρχειν· ἐν οὐδετέροις δ' ἐστὶ. Τὸ μὲν γὰρ σχηματιζόμενον καὶ ρυθμιζόμενον ὅταν ἐπιτελεσθῆ, οὐ λέγομεν

Quicquid autem variatur, variari a sensibilibus, et in his solis esse variationem, quæ per se dicuntur pati a sensibilibus, ex his dispiciendum est. (2) Nam aliorum maxime quispiam existimare possit, in figuris, et in formis, et in habitibus, horumque sumptionibus et amissionibus variationem inesse. Sed in neutris est. Quod enim figuratur et concinnatur, quum perfectum fuerit, non dicimus esse id ex quo est : veluti statuum non dicimus esse æs, aut pyrami-

ἐκεῖνο ἐξ οὗ ἐστίν, οἷον τὸν ἀνδριάντα χαλκόν, ἢ τὴν πυραμίδα κηρόν, ἢ τὴν κλίνην ξύλον, ἀλλὰ παρωνυμιάζοντες τὸ μὲν χαλκοῦν, τὸ δὲ κήρινον, τὸ δὲ ξύλινον· τὸ δὲ πεπονηθὸς καὶ ἡλλοιωμένον προσαγορεύομεν· ξηρὸν ἢ ὑγρὸν καὶ σκληρὸν καὶ θερμὸν τὸν χαλκὸν λέγομεν καὶ τὸν κηρόν· καὶ οὐ μόνον οὕτως, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ θερμὸν χαλκὸν λέγομεν, διμυθῶν τῷ πάθει προσαγορεύοντες τὴν ἕλην. Ὡστ' εἰ κατὰ μὲν τὸ σχῆμα καὶ τὴν μορφήν οὐ λέγεται τὸ γεγονός ἐν ᾧ ἐστὶ τὸ σχῆμα, κατὰ δὲ τὰ πάθη καὶ τὰς ἀλλοιώσεις λέγεται, φανερόν ἐστι οὐκ ἂν εἶεν αἱ γενέσεις αὐτῶν ἀλλοιώσεις. (3) Ἐτι δὲ καὶ εἰπεῖν οὕτως ἄτοπον ἂν δοξείην, ἡλλοιωῖσθαι τὸν ἄνθρωπον ἢ τὴν οἰκίαν ἢ ἄλλο ὅτιοῦν τῶν γεγεννημένων· ἀλλὰ γενέσθαι μὲν ἴσως ἕκαστον ἀναγκαῖον ἀλλοιουμένου τινός, οἷον τῆς ἕλης πυκνουμένης ἢ μανουμένης ἢ θερμαινόμενης ἢ ψυχόμενης, οὐ μέντοι τὰ γινόμενα γὰρ ἀλλοιοῦται, οὐδ' ἢ γενέσεις αὐτῶν ἀλλοιώσεις ἐστίν. (4) Ἀλλὰ μὴν οὐδ' αἱ ἔξεις οὐθ' αἱ τοῦ σώματος οὐθ' αἱ τῆς ψυχῆς ἀλλοιώσεις. Αἱ μὲν γὰρ ἀρεταί, αἱ δὲ κακίαι τῶν ἕξων. Οὐκ ἐστὶ δὲ οὔτε ἡ ἀρετὴ οὔτε ἡ κακία ἀλλοιώσεις, ἀλλ' ἢ μὲν ἀρετὴ τελειώσις τις (ὅταν γὰρ λάβῃ τὴν ἐαυτοῦ ἀρετὴν, τότε λέγεται τελειὸν ἕκαστον· τότε γὰρ μάλιστά ἐστι τὸ κατὰ φύσιν, ὡς περ κύκλος τέλειος, ὅταν μάλιστα γένηται κύκλος βέλτιστος), ἢ δὲ κακία φθορὰ τούτου καὶ ἕκστασις. Ὡς περ οὖν οὐδὲ τὸ τῆς οἰκίας τελείωμα λέγομεν ἀλλοίωσιν (ἄτοπον γὰρ εἰ ὁ θρίγκος καὶ ὁ κέραμος ἀλλοίωσις, ἢ εἰ θρίγκουμένη καὶ κεραμουμένη ἀλλοιοῦται, ἀλλὰ μὴ τελειοῦται ἡ οἰκία), τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἀρετῶν καὶ τῶν κακιῶν καὶ τῶν ἐχόντων ἢ λαμβανόντων· αἱ μὲν γὰρ τελειώσεις, αἱ δὲ ἕκστασεις εἰσὶν· ὥστ' οὐκ ἀλλοιώσεις. Ἐτι δὲ καὶ φαμεν ἀπάσας εἶναι τὰς ἀρετὰς ἐν τῷ πρὸς τι πῶς ἔχειν· τὰς μὲν γὰρ τοῦ σώματος, αἷον ὑγίειαν καὶ εὐεξίαν, ἐν κράσει καὶ συμμετρίᾳ θερμῶν καὶ ψυχρῶν τίθεμεν, ἢ αὐτῶν πρὸς αὐτὰ τῶν ἐντὸς ἢ πρὸς τὸ περιέχον. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ κάλλος καὶ τὴν ἰσχὺν καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς καὶ κακίας. Ἐκάστη γὰρ ἐστὶ τῷ πρὸς τι πῶς ἔχειν, καὶ περὶ τὰ οἰκεῖα πάθη εὐ ἢ κακῶς διατιθῆσι τὸ ἔχον· οἰκεῖα δ' ὑφ' ὧν γίνεσθαι καὶ φθεῖρεσθαι πέφυκεν. Ἐπεὶ οὖν τὰ πρὸς τι οὔτε αὐτὰ ἐστὶν ἀλλοιώσεις, οὔτε αὐτῶν ἐστὶν ἀλλοιώσεις οὐδὲ γενέσεις οὐθ' ὀλωκ μεταβολὴ οὐδεμία, φανερόν ἐστι οὐθ' αἱ ἔξεις οὐθ' αἱ τῶν ἕξων ἀποβολαὶ καὶ λήψεις ἀλλοιώσεις εἰσὶν, ἀλλὰ γίνεσθαι μὲν ἴσως αὐτὰς καὶ φθεῖρεσθαι ἀλλοιουμένου τινῶν ἀνάγκη, καθάπερ καὶ τὸ εἶδος καὶ τὴν μορφήν, αἷον θερμῶν καὶ ψυχρῶν, ἢ ξηρῶν καὶ ὑγρῶν, ἢ ἐν οἷς τυγχάνουσιν οὕσαι πρῶτοις. Περὶ ταῦτα γὰρ ἐκάστη λέγεται κακία καὶ ἀρετὴ, ὑφ' ὧν ἀλλοιοῦσθαι πέφυκε τὸ ἔχον· ἢ μὲν γὰρ ἀρετὴ ποιεῖ ἢ ἀπαθὲς ἢ ὡς δεῖ παθητικόν· ἢ δὲ κακία παθητικὸν ἢ ἐναντιῶς ἀπαθὲς. (5) Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τῆς ψυχῆς ἕξων· ἀπάσαι γὰρ καὶ αὐταὶ τῷ πρὸς τι πῶς ἔχειν, καὶ αἱ μὲν ἀρεταὶ τελειώσεις, αἱ δὲ κακίαι ἕκστασεις. Ἐτι ἢ μὲν ἀρετὴ εὐ διατιθῆσι πρὸς

dem ceram, aut lecticam lignum: sed denominantes dicimus aliud esse æneum, aliud cereum, aliud ligneum; quod vero passum et variatum est, appellamus: nam dicimus esse aridum, et humidum, et durum, et calidum æs, item ceram. Nec solum ita, sed etiam ipsum humidum et calidum dicimus æs, eodem nomine appellantes materiam, quo affectionem. Quapropter si secundum figuram et formam non dicitur id quod est factum in quo est figura, secundum autem affectiones et variationes dicitur: perspicuum est, has generationes non esse variationes. (3) Præterea et sic dicere, absurdum videri potest: nimirum variatum esse hominem, aut domum, aut quodvis aliud eorum quæ facta sunt; sed fortasse necesse est, unumquodque fieri aliquo variato, veluti materia densata, aut rarefacta, aut calefacta, aut refrigerata: non tamen ea quæ fiunt, variantur, nec generatio ipsorum est variatio. (4) Quin nec corporis, nec animi habitus, sunt variationes. Etenim habitum alii sunt virtutes, alii vitia: verum neque virtus neque vitium est variatio: sed virtus est perfectio quædam: quum enim unumquodque propriam suam virtutem acceperit, tunc dicitur perfectum. Tunc enim maxime id quod est secundum naturam, adest: ut circulus perfectus dicitur, quum maxime factus est circulus optimus. Vitium autem est hujus interitus et amotio. Quemadmodum igitur nec domus perfectionem vocamus variationem (absurdum enim est, si fastigium ac tegula sit variatio; vel si domus, quum accipit fastigium ac tegitur, variatur, ac non potius perficatur): eodem modo se res habet etiam in virtutibus et vitiis, et in habentibus et suscipientibus virtutes vel vitia. Nam illæ sunt perfectiones; hæ vero sunt amotiones: quare non sunt variationes. Præterea dicimus omnes virtutes in eo consistere quod est ad aliquid aliquo modo affectum esse. Corporis enim virtutes, ut sanitatem, et firmam corporis constitutionem, in temperatione ac symmetria calidorum ac frigidorum collocamus, ita ut vel ipsa interna inter se conferantur, vel ad id quod continet. Similiter autem et pulchritudinem et robur, et alias virtutes, ac vitia. Quælibet enim in eo consistit quod est ad aliquid aliquo modo affectum esse, et ad proprias affectiones bene vel male dispositum id in quo est. Propriæ vero affectiones dicuntur, a quibus rem gigni et perimi comparatum natura est. Quoniam igitur quæ ad aliquid referuntur, nec ipsa sunt variationes, nec ipsorum est variatio, nec generatio, nec omnino ulla mutatio: perspicuum est, neque habitus neque habituum amissiones et susceptiones esse variationes. Sed fieri fortasse hæc atque interire variatis quibusdam necesse est, quemadmodum et speciem ac formam, utputa calidis et frigidis, vel siccis et humidis, vel in quibus primis insunt. In his enim dicitur quodcumque vitium et virtus, a quibus natura aptum est variari id quod ea habet. Virtus enim efficit impatibile, vel ut oportet patibile: vitium vero patibile, vel contrario modo impatibile. (5) Similiter etiam res habet in animæ habitibus. Hi namque omnes in eo spectantur quod est ad aliquid aliquo modo affectum esse. Et virtutes quidem sunt perfectiones; vitia vero, amotiones. Præterea virtus bene disposita ad pro-

τὰ οἰκεῖα πάθη, ἡ δὲ κακία κακῶς. Ὡστ' οὐδ' αὖται ἔσονται ἀλλοιώσεις· οὐδὲ δὴ καὶ ἀποβολαὶ καὶ αἱ λήψεις αὐτῶν. (6) Γίνεσθαι δ' αὐτὰς ἀναγκαῖον ἀλλοιουμένου τοῦ αἰσθητικοῦ μέρους· ἀλλοιοῦται δὲ ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν ἅπανα γὰρ ἡ ἡθικὴ ἀρετὴ περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας τὰς σωματικὰς, αὐταὶ δὲ ἡ ἐν τῷ πράττειν ἢ ἐν τῷ μεμνησθαι ἢ ἐν τῷ ἐλπίζειν. Αἱ μὲν οὖν ἐν τῇ πράξει κατὰ τὴν αἰσθησίαν εἰσιν, ὡσθ' ὑπὸ αἰσθητοῦ τινὸς κινεῖσθαι· αἱ δ' ἐν τῇ μνήμῃ καὶ ἐν τῇ ἐλπίδι ἀπὸ ταύτης· ἡ γὰρ οἷα ἔπαθον μεμνημένοι ἡδοναί, ἢ ἐλπίζοντες οἷα μέλλουσιν. Ὡστ' ἀνάγκη πᾶσαν τὴν τοιαύτην ἡδονὴν ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν γίνεσθαι. Ἐπεὶ δ' ἡδονῆς καὶ λύπης ἐγγιγνομένης καὶ ἡ κακία καὶ ἡ ἀρετὴ ἐγγίγνεται (περὶ ταύτας γὰρ εἰσιν), αἱ δὲ ἡδοναὶ καὶ αἱ λύπαι ἀλλοιώσεις τοῦ αἰσθητικοῦ, φανερόν ὅτι ἀλλοιουμένου τινὸς ἀνάγκη καὶ ταύτας ἀποβάλλειν καὶ λαμβάνειν. Ὡσθ' ἡ μὲν γένεσις αὐτῶν μετ' ἀλλοιώσεως, αὐτὰ δ' οὐκ εἰσιν ἀλλοιώσεις. (7) Ἄλλὰ μὴν οὐδ' αἱ τοῦ νοητικοῦ μέρους ἔξει ἀλλοιώσεις, οὐδ' ἔστιν αὐτῶν γένεσις· πολλὴ γὰρ μάλιστα τὸ ἐπιστήμον ἐν τῷ πρὸς τι πῶς ἔχειν λέγομεν. Ἐτι δὲ καὶ φανερόν ὅτι οὐκ ἔστιν αὐτῶν γένεσις. Τὸ γὰρ κατὰ δύναμιν ἐπιστήμον οὐδὲν αὐτὸ κινήθην ἀλλὰ τῷ ἄλλο ὑπάρξει γίνεται ἐπιστήμον. Ὄταν γὰρ γένηται τὸ κατὰ μέρος, ἐπίσταται πῶς τῇ καθόλου τὸ κατὰ μέρος. Πάλιν δὲ τῆς χρήσεως καὶ τῆς ἐνεργείας οὐκ ἔστι γένεσις, εἰ μὴ τις καὶ τῆς ἀναδελφείας, καὶ τῆς ἀφῆς οἴεται γένεσιν εἶναι, καὶ τὸ ἐνεργεῖν ὁμοιον τοῦτοις. Ἡ δ' ἐξ ἀρχῆς λήψις τῆς ἐπιστήμης γένεσις οὐκ ἔστιν· τῷ γὰρ ἡρεμῆσαι καὶ σῆναι τὴν διάνοιαν ἐπίστασθαι καὶ φρονεῖν λέγομεν. Εἰς δὲ τὸ ἡρεμεῖν οὐκ ἔστι γένεσις· ὅπως γὰρ οὐδεμιᾶς μεταβολῆς, καθάπερ εἴρηται πρότερον. Ἐτι δ' ὡσπερ ὅταν ἐκ τοῦ μεθύειν ἢ καθεύδειν ἢ νοσεῖν εἰς τὰ ἐναντία μεταστῇ τις, οὐ φαμεν ἐπιστήμονα γεγενῆσθαι πάλιν (καίτοι ἀδύνατος ἦν τῇ ἐπιστήμῃ χρῆσθαι πρότερον), οὕτως οὐδ' ὅταν ἐξ ἀρχῆς λαμβάνῃ τὴν ἔξιν· τῷ γὰρ καθίστασθαι τὴν ψυχὴν ἐκ τῆς φυσικῆς ταραχῆς φρόνιμον τι γίνεται καὶ ἐπιστήμον. Διὸ καὶ τὰ παῖδιά οὔτε μαθάνειν δύναται οὔτε κατὰ τὰς αἰσθήσεις ὁμοίως κρίνειν τοῖς πρεσβυτέροις· πολλὴ γὰρ ἡ ταραχὴ καὶ ἡ κίνησις. Καθίσταται δὲ καὶ ἡρεμίζεται πρὸς ἓνια μὲν ὑπὸ τῆς φύσεως αὐτῆς, πρὸς ἓνια δ' ὑπ' ἄλλων· ἐν ἀμφοτέροις δὲ ἀλλοιουμένων τινῶν τῶν ἐν τῷ σώματι, καθάπερ ἐπὶ τῆς ἐγέρσεως καὶ τῆς ἐνεργείας, ὅταν νήφων γένηται καὶ ἐγερθῇ. Φανερόν οὖν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι τὸ ἀλλοιοῦσθαι καὶ ἡ ἀλλοιώσις ἐν τε τοῖς αἰσθητοῖς γίνεται καὶ ἐν τῷ αἰσθητικῷ μέρει τῆς ψυχῆς, ἐν ἄλλῳ δ' οὐδενὶ πλὴν κατὰ συμβεβηκός.

prias affectiones; vitium autem, male. Quare neque hæc erunt variationes, neque vero ipsorum amissiones et susceptiones. (6) Necessè est autem hæc gigni variata parte sensitiva. Variatur autem a sensibilibus. Omnis enim virtus moralis in voluptatibus et doloribus corporeis versatur: quæ vel in actione, vel in memoria, vel in spe consistunt. Aliæ igitur voluptates consistunt in actione sensus; adeo ut a sensibili aliquo sensus moveatur: aliæ vero in memoria et spe consistentes, ab hac actione oriuntur: aut enim recordantes quæ passi sunt lætantur; aut sperantes quæ exspectant. Quapropter necessè est omnem ejusmodi voluptatem a sensibilibus fieri. Quoniam autem, quum voluptas et dolor gignitur, etiam virtus et vitium gignitur; (quandoquidem in his versantur;) voluptates vero et dolores sunt variationes partis sensitivæ: perspicuum est, necessè esse, ut variato aliquo et hæc amittantur et suscipiantur. Quare horum generatio est cum variatione; ipsa vero non sunt variatio. (7) Sed neque partis intellectivæ habitus sunt variationes, neque est eorum generatio: multo enim magis id quod sciens est, ponimus in earum rerum ratione, quæ ad aliquid aliquo modo se habent. Præterea perspicuum est, illorum habituum non esse generationem. Nam quod potentiâ est sciens, non est aliquid quod ipsum moveatur, sed re sciens eo fit, quod aliud existet et accedat. Quando enim offertur res particularis, eam fere scit per scientiam universalem. Rursus ipsius usus et actionis non est generatio: nisi quis etiam ipsius aspectus ac tactus putet generationem esse: atque agere est his simile. Prima vero scientiæ acquisitio non est generatio; nam propterea quod quieverit et steterit mens, ἐπίστασθαι vocamus scire ac prudentem esse. Ad quietem autem non est generatio: quoniam omnino nullius mutationis est, quemadmodum antea dictum fuit. Præterea sicuti quum ex ebrietate, aut somno, aut morbo, in contraria quispiam est mutatus, non dicimus eum iterum scientem factum esse (quamquam scientia uti antea non poterat): ita nec quando ab initio sumit aliquis habitum. Nam eo quod sistitur anima a naturali tumultu, fit aliquid prudens et sciens. Ideoque pueri nec intelligere possunt, nec sensibus æque judicare ac seniores: quia multa in eis est perturbatio et motio. Sedantur autem et a perturbatione liberantur, in aliquibus a natura, in aliis autem ab aliis. Sed in utrisque hoc accidit, dum quædam, quæ in corpore sunt, variantur, quemadmodum in expergefactione et actione evenit, quum aliquis sobrius fit, et expurgescitur. Perspicuum igitur est ex iis quæ dicta sunt, ipsum variari, et variationem, in rebus sensibilibus, et in sensitiva animæ parte; non in ulla alia, nisi ex accidenti.

CAP. IV.

Ἀπορήσεις δ' ἂν τις πότερόν ἐστι κινήσεις πάσα
 πάση συμβλητῇ ἢ οὐ. Εἰ δὴ ἐστι πάσα συμβλητῇ καὶ
 δημοταχῆς τὸ ἐν ἴσῳ χρόνῳ (ἴσον) κινούμενον, ἔσται περι-
 φερῆς τις ἴση εὐθεία, καὶ μείζων δὴ καὶ ἐλάττων. Ἐπι-
 5 ἀλλοιώσεις καὶ φορὰ τις ἴση, ὅταν ἐν ἴσῳ χρόνῳ τὸ μὲν
 ἀλλοιωθῇ, τὸ δ' ἐνεχθῇ. Ἐστὶ ἄρα ἴσον πάθος
 μήκει· ἀλλ' ἀδύνατον. Ἄλλ' ἄρα ὅταν ἐν ἴσῳ ἴσον
 κινήθῃ, τότε ἰσοταχῆς· ἴσον δ' οὐκ ἔστι πάθος μήκει.
 Ὡστ' οὐκ ἔστιν ἀλλοιώσεις φορᾶ ἴση οὐδ' ἐλάττων.
 10 Ὡστ' οὐκ ἔστιν ἀλλοιώσεις φορᾶ ἴση οὐδ' ἐλάττων. (2) Ἐπι δὲ τοῦ κύκλου καὶ
 τῆς εὐθείας πῶς συμβήσεται; ἀποπὸν τε γάρ, εἰ μὴ
 ἔσται κύκλῳ ὁμοίως τουτὶ κινεῖσθαι καὶ τοῦτο ἐπι
 τῆς εὐθείας, ἀλλ' εὐθύς ἀνάγκη ἢ ὅαττον, ἢ βραδύτε-
 ρον, ὥσπερ εἰ, τὸ μὲν κάταντες, τὸ δ' ἀναντες. (3) Ἐπι
 15 οὐδὲν διαφέρει (οὐδ' ἐν) τῷ λόγῳ, εἰ τις φήσῃσιν ἀνάγκη
 εἶναι ὅαττον εὐθύς ἢ βραδύτερον κινεῖσθαι· ἔσται
 γὰρ μείζων καὶ ἐλάττων ἡ περιφερῆς τῆς εὐθείας, ὥστε
 καὶ ἴση. Εἰ γὰρ ἐν τῷ A ἴσον τὸ μὲν τὴν B διῆλθε,
 τὸ δὲ τὴν Γ, μείζων ἂν εἴη ἢ B τῆς Γ· οὕτω γὰρ τὸ
 20 ὅαττον ἐλέγετο. Οὐκοῦν καὶ εἰ ἐν ἐλάττων ἴσον, ὅαττον·
 ὥστ' ἔσται τι μέρος τοῦ A ἐν ᾧ τὸ B τοῦ κύκλου τὸ
 ἴσον δίδει, καὶ τὸ Γ ἐν δὴ τῷ A τὴν Γ. (4) Ἀλλὰ
 μὴν εἰ ἐστι συμβλητά, συμβαίνει τὸ ἄρτι ῥηθέν, ἴσην
 εὐθεῖαν εἶναι κύκλῳ· ἀλλ' οὐ συμβλητά· οὐδ' ἄρα αἰ
 25 κινήσεις. Ἄλλ' ὅσα μὴ ὁμώνυμα, ἅπαντα συμβλητά.
 Οἷον διὰ τί οὐ συμβλητόν, πότερον ὀξύτερον τὸ γρα-
 φεῖον ἢ ὁ οἶνος ἢ ἡ νῆτι; ῥετι ὁμώνυμα, οὐ συμ-
 βλητά· ἀλλ' ἡ νῆτι τῇ παρανήτῃ συμβλητόν, ὅτι
 ταῦτο σημαίνει τὸ ὀξὺ ἐπ' ἀμφοῖν. Ἄρ' οὖν οὐ ταῦτόν
 30 τὸ ταχὺ ἐνταῦθα κάκει; πολὺ δ' ἔτι ἤττον ἐν ἀλλοιώσει
 καὶ φορᾷ. (5) Ἡ πρῶτον μὲν τοῦτο οὐκ ἀληθές, ὡς εἰ
 μὴ ὁμώνυμα συμβλητά. Τὸ γὰρ πολὺ ταῦτο σημαί-
 νει ἐν ὕδατι καὶ ἀέρι, καὶ οὐ συμβλητά. Εἰ δὲ μή, τό-
 γε διπλάσιον ταῦτο (δύο γὰρ πρὸς ἓν), καὶ οὐ συμ-
 35 βλητά. (6) Ἡ καὶ ἐπὶ τούτων ὁ αὐτὸς λόγος· καὶ γὰρ
 τὸ πολὺ ὁμώνυμον. Ἄλλ' ἐνίων καὶ οἱ λόγοι ὁμώνυμοι,
 οἷον εἰ λέγοι τις ὅτι τὸ πολὺ τὸ τοσοῦτον, καὶ ἔτι ἄλλο
 τὸ τοσοῦτον, καὶ τὸ ἴσον ὁμώνυμον, καὶ τὸ ἐν δέ, εἰ
 ἔτυγεν, εὐθύς ὁμώνυμον. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὰ δύο·
 40 (7) ἐπεὶ διὰ τί τὰ μὲν συμβλητά, τὰ δὲ οὐ, εἴπερ ἦν
 μία φύσις; ἢ ὅτι ἐν ἄλλῳ πρῶτῳ δεκτικῷ. Ὁ μὲν οὖν
 ἵππος καὶ ὁ κύων συμβλητά, πότερον λευκότερον· ἐν
 ᾧ γὰρ πρῶτῳ, τὸ αὐτό, ἢ ἐπιφάνεια· καὶ κατὰ μέγε-
 θος ἴσαστύως. Ἰδὼρ δὲ καὶ φωνὴ οὐ· ἐν ἄλλῳ γάρ.
 45 (8) Ἡ δὴλον ὅτι ἔσται οὕτω γε πάντα ἐν ποιεῖν, ἐν ἄλλῳ
 δὲ ἕκαστον φάσκειν εἶναι, καὶ ἔσται ταῦτόν ἴσον καὶ
 γλυκὺ καὶ λευκόν, ἀλλ' ἄλλο ἐν ἄλλῳ. (9) Ἐπι δεκτι-
 κὸν οὐ τὸ τυχόν ἐστιν, ἀλλ' ἐν ἐνός τὸ πρῶτον. Ἄλλ' ἄρα
 οὐ μόνον δεῖ τὰ συμβλητά μὴ ὁμώνυμα εἶναι, ἀλλὰ
 50 καὶ μὴ ἔχειν διαφοράν, μήτε δ' μήτ' ἐν ᾧ; λέγω δὲ
 οἷον χρῶμα ἔχει [διαφορὰν ἢ] διαίρεσιν. Τοιγαροῦν οὐ
 συμβλητόν κατὰ τοῦτο, οἷον πότερον κερχρωμάτισται

Dubitare autem quispiam possit, an omnis motus sit
 omni motui comparabilis, necne. Si igitur omnis motus sit
 comparabilis, et æque velox sit, quod æquali tempore [per
 æquale] movetur: certe aliqua linea circularis erit rectæ
 æqualis, et major quoque, et minor. Præterea variatio
 et latio quædam erunt æquales, quum scilicet æquali tem-
 pore alterum variatum, alterum illatum fuerit. Erit igitur
 æqualis affectio longitudini: quod est impossibile. Verum
 quum æquali tempore per æquale motum fuerit, tunc æque
 velox dicitur. Sed affectio non est longitudini æqualis.
 Quapropter variatio non est latiori æqualis, nec minor.
 Quare non omnis motus est comparabilis. (2) In circulo
 autem et recta linea quonam modo accidet? quippe absur-
 dum est, nisi poterit similiter hoc moveri circulo, et illud
 in rectum; sed illico necesse sit aut celerius aut tardius
 moveri: perinde ac si alterum esset declive, alterum ac-
 clive. (3) Præterea nihil refert, quod ad hanc rationem
 attinet, si quis dixerit necesse esse ut illico celerius vel
 tardius moveatur: erit enim major et minor linea circularis,
 quam recta; quare erit etiam æqualis. Nam si in α tempore
 alterum conficit lineam β, alterum lineam γ: utique ma-
 jor erit linea β, quam γ: sic enim celerius dicebatur. Ergo
 et si minori tempore æquale spatium conficiat, celerius
 erit. Quocirca erit aliqua pars temporis α qua mobile β
 æqualem circuli partem conficit, atque mobile γ, toto α
 tempore conficit lineam γ. (4) At vero si sint comparabilia,
 evenit quod nuper dictum fuit, rectam lineam esse circulo
 æqualem. Atqui hæc non sunt comparabilia. Proinde neque
 motus. Sed quæcumque non sunt homonyma, ea omnia
 sunt comparabilia. Veluti, cur non est comparabile quod-
 nam sit acutius, stilusne, an vinum, an nete? quia scilicet
 sunt homonyma, ideo non sunt comparabilia. Sed nete cum
 paranete conferri potest: quoniam acutum in utrisque
 idem significat. Num igitur velox non idem significat hic
 et ibi? multo vero etiam minus in variatione et latiore.
 (5) An primum quidem hoc non est verum, si homonyma
 non sunt, comparabilia esse? Multum enim, idem significat
 in aqua et aere: nec tamen hæc sunt comparabilia. Si vero
 non ita sit, at certe duplum, idem significat (nempe duo
 ad unum), neque hæc sunt comparabilia. (6) An et in his
 eadem ratio? nam et multum est homonymum. Sed
 quorundam etiam definitiones sunt homonymæ: veluti,
 si quis dicat multum esse tantum, et super aliud tantum,
 et æquale, est homonymum. Sed et unum fortassis illico est
 homonymum: quodsi hæc est, etiam duo. (7) Alioqui cur
 alia essent comparabilia, alia minime, si sit una natura?
 An quia in alio primo receptaculo? equus igitur et canis
 sunt res comparabiles, utrum scilicet sit candidius: quo-
 niam id, in quo primo inest candor, est idem, nempe su-
 perficies. Et secundum magnitudinem itidem res sunt
 comparabiles. Sed aqua et vox nequaquam: quoniam est in
 affo. (8) An manifestum est, ita fore ut omnia liceat unum
 facere, sed dicere unumquodque esse in alio? atque idem
 erit æquale et dulce et candidum, sed aliud in alio. (9) Præ-
 terea non quodvis est receptaculum, sed unum est unius
 primum. Num igitur non solum oportet ea quæ sunt com-
 parabilia, non esse homonyma, sed etiam neque id quo
 comparatur, neque id in quo illud est, habere differentiam?
 Verbi gratia, color recipit [differentiam seu] divisionem:
 ergo non est aliquid secundum hunc comparabile: veluti
 utrum magis coloratum sit, non ratione alicujus coloris,

μαλλον, μη κατά τι χρωμα, ἀλλ' ἢ χρωμα· ἀλλὰ κατὰ τὸ λευκόν. Οὕτω καὶ περὶ κίνησιν δημοταχῆς τὸ ἐν ἴσῳ χρόνῳ κινήθην ἴσον τοσονδί. (10) Εἰ δὲ τοῦ μήκους ἐν τῷδὲ τὸ μὲν ἠλλοιώθη, τὸ δὲ ἠνέχθη, ἴση ἄρα αὐτῆ ἢ ἀλλοίωσις καὶ δημοταχῆς τῆ φορᾶ; ἀλλ' ἄτοπον. Αἶτιον δ' ὅτι ἡ κίνησις ἔχει εἶδη, ὥστ' εἰ τὰ ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἐνεχθέντα ἴσον μήκος ἰσοταχῆ ἔσται, ἴση ἢ εὐθεῖα καὶ ἡ περιφερῆς. Πότερον οὖν αἶτιον, ὅτι ἡ φορὰ γένος ἢ ὅτι ἡ γραμμὴ γένος; ὁ μὲν γὰρ χρόνος αἰεὶ ἄτομος τῷ εἶδει. Ἡ καὶ ἅμα κάκεινα εἶδει διαφέρει; καὶ γὰρ ἡ φορὰ εἶδη ἔχει, ἂν ἐκείνο ἔχη εἶδη ἐφ' οὗ κινεῖται. Ἐτι δ' ἐάν ᾧ, δι' οὗ, ὄϊον ἐπὶ πόδες, βᾶδισις· εἰ πέρυγες, πτησις. Ἡ οὖ, ἀλλὰ τοῖς σχήμασιν ἡ φορὰ ἄλλη, ὥστε τὰ ἐν ἴσῳ χρόνῳ ταῦτο μέγεθος κινούμενα ἰσοταχῆ· τὸ αὐτὸ δὲ ἀδιάφορον εἶδει καὶ κινήσει ἀδιάφορον. (11) Ὡστε τοῦτο σκεπτέον, τίς διαφορά κινήσεως. Καὶ σημαίνει ὁ λόγος οὗτος, ὅτι τὸ γένος οὐχ ἔν τι, ἀλλὰ παρὰ τοῦτο λαμβάνει πολλά, εἰσὶ τῶν ὁμωνυμιῶν αἰ μὲν πολλὴ ἀπέχουσαι, αἰ δὲ ἔχουσαι τινα ὁμοίτητα, αἰ δ' ἐγγύς τῆ γένει ἢ ἀναλογία, διὸ οὗ δοκοῦσιν ὁμωνυμαί εἶναι, οὕσαι. Πότε οὖν ἕτερον τὸ εἶδος, ἐάν ταῦτὸ ἐν ἄλλῳ, ἢ ἂν ἄλλο ἐν ἄλλῳ; Καὶ τίς ὁρος; ἢ τῷ κρινόμεν ὅτι ταυτὸν τὸ λευκὸν καὶ τὸ γλυκὺ ἢ ἄλλο; ὅτι ἐν ἄλλῳ φαίνεται ἕτερον; ἢ ὅτι δίωσ οὐ ταυτὸ; (12) Περὶ δὲ δὴ ἀλλοιώσεως, πῶς ἔσται ἰσοταχῆς ἑτέρα ἑτέρα; εἰ δὴ ἔστι τὸ ὑγιαίνει ἀλλοιοῦσθαι, ἔστιν τὸν μὲν ταχὺ τὸν δὲ βραδέως ἰαθῆναι, καὶ ἅμα τινὰς ὥστ' ἔστι ἀλλοίωσις ἰσοταχῆς· ἐν ἴσῳ γὰρ χρόνῳ ἠλλοιώθη. Ἀλλὰ τί ἠλλοιώθη; τὸ γὰρ ἴσον οὐκ ἔσται ἐνταῦθα λεγόμενον, ἀλλ' ὡς ἐν τῷ ποσῷ ἰσότης, ἐνταῦθα ὁμοιότης. Ἀλλ' ἔστω ἰσοταχῆς τὸ ἐν ἴσῳ χρόνῳ τὸ αὐτὸ μεταβάλλον. Πότερον οὖν ἐν ᾧ τὸ πάθος ἢ τὸ πάθος δεῖ συμβάλλειν; ἐνταῦθα μὲν δὴ ὅτι ἡ ὑγίανη ἢ αὐτῆ, ἔστι λαβεῖν, ὅτι οὔτε μάλ-
 35 λον οὔτε ἤττον, ἀλλ' ὁμοίως ὑπάρχει. Ἐάν δὲ τὸ πάθος ἄλλο ἢ, ὅσον ἀλλοιοῦται τὸ λευκαινόμενον καὶ τὸ ὑγιαζόμενον, τούτοις οὐδὲν τὸ αὐτὸ οὐδ' ἴσον οὐδ' ὁμοιον, ἢ ἤδη ταῦτα εἶδη ποιεῖ ἀλλοιώσεως, καὶ οὐκ ἔστι μία, ὥσπερ οὐδ' αἰ φοραί. Ὡστε ληπτέον πόσα εἶδη ἀ-
 40 λοιώσεως, καὶ πόσα φορᾶς. Εἰ μὲν οὖν τὰ κινούμενα εἶδει διαφέρει, ὧν εἰσὶν αἰ κινήσεις καθ' αὐτὰ καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός, καὶ αἰ κινήσεις εἶδει διοίσοσιν· εἰ δὲ γένει, γένει· εἰ δ' ἀριθμῷ, ἀριθμῷ. (13) Ἀλλὰ δὴ πότερον εἰς τὸ πάθος δεῖ βλέπειν, ἐάν ἢ ταυτὸν ἢ ὁμοιον, εἰ ἰσοταχῆς αἰ ἀλλοιώσεις, ἢ εἰς τὸ ἀλλοιοῦμενον (ὅσον εἰ τοῦ μὲν τοιονδὲ λελεύκωνται, τοῦ δὲ τοσονδί); ἢ εἰς ἅμφω, καὶ ἡ αὐτῆ μὲν ἢ ἄλλῃ τῷ πάθει, εἰ τὸ αὐτὸ ἢ ἄλλο· ἴση δὲ ἢ ἄνισος, εἰ ἐκείνο ἴσον ἢ ἄνισον. (14) Καὶ ἐπὶ γενέσεως δὲ καὶ φθορᾶς τὸ αὐτὸ σκεπτέον. Πῶς ἰσοταχῆς ἢ γενέσεις; εἰ ἐν ἴσῳ χρόνῳ τὸ αὐτὸ καὶ ἄτομον, ὅσον ἄνθρωπος ἀλλὰ μὴ ζῶον· θάττων δὲ, εἰ ἐν ἴσῳ ἕτερον· οὐ γὰρ ἐχομέν τινα δύο, ἐν οἷς ἢ ἕτερό-
 50 τας ὡς ἢ ἀνομοιότης. Καὶ εἰ ἔστιν ἀριθμὸς ἢ οὐσία, πλείων καὶ ἐλάττων ἀριθμὸς ὁμοιοειδῆς, ἀλλ' ἀνώνυμον

sed quatenus est color : verum est comparabile ratione alboris. Ita etiam in motu aequae velox dicitur, quod aequali tempore motum est per tantum aequale. (10) Si igitur hoc tempore pars magnitudinis variata est, pars vero illata : aequalisne est haec variatio et aequae velox ac latio? Sed hoc est absurdum. Causa vero est, quia motus habet species. Quare si ea quae aequali tempore feruntur per aequalem longitudinem, sint aequae velocia, linea recta et circularis erunt aequales. Utrum igitur causa est, quia latio est genus, an quia linea est genus? nam tempus idem est semper individuum specie. An illa etiam simul specie differunt? etenim latio species habet, si illud habeat species, in quo movetur. Praeterea si id per quod fit motus : veluti, si sint pedes, ambulatio; si alae, volatus : an non, sed figuris tantum latio diversa est? Quapropter ea quae aequali tempore per eandem magnitudinem moventur, sunt aequae velocia : eadem autem magnitudo est, quae non dividitur in species, et motus similiter idem, qui non dividitur in species. (11) Quocirca hoc est considerandum, quatenam sit differentia motus. Atque hic sermo indicat genus non esse unum quid, sed praeter hoc multa latere. Homonymiarum autem aliae longe distant; aliae quondam similitudinem habent; aliae sunt propinquae aut genere, aut proportione : ideo non videntur homonymiae, quum tamen sint. Quando igitur species diversa est? utrum si eadem est in alio, an si alia in alio? Et quatenam est definitio, seu quoniam iudicamus album et dulce esse idem, vel diversum? An quia in alio videtur species diversa? an quia omnino non est eadem? (12) Quod igitur ad variationem attinet, quomodo altera est aequae velox atque altera? Sane si sanari esse variari; et fieri potest ut alius celeriter, alius tarde sanetur : etiam fieri potest ut quidam simul sanentur. Quapropter est variatio aequae velox : aequalis enim tempore variatum est. Sed quid variatum est? nam aequale hic non dicitur. Sed ut est in quantitate aequalitas, ita hic similitudo. Sed esto aequae velox, quod idem mutatur aequali tempore. Utrum igitur id conferre oportet in quo est affectio, an ipsam affectionem? hic sane licet sumere sanitatem esse eandem, neque plus neque minus, sed similiter inesse. Si vero affectio diversa sit : utputa variatur, quod albescit, et quod sanatur : his nihil est idem, nec aequale, nec simile; quatenus haec jam faciunt species variationis; nec est una variatio, sicuti nec una latio. Quocirca sumendum est, quot sint species variationis, et quot species lationis. Si igitur ea quae moventur, specie differunt, ea scilicet quorum sunt motiones per se, non ex accidenti; etiam motiones specie different : sin autem genere, genere; sin numero, numero. (13) Sed utrum ad affectionem respicere oportet, sitne eadem vel similis, si variationes sint similes, an id quod variatur (utputa si huius tantum est dealbatio, illius vero tantum), an ad utrumque? et eadem quidem vel diversa est variatio ratione affectionis, si affectio sit eadem vel diversa : aequalis autem vel inaequalis est variatio, si affectio illa sit aequalis vel inaequalis. (14) Quin et in generatione et interitu idem considerandum est. Quomodo generatio est aequae velox? si aequali tempore idem atque individuum gignatur, ut homo, non autem animal. Velocior autem, si aequali tempore diversum : non habemus enim duo aliqua, in quibus sit diversitas, ut dissimilitudo. Et si essentia est numerus; certe major vel minor numerus est ejusdem speciei. Sed nomine caret id

τὸ κοινόν, καὶ τὸ ἐκάτερον [ποιόν· τὸ μὲν ποιόν,]
ὡσπερ τὸ πλείον πάθος ἢ τὸ ὑπερέχον μᾶλλον [τὸ δὲ
ποσὸν μείζον].

quod est commune, et utrumque est quale; quale autem,
velut plus affectionis, seu quod excedit, dicitur magis :
quantum autem, dicitur majus.

CAP. V.

Ἐπει δὲ τὸ κινεῖν κινεῖ τι αἰεὶ καὶ ἐν τινι καὶ
6 μέχρι του· (λέγω δὲ τὸ μὲν ἐν τινι, ὅτι ἐν χρόνῳ· τὸ
δὲ μέχρι του, ὅτι ποσόν τι μῆκος· αἰεὶ γὰρ ἅμα κινεῖ
καὶ κεκίνηκεν· ὥστε ποσόν τι ἔσται δ' ἐκινήθη, καὶ ἐν
ποσῶ·) εἰ δὴ τὸ μὲν A τὸ κινεῖν, τὸ δὲ B τὸ κινούμε-
νον, ὅσον δὲ κεκίνηται μῆκος τὸ Γ, ἐν ὅσῳ δὲ δ' χρό-
10 νος ἐφ' οὗ Δ· ἐν δὴ τῷ ἴσῳ χρόνῳ ἢ ἴσῃ δυνάμει
ἢ ἐφ' οὗ A τὸ ἥμισυ τοῦ B διπλασίαν τῆς Γ κινήσει,
τὴν δὲ τὸ Γ ἐν τῷ ἥμισυ τοῦ Δ· οὕτω γὰρ ἀνάλογον
ἔσται. (2) Καὶ εἰ ἡ αὐτὴ δυνάμις τὸ αὐτὸ ἐν τῷ δὲ τῷ
χρόνῳ τοσούτῳ κινεῖ, καὶ τὴν ἡμίσειαν ἐν τῷ ἥμισυ
15 καὶ ἡ ἡμίσεια ἰσχύς τὸ ἥμισυ κινήσει ἐν τῷ ἴσῳ
χρόνῳ τὸ ἴσον· ὅσον τῆς A δυαμίως ἔστω ἡμίσεια ἢ τὸ
E, καὶ τοῦ B τὸ Z ἡμισυ· ὁμοίως δὲ ἔχουσι καὶ ἀνά-
λογον ἢ ἰσχύς πρὸ τὸ βάρους· ὥστε ἴσον ἐν ἴσῳ χρόνῳ
κινήσουσι. (3) Καὶ εἰ τὸ E τὸ Z κινεῖ ἐν τῷ Δ
20 τὴν Γ, οὐκ ἀνάγκη ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ τὸ ἐφ' οὗ E τὸ
διπλασίον τοῦ Z κινεῖν τὴν ἡμίσειαν τῆς Γ. Εἰ δὴ τὸ
A τὴν τὸ B κινήσει ἐν τῷ Δ ὅσην ἢ τὸ Γ, τὸ ἥμισυ
τοῦ A τὸ ἐφ' οὗ E τὴν τὸ B οὐ κινήσει ἐν τῷ χρόνῳ
ἐφ' οὗ Δ, οὐδ' ἐν τινι τοῦ Δ τῆς Γ, ἢ ἀνάλογον πρὸς
25 τὴν ὅλην τὴν Γ, οὐδὲ τὸ A πρὸς τὸ E· ὅπως γὰρ εἰ ἔτυ-
χεν οὐ κινήσει οὐδέν· εἰ γὰρ ἡ ὅλη ἰσχύς τοσούτῳ ἐκί-
νησεν, ἢ ἡμίσεια οὐ κινήσει οὔτε ποσὴν οὔτ' ἐν ὅπο-
σωσὺν· εἰς γὰρ ἂν κινεῖται τὸ πλοῖον, εἴπερ ἦ τε τῶν
νευλικῶν τέμνεται ἰσχύς εἰς τὸν ἀριμὸν καὶ τὸ μῆ-
30 κος, ὃ πάντες ἐκίνησαν. Διὰ τοῦτο ὁ Ζήνωνος λόγος
οὐκ ἀληθής, ὡς φορεῖ τῆς κέγχρου δειοῦν μέρος· οὐδὲν
γὰρ κωλύει μὴ κινεῖν τὸν ἀέρα ἐν μηδενὶ χρόνῳ τοῦτον
ὅν ἐκίνησεν ἐμπεσὼν ὁ δλος μέδιμος· οὐδὲ δὴ τοσοῦτον
μῶριον, ὅσον ἂν κινήσειε τὸ ὅλον, εἰ εἴη καθ' αὐτὸ
35 τοῦτο, οὐ κινεῖ· οὐδὲ γὰρ οὐδὲν ἔστιν ἄλλ' ἢ δυνάμει ἐν
τῷ ὅλῳ. (4) Εἰ δὲ τὰ δύο, ἐκάτερον δὲ τῶνδε ἐκά-
τερον κινεῖ τοσούτῳ ἐν τοσούτῳ, καὶ συντιθέμενα αἱ δυ-
νάμεις τὸ σύνθετον ἐκ τῶν βαρῶν τὸ ἴσον κινήσουσι
μῆκος καὶ ἐν ἴσῳ χρόνῳ· ἀνάλογον γάρ. Ἄρ' οὖν οὕτω
40 καὶ ἐπ' ἀλλοιώσεως καὶ ἐπ' αὐξήσεως; τὸ μὲν γὰρ τὸ
αὔξον, τί δὲ τὸ αὐξανόμενον, ἐν ποσῶ δὲ χρόνῳ καὶ
ποσὸν τὸ μὲν αὔξει, τὸ δὲ αὐξάνεται. Καὶ τὸ ἀλλοιοῦν
καὶ τὸ ἀλλοιούμενον ὡσαύτως, τί καὶ ποσὸν κατὰ τὸ
μᾶλλον καὶ ἥττον ἡλλοίωται, καὶ ἐν ποσῶ χρόνῳ, ἐν
45 διπλασίῳ διπλασίον, καὶ τὸ διπλασίον ἐν διπλασίῳ·
τὸ δ' ἥμισυ ἐν ἥμισυ χρόνῳ, ἢ ἐν ἥμισυ ἥμισυ,
ἢ ἐν ἴσῳ διπλασίον. Εἰ δὲ τὸ ἀλλοιοῦν ἢ αὔξον τὸ το-
σόνδε ἐν τῷ ποσῶ δὲ ἢ αὔξει ἢ ἀλλοιοῖ, οὐκ ἀνάγκη καὶ
τὸ ἥμισυ ἐν ἥμισυ καὶ ἐν ἥμισυ τὸ ἥμισυ, ἀλλ' οὐδὲν εἰ
50 ἔτυχεν ἀλλοιώσει ἢ αὐξήσει, ὡσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ βάρους.

Quum autem id quod movet, aliquid semper moveat, et
in aliquo, et usque ad aliquid : (dico autem in aliquo,
quia in tempore movet; usque ad aliquid vero, quia per
quantam aliquam longitudinem : semper enim simul movet
et movit : quapropter erit quantum quiddam, quod motum
est, et in quanto :) si igitur τὸ α est quod movet; τὸ β
autem, quod movetur; τὸ γ vero, longitudo per quam mo-
tum est; tempus autem, quo movetur, est ubi δ : sane
æquali tempore æqualis vis, quæ est ubi α, dimidium ipsius
β movebit per longitudinem duplo majorem quam γ : per
longitudinem autem γ movebit in dimidio temporis δ. Sic
enim erit proportio. (2) Etsi eadem vis idem pondus hoc
tempore per tantam longitudinem movet; etiam per dimi-
diam longitudinis partem movebit dimidiato tempore : et
dimidiata vis dimidium pondus movebit æquali tempore
per æquale spatium. Utpote virtutis α esto dimidia virtus ε ;
et ponderis β esto dimidium τὸ ζ : similiter itaque affecta
erunt, et eandem rationem habebit vis ad pondus. Qua-
propter per æquale spatium æquali tempore movebunt.
(3) Et si τὸ ε movet pondus ζ tempore δ per longitudinem
γ : non est necesse ut æquali tempore τὸ ε moveat duplum
ponderis ζ per dimidiam partem longitudinis γ. Si igitur τὸ
α movebit pondus β in tempore δ per longitudinem γ, non
propterea dimidium τοῦ α, nempe τὸ ε, movebit pondus β
in tempore δ : nec in aliqua parte temporis δ movebit per
aliquam partem longitudinis γ, seu quæ eandem rationem
habeat ad totam longitudinem γ, ut virtus α ad virtutem ε.
Omnino enim fortasse per nullam spatii partem movebit.
Nam si tota vis per tantam longitudinem movit : non pro-
pterea vis dimidiata movebit nec per quantamvis longitu-
dinem, nec quovis tempore. Alioqui unus moveret navi-
gium, si eorum qui navigium trahunt, vis divideretur in
numerus, et longitudinem per quam omnes moverunt.
Idcirco Zenonis ratio non est vera, quantamvis milii par-
tem sonum edere : quia nihil prohibet quominus nullo
tempore moveat hunc aerem, quem totus incidens modius
movebat. Nec igitur tantam partem, quantam moveret una
cum toto, hæc milii pars, si sit per se, movebit : quia
nulla pars est in toto, nisi potestate. (4) Si vero duo sunt,
et horum utrumque movet utrumque pondus per tantum
spatii tanto tempore : etiam conjunctæ vires, id quod ex
ponderibus est compositum, per æqualem longitudinem
movebunt; et æquali tempore : proportio namque est. Num
igitur ita res habet et in variatione et accretione? est enim
aliquid quod auget, et aliquid quod augetur : tanto autem
tempore, et secundum tantam magnitudinem, alterum au-
get, alterum augetur. Et quod variat, et quod variatur,
itidem secundum aliquod seu secundum quantitatem ali-
quam vel magis vel minus variatum est, ac tanto tempore,
duplo tempore duplum, et duplum duplo tempore; dimi-
dium autem dimidiato tempore, vel dimidiato tempore dimi-
dium, vel æquali tempore duplum. Si vero quod variat
vel auget, tantum tanto tempore vel auget vel variat; non
est necesse ut etiam dimidium dimidiato tempore, et dimi-
diato tempore dimidium augetat seu variat : sed fortasse
nulla ex parte variabit vel augebit, sicut et in pondere
contingebat.

LIBER VIII.

CAP. I.

Πότερον δὲ γέγονέ ποτε κίνησις οὐκ οὖσα πρότερον, καὶ φθείρεται πάλιν οὕτως ὥστε κινεῖσθαι μηδέν, ἢ οὐτ' ἐγένετο οὐτε φθείρεται, ἀλλ' αἰεὶ ἦν καὶ αἰεὶ ἔσται, καὶ τοῦτ' ἀθάνατον καὶ ἀπαυστον ὑπάρχει τοῖς οὖσιν, ὅσον ζῶν τις οὖσα τοῖς φύσει συνεστῶσι πᾶσιν; Ἔίναι μὲν οὖν κίνησιν πάντες φασὶν οἱ περὶ φύσεώς τι λέγοντες, διὰ τὸ κοσμοποιεῖν καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς εἶναι τὴν θεωρίαν πᾶσιν αὐτοῖς, ἣν ἀδύνατον ὑπάρχει μὴ κινήσεως οὕσης. Ἄλλ' ὅσοι μὲν ἀπείρους τε κόσμους εἶναί φασι, καὶ τοὺς μὲν γίνεσθαι, τοὺς δὲ φείρεσθαι τῶν κόσμων, αἰεὶ φασιν εἶναι κίνησιν (ἀναγκαῖον γὰρ τὰς γενέσεις καὶ τὰς φθορὰς εἶναι μετὰ κινήσεως αὐτῶν)· ὅσοι δὲ ἓνα ἢ μὴ αἰεὶ, καὶ περὶ τῆς κινήσεως ὑποτιθενταὶ κατὰ λόγον. (2) Εἰ δὲ ἐνδέχεται ποτε μηδέν κινεῖσθαι, διγῶς ἀνάγκη τοῦτο συμβαίνειν· ἢ γὰρ ὡς Ἀναξαγόρας λέγει (φησὶ γὰρ ἐκείνος, ὁμοῦ πάντων ὄντων καὶ ἡρεμούντων τὸν ἀπειρον χρόνον, κίνησιν ἐμποιοῦσαι τὸν νοῦν καὶ διακρίναι), ἢ ὡς Ἐμπεδοκλῆς, ἐν μέρει κινεῖσθαι καὶ πάλιν ἡρεμεῖν, κινεῖσθαι μὲν ὅταν ἡ φιλία ἐκ πολλῶν ποιῇ τὸ ἐν ἢ τὸ νεῖκος πολλὰ ἐξ ἑνός, ἡρεμεῖν δ' ἐν τοῖς μεταξὺ χρόνοις, λέγων οὕτως·

— ἡμὲν ἐν ἐκ πλεόνων μεμάθηκε φύεσθαι,
ἡδὲ πάλιν διαφύντος ἐνὸς πλέον' ἐκτελέθουσιν.

25 Τῆ μὲν γίνονται τε, καὶ οὐ σφισιν ἐμπεδος αἰών·
ἢ δὲ τὰδ' ἀλλάσσοντα διαμπερές οὐδαμὰ λήγει,
ταύτη δ' αἰὲν ἔασιν ἀκίνητοι κατὰ κύκλον.

Δεῖ γὰρ ὑπολαβεῖν λέγειν αὐτὸν ἢ δὲ τὰδ' ἐνθένδε τὰ ἀλλάσσοντα. (3) Σκεπτόεν δὴ περὶ τούτων πῶς ἔχει. Πρὸ ἔργου γὰρ οὐ μόνον πρὸς τὴν περὶ φύσεως θεωρίαν ἰδεῖν τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν μεθόδον τὴν περὶ τῆς ἀρχῆς τῆς πρώτης. (4) Ἀρξώμεθα δὲ πρῶτον ἐκ τῶν διωρισμένων ἡμῖν ἐν τοῖς φυσικοῖς πρότερον. Φαμὲν δὴ τὴν κίνησιν εἶναι ἐντελέχειαν τοῦ κινήτου ἢ κινήτον. Ἀναγκαῖον ἄρα ὑπάρχειν τὰ πράγματα τὰ δυνάμενα κινεῖσθαι καθ' ἑκάστην κίνησιν. Καὶ χωρὶς δὲ τοῦ τῆς κινήσεως ὀρισμοῦ, πᾶς ἂν ὁμολογήσειεν ἀναγκαῖον εἶναι κινεῖσθαι τὸ δυνατόν κινεῖσθαι καθ' ἑκάστην κίνησιν, ὅσον ἀλλοιοῦσθαι μὲν τὸ ἀλλοιωτὸν, φέρεσθαι δὲ τὸ κατὰ τόπον μεταβλητόν· ὥστε δεῖ πρότερον καυστὸν εἶναι πρὶν κάεσθαι, καὶ καυστικὸν πρὶν κάειν. (5) Οὐκοῦν καὶ ταῦτα ἀναγκαῖον ἢ γενέσθαι ποτὲ οὐκ ὄντα ἢ αἰδία εἶναι. (6) Εἰ μὲν τοῖνον ἐγένετο τῶν κινήτων ἕκαστον, ἀναγκαῖον πρότερον τῆς ληφθείσης ἄλλην γενέσθαι μεταβολὴν καὶ κίνησιν, καθ' ἣν ἐγένετο τὸ δυνατόν κινήθηναί ἢ κινήσαι. (7) Εἰ δ' ὄντα προὔπηρχεν αἰεὶ, κινήσεως μὴ οὕσης, ἄλογον μὲν φαίνεται καὶ αὐτόθεν

Utrum autem factus est aliquando motus, quum antea non esset, et interit rursus, ita ut nihil moveatur : an neque factus est, neque interit, sed semper erat, et semper erit, atque hoc immortale et indesinens rebus inest, tanquam sit vita quaedam omnibus naturā constantibus? Esse igitur motum omnes asserunt, qui de natura aliquid dicunt : propterea quod mundum faciunt, ac de generatione et interitu his omnibus est inspectio, quæ esse nequeunt, nisi motus sit. Sed quotcumque infinitos mundos esse aiunt, et alios quidem mundos fieri, alios vero interire, hi semper inquirunt esse motum : quia necesse est eorum generationes et interitus esse cum motu. Quicumque vero unum mundum, aut non semper esse affirmant, etiam de motu id ponunt : quod est ei sententiæ consentaneum.

(2) Si igitur fieri potest ut aliquando nihil moveatur, bifariam necesse est hoc accidere : vel enim, ut Anaxagoras dicit (is enim ait, quum simul omnia essent ac quiescerent infinito tempore, mentem illam produxisse motum, et se crevisse), vel, ut inquit Empedocles, vicissim moveri, et rursus quiescere : moveri quidem, quum amicitia ex multis unum facit, aut dissidium multa ex uno ; quiescere autem temporibus interjectis, ita inquiriens :

— Aut unum ex multis consuevit oriri,
Aut rursus ex uno genito plura perficiuntur.

Ilac fiunt, nec est ipels constans ævum :

Illac autem hæc mutantur perpetuo, neque desinunt ;

Hac semper immobiles sunt in orbem.

Nam existimare oportet dicere eum *quarto versu* Ilac hæc, ut sit, Dehinc hæc mutantur. (3) De his igitur considerandum est, quoniam modo se habeant : quia veritatem perspicere non solum confert ad eam contemplationem quæ est de natura, sed etiam ad methodum quæ est de primo principio. (4) Primum autem incipiamus ab iis quæ a nobis antea definita sunt in Physicis. Dicimus ergo motum esse actum mobilis, quatenus est mobile. Necessarium igitur est res subesse, quæ possint unoquoque motu cieri. Sed et sine definitione motus, quilibet fateretur necessarium esse ut moveatur quod potest moveri unoquoque motu : ulputa variari, quod est variabile ; ferri autem, quod est loco mutabile. Quapropter oportet prius esse cremabile, quam cremetur : et id quod cremandi vim habet, prius quam cremet. (5) Ergo et hæc necesse est aut facta aliquando fuisse, quum non essent, aut æterna esse. (6) Si igitur factum est unumquodque eorum quæ movere et moveri possunt : necesse est, ea mutatione, quæ sumpta fuit, aliam priorem factam esse mutationem ac motionem, qua factum est id quod potest movere et moveri. (7) Quodsi semper fuerunt, quum motus non esset ; absurdum jam

ἐπιστήσασιν· οὐ μὴν ἀλλὰ μάλλον ἔτι προῖοῦσι
τοῦτο συμβαίνειν ἀναγκαῖον. Εἰ γὰρ τῶν μὲν κινήτων
ὄντων, τῶν δὲ κινήτικῶν, ὅτε μὲν ἔσται τι πρῶτον
κινουῦν, τὸ δὲ κινούμενον, ὅτε δ' οὐθέν, ἀλλ' ἡρεμεί,
ἀναγκαῖον τοῦτο μεταβάλλειν πρότερον· ἦν γὰρ τι
αἴτιον τῆς ἡρεμίας· ἢ γὰρ ἡρέμησις στέρησις τῆς
κινήσεως. Ὡστε πρὸ τῆς πρώτης μεταβολῆς ἔσται
μεταβολὴ πρότερα. (8) Ἐὰ μὲν γὰρ κινεῖ μοναχῶς,
τὰ δὲ καὶ τὰς ἐναντίας κινήσεις, ὅσον τὸ μὲν πῦρ
θερμαίνει, ψύχει δ' οὐ, ἢ δ' ἐπιστήμη δοκεῖ τῶν
ἐναντίων εἶναι μία. Φαίνεται μὲν οὖν κακεῖ τι εἶναι
ὁμοίτροπον· τὸ γὰρ ψυχρὸν θερμαίνει στραφέν πως
καὶ ἀπελθόν, ὥσπερ καὶ ἀμαρτάνει ἐκὼν δὲ ἐπιστήμων,
ὅταν ἀνάπαλιν χρῆσθαι τῇ ἐπιστήμῃ. Ἄλλ' οὖν ὅσα
ἴσθαι δυνατὰ ποιεῖν καὶ πάσχην ἢ κινεῖν, τὰ δὲ κινεῖ-
σθαι, οὐ πάντως δυνατὰ ἔστιν, ἀλλ' ὠδὲ ἔχοντα καὶ
πλησιάζοντα ἀλλήλοις. Ὡσθ' ὅταν πλησιάσῃ, κινεῖ,
τὸ δὲ κινεῖται, καὶ ὅταν ὑπάρξῃ ὡς εἶναι τὸ μὲν κινή-
τικὸν τὸ δὲ κινήτῳ. (9) Εἰ τοίνυν μὴ αἰεὶ ἐκινεῖτο,
ὁῦλον ὡς οὐχ οὕτως εἶχον, ὡς δυνάμενα τὸ μὲν κινεῖ-
σθαι τὸ δὲ κινεῖν, ἀλλ' ἔδει μεταβάλλειν θάτερον
αὐτῶν· ἀνάγκη γὰρ ἐν τοῖς πρὸς τι τοῦτο συμβαίνειν,
ὅσον εἰ μὴ ὄν διπλάσιον νῦν διπλάσιον, μεταβάλλειν,
εἰ μὴ ἀμρότερα, θάτερον. Ἔσται ἄρα τις προ-
τέρα μεταβολὴ τῆς πρώτης. (10) Πρὸς δὲ τοῦτοις τὸ
πρότερον καὶ ὕστερον πῶς ἔσται χρόνου μὴ ὄντος;
ἢ ὁ χρόνος, μὴ οὐσίας κινήσεως; Εἰ δὴ ἔστιν ὁ χρόνος
κινήσεως ἀριθμὸς ἢ κινήσις τις, εἴπερ αἰεὶ χρόνος ἔστιν,
ἀνάγκη καὶ κινήσιν αἰδῖον εἶναι. Ἄλλὰ μὴν περὶ γε
χρόνου ἔξω ἐνὸς ὁμονοητικῶς ἔχοντες φαίνονται πάν-
τες· ἀγένητον γὰρ εἶναι λέγουσι. Καὶ διὰ τοῦτο
Δημόκριτος τε δεικνυσιν ὡς ἀδύνατον ἅπαντα γεγενέ-
ναι· τὸν γὰρ χρόνον ἀγένητον εἶναι. Πλάτων δ' αὐ-
τὸν γενεῆς μόνος· ἅμα μὲν γὰρ αὐτὸν τῷ οὐρανῷ γεγο-
νέναι, τὸν δ' οὐρανὸν γεγονέναι φησίν. (11) Εἰ οὖν
ἀδύνατόν ἐστι καὶ εἶναι καὶ νοῆσαι χρόνον ἄνευ τοῦ
νῦν, τὸ δὲ νῦν ἐστὶ μεσότης τις, καὶ ἀρχὴν καὶ τελευ-
τὴν ἔχον ἅμα, ἀρχὴν μὲν τοῦ ἐσομένου χρόνου,
τελευτὴν δὲ τοῦ παρελθόντος, ἀνάγκη αἰεὶ εἶναι χρό-
νον· τὸ γὰρ ἔσχατον τοῦ τελευταίου ληφθέντος χρόνου
ἐν τινι τῶν νῦν ἔσται· οὐδὲν γὰρ ἔστι λαβεῖν ἐν τῷ
χρόνῳ παρὰ τὸ νῦν. Ὡστ' ἐπεὶ ἔστιν ἀρχὴ τε καὶ
τελευτὴ τὸ νῦν, ἀνάγκη αὐτοῦ ἐπ' ἀμρότερα εἶναι αἰεὶ
χρόνον. Ἄλλὰ μὴν εἴγε χρόνον, φανερόν ἐστι ἀνάγκη
εἶναι καὶ κινήσιν, εἴπερ ὁ χρόνος πάθος τι κινήσεως.
(12) Ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ ἀφθαρτον εἶναι τὴν
κινήσιν· καθάπερ γὰρ ἐπὶ τοῦ γενέσθαι κινήσιν συνέ-
βαινε πρότερον εἶναι τινα μεταβολὴν τῆς πρώτης,
οὕτως ἐνταῦθα ὕστερον τῆς τελευταίας· οὐ γὰρ ἅμα
παύεται κινούμενον καὶ κινήτῳ ὄν, ἢ καόμενον, καὶ
καυστὸν ὄν (ἐνδέχεται γὰρ καυστὸν εἶναι μὴ καόμενον),
οὐδὲ κινήτικὸν καὶ κινουῦν. (13) Καὶ τὸ φθαρτὸν δὲ
δεήσει φθαρῆναι, ὅταν φθειρήται· καὶ τὸ τούτου φθα-
ρικὸν πάλιν ὕστερον· καὶ γὰρ ἢ τὸ μεταβολῆ τε

per se apparet iis qui animadvertunt; verum magis adhuc
progredientibus hoc evenire necesse est. Nam si, quum
alia sint mobilia, alia quæ movendi vim habent, aliquando
est aliquid primum movens, et quod movetur; aliquando
vero nihil, sed quiescit: necesse est, hoc mutari prius:
erat enim aliqua causa quietis; quandoquidem quies est
privatio motus: quare prima mutatione erit mutatio prior.
(8) Alia namque movent uno motu, alia etiam contrariis
motibus: ut ignis calefacit quidem, non tamen refrigerat;
scientia vero videtur contrariorum una esse. Verumenim-
vero et illic apparet aliquid simile. Etenim frigidum cale-
facit conversum aliquo modo ac remotum, sicuti sponte
peccat sciens, quum abutitur scientiâ. Sed quæcumque
possunt facere et pati, vel movere ac moveri, non omnino
id possunt, sed si ita se habeant, et sibi invicem propinqua
sint. Quocirca quum prope accesserint, alterum movet, al-
terum movetur: et quum ita fuerint, ut alterum sit moti-
vum, alterum mobile. (9) Si igitur non semper movebatur,
patet ea non fuisse ita affecta, ut alterum posset moveri, al-
terum movere: sed oportebat alterum eorum mutari. Necesse
est enim, in iis quæ ad aliquid referuntur, hoc accidere: ve-
luti si quum non esset duplum, nunc est duplum, necesse
est ut si non ambo, saltem alterum sit mutatum. Erit igitur
aliqua mutatio prior mutatione prima. (10) Ad hæc, prius
et posterius quonam modo erit, nisi sit tempus? aut tem-
pus, nisi sit motus? Quodsi tempus est, numerus motus,
aut quidam motus: siquidem semper est tempus, necesse
est motum quoque sempiternum esse. Atqui de tempore,
præter unum, omnes videntur in eadem sententia conve-
nire: ingenitum enim esse dicunt. Ideoque Democritus probat
non posse omnia esse genita: quia tempus est ingenitum.
Plato autem solus ipsum gignit: ipsum enim simul cum
cælo genitum esse, ac cæelum genitum esse asserit. (11) Si
igitur impossibile est et esse et intelligere tempus sine mo-
mento, momentum vero est medietas quædam, simulque
habet principium et finem, principium quidem futuri tem-
poris, finem autem præteriti: necesse est, semper esse
tempus: quia extremum ultimi accepti temporis erit in
aliquo momento: quantumquidem nihil licet sumere in tem-
pore præter momentum. Quapropter quum momentum sit
principium et finis: necesse est, ex utraque ejus parte
semper esse tempus. Atqui si tempus, patet necesse esse ut
sit etiam motus: siquidem tempus est affectio quædam
motus. (12) Eadem ratio de eo quoque valet, quod motus
non sit interitui obnoxius. Sicut enim eo posito quod motus
factus fuerit, eveniebat mutationem aliquam esse priorem
prima; ita hic evenit esse posteriorem postrema: quia non
simul desinit esse mobile, et moveri; aut esse cremabile,
et cremari (potest enim esse cremabile, quod non cre-
metur); nec habere vim movendi, et movere. (13) Sed et
quod interitui est obnoxium, oportebit interituisse, quando
interiit: et rursus postea, quod hujus interimendi vim habet.
Etenim interitus est mutatio quædam. Ergo si hæc sunt

ἔστιν. Εἰ δὲ ταῦτ' ἀδύνατα, δῆλον ὡς ἔστιν αἰδιος κίνησις, ἀλλ' οὐχ ὅτε μὲν ἦν, ὅτε δ' οὐ· καὶ γὰρ εἴκοι τὸ οὕτω λέγειν πλάσματι μάλλον. (14) Ὅμοίως δὲ καὶ τὸ λέγειν ὅτι πέφυκεν οὕτω, καὶ ταύτην δεῖ νομίζειν εἶναι ἀρχήν, ὅπερ εἴκοιεν Ἐμπεδοκλῆς ἂν εἰπεῖν, ὡς τὸ κρατεῖν καὶ κινεῖν ἐν μέρει τὴν φιλίαν καὶ τὸ νεῖκος ὑπάρχει τοῖς πράγμασιν ἐξ ἀνάγκης, ἡρεμεῖν δὲ τὸν μεταξὺ χρόνον. (15) Ἰάχα δὲ καὶ οἱ μίαν ἀρχὴν ποιοῦντες, ὥσπερ Ἀναξαγόρας, οὕτως ἂν εἰποῖεν. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲν γε ἄτακτον τῶν φύσει καὶ κατὰ φύσιν· ἡ γὰρ φύσις αἰτία πᾶσι τάξεως. Τὸ δ' ἄπειρον πρὸς τὸ ἄπειρον οὐδένα λόγον ἔχει· τάξις δὲ πᾶσα λόγος. Τὸ δ' ἄπειρον χρόνον ἡρεμεῖν, εἴτα κινήθηναί ποτε, τούτου δὲ μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν, ὅτι νῦν μάλλον ἢ πρότερον, μηδ' αὐτὰ τινὰ τάξιν ἔχειν, οὐκέτι φύσεως ἔργον. Ἡ γὰρ ἀπλῶς ἔχει τὸ φύσει, καὶ οὐχ ὅτε μὲν οὕτως, ὅτε δ' ἄλλως, οἷον τὸ πῦρ ἄνω φύσει φέρεται, καὶ οὐχ ὅτε μὲν ὅτε δ' οὐ· ἡ λόγον ἔχει τὸ μὴ ἀπλοῦν. Διόπερ βέλτιον ὡς Ἐμπεδοκλῆς, κἂν εἰ τις ἕτερος εἴρηκεν οὕτως ἔχειν, ἐν μέρει τὸ πᾶν ἡρεμεῖν καὶ κινεῖσθαι πάλιν· τάξιν γὰρ ἤδη τιν' ἔχει τὸ τοιοῦτον. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο δεῖ τὸν λέγοντα μὴ φάναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν αὐτοῦ λέγειν, καὶ μὴ τίθεσθαι μηδὲν ἀξίωμα' ἀλογον, ἀλλ' ἡ ἐπαγωγὴν ἢ ἀποδείξιν φέρειν· αὐτὰ μὲν γὰρ οὐκ αἰτία τὰ ὑποτεθέντα, οὐδὲ τοῦτ' ἦν τὸ φιλότῃσι ἢ νεῖκει εἶναι ἀλλὰ τῆς μὲν τὸ συνάγειν, τοῦ δὲ τὸ διακρίνειν. Εἰ δὲ προσοριεῖται τὸ ἐν μέρει, λεκτέον ἐφ' ὧν οὕτως, ὥσπερ ὅτι ἔστι τι θ' συνάγει τοὺς ἀνθρώπους, ἢ φιλία, καὶ φεύγουσιν οἱ ἐχθροὶ ἀλλήλους· τοῦτο γὰρ ὑποτίθεται καὶ ἐν τῷ δλω εἶναι· φαίνεται γὰρ ἐπὶ τινων οὕτω· τὸ δὲ καὶ δι' ἴσων χρόνων δεῖται λόγου τινός. Ὅλως δὲ τὸ νομίζειν ἀρχὴν εἶναι ταύτην ἱκανήν, ὅτι αἰεὶ ἡ ἔστιν οὕτως ἡ γίνεσθαι, οὐκ ὀρθῶς ἔχει ὑπολαθεῖν, ἐφ' ὃ Δημόκριτος ἀνάγει τὰς περὶ φύσεως αἰτίας, ὡς οὕτω καὶ τὸ πρότερον ἐγένετο· τοῦ δὲ αἰεὶ οὐκ ἀξιοῖ ἀρχὴν ζητεῖν, λέγων ἐπὶ τινων ὀρθῶς, ὅτι δ' ἐπὶ πάντων, οὐκ ὀρθῶς. Καὶ γὰρ τὸ τρίγωνον ἔχει δυσὶν ὀρθαῖς αἰεὶ τὰς γωνίας ἴσας, ἀλλ' ὁμοῦς ἐστὶ τι τῆς αἰδιότητος ταύτης ἕτερον αἰτίον· τῶν μέντοι ἀρχῶν οὐκ ἔστιν ἕτερον αἰτίον, αἰδιῶν οὐσῶν. Ὅτι μὲν οὖν οὐδεὶς ἦν χρόνος οὐδ' ἔσται, ὅτε κίνησις οὐκ ἦν ἢ οὐκ ἔσται, εἰρήσθω τσαῦτα.

impossibilia, manifestum est motum esse æternum, non interdum esse, interdum non esse. Etenim sic dicere figmento potius simile videtur. (14) Similiter etiam dicere sic naturam esse comparatum, et hoc pro principio haberi debere; quod quidem videtur dixisse Empedocles, id est, ut amicitia et dissidium vicissim dominantur et moventur, rebus necessario inesse, et ut quiescant tempore interjecto. (15) Fortassis autem et qui unum principium faciunt, ut et Anaxagoras, idem dicerent. At vero nihil ordine vacat ex iis quæ naturam et secundum naturam constant: quandoquidem natura omnibus est causa ordinis; infinitum vero ad infinitum nullam rationem habet. Omnium autem ordo est ratio. Ceterum infinito tempore quiescere, deinde motum aliquando esse, et hujus nullam esse differentiam, cur nunc potius quam antea, nec rursus aliquem ordinem habere: certe hoc non est amplius naturæ opus. Aut enim simpliciter se habet, quod natura constat, non modo sic, modo aliter (ut ignis versus naturam fertur, nec aliquando fertur, aliquando minime); aut rationem habet, quod non est simplex. Idcirco melius est, ut Empedocles, et si quis alius, dixit ita rem se habere, ut universum vicissim quiescat, et rursus moveatur: jam enim ordinem aliquem habet quod tale est. Sed et qui hoc dicit, non solum id pronuntiare debet, sed etiam ejus causam dicere; nec ponere, nec petere sibi concedi aliquod axioma sine ratione: sed vel inductionem, vel demonstrationem asserere. Nam ea quæ sunt ab Empedocle supposita, non sunt causæ; neque hæc est amicitia: vel dissidii essentia: sed illius est conjungere, hujus vero secerne. Quodsi adjungatur illud Vicissim, dicendum est in quibus res ita se habeat: veluti quia est aliquid, quod homines conjungit, nempe amicitia; et inimici se invicem fugiunt. Hoc enim supponitur esse etiam in universo, quia in quibusdam ita esse videtur. Sed illud quoque Æqualibus temporibus, eget aliqua ratione. Omnino autem putare hoc esse principium sufficiens, nempe semper vel ita esse vel fieri, non recte se habet. Ad quod Democritus refert naturales causas, quia sic et antea fiebat: æternitatis autem non putat principium esse querendum, in quibusdam recte dicens: sed quia de omnibus loquitur, non recte: etenim triangulum semper habet angulos duobus rectis æquales; attamen est alia quædam hujus æternitatis causa. Ceterum principiorum non est alia causa, quum æterna sint. Nullum igitur fuisse tempus aut fore, quo motus non fuerit, aut non erit, hactenus dictum esto.

CAP. II.

Τὰ δ' ἐναντία τούτοις οὐ χαλεπὸν λύειν. Δόξειε δ' ἂν ἐκ τῶν τοιῶνδε σκοποῦσιν ἐνδέχεσθαι μάλιστα κινήσιν εἶναι ποτε μὴ οὔσαν διως, πρῶτον μὲν ὅτι οὐδεμία αἰδιος μεταβολή· μεταβολὴ γὰρ ἅπαντα πέφυκεν ἐκ τινος εἰς τι, ὥστ' ἀνάγκη πάσης μεταβολῆς εἶναι πέρασ τάναντία ἐν ὅς γίνεσθαι, εἰς ἄπειρον δὲ κινεῖσθαι μηδέν. (2) Ἐτι ὁρώμεν ὅτι δυνατὸν κινήθηναί μήτε κινούμενον μήτ' ἔχον ἐν ἑαυτῷ μηδεμίαν κίνησιν, οἷον ἐπὶ τῶν ἀψύχων, ὧν οὔτε μέρος

Quæ vero his sunt contraria, non est difficile solvere. Considerantibus autem videri ex his maxime potest evenire, ut motus aliquando sit, quum omnino non esset: primum quia nulla mutatio est æterna; naturam enim comparatum est ut omnis mutatio sit ex aliquo in aliquid: quare necesse est omnis mutationis esse terminum, nempe contraria, in quibus fit; in infinitum vero nihil moveri. (2) Præterea videmus posse moveri, quod nec movetur nec habet in se ullum motum: ut in rebus inanimatis; quorum quum

οὐδὲν οὐτε τὸ ὅλον κινούμενον, ἀλλ' ἡρεμοῦν, κινεῖται ποτε. Προσῆκε δὲ ἡ αἰεὶ κινεῖσθαι ἢ μηδέποτε, εἴπερ μὴ γίνεται οὐκ οὔσα· πολὺ δὲ μάλιστα τὸ τοιοῦτον ἐπὶ τῶν ἐμφύλων εἶναι φανερόν· οὐδεμιᾶς γὰρ ἐν ἡμῖν ἐνούσης κινήσεως ἐνίοτε, ἀλλ' ἡσυχάζοντες ὁμοῦς κινούμεθά ποτε, καὶ ἐγγίνεται ἐν ἡμῖν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν ἀρχὴ κινήσεως ἐνίοτε, κἂν μηδὲν ἐξωθεν κινήσῃ. Τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῶν ἀψύχων οὐχ ὀρώμεν ὁμοῦς, ἀλλ' αἰεὶ κινεῖται αὐτὰ τῶν ἐξωθεν ἕτερον· τὸ δὲ ζῶον αὐτὸ φαμεν ἑαυτὸ κινεῖν. Ὄστ' εἴπερ ἡρεμῆ ποτὲ πάμπαν, ἐν ἀκινήτῳ κινήσις ἂν γένοιτο ἐξ αὐτοῦ καὶ οὐκ ἐξωθεν. Εἰ δ' ἐν ζῳῷ τοῦτο δυνατόν γενέσθαι, τί κωλύει τὸ αὐτὸ συμβῆναι καὶ κατὰ τὸ πᾶν; εἰ γὰρ ἐν μικρῷ κόσμῳ γίνεται, καὶ ἐν μεγάλῳ· καὶ εἰ ἐν τῷ κόσμῳ, κἂν τῷ ἀπειρῷ, εἴπερ ἐνδέχεται κινεῖσθαι τὸ ἀπειρον, καὶ ἡρεμῆν ὅλον. (3) Τοῦτων δὴ τὸ μὲν πρῶτον λεγθέν, τὸ μὴ τὴν αὐτὴν αἰεὶ καὶ μίαν τῷ ἀριθμῷ εἶναι τὴν κίνησιν τὴν εἰς τὰ ἀντικείμενα, ὁρθῶς λέγεται· τοῦτο μὲν γὰρ ἴσως ἀναγκαῖον, εἴπερ μὴ αἰεὶ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν τῷ ἀριθμῷ εἶναι δυνατόν τὴν τοῦ αὐτοῦ καὶ ἐνὸς κίνησιν· λέγω δ' οἷον πότερον τῆς μιᾶς χορδῆς εἰς καὶ ὁ αὐτὸς φθόγγος, ἢ αἰεὶ ἕτερος, ὁμοῦς ἐχούσης καὶ κινουμένης. Ἄλλ' ὁμοῦς, ὁποτέρως ποτ' ἔχει, οὐδὲν κωλύει μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εἶναι τίνα τῷ συνεχῆ εἶναι καὶ αἰδίον. Δῆλον δ' ἔσται μᾶλλον ἐκ τῶν ὑστέρων. (4) Τὸ δὲ κινεῖσθαι μὴ κινούμενον οὐδὲν ἀτοπον, ἐὰν ὅτε μὲν ἦ τὸ κινήσαν ἐξωθεν, ὅτε δὲ μὴ. Τοῦτο μέντοι πῶς ἂν εἴη, ζητητέον· λέγω δὲ ὥστε τὸ αὐτὸ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ κινήτικου ὄντος ὅτε μὲν κινεῖσθαι, ὅτε δὲ μὴ· οὐδὲν γὰρ ἀλλ' ἀπορεῖ ὁ τοῦτο λέγων ἢ διὰ τί οὐκ αἰεὶ τὰ μὲν ἡρεμῆ τῶν ὄντων, τὰ δὲ κινεῖται. (5) Μάλιστα δ' ἂν δόξειε τὸ τρίτον ἔχειν ἀπορίαν, ὡς ἐγγιγνομένης οὐκ ἐνούσης πρότερον κινήσεως, τὸ συμβαῖνον ἐπὶ τῶν ἐμφύλων· ἡρεμοῦν γὰρ πρότερον μετὰ ταῦτα βαδίζει, κινήσαντος τῶν ἐξωθεν οὐδενός, ὡς δοκεῖ. Τοῦτο δ' ἐστὶ ψευδές· ὀρώμεν γὰρ αἰεὶ τι κινούμενον ἐν τῷ ζῳῷ τῶν συμφύτων· τούτου δὲ τῆς κινήσεως οὐκ αὐτὸ τὸ ζῶον αἴτιον, ἀλλὰ τὸ περιέχον ἴσως. Αὐτὸ δὲ φαμεν ἑαυτὸ κινεῖν οὐ πᾶσαν κίνησιν, ἀλλὰ τὴν κατὰ τόπον. Οὐδὲν οὖν κωλύει, μᾶλλον δ' ἴσως ἀναγκαῖον, τῷ σώματι πολλὰς ἐγγίγνεσθαι κινήσεις ὑπὸ τοῦ περιέχοντος, τούτων δ' ἐνίας τὴν διάνοιαν ἢ τὴν ὄρεξιν κινεῖν, ἐκείνην δὲ τὸ ὅλον ἡδὴ ζῶον κινεῖν, ὁποῖον συμβαίνει περὶ τοὺς ὑπνοῦς· αἰσθητικῆς μὲν γὰρ οὐδεμιᾶς ἐνούσης κινήσεως, ἐνούσης μέντοι τινός, ἐγείρεται τὰ ζῳα πάλιν. Ἀλλὰ γὰρ φανερόν ἐσται καὶ περὶ τούτων ἐκ τῶν ἐπομένων.

nec pars ulla nec totum moveretur, sed quiesceret, aliquando movetur; conveniebat autem vel semper moveri, vel nunquam, si quidem non fit motus quum non esset: sed multo maxime tale quippiam in animatis apparere. Quum enim nullus motus interdum in nobis incesset, sed quiesceremus, tamen movemur quandoque, et fit interdum ex nobismet ipsis in nobis principium motus, etiamsi nihil extrinsecus moverit. Hoc enim in inanimatis non similiter cernimus; sed semper aliquid aliud, quod extra est, ea movet. Animal autem dicimus se ipsum movere. Quocirca si quando totum quiescit, in immobili motus fieri potest a se ipso, non extrinsecus. Quodsi in animali hoc fieri potest, quid prohibet hoc idem evenire etiam in universo? nam si in parvo mundo fit, etiam in magno; et si in mundo, etiam in infinito, siquidem totum infinitum potest moveri et quiescere. (3) Ex his igitur, quod primo loco dictum est, videlicet non esse eundem semper et unum numero motum, qui fit in opposita, recte dicitur: hoc enim fortasse necessarium est, si motus unius et ejusdem rei non potest esse semper unus et idem numero: dico autem, exempli gratia, utrum unius chordæ sit unus et idem sonus, an semper alius, quum chorda similiter se habeat et moveatur. Verumtamen utrovis tandem modo hoc se habeat, nihil vetat aliquem motum esse unum et eundem: quia sit continuus et sempiternus; quod ex iis quæ postea sequentur, magis erit manifestum. (4) Moveri autem quod non movebatur, nihil absurdi est, si id quod extrinsecus movet, modo adsit, modo non adsit. Hoc vero quonam modo esse possit, quærendum est: ut, inquam, idem ab eodem movendi vim habente, modo moveatur, modo non moveatur. Nihil enim aliud in dubium revocat qui hoc dicit, quam cur non semper alia entia quiescunt, alia moventur. (5) Maxime autem videri potest tertium illud habere dubitationem, quod evenit in rebus inanimatis, quasi in nobis fiat motus quum antea non esset. Quod enim prius quiescebat, postea ambulat, nulla re externa movente, ut videtur. Sed hoc est falsum; videmus enim semper aliquid innatum moveri in animali. Cur autem hoc moveatur, non ipsum animal est causa, sed fortasse id quod ambit. Ipsum autem dicimus se ipsum movere, non quovis motu, sed eo qui est secundum locum. Ergo nihil vetat, quin potius necessarium est; in corpore fieri multos motus ab eo quod ambit: horum autem aliquos movere cogitationem vel appetitionem: eam vero jam movere totum animal; cujusmodi accidit in somnis. Quum enim nullus sensitivus motus insit, aliquis tamen motus insit, animalia rursus expergiscuntur. Sed enim de his perspicuum erit ex iis quæ sequentur.

CAP. III.

Ἀρχὴ δὲ τῆς σκέψεως ἔσται ἡπερ καὶ περὶ τῆς
 λεχθείσης ἀπορίας, διὰ τί ποτε ἓνια τῶν ὄντων ὁτὲ
 μὲν κινεῖται, ὁτὲ δὲ ἡρεμεῖ πάλιν. Ἀνάγκη δ' ἦτοι
 πάντα ἡρεμεῖν αἰεὶ, ἢ πάντ' αἰεὶ κινεῖσθαι, ἢ τὰ μὲν
 5 κινεῖσθαι τὰ δὲ ἡρεμεῖν, καὶ πάλιν τούτων ἦτοι τὰ
 μὲν κινούμενα κινεῖσθαι αἰεὶ, τὰ δ' ἡρεμοῦντα ἡρε-
 μεῖν, ἢ πάντα πεφυκέναι ὁμοίως κινεῖσθαι καὶ ἡρε-
 μεῖν, ἢ τὸ λοιπὸν ἔτι καὶ τρίτον· ἐνδέχεται γὰρ τὰ
 μὲν αἰεὶ τῶν ὄντων ἀκίνητα εἶναι, τὰ δ' αἰεὶ κινούμενα,
 10 τὰ δ' ἀμφοτέρων μεταλαμβάνειν· ὅπερ ἡμῖν λεκτέον
 ἐστί· τοῦτο γὰρ ἔχει λύσιν τε πάντων τῶν ἀπορου-
 μένων, καὶ τέλος ἡμῖν ταύτης τῆς πραγματείας ἐστί.
 (2) Τὸ μὲν οὖν πάντ' ἡρεμεῖν, καὶ τούτου ζητεῖν λό-
 γον ἀφέντας τὴν αἴσθησιν, ἀρρωστία τις ἐστὶ δια-
 15 νΐας, καὶ περὶ ὄλου τινός, ἀλλ' οὐ περὶ μέρους ἀμφι-
 στήτης· οὐδὲ μόνον πρὸς τὸν φυσικόν, ἀλλὰ πρὸς
 πάσας τὰς ἐπιστήμας, ὡς εἶπεν, καὶ πάσας τὰς δόξας,
 διὰ τὸ κινήσει χρῆσθαι πάσας. Ἔτι δ' αἰεὶ περὶ τῶν
 ἀρχῶν ἐνοστάσεις, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ τὰ μαθήματα
 20 λόγοις οὐδὲν εἰσι πρὸς τὸν μαθηματικόν, ὁμοίως δὲ καὶ
 ἐπὶ τῶν ἄλλων, οὕτως οὐδὲ περὶ τοῦ νῦν ρηθέντος
 πρὸς τὸν φυσικόν· ὑπόθεσις γὰρ ὅτι ἡ φύσις ἀρχὴ τῆς
 κινήσεως. (3) Σχεδὸν δὲ τι καὶ τὸ φάναι πάντα κινε-
 25 ῖσθαι ψεῦδος· μὲν, ἦττον δὲ τούτου παρὰ τὴν μέθο-
 δον· ἐτέθη μὲν γὰρ ἡ φύσις ἐν τοῖς φυσικοῖς ἀρχὴ
 καθάπερ κινήσεως καὶ ἡρεμίας. Ὅμοιως δὲ φυσικὸν
 ἢ κίνησις· καὶ φασι τινες κινεῖσθαι τῶν ὄντων οὐ
 τὰ μὲν τὰ δ' οὐ, ἀλλὰ πάντα καὶ αἰεὶ, ἀλλὰ λαν-
 θάνειν τοῦτο τὴν ἡμετέραν αἴσθησιν. Πρὸς οὖς καίπερ
 30 οὐ διορίζοντας ποῖαν κίνησιν λέγουσιν, ἢ πάσας, οὐ
 χαλεπὸν ἀπαντήσαι· οὔτε γὰρ αὐξάνεσθαι οὔτε φθί-
 νειν ὁλόντε συνεχῶς, ἀλλ' ἐστί καὶ τὸ μέσον. Ἔστι
 δ' ὁμοῖος ὁ λόγος τῷ περὶ τοῦ τὸν σταλαγμὸν κατα-
 τρίβειν καὶ τὰ ἐκφυόμενα τοὺς λίθους διαιρεῖν· οὐ γὰρ
 35 εἰ τοσόνδε ἐξέωσεν ἢ ἀφείλεν ὁ σταλαγμὸς, καὶ τὸ ἡμισυ
 ἐν ἡμίσει χρόνῳ πρότερον· ἀλλ' ὥσπερ ἡ νεωκλία, καὶ
 οἱ σταλαγμοὶ οἱ τοσοῦδι τοσονδὶ κινουσι, τὸ δὲ μέρος
 αὐτῶν ἐν οὐδενὶ χρόνῳ τοσούτων. Διαίρεται μὲν οὖν
 τὸ ἀφαιρεθὲν εἰς πλείω, ἀλλ' οὐδὲν αὐτῶν ἐκινήθη χω-
 40 ρίς, ἀλλ' ἅμα. Φανερόν οὖν ὡς οὐκ ἀναγκαῖον αἰεὶ τι
 ἀπιέναι, ὅτι διαίρεται ἢ φθίσις εἰς ἀπειρα, ἀλλ' ὄλον
 ποτὲ ἀπιέναι. Ὅμοιως δὲ καὶ ἐπὶ ἀλλοιώσεως ὅποιασ-
 οῦν· οὐ γὰρ εἰ μεριστὸν εἰς ἀπειρον τὸ ἀλλοιούμενον,
 διὰ τοῦτο καὶ ἡ ἀλλοίωσις, ἀλλ' ἀθρόα γίνεται πολλα-
 45 κίς, ὥσπερ ἡ πῆξις. Ἔτι δταν νοσήσῃ τις, ἀνάγκη
 χρόνον γενέσθαι ἐν ᾧ ὑγιασθήσεται, καὶ μὴ ἐν πέρατι
 χρόνου μεταβάλλειν· ἀνάγκη δὲ εἰς ὑγίειαν μεταβάλ-
 λειν καὶ μὴ εἰς ἄλλο μηθέν. Ὡστε τὸ φάναι συνεχῶς
 50 ἀλλοιοῦσθαι, λίαν ἐστὶ τοῖς φανεροῖς ἀμφισβητεῖν· εἰς
 τούναντίον γὰρ ἡ ἀλλοίωσις· ὁ δὲ λίθος οὔτε σκλη-
 ρότερος γίνεται οὔτε μαλακώτερος. (4) Κατὰ τε τὸ
 φέρεσθαι θαυμαστὸν εἰ λελήθεν ὁ λίθος κάτω φερό-

Principium vero considerationis erit, quod fuit etiam
 dubitationis antea dictæ, curnam quædam entia modo
 moveantur, modo rursus quiescant. Necesse igitur est, vel
 omnia semper quiescere, vel omnia semper moveri; vel alia
 moveri, alia quiescere; et rursus ex his vel ea quæ moven-
 tur, semper moveri, et ea quæ quiescunt, semper quiescere:
 vel ita naturâ esse comparatum, ut omnia æque movean-
 tur et quiescant: vel quod reliquum adhuc est ac tertium:
 contingit enim quædam entia semper esse immobilia, non-
 nulla semper moveri, alia utroque participare; quod quidem
 nobis dicendum est: hoc enim habet solutionem eorum
 omnium de quibus dubitatum est, et est nobis finis hujus
 tractationis. (2) Dicere igitur omnia quiescere, et hujus ra-
 tionem querere, omisso sensu, est infirmitas quædam cog-
 itationis. Ac de toto aliquo, non de parte dubitatio est;
 nec solum adversus physicum, sed adversus omnes scientias,
 ut ita dicam, et omnes opiniones, propterea quod
 motu omnes utuntur. Præterea objectiones quæ de princi-
 piis fiunt, sicut in mathematicis disputationibus nihil ad
 mathematicum pertinent, similiterque in ceteris: ita nec
 objectio de eo quod nunc dictum fuit, ad physicum attinet;
 hypothesis enim est: Naturam esse principium motus.
 (3) Fere autem et dicere omnia moveri, falsum quidem est,
 sed minus illo ab hac methodo alienum; nam positum
 in libris physicis est, naturam in rebus physicis esse
 principium, ut motionis, ita etiam quietis. Ita motio est
 res naturalis. Ac nonnulli aiunt, non alia entia moveri, alia
 minime: sed omnia et semper moveri; sed hoc latere nos-
 trum sensum. Quibus, etiam si non definiant de quo motu
 loquantur, an de omnibus, tamen non est difficile occurrere.
 Neque enim res augeri neque diminui possunt continenter:
 sed est etiam medium. Est autem hic sermo ei similis, quo
 dicitur a gutta consumi, et ab iis quæ pullant, dividi la-
 pides. Non enim, si tantum abrasit sive abstulit gutta, antea
 quoque dimidium abrasit seu abstulit dimidiato tempore:
 sed quemadmodum navigii tractus fit; ita etiam tot guttæ
 tantum movent: pars autem earum nullo tempore tantum
 movet: ergo dividitur quidem id quod ablatum est, in plura;
 sed nihil horum motum est seorsum, verum simul. Perspicuum
 igitur est, non esse necessarium semper aliquid abire,
 quia deminutio dividitur in infinita, sed totum aliquando
 abire. Similiter etiam se res habet in variatione quacumque:
 non enim, si id quod variatur, infinite dividi potest, idcirco
 etiam variatio infinite dividitur: sed confertim et simul fit
 sæpenumero, ut concretio. Præterea quum aliquis ægrota-
 verit, necesse est fuisse tempus quo sanabitur, nec in ter-
 mino temporis mutari. Porro necesse est mutari in sanita-
 tem, non in aliquid aliud. Quocirca hæc assertio, res conti-
 nenter variari, ea in dubium revocat, quæ sunt admodum
 perspicua: quandoquidem variatio in contrarium est.
 Ac lapis nec durior fit, nec mollior. (4) Quod etiam ad
 lationem attinet, admirabile est, si latet lapis qui deorsum

μενος ἢ μένων ἐπὶ τῆς γῆς. Ἔτι δ' ἡ γῆ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἐξ ἀνάγκης μένουσι μὲν ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις, κινούνται δὲ βιαίως ἐκ τούτων· εἴπερ οὖν ἔνια αὐτῶν ἐστὶν ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις, ἀνάγκη μὴδὲ κατὰ τόπον πάντα κινεῖσθαι. Ὅτι μὲν οὖν ἀδύνατον ἢ αἰεὶ πάντα κινεῖσθαι ἢ αἰεὶ πάντα ἡρεμεῖν, ἐκ τούτων καὶ ἄλλων τοιούτων πιστεύσειεν ἄν τις. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὰ μὲν αἰεὶ ἐνδέχεται ἡρεμεῖν, τὰ δ' αἰεὶ κινεῖσθαι, ποτὲ δ' ἡρεμεῖν καὶ ποτὲ κινεῖσθαι μὴδὲν.

10 Λεκτέον δ' ὅτι ἀδύνατον, ὡσπερ ἐπὶ τῶν εἰρημέων πρότερον, καὶ ἐπὶ τούτων· δρωμεν γὰρ ἐπὶ τῶν αὐτῶν γιγνομένας τὰς εἰρημένας μεταβολάς· καὶ πρὸς τούτοις ὅτι μάχεται τοῖς φανεροῖς ὁ ἀμψισθητῶν· οὕτε γὰρ ἡ αὐξήσις οὐθ' ἡ βίασις ἐστὶ κινήσις, εἰ μὴ κινήσεται παρὰ φύσιν ἡρεμοῦν πρότερον. Γένεσις οὖν ἀναιρεῖ καὶ φθορὰν οὗτος ὁ λόγος. Σχεδὸν δὲ καὶ τὸ κινεῖσθαι γίνεσθαι τι καὶ φθεῖρσθαι δοκεῖ πᾶσιν· εἰς θ' μὲν γὰρ μεταβάλλει, γίνεται τοῦτο ἢ ἐν τούτῳ, ἐξ οὗ δὲ μεταβάλλει, φθεῖρεται τοῦτο ἢ ἐντεῦθεν.

20 (5) Ὡστε δῆλον ὅτι τὰ μὲν κινεῖται, τὰ δ' ἡρεμεῖ ἔνιοιτε. Τὸ δὲ πάντα ἀξιοῦν ὅτι μὲν ἡρεμεῖν ὅτι δὲ κινεῖσθαι, τοῦτ' ἤδη συναπτεῖον πρὸς τοὺς πάλαι λόγους. Ἀρχὴν δὲ πάλιν ποιητέον ἀπὸ τῶν νῦν διορισθέντων, τὴν αὐτὴν ἤνπερ ἡρξάμεθα πρότερον.

25 (6) Ἡ γὰρ τοὶ πάντα ἡρεμεῖ, ἢ πάντα κινεῖται, ἢ τὰ μὲν ἡρεμεῖ τὰ δὲ κινεῖται τῶν ὄντων. Καὶ εἰ τὰ μὲν ἡρεμεῖ τὰ δὲ κινεῖται, ἀνάγκη ἦτοί πάντα ὅτι μὲν ἡρεμεῖν ὅτι δὲ κινεῖσθαι, ἢ τὰ μὲν αἰεὶ ἡρεμεῖν ὅτι δὲ αἰεὶ κινεῖσθαι αὐτῶν* τὰ δ' ὅτι μὲν ἡρεμεῖν ὅτι δὲ κινεῖσθαι. Ὅτι μὲν τοῖνυν οὐχ ὀνόντε πάντα ἡρεμεῖν, εἰρηται μὲν καὶ πρότερον, εἰπωμεν δὲ καὶ νῦν. Εἰ γὰρ καὶ κατ' ἀλήθειαν οὕτως ἔχει, καθάπερ φασὶ τινες εἶναι τὸ ὄν ἄπειρον καὶ ἀκίνητον, ἀλλ' οὐτὶ φαίνεται γε κατὰ τὴν αἰσθησιν, ἀλλὰ κινεῖται πολλὰ τῶν ὄντων. Εἴπερ οὖν ἐστὶ δόξα ψευδὴς ἢ ὄλως δόξα, καὶ κινήσις ἐστὶ, κὰν εἰ φαντασία, κὰν εἰ ὅτι μὲν οὕτως δοκεῖ εἶναι ὅτι δ' ἐτέρως· ἢ γὰρ φαντασία καὶ ἢ δόξα κινήσεις τινὲς εἶναι δοκοῦσιν. Ἀλλὰ τὸ μὲν περὶ τούτου σκοπεῖν, καὶ ζητεῖν λόγον ὧν βέλτιον ἔχομεν ἢ λόγου

40 δεῖσθαι, κακῶς κρίνειν ἐστὶ τὸ βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον, καὶ τὸ πιστὸν καὶ τὸ μὴ πιστὸν, καὶ ἀρχὴν καὶ μὴ ἀρχὴν. Ὅμοίως δὲ ἀδύνατον καὶ τὸ πάντα κινεῖσθαι, ἢ τὰ μὲν αἰεὶ κινεῖσθαι τὰ δ' αἰεὶ ἡρεμεῖν· πρὸς ἅπαντα γὰρ ταῦτα ἰκανὴ μία πίστις· δρωμεν γὰρ ἔνια ὅτι μὲν κινούμενα ὅτι δ' ἡρεμοῦντα. Ὡστε φανερόν ὅτι ἀδύνατον ὁμοίως τὸ πάντα ἡρεμεῖν καὶ τὸ πάντα κινεῖσθαι συνεχῶς, τῷ τὰ μὲν αἰεὶ κινεῖσθαι τὰ δ' ἡρεμεῖν αἰεὶ. (7) Λοιπὸν οὖν θεωρήσαι πότερον πάντα τοιαῦτα οἷα κινεῖσθαι καὶ ἡρεμεῖν, ἢ ἔνια μὲν οὕτως, ὅτι ἔνια δ' αἰεὶ ἡρεμεῖ, ἔνια δ' αἰεὶ κινεῖται· τοῦτο γὰρ δεικτέον ἡμῖν.

fertur, aut in terra manet. Præterea terra et ceterorum unumquodque necessario manent in propriis locis, ex his autem vi moventur. Si igitur horum nonnulla sint in propriis locis : necesse est, ne secundum locum quidem omnia moveri. Impossibile igitur esse, vel semper omnia moveri, vel semper omnia quiescere, ex his et aliis hujusmodi rationibus aliquis crediderit. At vero nec fieri potest ut alia semper quiescant, alia semper moveantur; nihil autem interdum quiescat, interdum moveatur. Dicendum autem impossibile esse, ut in iis quæ antea dicta fuerunt, ita etiam in his : quia videmus in iisdem rebus fieri dictas mutationes. Et ad hæc, quia rebus perspicuis repugnat, qui de hoc controversatur; neque enim auctio, neque violentus erit motus, nisi moveatur præter naturam, quod antea quiescebat; generationem igitur tollit et interitum hic sermo. Fere autem et ipsum moveri omnibus videtur nihil aliud esse quam fieri quiddam et interire; in quod enim mutatur, fit hoc, vel in hoc : ex quo autem mutatur, interit hoc, vel hinc. (5) Quare manifestum est, quædam moveri, quædam quiescere aliquando. Omnia vero existimare quandoque quiescere, quandoque moveri; hoc jam adjungendum est ad rationes supra allatas. Initium autem post hæc quæ nunc definita sunt, idem iterum sumendum est, ex quo antea exorsi sumus. (6) Aut enim omnia entia quiescunt, aut omnia moventur; aut alia quiescunt, alia moventur; et si alia entia quiescunt, alia moventur : necesse est vel omnia quandoque quiescere, quandoque moveri; vel alia semper quiescere, alia semper moveri; vel alia semper quiescere, alia semper moveri, alia modo quiescere, modo moveri. Fieri igitur non posse, ut omnia quiescant, dictum quidem et antea fuit : dicamus tamen et nunc. Nam etsi revera ita sit, ut nonnulli dicunt, id est, ens sit infinitum et immobile, tamen hoc sensui non videtur, sed multa entia moventur. Si igitur est opinio falsa, aut omnino opinio : certe est etiam motus : nec non si sit phantasia; et si quandoque ita videatur, quandoque aliter : quoniam phantasia et opinio videntur esse motiones quædam. Verum de his considerare, et rationem querere, in quibus sumus melius affecti, quam ut ratione egeamus; nihil aliud est quam male judicare, quod est melius et quod deterius, et quod est credible et quod non credible, item principium et non principium. Similiter et impossibile est, omnia moveri : aut alia semper moveri, alia semper quiescere; nam adversus hæc omnia sufficit probatio una : quia videmus nonnulla modo moveri, modo quiescere. Quare perspicuum est, omnia quiescere, et omnia moveri continenter, æque esse impossibile atque alia semper moveri, alia semper quiescere. (7) Relinquitur ergo ut dispiciamus, utrum omnia sint ejusmodi ut moventur et quiescant : an quædam ita se habeant, quædam semper quiescant, quædam semper moveantur : hoc enim nobis est probandum.

CAP. IV.

Τῶν δὴ κινούντων καὶ κινουμένων τὰ μὲν κατὰ συμβεβηκὸς κινεῖ καὶ κινεῖται, τὰ δὲ καθ' αὐτά· κατὰ συμβεβηκὸς μὲν ὅσον ὅσα τε τῷ ὑπάρχειν τοῖς κινούσιν ἢ κινουμένοις, καὶ τὰ κατὰ μόριον, τὰ δὲ καθ' αὐτά, ὅσα μὴ τῷ ὑπάρχειν τῷ κινούντι ἢ τῷ κινουμένῳ, μὴ δὲ τῷ μόριόν τι αὐτῶν κινεῖν ἢ κινεῖσθαι. Τῶν δὲ καθ' αὐτά τὰ μὲν ὑφ' αὐτῶν τὰ δὲ ὑπ' ἄλλου, καὶ τὰ μὲν φύσει τὰ δὲ βίᾳ καὶ παρὰ φύσιν· τό τε γὰρ αὐτὸ ὑφ' αὐτοῦ κινούμενον φύσει κινεῖται, ὅσον ἕκαστον τῶν ζῴων· κινεῖται γὰρ τὸ ζῶον αὐτὸ ὑφ' αὐτοῦ· ὅσον θ' ἢ ἀρχὴ ἐν αὐτοῖς τῆς κινήσεως, ταῦτα φύσει φαμέν κινεῖσθαι. Διὸ τὸ μὲν ζῶον θλον φύσει αὐτὸ ἑαυτὸ κινεῖ, τὸ μέντοι σῶμα ἐνδέχεται καὶ φύσει καὶ παρὰ φύσιν κινεῖσθαι· διαφέρει γὰρ ὅποιαν τε ἂν κίνησιν κινούμενον τύχη καὶ ἐκ ποίου στοιχείου συνεστηκός. Καὶ τῶν ὑπ' ἄλλου κινουμένων τὰ μὲν φύσει κινεῖται, τὰ δὲ παρὰ φύσιν, παρὰ φύσιν μὲν ὅσον τὰ γενηρά ἄνω καὶ τὸ πῦρ κάτω. Ἔτι δὲ τὰ μόρια τῶν ζῴων πολλάκις κινεῖται παρὰ φύσιν, παρὰ τὰς θέσεις καὶ τοὺς τρόπους τῆς κινήσεως. (2) Καὶ μάλιστα τὸ ὑπότινος κινεῖσθαι τὸ κινούμενον ἐν τοῖς παρὰ φύσιν κινουμένοις ἐστὶ φανερόν, διὰ τὸ δῆλον εἶναι ὑπ' ἄλλου κινούμενον. Μετὰ δὲ τὰ παρὰ φύσιν τῶν κατὰ φύσιν τὰ αὐτὰ ὑφ' αὐτῶν, ὅσον τὰ ζῶα· οὐ γὰρ τοῦτ' ἄδηλον, εἰ ὑπὸ τίνος κινεῖται, ἀλλὰ πῶς δεῖ διαλαβεῖν αὐτὸ τὸ κινεῖν καὶ τὸ κινούμενον· εἴκοι γὰρ ὡσπερ ἐν τοῖς πλοίοις καὶ τοῖς μὴ φύσει συνισταμένοις, οὕτω καὶ ἐν τοῖς ζῴοις εἶναι διηρημένον τὸ κινεῖν καὶ τὸ κινούμενον, καὶ οὕτω τὸ πᾶν αὐτὸ αὐτὸ κινεῖν. Μάλιστα δ' ἀπορείται τὸ λοιπὸν τῆς εἰρημένης τελευταίας διαιρέσεως· τῶν γὰρ ὑπ' ἄλλου κινουμένων τὰ μὲν παρὰ φύσιν ἐθήκαμεν κινεῖσθαι, τὰ δὲ λείπεται ἀντιθεῖναι, ὅτι φύσει. Ταῦτα δ' ἐστὶν ἃ τὴν ἀπορίαν παράσχοι ἂν ὑπὸ τίνος κινεῖται, ὅσον τὰ κοῦφα καὶ τὰ βαρέα· ταῦτα γὰρ εἰς μὲν τοὺς ἀντικειμένους τόπους βίᾳ κινεῖται, εἰς δὲ τοὺς οἰκείους, τὸ μὲν κοῦφον ἄνω, τὸ δὲ βαρὺ κάτω, φύσει. (3) Τὸ δ' ὑπὸ τίνος οὐκέτι φανερόν, ὡσπερ ὅταν κινῶνται παρὰ φύσιν· τό τε γὰρ αὐτὰ ὑφ' αὐτῶν φάναι ἀδύνατον· ζωτικόν τε γὰρ τοῦτο καὶ τῶν ἐμφύχων ἴδιον, καὶ ἰσάνασι ἂν ἐδύνατο αὐτά· λέγω δ' ὅσον, εἰ τοῦ βαδίζειν αἴτιον αὐτῶν, καὶ τοῦ μὴ βαδίζειν· ὡστ' ἐπεὶ ἐπ' αὐτῶν τὸ ἄνω φέρεσθαι τῷ πυρὶ, δῆλον ὅτι ἐπ' αὐτῶν καὶ τὸ κάτω. Ἄλογον δὲ καὶ τὸ μίαν κίνησιν κινεῖσθαι μόνην ὑφ' αὐτῶν, εἴγε αὐτὰ ἑαυτὰ κινούσιν. (4) Ἔτι πῶς ἐνδέχεται συνεχῆς τι καὶ συμφύεσ αὐτὸ ἑαυτὸ κινεῖν; ἢ γὰρ ἐν καὶ συνεχῆς μὴ ἀρῆ, ταύτη ἀπαθές· ἀλλ' ἢ κεχώρισται, ταύτη τὸ μὲν πέφυκε ποιεῖν, τὸ δὲ πάσχειν. Οὗτ' ἄρα τούτων οὐθέν αὐτὸ ἑαυτὸ κινεῖ (συμφῶν γὰρ), οὐτ' ἄλλο συνεχῆς οὐδέν· ἀλλ' ἀνάγκη διηρηθῆναι τὸ κινεῖν ἐν ἑκάστῳ πρὸς τὸ κινούμενον, ὅσον ἐπὶ τῶν ἀψύχων ὁρώμεν, ὅταν κινῆ τι τῶν ἐμφύχων αὐτά.

Moventium igitur, et eorum quæ moventur, alia ex accidenti movent et moventur, alia per se: ex accidenti quidem, ut quæcumque eo quod insunt moventibus, aut iis quæ moventur, et quæ per partem; per se autem, quæcumque nec eo quod insint in movente aut eo quod moventur, nec eo quod aliqua ipsorum pars moveat aut moveatur. Eorum vero quæ per se dicuntur, alia a se ipsis, alia ab alio: et alia naturâ, alia vi et præter naturam. Id enim quod a se ipso movetur, naturâ movetur, ut unum quodque animal: movetur enim animal a se ipso: ea vero, in quibus est principium motus, naturâ moveri dicimus. Idcirco totum quidem animal naturâ se ipsum movet; corpori autem accidit ut moveatur et naturâ et præter naturam: interest enim, et quo motu cieatur, et ex quo elemento constet. Et eorum quæ ab alio moventur, quædam naturâ moventur, quædam præter naturam: præter naturam quidem, ut terrestria sursum, et ignis deorsum. Præterea partes animalium sæpe moventur præter naturam, propter positiones et modos motionis. (2) Ac maxime ab aliquo moveri id quod movetur, in iis quæ præter naturam moventur, perspicuum est: quia patet ab alio moveri. Post hæc autem quæ præter naturam moventur, inter ea quæ moventur secundum naturam, illa sunt magis manifesta, quæ a se ipsis moventur, ut animalia; non est enim hoc obscurum, an ab aliquo moveantur, sed quomodo oporteat distinguere ipsum movens et quod movetur. Nam videtur, ut in navibus et iis quæ naturam non constant, ita etiam in animalibus esse divisum id quod movet et id quod movetur, atque ita totum movere se ipsum. Maxime autem dubitatur de reliquo dictæ postremæ divisionis membro. Eorum enim quæ ab alio moventur, quædam præter naturam moveri posuimus: alia vero opponenda restant, quia naturâ moventur. Hæc autem sunt quæ dubitationem præbere possunt, a quonam moveantur; ut levia, et gravia. Nam hæc ad oppositos locos vi moventur: ad proprios autem, nempe leve sursum, grave deorsum, natura moventur. (3) Sed a quonam moveantur, nondum liquet, sicuti quum moventur præter naturam. Ipsa namque a se ipsis moveri, est dictu impossibile: quoniam hoc est vitale et animantium proprium. Et sistere se ipsa possent: verbi gratia, si quid sit sibi causa ambulandi, erit etiam non ambulandi. Quare quum in ipso igne positum sit ut sursum feratur, manifestum est in ipso etiam, positum esse ut feratur deorsum. Absurdum est etiam, uno tantum motu a se ipsis cieri, si ipsa se ipsa movent. (4) Præterea qui fieri potest ut continuum quid et copulatum se ipsum moveat? nam quatenus unum et continuum non tactu est, eatenus est impatibile; sed quatenus separata sunt, eatenus naturâ est comparatum, ut alterum efficiat, alterum patiat. Neque igitur horum aliquid se ipsum movet, quoniam sunt copulata: neque aliud quicquam continuum. Sed necesse est, in unaquaque re divisum esse id quod movet ab eo quod movetur: ut in rebus inanimatis cernimus, quum

(b) Ἄλλα συμβαίνει καὶ ταῦτα ὑπό τινος αἰεὶ κινεῖσθαι· γένοιτο δ' ἂν φανερόν διαιροῦσι τὰς αἰτίας. Ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κινούτων λαβεῖν τὰ εἰρημένα· τὰ μὲν γὰρ παρὰ φύσιν αὐτῶν κινητικὰ ἔστιν, ὅσον ὁ μοχλὸς οὐ φύσει τοῦ βάρους κινητικός· τὰ δὲ φύσει, ὅσον τὸ ἐνεργεῖα θερμὸν κινητικὸν τοῦ δυνάμει θερμοῦ. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. Καὶ κινητὸν δ' ὡσαύτως φύσει τὸ δυνάμει ποῖον ἢ ποσὸν ἢ ποῦ, ὅταν ἔχη τὴν ἀρχὴν τὴν τοιαύτην ἐν αὐτῷ καὶ μὴ 5 κατὰ συμβεβηχός· εἴη γὰρ ἂν τὸ αὐτὸ καὶ ποῖον καὶ ποσόν, ἀλλὰ θατέρω θάτερον συμβέβηκε καὶ οὐ καθ' αὐτὸ ὑπάρχει. Τὸ δὲ πῦρ καὶ ἡ γῆ κινεῖσθαι ὑπό τινος βία μὲν, ὅταν παρὰ φύσιν, φύσει δέ, ὅταν εἰς τὰς αὐτῶν ἐνεργεῖας δυνάμει ὄντα. (6) Ἐπεὶ δὲ τὸ 15 δυνάμει πλεοναχῶς λέγεται, τοῦτ' αἰτίον τοῦ μὴ φανερόν εἶναι ὑπό τίνος τὰ τοιαῦτα κινεῖται, ὅσον τὸ πῦρ ἄνω καὶ ἡ γῆ κάτω. Ἔστι δὲ δυνάμει ἄλλως ὁ μανθάνων ἐπιστήμων καὶ ὁ ἔχων ἡδὴ καὶ μὴ θεωρῶν· αἰεὶ δ' ὅταν ἕμια τὸ ποιητικὸν καὶ τὸ παθητικὸν 20 ὡς, γίνεται ἐνίστη ἐνεργεῖα τὸ δυνατόν, ὅσον τὸ μανθάνων ἐκ δυνάμει ὄντος ἕτερον γίνεται δυνάμει. Ὁ γὰρ ἔχων ἐπιστήμην μὴ θεωρῶν δὲ δυνάμει ἔστιν ἐπιστήμων πως, ἀλλ' οὐχ ὡς καὶ πρὶν μαθεῖν. Ὅταν δ' οὕτως ἔχη, ἂν μὴ τι κωλύη, ἐνεργεῖ καὶ θεωρεῖ, 25 ἢ ἔσται ἐν τῇ ἀντιφάσει καὶ ἀγνοίᾳ. Ὁμοίως δὲ ταῦτ' ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν φυσικῶν· τὸ γὰρ ψυχρὸν δυνάμει θερμόν· ὅταν δὲ μεταβάλλῃ, ἡδὴ πῦρ, καίει δέ, ἂν μὴ τι κωλύη καὶ ἐμποδίζῃ. Ὁμοίως δ' ἔχει καὶ περὶ τὸ βαρὺ καὶ κοῦφον· τὸ γὰρ κοῦφον γίνεται 30 ἐκ βαρέος, ὅσον ἐξ ὕδατος ἀήρ· τοῦτο γὰρ δυνάμει πρῶτον, καὶ ἡδὴ κοῦφον, καὶ ἐνεργεῖται γ' εὐθύς, ἂν μὴ τι κωλύη. Ἐνεργεῖα δὲ τοῦ κοῦφου τὸ ποῦ εἶναι καὶ ἄνω· κωλύεται δ', ὅταν ἐν τῷ ἐναντίῳ τόπῳ ᾖ. Καὶ τοῦθ' ὁμοίως ἔχει καὶ ἐπὶ τοῦ ποσοῦ καὶ ἐπὶ 35 τοῦ ποιοῦ. Καίτοι τοῦτο ζητεῖται, διὰ τί ποτε κινεῖται εἰς τὸν αὐτὸν τόπον τὰ κοῦφα καὶ τὰ βαρέα. Αἴτιον δ' ὅτι πέφυκέ ποι, καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ κοῦφον καὶ βαρεῖ εἶναι, τὸ μὲν τῷ ἄνω, τὸ δὲ τῷ κάτω διωρισμένον. Δυνάμει δ' ἔστι κοῦφον καὶ βαρὺ πολλα- 40 χῶς, ὡς περ εἴρηται· ὅταν τε γὰρ ᾖ ὕδωρ, δυνάμει γέ πως ἔστι κοῦφον· καὶ ὅταν ἀήρ, ἔστιν ἔτι δυνάμει· ἐνδέχεται γὰρ ἐμποδιζόμενον μὴ ἄνω εἶναι, ἀλλ' ἂν ἀφαιρεθῇ τὸ ἐμποδίζον, ἐνεργεῖ καὶ αἰεὶ ἀνωτέρω γίνε- 45 ται. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ποῖον εἰς τὸ ἐνεργεῖα εἶναι μεταβάλλει· εὐθύς γὰρ θεωρεῖ τὸ ἐπιστήμον, ἂν μὴ τι κωλύη· καὶ τὸ ποσὸν ἐκτείνεται, ἂν μὴ τι κωλύη. Ὁ δὲ τὸ ὑφισταμένον καὶ κωλύον κινήσας ἔστι μὲν ὡς κινεῖ, ἔστι δ' ὡς οὐ, ὅσον ὁ τὸν κίονα ὑποσπασας ἢ ὁ τὸν λίθον ἀφελὼν ἀπὸ τοῦ ἀσχοῦ ἐν τῷ ὕδατι· κατὰ 50 συμβεβηχός γὰρ κινεῖ, ὡς περ καὶ ἡ ἀνακλασθεῖσα σφαῖρα οὐχ ὑπὸ τοῦ τοίχου ἐκινήθη, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ βάλ- λοντος. Ὅτι μὲν τοῖνον οὐδὲν τούτων αὐτὸ κινεῖ ἑαυτό, δῆλον. Ἄλλὰ κινήσεως ἀρχὴν ἔχει, οὐ τοῦ κινεῖν οὐδὲ τοῦ ποιεῖν ἀλλὰ τοῦ πάσχειν. (7) Εἰ δὲ πάντα

aliquid animatum ea movet. (5) Sed eventit ut et hæc ab aliquo semper moveantur; quod quidem perspicuum fiet dividendibus causas. Licet autem etiam in moventibus sumere ea quæ dicta sunt : nam alia præter suam naturam habent vim movendi, ut vectis non naturaliter habet vim movendi ponderis; alia naturaliter, ut id quod est actu calidum, vim habet ejus movendi quod est calidum potestate. Similiter etiam in ceteris ejusmodi se res habet. Sed et mobile itidem naturaliter est, quod potestate est quale, vel quantum, vel alicubi, quum habeat ejusmodi principium in se ipso, non ex accidenti. Etenim idem potest esse et quale, et quantum : sed alteri alterum accidit, nec per se inest. Ignis igitur ac terra moventur ab aliquo, vi quidem, quando præter naturam; naturaliter vero, quando ad suos ipsorum actus moventur, quum sint potestate. (6) Quoniam autem esse potestate, dicitur multis modis : hæc est causa cur non appareat a quo talia moveantur, : ut ignis sursum, ac terra deorsum. Est vero potestate sciens aliter qui discit, et is qui jam scientiam habet, neque contemplatur. Quotiescumque autem id quod efficiendi et id quod patiendi vim habet, simul sunt : fere id quod est potestate, fit actu ; ut is qui discit, ex eo quod est potestate, fit aliud potestate. Nam qui scientia est præditus, neque contemplatur, is est quodammodo potestate sciens, sed non ut erat antequam disceret. Quum autem ita se habeat, nisi quid prohibeat, agit et contemplatur, aut erit in contradictione et ignorantia. Similiter autem hæc se habent etiam in rebus naturalibus. Nam frigidum est potestate calidum; quum autem est mutatum, jam est ignis, et comburit, nisi quid prohibeat et impediatur. Similiter se res habet etiam in gravi et levi. Nam leve fit ex gravi, ut ex aqua aer. Hoc enim prius erat potestate, et jam est leve, atque ager confestim, nisi quid prohibeat : actus autem rei levis est, alicubi esse, et in loco supero : sed prohibetur, quando est in loco contrario. Atque hoc similiter se habet et in quanto et in quali. Atqui hoc quaeritur, cur ad sua ipsorum loca moventur levia et gravia. Causa vero est, quia natura est comparatum, ut sint alicubi : atque hæc est rei levis et gravis essentia, ita ut illa loco supero, hæc loco infero definatur. Potestate autem est leve et grave multis modis, sicuti dictum fuit; quum enim est aqua, potestate quodammodo est leve : et quum aer, adhuc est potestate; quia fieri potest ut impeditum supero loco non sit : verum si auferatur quod impedit, agit, ac semper sursum tendit. Similiter etiam Quale in id mutatur ut sit potestate; nam sciens statim contemplatur, nisi quid impediatur; et Quantum extenditur, nisi quid impediatur. Qui vero id amovet quod subest et prohibet, aliquo modo movet, aliquo modo non movet : veluti qui columnam subtraxit, aut qui lapidem exemit ex utre in aqua : ex accidenti namque movet; sicut et pila repercussa, non a pariete mota est, sed ab eo qui projecit. Patet igitur nihil horum se ipsum movere. Sed motus principium habet, id est, non movendi, nec faciendi, sed patiendi. (7) Si igitur quæcumque moventur, aut natura

τὰ κινούμενα ἢ φυσεὶ κινεῖται ἢ παρὰ φύσιν καὶ βία, καὶ τὰ τε βία καὶ παρὰ φύσιν πάντα ὑπὸ τινος καὶ ὑπ' ἄλλου, τῶν δὲ φύσει πάλιν τὰ θ' ὑφ' αὐτῶν κινούμενα ὑπὸ τινος κινεῖται καὶ τὰ μὴ ὑφ' αὐτῶν, ὅσων τὰ κοῦφα καὶ τὰ βαρέα (ἢ γὰρ ὑπὸ τοῦ γεννήσαντος καὶ ποιήσαντος κοῦφον ἢ βαρῦ, ἢ ὑπὸ τοῦ τὰ ἐμποδίζοντα καὶ κωλύοντα λύσαντος), ἅπαντα ἂν τὰ κινούμενα ὑπὸ τινος κινεῖτο.

moventur, aut præter naturam et vi; atque ea quæ vi et præter naturam, omnia ab aliquo et ab alio moventur; eorum rursus quæ natura, tam ea quæ a se ipsis moventur, ab aliquo moventur, quam ea quæ non a se ipsis, ut levia et gravia (aut enim moventur ab eo qui genuit et fecit leve seu grave, aut ab eo quod impediencia et prohibentia amovit) : profecto quæcumque moventur, ab aliquo moventur.

CAP. V.

Τοῦτο δὲ διχῶς· ἢ γὰρ οὐ δι' αὐτὸ τὸ κινεῖν, ἀλλὰ δι' ἕτερον θ κινεῖ τὸ κινεῖν, ἢ δι' αὐτό, καὶ τοῦτο ἢ πρῶτον μετὰ τὸ ἔσχατον ἢ διὰ πλείονων, ὅσων ἢ βακτηρία κινεῖ τὸν λίθον καὶ κινεῖται ὑπὸ τῆς χειρὸς κινουμένης ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου, οὗτος δ' οὐκέτι τῷ ὑπ' ἄλλου κινεῖσθαι. Ἄμφω δὲ κινεῖν φαμέν, καὶ τὸ τελευταῖον καὶ τὸ πρῶτον τῶν κινούντων, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ πρῶτον· ἐκεῖνο γὰρ κινεῖ τὸ τελευταῖον, ἀλλ' οὐ τοῦτο τὸ πρῶτον, καὶ ἄνευ μὲν τοῦ πρώτου τὸ τελευταῖον οὐ κινήσει, ἐκεῖνο δ' ἄνευ τούτου, ὅσων ἢ βακτηρία οὐ κινήσει μὴ κινούντος τοῦ ἀνθρώπου. (2) Ἐὶ δὲ ἀνάγκη πᾶν τὸ κινούμενον ὑπὸ τινός τε κινεῖσθαι, καὶ ἢ ὑπὸ κινουμένου ὑπ' ἄλλου ἢ μὴ, καὶ εἰ μὲν ὑπ' ἄλλου κινουμένου, ἀνάγκη τι εἶναι κινεῖν θ οὐχ ὑπ' ἄλλου πρῶτον· εἰ δὲ τοιοῦτο τὸ πρῶτον, οὐκ ἀνάγκη θάτερον (ἀδύνατον γὰρ εἰς ἄπειρον ἵεσθαι τὸ κινεῖν καὶ τὸ κινούμενον ὑπ' ἄλλου αὐτό· τῶν γὰρ ἀπειρων οὐκ ἔστιν οὐδὲν πρῶτον), εἰ οὖν ἅπαν μὲν τὸ κινούμενον ὑπὸ τινος κινεῖται, τὸ δὲ πρῶτον κινεῖται μὲν, οὐχ ὑπ' ἄλλου δέ, ἀνάγκη αὐτὸ ὑφ' αὐτοῦ κινεῖσθαι. (3) Ἐτι δὲ καὶ ὧδε τὸν αὐτὸν τοῦτον λόγον ἔστιν ἐπελθεῖν. Πᾶν γὰρ τὸ κινεῖν τί τε κινεῖ καὶ τινί. Ἡ γὰρ αὐτῷ κινεῖ τὸ κινεῖν ἢ ἄλλω, ὅσων ἀνθρώπος ἢ αὐτὸς ἢ τῆ βακτηρία, καὶ ὁ ἄνεμος κατέβαλεν ἢ αὐτὸς ἢ ὁ λίθος ὃν ἔωσεν. Ἀδύνατον δὲ κινεῖν ἄνευ τοῦ αὐτοῦ αὐτῷ κινούντος τὸ ὅ κινεῖ· ἀλλ' εἰ μὲν αὐτὸ αὐτῷ κινεῖ, οὐκ ἀνάγκη ἄλλο εἶναι ὅ κινεῖ· ἂν δὲ ἢ ἕτερον τὸ ὅ κινεῖ, ἔστι τι ὃ κινήσει, οὐ τινί, ἀλλ' αὐτῷ· ἢ εἰς ἄπειρον εἰσιν. Εἰ οὖν κινούμενόν τι κινεῖ, ἀνάγκη σῆναι καὶ μὴ εἰς ἄπειρον ἵεσθαι· εἰ γὰρ ἢ βακτηρία κινεῖ τῷ κινεῖσθαι ὑπὸ τῆς χειρὸς, ἢ χεῖρ κινεῖ τὴν βακτηρίαν· εἰ δὲ ταύτην ἄλλο κινεῖ, καὶ ταύτην ἕτερόν τι τὸ κινεῖν. Ὅταν δὲ τινι κινήσῃ αἰετῶν, ἀνάγκη εἶναι πρότερον τὸ αὐτὸ αὐτῷ κινεῖν. Εἰ οὖν κινεῖται μὲν τοῦτο, μὴ ἄλλο δὲ τὸ κινεῖν αὐτό, ἀνάγκη αὐτὸ αὐτὸ κινεῖν· ὥστε καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἦτοι εὐθὺς τὸ κινούμενον ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ αὐτῷ κινούντος κινεῖται, ἢ ἔρχεται ποτε εἰς τὸ τοιοῦτον. (4) Πρὸς δὲ τοῖς εἰρημένοις καὶ ὧδε σκοποῦσι ταῦτα συμβήσεται ταῦτα. Εἰ γὰρ ὑπὸ κινουμένου κινεῖται τὸ κινούμενον πᾶν, ἦτοι τοῦτο ὑπάρχει τοῖς πράγμασι κατὰ συμβεβηκός, ὥστε κινεῖ μὲν κινούμενον, οὐ μέντοι διὰ τὸ κινεῖσθαι αὐτὸ αἰετῶν, ἢ οὐ, ἀλλὰ καθ' αὐτό. Πρῶτον μὲν οὖν εἰ κατὰ συμβεβηκός, οὐκ ἀνάγκη κινεῖται, αὐτὸ κινεῖται ἢ παρὰ φύσιν καὶ βία, καὶ τὰ τε βία καὶ παρὰ φύσιν πάντα ὑπὸ τινος καὶ ὑπ' ἄλλου, τῶν δὲ φύσει πάλιν τὰ θ' ὑφ' αὐτῶν κινούμενα ὑπὸ τινος κινεῖται καὶ τὰ μὴ ὑφ' αὐτῶν, ὅσων τὰ κοῦφα καὶ τὰ βαρέα (ἢ γὰρ ὑπὸ τοῦ γεννήσαντος καὶ ποιήσαντος κοῦφον ἢ βαρῦ, ἢ ὑπὸ τοῦ τὰ ἐμποδίζοντα καὶ κωλύοντα λύσαντος), ἅπαντα ἂν τὰ κινούμενα ὑπὸ τινος κινεῖτο.

Hoc autem bifariam : aut enim non per ipsum movens, sed per aliud a quo movens movetur, aut per ipsum ; atque hoc vel est primum post ultimum, vel per plura movet ; ut baculus movet lapidem, et a manu movetur, quæ movetur ab homine : hic autem non amplius movet eo quod ab alio moveatur. Utrumque igitur movere dicimus, et quod est postremum, et quod est primum inter moventia : sed magis quod est primum ; quippe quod movet postremum, sed ab eo non movetur : et sine primo quidem postremum non movebit ; illud autem sine hoc movebit : ut baculus non movebit, nisi homo moveat. (2) Si igitur necesse est, quicquid movetur, ipsum ab aliquo moveri : etiam necesse est vel ab eo moveri quod ab alio movetur, vel non ab eo ; et si movetur ab eo quod ab alio movetur, necesse est esse aliud movens primum, quod non movetur ab alio ; si vero primum ejusmodi est, non est necesse alterum esse. Impossibile enim est, id quod movet, ipsumque ab alio moveretur, in infinitum abire : quandoquidem infinitorum nihil est primum. Si igitur quicquid movetur, ab aliquo movetur ; primum autem movens movetur quidem, non tamen ab alio movetur : necesse est ipsum a se ipso moveri. (3) Præterea sic quoque licet eandem disputationem aggredi. Quicquid enim movet, et aliquid movet, et aliquo ; quod enim movet, aut se ipso movet ; aut alio : ut homo se ipso, aut baculo ; et ventus vel ipse dejecit, vel lapis quem ventus impulit. Impossibile autem est, id quod movet, sine eo movere quod se ipso movet ; sed si ipsum se ipso moveat, non est necesse aliud esse quo moveat : si vero sit alterum, nempe id quo movet, est etiam aliquid quod movebit, non aliquo, sed se ipso : aut in infinitum hæc abibunt. Si quid igitur, quum moveatur, movet ; necesse est consistere, non in infinitum abire ; nam si baculus movet eo quod movetur a manu, manus movet baculum : si vero et hanc aliud movet, est etiam aliquid aliud quod hanc movet. Quum igitur aliud semper aliquo movet, necesse est esse prius id quod se ipso moveat. Ergo si hoc movetur, nec est aliud quod ipsum moveat : necesse est, ipsum se movere : quapropter etiam ex hac ratione vel statim id quod movetur, ab eo quod se ipso movet, movetur, aut tandem pervenit ad tale quidpiam. (4) Præter hæc quæ dicta sunt, etiam ita considerantibus hæc eadem evenient. Nam si quicquid movetur, ab eo, quod movetur, moveatur : vel hoc rebus inest ex accidenti, ut id quod movetur, moveat, non quia ipsum moveatur semper ; vel non ex accidenti, sed per se. Primum igitur, si ex accidenti

νεῖσθαι τὸ κινούμενον. Εἰ δὲ τοῦτο, δῆλον ὡς ἐνδέ-
 χεται ποτε μηδὲν κινεῖσθαι τῶν ὄντων· οὐ γὰρ ἀναγ-
 καῖον τὸ συμβεβηκός, ἀλλ' ἐνδεχόμενον μὴ εἶναι.
 Ἐὰν οὖν θῶμεν τὸ δυνατόν εἶναι, οὐδὲν ἀδύνατον συμ-
 5 βῆσεται, ψεῦδος δ' ἴσως. Ἀλλὰ τὸ κίνησιν μὴ εἶναι
 ἀδύνατον· δέδεικται γὰρ πρότερον ὅτι ἀνάγκη κίνησιν
 αἰε εἶναι. (β) Καὶ εὐλόγως δὲ τοῦτο συμβέβηκε·
 τρία γὰρ ἀνάγκη εἶναι, τὸ τε κινούμενον καὶ τὸ κιν-
 10 οῦν καὶ τὸ ᾧ κινεῖ. Τὸ μὲν οὖν κινούμενον ἀνάγκη
 μὲν κινεῖσθαι, κινεῖν δ' οὐκ ἀνάγκη· τὸ δ' ᾧ κινεῖ,
 καὶ κινεῖν καὶ κινεῖσθαι· συμμεταβάλλει γὰρ τοῦτο
 ἅμα καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ τῷ κινουμένῳ ὄν. Δῆλον δ' ἐπὶ
 τῶν κατὰ τόπον κινούντων· ἀπτεσθαι γὰρ ἀλλήλων
 ἀνάγκη μέχρι τινός· τὸ δὲ κινεῖν οὕτως ὥστ' εἶναι
 15 μὴ ᾧ κινεῖ, ἀκίνητον. Ἐπεὶ δ' ὀρῶμεν τὸ ἐσχα-
 τον, ὃ κινεῖσθαι μὲν δύναται, κινήσεως δ' ἀρχὴν
 οὐκ ἔχει, καὶ ὁ κινεῖται μὲν, οὐχ ὑπ' ἄλλου δέ, ἀλλ'
 ὑφ' αὐτοῦ, εὐλογον, ἵνα μὴ ἀναγκαῖον εἴπωμεν, καὶ τὸ
 τρίτον εἶναι ὃ κινεῖ ἀκίνητον ὄν. Διὸ καὶ Ἀναξαγόρας
 20 ὀρθῶς λέγει, τὸν νοῦν ἀπαθῆ φάσκων καὶ ἀμιγῆ εἶναι,
 ἐπειδὴ περ κινήσεως ἀρχὴν αὐτὸν ποιεῖ εἶναι· οὕτω γὰρ
 ἂν μόνως κινεῖται ἀκίνητος ὢν καὶ κρατοῖται ἀμιγῆς ὢν.
 (γ) Ἀλλὰ μὴν εἰ μὴ κατὰ συμβεβηκός ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης
 κινεῖται τὸ κινεῖν, εἰ δὲ μὴ κινεῖται, οὐκ ἂν κινεῖται,
 25 ἀνάγκη τὸ κινεῖν, ἢ κινεῖται, ἤτοι οὕτω κινεῖσθαι, ὥστε
 κατὰ τὸ αὐτὸ εἶδος τῆς κινήσεως, ἢ καθ' ἕτερον. Λέγω
 δ' ἤτοι τὸ θερμαῖνον καὶ αὐτὸ θερμαίνεσθαι, καὶ τὸ
 ὑγιάζον ὑγιάζεσθαι, καὶ τὸ φέρον φέρεσθαι· ἢ τὸ ὑγιά-
 ζον φέρεσθαι, τὸ δὲ φέρον αὔξεσθαι. Ἀλλὰ φανερόν
 30 ὅτι ἀδύνατον· δεῖ γὰρ μέχρι τῶν ἀτόμων διαιροῦντα
 λέγειν, οἷον εἴ τι διδάσκει γεωμετρεῖν, τοῦτο διδάσκε-
 σθαι γεωμετρεῖν τὸ αὐτό, ἢ εἰ ῥιπτεῖ, ῥιπτεῖσθαι τὸν
 αὐτὸν τρόπον τῆς ῥίψεως· ἢ οὕτω μὲν μὴ, ἄλλο δ' ἐξ
 ἄλλου γένους, οἷον τὸ φέρον μὲν αὔξεσθαι, τὸ δὲ τοῦτο
 35 ἄτερον ἀλλοιοῦσθαι ὑπ' ἄλλου, τὸ δὲ τοῦτο ἀλλοιοῦν
 ἕτερον τινὰ κινεῖσθαι κίνησιν. Ἀλλ' ἀνάγκη στήναι·
 πεπερασμέναι γὰρ αἱ κινήσεις. Τὸ δὲ πάλιν ἀνα-
 κάμπτειν καὶ τὸ ἀλλοιοῦν φάναι φέρεσθαι τὸ αὐτὸ
 ποιεῖν ἐστὶ κἂν εἰ εὐθύς ἔφη τὸ φέρον φέρεσθαι καὶ
 40 διδάσκεσθαι τὸ διδάσκον. Δῆλον γὰρ ὅτι κινεῖται καὶ
 ὑπὸ τοῦ ἀνωτέρω κινούντος τὸ κινούμενον πᾶν, καὶ
 μᾶλλον ὑπὸ τοῦ προτέρου τῶν κινούντων. Ἀλλὰ μὴν
 τοῦτο γε ἀδύνατον· τὸ διδάσκον γὰρ συμβαίνει μαθηά-
 νειν, ὢν τὸ μὲν μὴ ἔχειν τὸ δ' ἔχειν ἐπιστήμην ἀναγ-
 45 καῖον. Ἐτι δὲ μᾶλλον τούτων ἄλλῳ, ὅτι συμβαίνει
 πᾶν τὸ κινήτικόν κινήτόν, εἴπερ ἅπαν ὑπὸ κινουμένου
 κινεῖται τὸ κινούμενον· ἔσται γὰρ κινήτόν, ὥσπερ
 εἴ τις λέγοι πᾶν τὸ ὑγιαστικόν καὶ ὑγιάζον ὑγια-
 στόν εἶναι, καὶ τὸ οἰκοδομητικόν οἰκοδομητόν, ἢ εὐ-
 50 θύς ἢ διὰ πλειόνων· λέγω δ' οἷον εἰ κινήτόν μὲν
 ὑπ' ἄλλου πᾶν τὸ κινήτικόν, ἀλλ' οὐ ταύτην τὴν κίνη-
 σιν κινήτόν, ἣν κινεῖ τὸ πλησίον, ἀλλ' ἕτερον, οἷον
 τὸ ὑγιαστικόν μαθητόν· ἀλλὰ τοῦτο ἐπαναβαῖνον ἤξει
 ποτέ εἰς τὸ αὐτὸ εἶδος, ὥσπερ εἴπομεν πρότερον. Τὸ μὲν

est, non est necesse moveri id quod movetur. Hoc autem si
 concedatur, patet fieri posse ut nihil moveatur : quoniam
 accidens non est necessarium, sed potest non esse. Itaque
 si ponamus esse quod est possibile : nihil impossibile evenit,
 sed fortasse falsum. At motum non esse est impossi-
 bile : quoniam hoc antea probatum fuit, necesse esse ut mo-
 tus semper sit. (5) Atque hoc rationi consentaneum
 accidit ; tria namque esse necesse est : nimirum id quod mo-
 vetur, et id quod movet, et id quo movet. Id igitur quod
 movetur, necesse est quidem moveri, sed movere non est
 necesse. Id autem quo movet, necesse est et movere et mo-
 verī : hoc enim una mutatur, quum simul et in eodem sit
 cum eo quod movetur : quod manifestum est in iis quae
 loco movent : quia necesse est, ut ita se invicem tangant
 usque ad aliquid : id vero quod movet ita ut non sit quo
 movet, immobile est. Quum autem videamus postremum,
 quod moveri potest, sed motionis principium non habet :
 nec non quod movetur quidem, sed non ab alio, verum a se
 ipso : rationi consentaneum est, ne dicamus necessarium, ut
 tertium quoque sit, quod movet, quum sit immobile. Idcirco
 et Anaxagoras recte ait, mentem Inquiens esse impatibilem
 et non mixtam : quoniam eam facit principium motus : hoc
 enim duntaxat modo movere potest, quum sit immobilis ;
 et dominari, quum non sit mixta. (6) At vero si non ex
 accidenti, sed necessario movetur id quod movet ; si vero
 non moveatur, moveri non possit : necesse est id quod
 movet, quatenus movetur, aut eadem motus specie cieri,
 aut alia, verbi gratia, vel id quod calefacit, ipsum quoque
 calefieri ; et quod sanat, sanari ; et quod fert, ferri : vel
 quod sanat, ferri ; quod autem fertur, augeri. Sed patet
 hoc esse impossibile : dicere enim oportet dividendo us-
 que ad individua : veluti si quid docet geometriam, hoc
 ipsum doceri geometriam ; vel si jactat, eodem jactatus
 modo jaci : aut non ita, sed aliud ex alio genere : veluti
 id quod fert, augeri ; quod autem illud auget, variari ab
 alio ; et quod hoc variat, alio quodam motu cieri. Sed ne-
 cesse est consistere : quia motus finiti sunt. Si quis autem
 dicat rursus reflecti, et quod variat, ferri : perinde facit ac
 si statim diceret id quod fert, ferri ; et quod docet, doceri.
 Constat enim, quicquid movetur, etiam a superiore mo-
 vente moveri, et quidem magis moveri ab eo quod inter
 moventia prius est. At vero hoc est impossibile ; evenit
 enim ut docens discat : quorum alterum non habere,
 alterum habere scientiam, necessarium est. Insuper
 aliud accidit, magis quam haec a ratione alienum : quo-
 niam evenit, ut quicquid movendi vim habet, mobile
 sit : siquidem quicquid movetur, ab eo moveatur quod
 movetur : erit enim mobile : perinde ac si quis diceret,
 quicquid sanandi vim habet, et sanat, etiam sanabile
 esse : et quicquid aedificandi vim habet, aedificabile, vel
 statim, vel per plura, ut puta, si quicquid movendi vim
 habet, sit mobile ab alio, non tamen mobile eodem motu
 quo rem propinquam movet, sed diverso : veluti si id quod
 sanandi vim habet, discere possit : sed hoc ascendendo
 perveniat aliquando ad eandem speciem, ut antea diximus.

οὖν τούτων ἀδύνατον, τὸ δὲ πλασματῶδες· ἀτοπον γὰρ τὸ ἐξ ἀνάγκης τὸ ἀλλοιωτικὸν αὐξητὸν εἶναι. (7) Οὐκ ἄρα ἀνάγκη αἰεὶ κινεῖσθαι τὸ κινούμενον ὑπ' ἄλλου, καὶ τούτου κινουμένου· στήσεται ἄρα. Ὡστε ἤτοι 5 ὑπὸ ἡρεμοῦντος κινήσεται τὸ κινούμενον πρῶτον, ἢ αὐτὸ ἑαυτὸ κινήσει. Ἀλλὰ μὴν καὶ εἴ γε δέοι σκοπεῖν πότερον αἴτιον κινήσεως καὶ ἀρχὴ τὸ αὐτὸ αὐτὸ κινῶν ἢ τὸ ὑπ' ἄλλου κινούμενον, ἐκεῖνο πᾶς ἂν θεῖη· τὸ γὰρ αὐτὸ καθ' αὐτὸ ὄν αἴτιον αἰεὶ πρότερον τοῦ καθ' 10 ἕτερον καὶ αὐτοῦ ὄντος. [VI.] (8) Ὡστε τοῦτο σκοπεῖον λαβοῦσιν ἄλλην ἀρχήν, εἴ τι κινεῖ αὐτὸ αὐτό, πῶς κινεῖ καὶ τίνα τρόπον. Ἀναγκαῖον δὴ τὸ κινούμενον ἅπαν εἶναι διαιρετὸν εἰς αἰεὶ διαιρετά· τοῦτο γὰρ δέδεικται πρότερον ἐν τοῖς καθόλου περὶ φύσεως, ὅτι 15 πᾶν τὸ καθ' αὐτὸ κινούμενον συνεχές. Ἀδύνατον δὴ τὸ αὐτὸ αὐτὸ κινῶν πάντη κινεῖν αὐτὸ αὐτό· φέροιτο γὰρ ἂν ὄλον καὶ φέροι τὴν αὐτὴν φοράν, ἐν ὄν καὶ ἀτομον τῷ εἶδει, καὶ ἀλλοιοῦτο καὶ ἀλλοιοί. Ὡστε διδάσκει ἂν καὶ διδάσκειτο ἅμα, καὶ ὑγιάζει καὶ ὑγιάζοιτο τὴν αὐτὴν ὑγίειαν. Ἐτι διωρίσται ὅτι κινεῖται τὸ κινητὸν τοῦτο δ' ἐστὶ δυνάμει κινούμενον, οὐκ ἐντελεχεία· τὸ δὲ δυνάμει εἰς ἐντελέθειαν βαδίζει. Ἔστι δ' ἡ κίνησις ἐντελέθεια κινήτου ἀτελής. Τὸ δὲ κινῶν 20 ἤδη ἐνεργεῖα ἐστίν, ὅσον θερμαίνει τὸ θερμὸν καὶ ὄλος γεννᾷ τὸ ἔχον τὸ εἶδος. Ὡσθ' ἅμα τὸ αὐτὸ κατὰ τὸ αὐτὸ θερμὸν ἔσται καὶ οὐ θερμὸν. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, ὅσον τὸ κινῶν ἀνάγκη ἔχειν τὸ συνώνυμον. Τὸ μὲν ἄρα κινεῖ τὸ δὲ κινεῖται τοῦ αὐτοῦ αὐτὸ κινῶντος. (9) Ὅτι δ' οὐκ ἐστὶν αὐτὸ αὐτὸ 30 κινῶν οὕτως ὡσθ' ἑκάτερον ὑπ' ἑκατέρου κινεῖσθαι, ἐκ τῶνδε φανερόν. Οὔτε γὰρ ἔσται πρῶτον κινῶν οὐδέν, εἴ γε ἑκάτερον κινήσει ἑκάτερον· τὸ γὰρ πρότερον αἰτιώτερον τοῦ κινεῖσθαι τοῦ ἐχομένου, καὶ κινήσει μᾶλλον· διχῶς γὰρ κινεῖν ἦν, τὸ μὲν τὸ ὑπ' ἄλλου κινούμενον αὐτό, τὸ δ' αὐτῷ· ἐγγύτερον δὲ τὸ πορρώτερον τοῦ κινουμένου τῆς ἀρχῆς ἢ τὸ μεταξὺ. Ἐτι οὐκ ἀνάγκη τὸ κινῶν κινεῖσθαι εἰ μὴ ὑπ' αὐτοῦ· κατὰ 35 συμβεβηκὸς ἄρα ἀντικινεῖ θάτερον. Ἐλαβον τοίνυν ἐνδέχασθαι μὴ κινεῖν· ἔσται ἄρα τὸ μὲν κινούμενον τὸ δὲ κινῶν ἀκίνητον. Ἐτι οὐκ ἀνάγκη τὸ κινῶν ἀντικινεῖσθαι, ἀλλ' ἢ ἀκίνητον γέ τι κινεῖν ἀνάγκη ἢ αὐτὸ ὑπ' αὐτοῦ κινούμενον, εἴπερ ἀνάγκη αἰεὶ κίνησιν εἶναι. Ἐτι, ἢν κινεῖ κίνησιν, καὶ κινεῖτ' ἂν, ὥστε τὸ θερμαίνον θερμαίνεται. (10) Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦ πρώτως 45 αὐτὸ αὐτὸ κινῶντος οὔτε ἐν μόριον οὔτε πλείω κινήσει αὐτὸ αὐτὸ ἕκαστον. Τὸ γὰρ ὄλον εἰ κινεῖται αὐτὸ ὑπ' αὐτοῦ, ἤτοι ὑπὸ τῶν αὐτοῦ τινος κινήσεται ἢ ὄλον ὑπ' ὄλου. Εἰ μὲν οὖν τῷ κινεῖσθαι τι μόριον αὐτὸ ὑπ' αὐτοῦ, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ πρῶτον αὐτὸ αὐτὸ κινῶν· 50 χωρισθὲν γὰρ τοῦτο μὲν κινήσει αὐτὸ αὐτό, τὸ δὲ ὄλον οὐκέτι. Εἰ δὲ ὄλον ὑπ' ὄλου κινεῖται, κατὰ συμβεβηκὸς ἂν ταῦτα κινεῖ αὐτὰ ἑαυτά. Ὡστ' εἰ μὴ ἀναγκαῖον, εὐλόγηται μὴ κινούμενα ὑπ' αὐτῶν. Τῆς ὄλης ἄρα τὸ μὲν κινήσει ἀκίνητον ὄν, τὸ δὲ κινήσεται·

Horum igitur alterum est impossibile, alterum commentitium; nam absurdum est, id quod variandi vim habet, necessario posse augeri. (7) Non igitur necesse est semper id quod movetur, moveri ab alio quod rursus moveatur; consistet igitur. Quapropter quod primum movetur, vel a quiescente movebitur, vel ipsum se movebit. At vero etiamsi oportet considerare utrum id quod se ipsum movet, an quod ab alio movetur, sit causa et principium motus: illud quivis poneret. Quod enim per se est causa, semper est prius eo quod est per aliud. [VI.] (8) Quapropter hoc est considerandum, sumpto alio initio, si quid se ipsum movet, quo pacto et quomodo moveat. Necessarium itaque est, quicquid movetur, esse dividuum in semper dividua: hoc enim antea probatum fuit in libris universalibus de natura, quicquid per se movetur, continuum esse. Impossibile igitur est, ut id quod se ipsum movet, totum moveat se ipsum. Nam totum ferretur et ferret eadem latatione, quom sit unum et individuum specie; et variaretur et variaret: si quare doceret et doceretur simul; et sanaret et sanaretur eadem sanitate. Præterea definitum fuit, moveri id quod est mobile: hoc autem, dum movetur, esse potestate, non actu: quod autem potestate est, ad actum progredi. Motus vero est actus imperfectus rei mobilis: quod autem movet, jam actum est: utputa calidum calefacit: et omnino quod habet formam, gignit. Quare simul idem secundum idem erit calidum et non calidum; similiterque se habebit unumquodque aliorum, quorum movens necessario habet id quod est synonymum. Ejus igitur quod se ipsum movet, aliud movet, aliud movetur. (9) Non posse autem idem se ipsum ita movere, ut utraque pars ab utraque moveatur, ex his perspicuum est: quia nullum erit primum movens, si utraque pars utramque moveat; quod enim est prius, magis est causa movendi, et magis movebit, quam id quod movetur. Bifariam enim erat movere; nam quoddam erat movens, quod ab alio movetur; quoddam vero movebat se ipso; sed quod est remotius a re quæ movetur, id propinquius est principio quam medium. Præterea non est necesse, ut id quod movet, moveatur, nisi a se ipso. Alterum igitur ex accidenti invicem movet. Proinde sumebam contingere ut non moveret: erit igitur aliud, quod movetur, aliud, movens immobile. Præterea non est necesse, ut id quod movet, invicem moveatur: sed vel necesse est aliquod immobile moveri, vel ipsum a se ipso moveri, siquidem necesse est semper motum esse. Præterea quo motu movet, eodem etiam moveretur: quare calefaciens caleferet. (10) At vero nec ejus quod primum se ipsum movet, aut una pars aut plures movebunt singulæ se ipsas. Nam si totum moveatur a semetipso: vel ab aliqua sui ipsius parte movebitur, vel totum a toto. Ergo si ideo moveatur, quod aliqua ejus pars a se movetur; certe hæc pars erit id quod primum se ipsum movet: quia si separata fuerit, ipsa quidem se ipsam movebit, sed totum non amplius se movebit. Quodsi totum a toto moveatur; ex accidenti hæc partes se ipsas movebunt. Quare si non necessario, sumatur eas a se ipsis non moveri. Totius igitur altera pars movebit.

μόνως γὰρ οὕτως οἶόντε τι αὐτοκίνητον εἶναι. Ἐπι-
εἶπερ ἡ δλη αὐτὴ αὐτὴν κινεῖ, τὸ μὲν κινήσει αὐτῆς,
τὸ δὲ κινήσεται. Ἡ ἄρα AB ὑφ' αὐτῆς τε κινή-
σεται καὶ ὑπὸ τῆς A. (11) Ἐπει δὲ κινεῖ τὸ μὲν
κινούμενον ὑπ' ἄλλου τὸ δ' ἀκίνητον ὄν, καὶ κινεῖται
τὸ μὲν κινῶν τὸ δὲ οὐθὲν κινῶν, τὸ αὐτὸ αὐτὸ κινῶν
ἀνάγκη ἐξ ἀκινήτου εἶναι κινῶντος δέ, καὶ ἔτι ἐκ κι-
νουμένου μὴ κινῶντος δ' ἐξ ἀνάγκης, ἀλλ' ὁπότερ'
ἔτυχεν. Ἐστὼ γὰρ τὸ A κινῶν μὲν ἀκίνητον δέ, τὸ δὲ B
κινούμενόν τε ὑπὸ τοῦ A καὶ κινῶν τὸ ἐφ' ὃ Γ, τοῦτο
δὲ κινούμενον μὲν ὑπὸ τοῦ B, μὴ κινῶν δὲ μηδέν· εἴ-
περ γὰρ καὶ διὰ πλείονων ἤξει ποτὲ εἰς τὸ Γ, ἔστω δι'
ἐνὸς μόνου. Τὸ δὲ ἅπαν ABΓ αὐτὸ ἑαυτὸ κινεῖ·
ἀλλ' ἐὰν ἀφέλω τὸ Γ, τὸ μὲν AB κινήσει αὐτὸ ἑαυτό
(τὸ μὲν γὰρ A κινῶν, τὸ δὲ B κινούμενον), τὸ δὲ Γ
οὐ κινήσει αὐτὸ ἑαυτό, οὐδ' ὅλως κινήσεται. Ἀλλὰ
μὴν οὐδ' ἡ BΓ κινήσει αὐτὴ ἑαυτὴν ἀνευ τοῦ A· τὸ γὰρ
B κινεῖ τῷ κινεῖσθαι ὑπ' ἄλλου, οὐ τῷ ὑφ' αὐτοῦ τιδὸς
μέρους. Τὸ ἄρα AB μόνον αὐτὸ ἑαυτὸ κινεῖ. Ἀνάγκη
ἄρα τὸ αὐτὸ ἑαυτὸ κινῶν ἔχειν τὸ κινῶν ἀκίνητον
δέ, καὶ τὸ κινούμενον μηδὲν δὲ κινῶν ἐξ ἀνάγκης,
ἀπτόμενα ἦτοι ἀμφω ἀλλήλων ἢ θατέρου θάτερον.
Εἰ μὲν οὖν συνεχές ἐστι τὸ κινῶν (τὸ γὰρ κινούμε-
νον ἀναγκαῖον εἶναι συνεχές), ὅτλον ὅτι τὸ πᾶν αὐτὸ
αὐτὸ κινεῖν, ἀλλ' ὅλον κινεῖ αὐτὸ ἑαυτό, κινούμε-
νόν τε καὶ κινῶν τῷ αὐτοῦ τι εἶναι τὸ κινῶν καὶ
τὸ κινούμενον. Οὐ γὰρ ὅλον κινεῖ οὐδ' ὅλον κινεῖται,
ἀλλὰ κινεῖ μὲν τὸ A, κινεῖται δὲ τὸ B μόνον· τὸ δὲ Γ
ὑπὸ τοῦ A οὐκέτι· ἀδύνατον γάρ. (12) Ἀπορίαν δ' ἔχει,
ἐὰν ἀφέλη τις ἢ τῆς A (εἰ συνεχές τὸ κινῶν μὲν
ἀκίνητον δέ), ἢ τῆς B τῆς κινουμένης· ἢ λοιπὴ ἄρα
κινήσει τῆς A ἢ τῆς B κινήθησεται; εἰ γὰρ τοῦτο,
οὐκ ἂν εἴη πρώτως κινουμένη ὑφ' αὐτῆς ἢ AB· ἀφαι-
ρεθείσης γὰρ ἀπὸ τῆς AB, ἔτι κινήσει ἑαυτὴν ἢ λοιπὴ
AB. Ἡ δυνάμει μὲν ἑκάτερον οὐδὲν κωλύει ἢ θάτερον
τὸ κινούμενον διαιρετὸν εἶναι, ἐντελεγεῖα δ' ἀδιαιρέτον·
ἐὰν δὲ διαιρεθῇ, μηκέτι εἶναι ἔχον τὴν αὐτὴν δυνάμιν·
ὥστ' οὐδὲν κωλύει ἐν διαιρετοῖς δυνάμει πρώτως
ἐνεῖναι. Φανερόν τοίνυν ἐκ τούτων ὅτι ἔστι τὸ πρώτως
κινῶν ἀκίνητον· εἴτε γὰρ εὐθύς ἴστανται τὸ κινούμενον,
ὑπὸ τινος δὲ κινούμενον, εἰς ἀκίνητον τὸ πρώτων· εἴτε
εἰς κινούμενον μὲν, αὐτὸ δ' αὐτὸ κινῶν καὶ ἴσταν,
ἀμφοτέρως συμβαίνει τὸ πρώτως κινῶν ἐν ἅπασιν
εἶναι τοῖς κινουμένοις ἀκίνητον.

quum sit immobilis; altera vero movebitur: nam hoc tan-
tum modo fieri potest ut aliquid sui movendi vim habeat.
Præterea si tota linea moveat se ipsam: altera ejus pars
movebit, altera movebitur. Itaque linea $\alpha\beta$ et α se ipsa
movebitur, et ab α . (11) Quum autem aliud moveat, quod
moveatur ab alio; aliud, quod est immobile: quumque aliud
moveatur, quod etiam movet; aliud, quod nullam rem
movet: necesse est ut id quod se ipsum movet, constet ex
eo quod est immobile, sed movet, et præterea ex eo quod
moveatur, nec necessario movet, sed prout accidit. Esto
namque $\tau\alpha$, quod movet quidem, sed est immobile: $\tau\beta$
vero quod moveatur ab α , et movet id in quo est γ . Hoc autem
moveatur quidem $\alpha\beta$, sed nullam rem moveat. Quanquam
enim etiam per plura aliquando perveniet ad γ , tamen esto
per unum tantum. Totum igitur $\alpha\beta\gamma$ se ipsum movet; ve-
rum si detraxero $\tau\alpha$, certe $\tau\alpha\beta$ se ipsum movebit (nam
 $\tau\alpha$ est id quod movet; $\tau\beta$, id quod movetur); $\tau\gamma$ vero non
movebit se ipsum, nec omnino movebitur. At vero nec par-
 $\beta\gamma$ movebit se ipsam sine α ; nam $\tau\beta$ ideo movet, quia mo-
vetur ab alio, non quod moveatur ab aliqua sui ipsius parte:
solum igitur $\alpha\beta$ se ipsum movet. Necesse igitur est, ut id
quod se ipsum movet, habeat id quod movet, sed est im-
mobile; et id quod movetur, sed nullam rem necessario
movet: quæ quidem vel ambo se mutuo tangant, vel al-
terum tangat alterum. Si igitur id quod movet, continuum
sit (necesse est enim, id quod movetur, esse continuum):
manifestum est, totum movere se ipsum; non quia aliqua
ejus pars sit talis ut moveat se ipsam; sed totum movet
se ipsum et simul movetur et movet, quoniam aliqua ejus pars
est quæ movet, et quæ movetur. Non enim totum movet, nec
totum movetur: sed $\tau\alpha$ movet, ac $\tau\beta$ movetur dumtaxat;
 γ vero non amplius ab α movetur: est enim impossibile.
(12) Est autem dubitatio, si quis detraxerit vel ab α (si id
quod movetur, et est immobile, sit continuum) vel β quod
movetur, an reliqua pars ipsius α movebit, vel reliqua pars
ipsius β movebitur. Nam si hoc sit, certe α non movebitur
primum a se ipsa: quia detractio facta ab $\alpha\beta$, nihilominus
residuum $\alpha\beta$ se movebit. An nihil prohibet, utrumque, vel
alterum, id quod movetur, potestate dividuum esse, actu
vero individuum; quod si divisum fuerit, non habere am-
plius eandem vim? quare nihil vetat primum inesse indivi-
duis potestate. Ex his perspicuum est, id quod primum
movet, esse immobile: sive enim id quod movetur, et ab
aliquo movetur, statim consistat in primo immobili; sive
in eo quod movetur quidem, sed ipsum se movet et consi-
stit: utroque modo evenit, ut id quod primum movet, in
omnibus iis quæ moventur, sit immobile.

CAP. VI. [VII.]

Ἐπεὶ δὲ δεῖ κίνησιν αἰεὶ εἶναι καὶ μὴ διαλείπειν, ἀνάγκη εἶναι τι ὁ πρῶτον κινεῖ, εἴτε ἐν εἴτε πλείω, καὶ τὸ πρῶτον κινῶν ἀκίνητον. (2) Ἐκαστον μὲν οὖν αἰδίον εἶναι τῶν ἀκινήτων μὲν κινούντων δὲ οὐδὲν πρὸς τὸν νῦν λόγον· ὅτι ὁ ἀναγκαῖον εἶναι τι τὸ ἀκίνητον μὲν αὐτὸ πάσης τῆς ἐκτὸς μεταβολῆς, καὶ ἀπλῶς καὶ κατὰ συμβεβηχός, κινήτικόν δ' ἐτέρου, δῆλον ὡς σκοποῦσιν. (3) Ἐστω δέ, εἰ τις βούλεται, ἐπὶ τινῶν ἐνδεχόμενον ὥστ' εἶναι ποτε καὶ μὴ εἶναι ἄνευ γενέσεως καὶ φθορᾶς· τάχα γὰρ ἀναγκαῖον, εἴ τι ἀμερές ὅτε μὲν ἔστιν ὅτε δὲ μὴ ἔστιν ἄνευ τοῦ μεταβάλλειν ὅτε μὲν εἶναι ὅτε δὲ μὴ εἶναι πᾶν τὸ τοιοῦτον· καὶ τῶν ἀρχῶν τῶν ἀκινήτων μὲν κινήτικῶν δὲ ἐνιας ὅτε μὲν εἶναι ὅτε δὲ μὴ εἶναι, ἐνδεχέσθω καὶ τοῦτο· ἀλλ' οὐ τι πάσας γε δυνατόν· δῆλον γὰρ ὡς αἰτιῶν τι τοῖς αὐτὰ ἑαυτὰ κινούσιν ἔστι τοῦ ὅτε μὲν εἶναι ὅτε δὲ μὴ. Τὸ μὲν γὰρ αὐτὸ ἑαυτὸ κινῶν ἅπαν ἔχειν ἀνάγκη μέγεθος, εἰ μὴδὲν κινεῖται ἀμερές· τὸ δὲ κινῶν οὐδεμίαν ἀνάγκη ἐκ τῶν εἰρημένων. Τοῦ δὲ τὰ μὲν γίνεσθαι τὰ δὲ φθεῖρεσθαι, καὶ τοῦτ' εἶναι συνεχῶς, οὐδὲν αἴτιον τῶν ἀκινήτων μὲν, μὴ αἰεὶ ὁ ὄντων· οὐδ' αὖ τῶν αἰεὶ μὲν ταῖς κινούντων, τούτων δ' ἕτερα. Τοῦ γὰρ αἰεὶ καὶ συνεχῶς οὔτε ἕκαστον αὐτῶν αἴτιον οὔτε πάντα· τὸ μὲν γὰρ οὕτως ἔχειν αἰδίον καὶ ἐξ ἀνάγκης, τὰ δὲ πάντα ἄπειρα, καὶ οὐκ ἅμα πάντα ὄντα. Δῆλον τοίνυν ὅτι, εἰ καὶ μυριάκις εἶναι ἀρχαὶ τῶν ἀκινήτων μὲν κινούσων δέ, καὶ πολλὰ τῶν αὐτὰ ἑαυτὰ κινούντων φθεῖρεται, τὰ δ' ἐπιγίνεται, καὶ τότε μὲν ἀκίνητον ὄν τὸδε κινεῖ, ἕτερον δὲ τοδί· ἀλλ' οὐδὲν ἤττον ἔστι τι ὁ περιέχει, καὶ τοῦτο παρ' ἕκαστον, ὃ ἔστιν αἴτιον τοῦ τὰ μὲν εἶναι τὰ δὲ μὴ, καὶ τῆς συνεχῶς μεταβολῆς· καὶ τοῦτο μὲν τούτοις, ταῦτα δὲ τοῖς ἄλλοις αἰτία κινήσεως. (4) Εἴπερ οὖν αἰδίος ἡ κίνησις, αἰδίον καὶ τὸ κινῶν ἔσται πρῶτον, εἰ ἐν· εἰ δὲ πλείω, πλείω τὰ αἰδία. Ἐν δὲ μᾶλλον ἢ πολλὰ, καὶ πεπερασμένα ἢ ἄπειρα δεῖ νομίζεσθαι. Τῶν αὐτῶν γὰρ συμβαινόντων, αἰεὶ τὰ πεπερασμένα μᾶλλον ληπτέον· ἐν γὰρ τοῖς φύσει δεῖ τὸ πεπερασμένον καὶ τὸ βέλτιον, ἂν ἐνδέχεται, υπάρχειν μᾶλλον. Ἰακωνὸν δὲ καὶ εἰ ἐν, ὁ πρῶτον τῶν ἀκινήτων αἰδίον ὄν ἔσται ἀρχὴ τοῖς ἄλλοις κινήσεως. (5) Φανερόν δὲ καὶ ἐκ τοῦδε ὅτι ἀνάγκη εἶναι τι ἐν καὶ αἰδίον τὸ πρῶτον κινῶν. Δέδεικται γὰρ ὅτι ἀνάγκη αἰεὶ κίνησιν εἶναι· εἰ δὲ αἰεὶ, ἀνάγκη καὶ συνεχῆ εἶναι· καὶ γὰρ τὸ αἰεὶ συνεχές, τὸ δ' ἐφεξῆς οὐ συνεχές. Ἀλλὰ μὴν εἴ γε συνεχές, μία· μία δ', εἰ ὑφ' ἐνός τε τοῦ κινούντος καὶ ἐνός τοῦ κινουμένου· εἰ γὰρ τι ἄλλο καὶ ἄλλο κινήσει, οὐ συνεχές ἢ ὅλη κίνησις, ἀλλ' ἐφεξῆς.

[VIII.] (5) Ἐκ τε δὴ τούτων πιστεύσειεν ἂν τις εἶναι τὸ πρῶτον ἀκίνητον, καὶ πάλιν ἐπιβλέψας ἐπὶ τὰς ἀρχὰς τῶν κινούντων. Τὸ μὲν δὲ εἶναι ἅττα τῶν ὄντων ἃ ὅτε μὲν κινεῖται ὅτε δ' ἡρεμεῖ, φανερόν. Καὶ διὰ τούτου γέγονε δῆλον ὅτι οὔτε πάντα κινεῖται οὔτε

Quoniam autem oportet motum semper esse, nec intermitteri; necesse est esse aliquid quod primum moveat, sive sit unum, sive plura, nempe primum illud movens immobile. (2) Unumquodque igitur eorum quæ immobilia sunt ipsa, sed movent, esse æternum, nihil facit adversus hanc rationem: sed necesse esse, ut sit aliquid quod ipsum sit quidem immobile et omnis externæ mutationis expers, tam simpliciter quam ex accidenti, vim autem habeat alterius movendi, ita considerantibus fiet manifestum. (3) Fieri autem in quibusdam possit, si cui placet, ut aliquando sint et non sint sine ortu et interitu. Fortassis enim est necessarium, si quid vacans partibus, modo sit modo non sit, ut quicquid tale est, sine mutatione interdum sit, interdum non sit; et quædam principia immobilia quidem, sed quæ movendi vim habeant, modo esse, modo non esse, hoc etiam fieri possit: sed non est possibile ut omnia sint ejusmodi. Patet enim esse aliquam causam iis quæ se ipsa movent, cur modo sint, modo non sint. Nam quicquid se ipsum movet, necesse est ut habeat magnitudinem: siquidem nihil movetur, quod partibus vacet; id vero quod movet, nihil necesse est habere magnitudinem, ut liquet ex eis quæ dicta fuerunt. Ergo cur alia gignantur, alia intereant, idque fiat continenter, nihil eorum causa est, quæ sunt quidem immobilia, non tamen semper sunt: nec rursus eorum quæ semper hæc movent, ita ut hæc moveant alia; nam æternitatis et continuationis nec eorum est unumquodque causa, neque omnia. Etenim ita rem habere, est æternum et necessarium: omnia vero sunt intinita, nec omnia entia simul sunt. Manifestum igitur est, etiamsi decies millies quædam principia, quæ sunt immobilia, sed movent; et multa ex iis quæ se ipsa movent, intereant, alia vero generentur; et hoc quidem quod est immobile, hanc rem moveat; aliud vero illam: nihilominus tamen esse aliquid, quod continet, et hoc præter singula: quod quidem est causa cur alia sint, alia non sint, et causa continuationis mutationis; atque hoc quidem hæc, hæc vero alii sunt causæ motionis. (4) Siquidem igitur motus sit æternus, etiam primum movens æternum erit, si unum sit: si vero multa, erunt multa æterna. Unum autem esse potius quam multa, et finita potius quam infinita, putare oportet; nam si eadem eveniant, semper finita potius sumenda sunt: in iis enim quæ natura constant, oportet id potius inesse, quod est finitum et melius, si modo inesse possit. Atqui sufficit, etsi unum sit, quod quum primum sit inter immobilia, et æternum, aliis erit principium motus. (5) Ex hoc quoque perspicuum est, necesse esse ut id quod primum movet, sit unum quiddam et æternum; probatum enim fuit, necesse esse ut semper sit motus: quodsi semper est, necesse est ut sit continuus; quod enim est semper, est continuum; quod vero est deinceps, non est continuum. At vero si est continuus, est unus; est autem unus, si ab uno movente est, et unius quod moveatur; si quam enim rem aliud atque aliud moveat, totus motus non est continuus, sed deinceps.

[VIII.] (6) Ergo et ex his credere aliquis possit esse aliquid immobile, et rursus, si respexerit ad principia eorum quæ movent. Esse igitur quædam, quæ modo moventur, modo quiescunt, perspicuum est. Et ex hoc manifestum factum est neque omnia moveri, neque omnia quiescere; neque

πάντα ἡρεμεῖ, οὔτε τὰ μὲν αἰεὶ ἡρεμεῖ, τὰ δ' αἰεὶ κινεῖται· τὰ γὰρ ἐπαμφοτερίζοντα καὶ δύναμιν ἔχοντα τοῦ δὲ μὲν κινεῖσθαι δὲ δ' ἡρεμεῖν, δείκνυσι περὶ αὐτῶν. Ἐπεὶ δὲ τὰ μὲν τοιαῦτα ὄντα πᾶσι, βου-
 5 λόμεθα δὲ δεῖξαι καὶ τῶν δυοῖν ἑκατέραν τὴν φύσιν, ὅτι ἔστι τὰ μὲν αἰεὶ ἀκίνητα, τὰ δ' αἰεὶ κινούμενα, προϊόντες δ' ἐπὶ τοῦτο καὶ θέντες ἄπαν τὸ κινούμενον ὑπὸ τινος κινεῖσθαι, καὶ τοῦτ' εἶναι ἢ ἀκίνητον ἢ κινούμενον, καὶ κινούμενον ἢ ὑφ' αὐτοῦ ἢ ὑφ' ἄλλου αἰεὶ, προήλθομεν
 10 ἐπὶ τὸ λαθεῖν ὅτι τῶν κινουμένων ἔστιν ἀρχή, κινουμένων μὲν δ' αὐτὸ ἑαυτὸ κινεῖ, πάντων δὲ τὸ ἀκίνητον δρῶμεν δὲ καὶ φανερώς ὄντα τοιαῦτα ἃ κινεῖ αὐτὰ ἑαυτά, οἷον τὸ τῶν ἐμφύλων καὶ τὸ τῶν ζῶων γένος. Ταῦτα δὴ καὶ δόξαν παρῆγε, μὴ ποτ' ἐνδέχεται κί-
 15 νησιν ἐγγίνεσθαι μὴ οὔσαν ὄλως, διὰ τὸ ἐν τούτοις ὄραν ἡμᾶς τοῦτο συμβαῖνον ἀκίνητα γὰρ ποτε ὄντα κινεῖται πάλιν, ὡς δοκεῖ. (7) Τοῦτο δὴ δεῖ λαθεῖν, ὅτι μίαν κίνησιν αὐτὰ κινεῖ, καὶ ὅτι ταύτην οὐ κυρίως· οὐ γὰρ ἐξ αὐτοῦ τὸ αἶτιον, ἀλλ' ἐνεῖσιν ἄλλαι κινήσεις φυσικαὶ
 20 τοῖς ζῴοις, ἃς οὐ κινοῦνται δι' ἑαυτῶν, οἷον αὐξήσεις, φθίσεις, ἀναπνοή, ἃς κινεῖται τῶν ζῶων ἕκαστον ἡρεμοῦν καὶ οὐ κινούμενον τὴν ὑφ' ἑαυτοῦ κίνησιν. Τούτων δ' αἶτιον τὸ περιέχον καὶ πολλὰ τῶν εἰσιόντων, οἷον ἐνίων τροφή· πεττωμένης γὰρ καθεύδουσι, διακρι-
 25 νομένης δ' ἐγείρονται καὶ κινοῦσιν ἑαυτούς, τῆς πρώτης ἀρχῆς ἐξῶθεν οὔσης. Διὸ οὐκ αἰεὶ κινοῦνται συνεχῶς ὑφ' αὐτῶν· ἄλλο γὰρ τὸ κινοῦν αὐτὸ κινούμενον καὶ μεταβάλλον πρὸς ἕκαστον τῶν κινουμένων ἑαυτά. Ἐν πᾶσι δὲ τούτοις κινεῖται τὸ κινοῦν πρῶτον καὶ τὸ αἶ-
 30 τιον τοῦ αὐτοῦ ἑαυτὸ κινεῖν ὑφ' αὐτοῦ, κατὰ συμβεβηκὸς μέντοι· μεταβάλλει γὰρ τὸν τόπον τὸ σῶμα, ὥστε καὶ τὸ ἐν τῷ σώματι ὄν καὶ τὸ ἐν τῇ μορφεῖα κινοῦν ἑαυτό. (8) Ἐξ ὧν ἔστι πιστεῦσαι ὅτι, εἴ τι ἔστι τῶν ἀκινήτων μὲν κινουμένων δὲ, καὶ αὐτῶν κινουμένων
 35 κατὰ συμβεβηκὸς, ἀδύνατον συνεχῆ κίνησιν κινεῖν. Ὡς· εἴπερ ἀνάγκη συνεχῶς εἶναι κίνησιν, εἶναι τι δεῖ τὸ πρῶτον κινοῦν ἀκίνητον, καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκὸς, εἰ μέλλει, καθάπερ εἵπομεν, ἔσεσθαι ἐν τοῖς οὔσιν ἄπαστος τις καὶ ἀθάνατος κινήσεις, καὶ μένειν τὸ ὄν
 40 αὐτὸ ἐν αὐτῷ καὶ ἐν τῷ αὐτῷ· τῆς γὰρ ἀρχῆς μενούσης ἀνάγκη καὶ τὸ πᾶν μένειν συνεχῆς ὄν πρὸς τὴν ἀρχήν. Οὐκ ἔστι δὲ ταῦτο τὸ κινεῖσθαι κατὰ συμβεβη-
 45 κὸς ὑφ' αὐτοῦ καὶ ὑφ' ἑτέρου· τὸ μὲν γὰρ ὑφ' ἑτέρου ὑπάρχει καὶ τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ ἐνίαις ἀρχαῖς, ὅσα πλείους φέρεται φορὰς, θάτερον δὲ τοῖς φαρτοῖς μόνον. [IX.] (9) Ἀλλὰ μὴν εἴ γέ ἔστι τι αἰεὶ τοιοῦτον, κιν-
 50 οῦν μὲν τι, ἀκίνητον δὲ αὐτὸ καὶ αἰδῖον, ἀνάγκη καὶ τὸ πρῶτον ὑπὸ τούτου κινούμενον αἰδῖον εἶναι. Ἔστι δὲ τοῦτο δῆλον μὲν καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἂν ἄλλως εἶναι γέ-
 60 νησιν καὶ φθορὰν καὶ μεταβολὴν τοῖς ἄλλοις, εἰ μὴ τι κινήσει κινούμενον τὸ μὲν γὰρ ἀκίνητον τὴν αὐτὴν αἰεὶ κινήσει τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ μίαν κίνησιν, ἅτε οὐδὲν αὐτὸ μεταβάλλον πρὸς τὸ κινούμενον· τὸ δὲ κινούμενον ὑπὸ τοῦ κινουμένου μὲν, ὑπὸ τοῦ ἀκινήτου δὲ κινουμένου

alia semper quiescere, alia semper moveri : nam quæ sunt natura ancipiti, et vim habent ut interdum moveantur interdum quiescant, de his fidem faciunt. Quum autem ea quæ sunt ejusmodi, sint omnibus manifesta ; velimus autem probare etiam utramque reliquarum duarum naturarum, nempe alia semper esse immobilia, alia quæ semper moveantur : procedentes ad hoc probandum, et positus his principiis, quicquid movetur, ab aliquo moveri, et hoc aut esse immobile aut moveri, et moveri vel a se, vel ab alio semper, progressi sumus eo usque, ut sumeremus eorum quæ moverentur esse principium : id est, eorum quæ moventur, id quod se ipsum movet ; omnium vero, id quod est immobile. Videmus autem, et quidem perspicue, quædam esse ejusmodi ut se ipsa moveant : ut animatorum et animalium genus ; quæ quidem et opinionem præbebant, ne quando contingeret motum fieri, quum non esset omnino, propterea quod in his videmus hoc accidere ; quum enim aliquando sint immobilia, moventur rursus, ut videtur. (7) Hoc igitur sumere oportet, hæc uno motu se ciere, eoque non proprie : non est enim causa ex ipso animali ; sed alii motus naturales animalibus insunt, quibus non moventur a semetipsis : ut auctio, deminutio, respiratio : quibus motibus cietur unumquodque animal quum quiescat, nec eo motu cietur, quo a se ipso movetur. Horum autem causa est id quod continet, et multa ex iis quæ ingrediuntur : ut quorundam causa est alimentum ; quum enim concoquitur, dormiunt ; quum autem distribuitur, excitantur, et movent se ipsos, primo principio extra constituto. Proinde non semper neque continenter moventur a se ipsis ; nam ad singula quæ se ipsa movent, adest aliud quod movet, quum ipsum moveatur et mutetur. In his autem omnibus, quod primum movet et est causa cur aliud se ipsum moveat, id quoque a se movetur, sed ex accidenti ; corpus enim mutat locum : quocirca et id quod est in corpore, et quod velle se ipsum movet. (8) Ex quibus licet credere, si quid est in numero eorum quæ sunt quidem immobilia, sed movent, et ipsa moventur ex accidenti ; impossibile esse ut id continuum motum efficiat. Quapropter si necesse est continenter esse motum ; oportet esse aliquod primum movens immobile, quod neque ex accidenti moveatur ; si debet, quemadmodum diximus, esse in rebus indeficiens quidam et immortalis motus, ac manere ipsum ens in se ipso et in eodem : principio namque manente, necesse est etiam universum manere, quum sit continenter junctum principio. Non est autem idem, moveri ex accidenti a se ipso, et ab altero ; nam moveri ab altero, inest et quibusdam principiis eorum quæ sunt in cælo, id est, eorum quæ pluribus latibus feruntur : alterum vero iis solum inest, quæ interitui sunt obnoxia. [IX.] (9) Verumenimvero si est aliquid semper ejusmodi quod movet quidem, sed est immobile ipsum, et æternum ; necesse est, etiam id quod primum ab hoc movetur, esse æternum. Hoc autem manifestum etiam ex eo est, quod alioqui non esset generatio et interitus et mutatio aliis rebus, nisi quid moveat, quum moveatur : quod enim est immobile, uno et eodem motu semper et eodem modo movebit ; quippe quod nihil mutatur relatione habita ad id quod movetur ; quod autem movetur ab eo quod movetur quidem, sed ab immobili jam movetur, propterea

ἤδη, διὰ τὸ ἄλλως καὶ ἄλλως ἔχειν πρὸς τὰ πράγματα, οὐ τῆς αὐτῆς ἔσται κινήσεως αἴτιον, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐν ἐναντίοις εἶναι τόποις ἢ εἶδασιν ἐναντίως παρέξεται κινούμενον ἕκαστον τῶν ἄλλων, καὶ δὲ μὲν ἡρεμοῦν δὲ δὲ κινουμένων. Φανερόν δὲ γέγονεν ἐκ τῶν εἰρημέων καὶ δ' κατ' ἀρχὰς ἡπορούμεν, τί δὴ ποτε οὐ πάντα ἢ κινεῖται ἢ ἡρεμεῖ, ἢ τὰ μὲν κινεῖται αἰεὶ τὰ δ' αἰεὶ ἡρεμεῖ, ἀλλ' ἔνια δὲ μὲν ἢ δ' οὐ. Τούτου γὰρ τὸ αἴτιον δῆλόν ἐστι νῦν, ὅτι τὰ μὲν ὑπὸ ἀκινήτου κινεῖται αἰδίου, διὸ αἰεὶ μεταβάλλει, τὰ δ' ὑπὸ κινουμένου καὶ μεταβάλλοντος ὥστε καὶ αὐτὰ ἀναγκαῖον μεταβάλλειν. Τὸ δ' ἀκίνητον, ὅσπερ εἴρηται, ἄτε ἀπλῶς καὶ ὡσαύτως καὶ ἐν τῷ αὐτῷ διαμένον, μίαν καὶ ἀπλῆν κινήσει κίνησιν.

CAP. VII. [X.]

15 Οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ ἄλλην ποιησαμένοις ἀρχὴν μάλλον ἔσται περὶ τούτων φανερόν. Σκεπτέον γὰρ πότερον ἐνδέχεται τινα κίνησιν εἶναι συνεχῆ ἢ σὺ· καὶ εἰ ἐνδέχεται, τίς αὕτη, καὶ τίς πρώτη τῶν κινήσεων· δῆλον γὰρ ὡς, εἴπερ ἀναγκαῖον μὲν αἰεὶ κίνησιν εἶναι, καὶ πρώτη δ' ἢ δὲ καὶ συνεχῆς, ὅτι τὸ πρῶτον κινουὺν κινεῖ ταύτην τὴν κίνησιν, ἣν ἀναγκαῖον μίαν καὶ τὴν αὐτὴν εἶναι καὶ συνεχῆ καὶ πρώτην. (2) Τριῶν δ' οὐσῶν κινήσεων, τῆς τε κατὰ μέγεθος καὶ τῆς κατὰ πάθος καὶ τῆς κατὰ τόπον, ἣν καλοῦμεν φορᾶν, ταύτην ἀναγκαῖον εἶναι πρώτην· ἀδύνατον γὰρ αὐξήσιν εἶναι ἀλλοιώσεως μὴ προὔπαρχούσης· τὸ γὰρ αὐξανόμενον ἔστι μὲν ὡς ὁμοίω αὐξάνεται, ἔστι δ' ὡς ἀνομοίω· τροφή γὰρ λέγεται τῷ ἐναντίω τὸ ἐναντίον. Προσγίνεται δὲ πᾶν γινόμενον ὁμοιον ὁμοίω. Ἀνάγκη οὖν ἀλλοίωσιν εἶναι τὴν εἰς τάναντία μεταβολήν. Ἀλλὰ μὲν εἴ γε ἀλλοιοῦται, δεῖ τι εἶναι τὸ ἀλλοιοῦν καὶ ποιοῦν ἐκ τοῦ δυναμει θερμοῦ τὸ ἐνεργεῖα θερμόν. Δῆλον οὖν ὅτι τὸ κινουὺν οὐχ ὁμοίως ἔχει, ἀλλ' ὅτε μὲν ἐγγύτερον δὲ δὲ πορρώτερον τοῦ ἀλλοιοουμένου ἔστι. Ταῦτα δ' ἄνευ φορᾶς οὐκ ἐνδέχεται ὑπάρχειν. Εἰ ἄρα ἀνάγκη αἰεὶ κίνησιν εἶναι, ἀνάγκη καὶ φορᾶν αἰεὶ εἶναι πρώτην τῶν κινήσεων, καὶ φορᾶς, εἰ ἔστιν ἢ μὲν πρώτη ἢ δ' ὑστέρη, τὴν πρώτην. Ἐτι δὲ πάντων τῶν παθημάτων ἀρχὴ πύκνωσις καὶ μάνωσις· καὶ γὰρ βαρὺ καὶ κοῦφον καὶ μαλακὸν καὶ σκληρόν καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν πυκνότερες δοκοῦσι καὶ ἀραιότερες εἶναι τινες. Πύκνωσις δὲ καὶ μάνωσις σύγκρισις καὶ διάκρισις, καθ' ἃς γένεσις καὶ φθορὰ λέγεται τῶν οὐσιῶν. Συγκρινόμενα δὲ καὶ διακρινόμενα ἀνάγκη κατὰ τόπον μεταβάλλειν. Ἀλλὰ μὲν καὶ τοῦ αὐξανόμενου καὶ φθίνοντος μεταβάλλει κατὰ τόπον τὸ μέγεθος. (3) Ἐτι καὶ ἐντεῦθεν ἐπισκοποῦσιν ἔσται φανερόν ὅτι ἢ φορὰ πρώτη. Τὸ γὰρ πρῶτον, ὅσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, οὕτω καὶ ἐπὶ κινήσεως ἂν λέγοιτο πλεοναχῶς· λέγεται γὰρ πρότερον, οὗ τε μὴ ὄντος οὐκ ἔσται τᾶλλα, ἐκεῖνο δ' ἄνευ τῶν ἄλλων καὶ τὸ τῷ χρόνῳ, καὶ τὸ κατ' οὐσίαν. Ὅστ' ἐπεὶ κίνησιν μὲν ἀναγκαῖον εἶναι

quod aliter atque aliter ad res affectum est, non erit causa ejusdem motus : sed quia est in contrariis locis aut formis, efficiet alia singula contrariis motibus cieri, et modo quiescere, modo moveri. Jam ex iis quae dicta fuerunt, perspicuum factum est etiam id quod initio in dubium revocavimus : cur non omnia vel moveantur, vel quiescant ; vel alia semper moveantur, alia semper quiescant ; sed quaedam interdum, interdum autem minime ; hujus enim causa nunc manifesta est : quoniam alia moventur ab immobili aeterno, proinde semper mutantur : alia vero ab eo quod movetur et mutatur, unde et ipsa necesse est mutari : aliud vero est immobile, sicuti dictum fuit, quippe quod simpliciter, et eodem modo, et in se ipso permanens, unum et simplicem motum efficiet.

Sed tamen et alio facto initio magis erunt haec perspicua. Dispicendum est enim, utrum esse possit aliquis motus continuus, necne ; et, si esse possit, quisnam hic sit ; et quis sit motuum primus. Constat enim, si necesse est semper motum esse, hic vero est primus et continuus, primum movens hoc motu cieri, quem necesse est unum et eundem esse atque continuum, et primum. (2) Quum autem tres sint motus, is qui in magnitudine spectatur, et is qui in affectione, et is qui in loco, quem vocamus lationem ; hunc necesse est esse primum ; impossibile est enim, auctionem esse, quin variatio antecedit. Quod enim augetur, partim simili augetur, partim dissimili. Etenim quod est contrarium, dicitur alimentum contrario : accedit autem quodvis factum simile simili. Necesse est igitur mutationem in contraria esse variationem. Atqui si varietur, oportet esse aliquid quod variet, et quod efficiat ex potestate calido actu calidum. Patet igitur, id quod movet, non similiter se habere, sed interdum esse propinquius, interdum remotius ab eo quod variatur : haec autem sine latione esse nequeunt. Ergo si necesse est semper motum esse, necesse etiam est lationem esse motionum primam. Et, si lationum alia est prior, alia posterior ; eam esse primam motionem, quae est prima latio. Praeterea omnium affectionum principium est densatio et rarefactio. Etenim grave et leve, nec non molle ac durum, item calidum et frigidum, videntur esse densitates et raritates quaedam. Densatio vero et rarefactio sunt concretio et secretio, secundum quas dicitur generatio et interitus substantiarum. Atqui ea quae concresecunt, vel disjiciuntur, necesse est loco mutari. Jam vero etiam ejus quod augetur, et minuitur, magnitudo locum mutat. (3) Praeterea hinc quoque considerantibus perspicuum erit, lationem esse primam. Nam primum, sicut in aliis, ita etiam in motu dici potest multis modis. Dicitur enim prius, et id sine quo alia non erunt, ipsum vero erit sine aliis : et quod est prius tempore : et quod essentia. Quapropter quum necesse sit motum esse continenter ; possit autem esse continenter vel

συνεχῶς, εἴη δ' ἂν συνεχῶς ἢ ἡ συνεχῆς ἢ ἡ ἐφε-
 ξῆς, μᾶλλον δ' ἢ συνεχῆς· καὶ βέλτιον συνεχῆ
 ἢ ἐφεξῆς εἶναι, τὸ δὲ βέλτιον αἰεὶ ὑπολαμβάνομεν ἐν τῇ
 φύσει ὑπάρχει, ἂν ἢ δυνατόν, δυνατόν δὲ συνεχῆ εἶναι
 6 (δειχθήσεται δὲ ὑστερον· νῦν δὲ τοῦθ' ὑποκείσθω),
 καὶ ταύτην οὐδεμίαν ἄλλην οἶόντ' εἶναι ἀλλ' ἢ φο-
 ράν, ἀνάγκη τὴν φορὰν εἶναι πρώτην. Οὐδεμία γὰρ
 ἀνάγκη οὔτε αὐξεσθαι οὔτε ἀλλοιοῦσθαι τὸ φερόμενον,
 οὐδὲ δὴ γίνεσθαι ἢ φθειρῆσθαι τούτων δὲ οὐδεμίαν
 11 ἐνδέχεται τῆς συνεχοῦς μὴ οὐσης, ἣν κινεῖ τὸ πρῶτον
 κινουόν. (6) Ἐτι χροῶν πρώτην τοῖς γὰρ αἰτίοις
 μόνον ἐνδέχεται κινεῖσθαι ταύτην. Ἄλλ' ἐφ' ἐνὸς μὲν
 ὄπουσιν τῶν ἐχόντων γένεσιν τὴν φορὰν ἀναγκαῖον
 ὑστάτην εἶναι τῶν κινήσεων· μετὰ γὰρ τὸ γενέσθαι
 16 πρῶτον ἀλλοίωσιν καὶ αὐξήσις, φορὰ δ' ἤδη τετε-
 λειωμένων κινήσις ἐστίν. Ἄλλ' ἕτερον ἀνάγκη κι-
 νουόμενον εἶναι κατὰ φορὰν πρότερον, ὃ καὶ τῆς γενέσεως
 αἴτιον ἐστὶ τοῖς γινόμενοις, οὐ γινόμενον, οἷον τὸ
 γεννησαν τοῦ γεννηθέντος, ἐπεὶ δόξετέ γ' ἂν ἡ γένεσις
 20 εἶναι πρώτη τῶν κινήσεων διὰ τοῦτο, ὅτι γενέσθαι δεῖ
 τὸ πρῆγμα πρῶτον. Τὸ δ' ἐφ' ἐνὸς μὲν ὄπουσιν τῶν
 γινόμενων οὕτως ἔχει· ἀλλ' ἕτερον ἀναγκαῖον πρότερόν
 τι κινεῖσθαι τῶν γινόμενων ὃν αὐτὸ καὶ μὴ γινόμενον,
 καὶ τούτου ἕτερον πρότερον. Ἐπεὶ δὲ γένεσιν ἀδύνα-
 26 τον εἶναι πρώτην (πάντα γὰρ ἂν εἴη τὰ κινούμενα
 φθορά), ὅτῳ ὡς οὐδὲ τῶν ἐφεξῆς κινήσεων οὐδεμία
 προτέρα· λέγω δ' ἐφεξῆς, αὐξήσιν, εἴτ' ἀλλοίωσιν καὶ
 φθίσειν καὶ φθορὰν· πᾶσαι γὰρ ὑστεραὶ γενέσεως·
 ὡστ' εἰ μὴδὲ γένεσις προτέρα φορᾶς, οὐδὲ τῶν ἄλλων
 30 οὐδεμία μεταβολῶν. (6) Ὅπως δὲ φαίνεται τὸ γινόμενον
 ἀτελὲς καὶ ἐπ' ἀρχὴν λόγῳ ὥστε τὸ τῇ γένεσει ὑστε-
 ρον τῇ φύσει πρότερον εἶναι· τελευταῖον δὲ φορὰ
 πᾶσιν ὑπάρχει τοῖς ἐν γενέσει. Διὸ τὰ μὲν ὅπως
 ἀκίνητα τῶν ζώων δι' ἐνοείαν τοῦ ὄργανου, οἷον τὰ
 35 ζυτὰ καὶ πολλὰ γένη τῶν ζώων τοῖς δὲ τελειομένοις
 ὑπάρχει. Ὡστ' εἰ μᾶλλον ὑπάρχει φορὰ τοῖς μᾶλλον
 ἀπειληφόσι τὴν φύσιν, καὶ ἡ κινήσις αὐτῇ πρώτη τῶν
 ἄλλων ἂν εἴη κατ' οὐσίαν· (6) διὰ τὰ ταῦτα καὶ διότι
 ἤκιστα τῆς οὐσίας ἐξίσταται τὸ κινούμενον τῶν κινήσεων
 40 ἐν τῷ φέρεσθαι· κατὰ μόνην γὰρ οὐδὲν μεταβάλλει τοῦ
 εἶναι, ὥσπερ ἀλλοιούμενου μὲν τὸ ποιόν, ἀξαναζόμενου
 δὲ καὶ φθίνοντος τὸ ποσόν. (7) Μάλιστα δὲ ὅτῳ, ὅτι
 τὸ κινουόν αὐτὸ αὐτὸ μάλιστα ταύτην κινεῖ κυρίως τὴν
 κατὰ τόπον. Καίτοι φαμέν τοῦτ' εἶναι τῶν κινουμένων
 45 καὶ κινούντων ἀρχὴν καὶ πρῶτον τοῖς κινουμένοις, τὸ
 αὐτὸ αὐτὸ κινουόν. (8) Ὅτι μὲν τοῖσιν τῶν κινήσεων
 ἢ φορὰ πρώτη, φανερόν ἐκ τούτων. [XI.] Τίς δὲ
 φορὰ πρώτη, νῦν δεκτέον. Ἄμα δὲ καὶ τὸ νῦν καὶ
 τὸ πρότερον ὑποθεθέν, ὅτι ἐνδέχεται τινα κινήσιν εἶναι
 50 συνεχῆ καὶ αἰτίον, φανερόν ἐστὶ τῇ αὐτῇ μεθόδῳ.
 (9) Ὅτι μὲν οὖν τῶν ἄλλων κινήσεων οὐδεμίαν ἐνδέχε-
 ται συνεχῆ εἶναι, ἐκ τῶνδε φανερόν. Ἄπασαι γὰρ ἐξ
 ἀντικειμένων εἰς ἀντικειμένα εἰσὶν αἱ κινήσεις καὶ με-
 ταβολαί, οἷον γένεσις μὲν καὶ φθορὰ τὸ ὄν καὶ τὸ μὴ

qui continuus vel qui deinceps est, sed magis qui est con-
 tinuus; et præstat esse continuum, quam deinceps; quod
 autem præstat, semper existimemus in natura esse, si sit
 possibile; possit autem esse continuus (quod quidem prob-
 abitur posterius, nunc vero supponatur); atque hunc
 nullum alium esse posse, quam lationem: necesse est
 lationem esse primam. Nulla enim subest necessitas aut
 augeri aut variari id quod fertur: nec igitur fieri aut inter-
 ire. Sed nullus horum motuum esse potest, nisi sit motus
 continuus quem primum movens efficit. (4) Præterea
 tempore primam: nam æterna hoc tantum motu fieri pos-
 sunt. Atqui in unoquoque eorum quæ generationem sub-
 cunt, necesse est lationem esse motionum ultimam. Post-
 quam enim res facta est, primum necesse est variationem
 esse, et auctionem: latio autem est motus rerum jam per-
 factarum. Sed necesse est esse aliud prius, quod latione
 moveatur, et generationis causa sit iis quæ fiunt, quum
 ipsum non fiat: ut generans est prius eo quod gignitur.
 Nam videri possit generatio esse mutationem prima,
 propterea quod oportet primum rem factam esse. Hoc
 autem in unoquoque horum quæ fiunt, sic habet: sed ne-
 cesse est moveri aliquid aliud prius iis quæ fiunt, quum
 ipsum sit, nec fiat: et rursus hoc aliud prius. Quum au-
 tem impossibile sit generationem esse primam (alioqui enim
 quæcumque moventur; interire possent): manifestum est,
 nullum ex motibus qui deinceps sunt, esse priorem. Dico
 autem esse deinceps, accretionem, deinde variationem, et
 deminutionem, et interitum: omnes enim sunt posteriores
 generatione. Quocirca si nec generatio est prior latione,
 certe nec ulla alia mutatio erit prior. (5) Omnino autem
 videtur id quod fit, esse imperfectum, et ad principium
 proficisci. Quapropter quod est generatione posterius, na-
 tura prius esse. Postremo autem latio inest iis omnibus quæ
 gignuntur. Idcirco alia viventia sunt omnino immobilia,
 propter defectum instrumenti, ut plantæ, et multa genera
 animalium: aliis vero motus inest quum sunt perfecta.
 Quare si magis inest latio iis quæ magis adepta sunt natu-
 ram, etiam hic motus erit aliorum primus essentiâ.
 (6) Quum propter hæc, tum etiam quia minime omnium
 motuum latione ab essentiâ recedit id quod movetur. Solo
 enim hoc motu non mutatur aliquid quod insit: ut ejus
 quod variatur, qualitas mutatur; ejus autem quod augetur
 et minuitur, quantitas. (7) Maxime autem manifestum
 est: quia quod se ipsum movet, maxime proprie hoc motu
 movet, qui fit secundum locum: atqui dicimus hoc esse
 eorum quæ moventur, et movent, principium, et primum
 iis quæ moventur, id scilicet quod se ipsum movet. (8) La-
 tionem igitur esse motionum primam, ex his perspicuum
 est. [XI.] Quæ autem latio sit prima, nunc est ostenden-
 dum. Simul autem et quod nunc, et quod antea supposi-
 tum fuit, posse aliquem motum esse continuum et æter-
 num, perspicuum erit eadem methodo. (9) Nullum igitur
 aliorum motuum posse esse continuum, ex his perspicuum
 est. Omnes enim motiones et mutationes sunt ex oppositis
 in opposita: ut ortui et interitui ens et non-ens sunt ter-

ὄν ἔροι, ἀλλοιωσίει δὲ τάναντία πάθη, αὐξήσει δὲ καὶ
 φθίσει ἢ μέγεθος καὶ μικρότης, ἢ τελειότης μεγέθους
 καὶ ἀτέλεια· ἐναντία δ' αἰ εἰς τὰ ἐναντία. Τὸ δὲ μὴ
 αἰετὶ κινούμενον τήνδε τὴν κίνησιν, ὄν δὲ πρότερον,
 5 ἀνάγκη πρότερον ἡρεμεῖν. Φανερόν οὖν ὅτι ἡρεμήσει
 ἐν τῷ ἐναντίῳ τὸ μεταβάλλον. Ὅμοίως δὲ καὶ ἐπὶ
 τῶν μεταβολῶν ἀντίκειται γὰρ φθορὰ καὶ γένεσις
 ἀπλῶς τῇ ἀπλῶς, καὶ ἡ καθ' ἕκαστον τῇ καθ' ἕκαστον.
 "Ὡστ' εἰ ἀδύνατον ἅμα μεταβάλλειν τὰς ἀντικειμένας,
 10 οὐκ ἔσται συνεχὴς ἢ μεταβολή, ἀλλὰ μεταξύ ἔσται
 αὐτῶν χρόνος. Οὐδὲν γὰρ διαφέρει ἐναντίας ἢ μὴ ἐναν-
 τίας εἶναι τὰς κατ' ἀντίφασιν μεταβολάς, εἰ μόνον
 ἀδύνατον ἅμα τῷ αὐτῷ παρεῖναι· τοῦτο γὰρ τῷ ὄντι
 οὐδὲν χρήσιμον. Οὐδ' εἰ μὴ ἀνάγκη ἡρεμῆσαι ἐν
 15 τῇ ἀντιφάσει, μὴδ' ἐστὶ μεταβολὴ ἡρεμίας ἐναντίον·
 οὐ γὰρ ἴσως ἡρεμεῖ τὸ μὴ ὄν, ἢ δὲ φθορὰ εἰς τὸ μὴ
 ὄν· ἀλλ' εἰ μόνον μεταξύ γίνεται χρόνος· οὕτω γὰρ
 οὐκ ἔστιν ἢ μεταβολὴ συνεχής· οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς πρό-
 τερον ἢ ἐναντίως χρήσιμον, ἀλλὰ τὸ μὴ ἐνδέχεσθαι
 20 ἅμα ὑπάρχειν. Οὐδεὶ δὲ ταράττεσθαι, ὅτι τὸ αὐτὸ
 πλείοσιν ἔσται ἐναντίον, ὅσον ἢ κίνησις καὶ στάσις καὶ
 κινήσει τῇ εἰς τὸ ἐναντίον, ἀλλὰ μόνον τοῦτο λαμβάνειν,
 ὅτι ἀντίκειται πῶς καὶ τῇ κινήσει καὶ τῇ ἡρεμίας ἢ κί-
 νησις ἢ ἐναντία, καθάπερ τὸ ἴσον καὶ τὸ μέτριον τῷ
 25 ὑπερέχοντι καὶ τῷ ὑπερεχομένῳ, καὶ ὅτι οὐκ ἐνδέχεται
 ἅμα τὰς ἀντικειμένας οὔτε κινήσεις οὔτε μεταβολὰς
 ὑπάρχειν. (10) Ἐπι δ' ἐπὶ τε τῆς γενέσεως καὶ τῆς
 φθορᾶς καὶ παντελῶς ἀτοπον ἂν εἶναι δόξειεν, εἰ γε-
 νόμενον εὐθὺς ἀνάγκη φθαρῆναι καὶ μηδὲνα χρόνον
 30 διαμείναι. "Ὡστ' ἐκ τούτων ἂν ἡ πίστις γένοιτο
 ταῖς ἄλλαις· φυσικὸν γὰρ τὸ ὁμοίως ἔχειν ἐν ἀπά-
 σιας.

mini; variationi vero contrariæ affectiones; auctiori autem
 et deminutioni vel magnitudo et parvitas, vel magnitudinis
 perfectio et imperfectio. Contrariæ autem motiones sunt
 eæ quæ sunt in contraria. Quod vero non semper hoc motu
 cietur, quum antea esset, necesse est ut prius quiesceret.
 Patet igitur, id quod mutatur, quieturum in contrario. Si-
 militer etiam se res habet in mutationibus. Opponitur enim
 interitus et ortus simpliciter acceptus, ei qui simpliciter
 sumitur; et singuli singulis. Quare si est impossibile, mu-
 tari simul contrariis mutationibus, certe mutatio non erit
 continua, sed interjectum his erit tempus. Nihil enim in-
 terest utrum mutationes, quæ in contradictione spectan-
 tur, contrariæ sint, an non contrariæ: si modo sit impos-
 sibile ut simul eidem adsint. Id enim ad universum nihil
 confert. Nec si necesse non est quiescere in contradictione,
 nec est mutatio quieti contraria (quia non-ens fortasse
 non quiescit; interitus autem est motus ad non-ens): sed
 si tantummodo interjectum sit tempus: quoniam ita mu-
 tatio non est continua. Etenim nec in prioribus contrarie-
 tas conducebat, sed non posse simul inesse. Non oportet
 autem conturbari, quia idem pluribus erit contrarium: ut
 motus et statui et motui qui est in contrarium. Sed hoc
 tantum sumere oportet, opponi aliquo modo et motui et
 quieti eum motum qui est contrarius, quemadmodum
 æquale et mediocre opponitur ei quod exsuperat et ei quod
 superatur: nec posse simul inesse vel motiones vel muta-
 tiones quæ sunt oppositæ. (10) Insuper in generatione et
 interitu etiam omnino absurdum videri potest, si necesse
 sit ut quod factum est protinus intereat, nec ullo tem-
 pore permaneat. Quapropter ex his fides fieri potest etiam
 aliis mutationibus: quia naturale est ut res similiter ha-
 beat in omnibus.

CAP. VIII. [XII.]

"Ὅτι δ' ἐνδέχεται εἶναι τινα ἀπειρον, μίαν οὐρανὴν
 καὶ συνεχῆ, καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ κύκλω, λέγωμεν νῦν.
 35 Πᾶν γὰρ κινεῖται τὸ φερόμενον ἢ κύκλω ἢ εὐθείαν
 ἢ μικτήν, ὥστ' εἰ μὴδ' ἐκείνων ἢ ἕτερα συνεχής,
 οὐδὲ τὴν ἐξ ἀμφοῖν ὄντων εἶναι συγκεκλιμένην. Ὅτι δὲ
 τὸ φερόμενον τὴν εὐθείαν καὶ πεπερασμένην οὐ φέρε-
 ται συνεχῶς, ὀφλον· ἀνακάμπει γὰρ τὸ δ' ἀνακάμ-
 40 πτον τὴν εὐθείαν τὰς ἐναντίας κινεῖται κινήσεις ἐναντία
 γὰρ κατὰ τόπον ἢ ἄνω τῇ κάτω, καὶ ἡ εἰς τὸ πρόσθεν
 τῇ εἰς τὸ ὑπίσθιν, καὶ ἡ εἰς ἀριστερὰ τῇ εἰς δεξιὰ·
 τόπου γὰρ ἐναντιώσεις αὗται. Τίς δ' ἐστὶν ἢ μία
 καὶ συνεχὴς κίνησις, διώριστα πρότερον, ὅτι ἡ τοῦ
 45 ἐνός καὶ ἐν ἐνὶ χρόνῳ καὶ ἐν ἀδιαφόρῳ κατ' εἶδος.
 Τρία γὰρ ἐστὶ, τὸ τε κινούμενον, ὅσον ἄνθρωπος
 ἢ θεός· καὶ δευτέρου, ὅσον χρόνος· καὶ τρίτου τὸ ἐν ᾧ· τοῦτο
 δ' ἐστὶ τόπος, ἢ πάθος, ἢ εἶδος, ἢ μέγεθος. Τὰ
 δ' ἐναντία διαφέρει τῷ εἶδει, καὶ οὐχ ἐν. Τόπου
 50 δ' αἰ εἰρημέναι διαφοραί. Σημεῖον δ' ὅτι ἐναντία
 κινήσεις ἢ ἀπὸ τοῦ Α πρὸς τὸ Β τῇ ἀπὸ τοῦ Β πρὸς τὸ
 Α, ὅτι ἰσῆσαι καὶ παύουσιν ἀλλήλας, ἐὰν ἅμα γίνων-

At vero esse posse aliquem motum infinitum, quum sit
 unus et continuus; et hunc esse eum qui fit in orbem,
 nunc dicamus. Quicquid enim fertur, aut in orbem mo-
 vetur, aut per lineam rectam, aut per mixtam. Quocirca
 si neuter illorum est continuus, ne is quidem continuus
 esse potest, qui ex utrisque constat. Id autem quod fer-
 tur per lineam rectam et finitam, non ferri continenter,
 manifestum est: quoniam recurrit: quod autem per rectam
 recurrit, contrariis motibus cietur. Sunt enim contraria
 secundum locum motus sursum versus, motui deorsum
 versus; et motus in anteriorem partem, motui in postero-
 rem; et motus dextrorsum, motui sinistrorsum: loci nam-
 que contrarietates hæ sunt. Quis autem sit unus et conti-
 nuus motus, definitum antea fuit, nempe qui est unius, et
 in uno tempore, et in eo quod non habet formæ differen-
 tiam. Tria namque sunt: videlicet id quod movetur, ut
 homo, vel deus: et quando, ut tempus: et tertium, id est
 id in quo fit motus: hoc autem est locus, vel affectio, vel
 forma, vel magnitudo. Atqui contraria differunt specie,
 nec sunt unum. Loci vero differentia sunt, quæ commem-
 orate fuerunt. Indicat autem motum ab α ad β esse
 contrarium motui a β ad α : quia se mutuo sistunt et ces-

ται. Καὶ ἐπὶ κύκλῳ ὡσαύτως, οἷον ἢ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Β τῆ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Γ· ἴσῃσι γάρ. Κἂν συνεχίς ὡσι καὶ μὴ γίνηται ἀνακάμψις διὰ τὸ τὰ ἐναντία φθεῖρην καὶ κωλύειν ἀλλήλα, ἀλλ' οὐχ ἢ εἰς τὸ πλά-
 5 γιον τῆ ἄνω. (2) Μάλιστα δὲ φανερόν ἐστι ἀδύνατον εἶναι συνεχῆ τὴν ἐπὶ τῆς εὐθείας κίνησιν, ὅτι ἀνακάμπτου ἀναγκαῖον στήναι, οὐ μόνον ἐπ' εὐθείας, ἀλλὰ κἂν κύκλῳ φέρεται· οὐ γὰρ ταῦτόν κύκλῳ φέρεσθαι καὶ κύκλῳ· ἐστὶ γὰρ ὅτε μὲν συνείρειν κινού-
 10 μενον, ὅτε δ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔλλου ὅθεν ὠρμήθη, ἀνακάμψαι πάλιν. Ὅτι δ' ἀνάγκη ἴστασθαι, ἢ πίστις οὐ μόνον ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ λόγου. Ἄρχῃ δ' ἦδε· τριῶν γὰρ ὄντων, ἀρχῆς, μέσου, τελευτῆς, τὸ μέσον πρὸς ἑκάτερον ἄμψω ἐστί, καὶ τῶ
 15 μὲν ἀριθμῶ ἓν, τῶ λόγῳ δὲ δύο. (3) Ἐπι δὲ ἄλλο ἐστὶ τὸ δυνατόν καὶ τὸ ἐνεργεῖαι. Ὅστε τῆς εὐθείας τῶν ἐντός τῶν ἄκρων ὀτιοῦν σημείων δυνατόν μὲν ἐστὶ μέσον, ἐνεργεῖα δ' οὐκ ἐστὶν, ἐὰν μὴ διέλθῃ ταύτην καὶ ἐπιστᾶν πάλιν ἀρξῆται κινεῖσθαι· οὕτω δὲ τὸ μέσον
 20 ἀρχῆ γίνεται καὶ τελευτῆ, ἀρχῆ μὲν τῆς ὑστερον, τελευτῆ δὲ τῆς πρώτης. Λέγω δ' οἷον ἐὰν φερόμενον τὸ Α στή ἐπὶ τοῦ Β, καὶ πάλιν φέρεται ἐπὶ τὸ Γ· ὅταν δὲ συνεχῶς φέρεται, οὔτε γεγονέαι οὔτε ἀπογεγονέαι οἴοντε τὸ Α κατὰ τὸ Β σημείον, ἀλλὰ μόνον εἶναι ἐν
 25 τῶ νῦν, ἐν χρόνῳ δ' οὐδενὶ πλὴν οὗ τὸ νῦν διαίρεσις ἐστὶν ἐν τῶ ὅλῳ τῶ ΑΒΓ. Εἰ δὲ γεγονέαι τις θῆσει καὶ ἀπογεγονέαι, αἰεὶ στήσεται τὸ Α φερόμενον· ἀδύνατον γὰρ τὸ Α ἅμα γεγονέαι τε ἐπὶ τοῦ Β καὶ ἀπογεγονέαι· ἐν ἄλλῳ ἄρα καὶ ἄλλῳ σημείῳ χρόνου.
 30 Χρόνος ἄρα ἔσται ὁ ἐν μέσῳ. Ὅστ' ἡρεμήσει τὸ Α ἐπὶ τοῦ Β. Ὅμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων σημείων· ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος ἐπὶ πάντων. Ὅταν δὲ χρήσεται τὸ φερόμενον Α τῶ Β μέσῳ καὶ τελευτῆ καὶ ἀρχῆ, ἀνάγκη στήναι διὰ τὸ δύο ποιεῖν, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ νοή-
 35 σαιεν. Ἄλλ' ἀπὸ μὲν τοῦ Α σημείου ἀπογέγονε τῆς ἀρχῆς, ἐπὶ δὲ τοῦ Γ γέγονεν, ὅταν τελευτήσῃ καὶ στή. (4) Διὸ καὶ πρὸς τὴν ἀπορίαν τοῦτο λεκτέον· ἔχει γὰρ ἀπορίαν τῆνδε. Εἰ γὰρ εἴη ἢ τὸ Ε τῆ Ζ ἴση καὶ τὸ Α φέροιτο συνεχῶς ἀπὸ τοῦ ἄκρου πρὸς τὸ Γ, ἅμα δὲ
 40 εἴη τὸ Α ἐπὶ τῶ Β σημείῳ, καὶ τὸ Δ φέροιτο ἀπὸ τῆς Ζ ἄκρας πρὸς τὸ Η ὁμαλῶς καὶ τῶ αὐτῶ τάξει τῶ Α, τὸ Δ ἔμπροσθεν ἤξει ἐπὶ τὸ Η ἢ τὸ Α ἐπὶ τὸ Γ· τὸ γὰρ πρότερον ὁρμήσαν καὶ ἀπελθὼν πρότερον ἔλθειν ἀνάγκη. Οὐκ ἄρα ἅμα γέγονε τὸ Α ἐπὶ τῶ Β καὶ ἀπο-
 45 γέγονεν ἀπ' αὐτοῦ, διὸ ὑστερίζει· εἰ γὰρ ἅμα, οὐχ ὑστεριεῖ, ἀλλ' ἀνάγκη ἔσται ἴστασθαι. Οὐκ ἄρα θετέον, ὅτε τὸ Α ἐγένετο κατὰ τὸ Β, τὸ Δ ἅμα κινεῖσθαι ἀπὸ τοῦ Ζ ἄκρου· εἰ γὰρ ἔσται γεγονός τὸ Α ἐπὶ τοῦ Β, ἔσται καὶ τὸ ἀπογενέσθαι, καὶ οὐχ ἅμα, ἀλλ' ἦν ἐν τομῇ
 50 χρόνου καὶ οὐκ ἐν χρόνῳ. Ἐνταῦθα μὲν οὖν ἀδύνατον οὕτω λέγειν ἐπὶ τοῦ συνεχοῦς· ἐπὶ δὲ τοῦ ἀνακάμπτουτος ἀνάγκη λέγειν οὕτως. Εἰ γὰρ ἢ τὸ Η φέροιτο πρὸς τὸ Δ καὶ πάλιν ἀνακάμψασα κάτω φέροιτο, τῶ ἄκρου ἐπ' οὗ Δ τελευτῆ καὶ ἀρχῆ κέχρηται τῶ ἐνὶ σφ-

sare faciunt, si simul fiant. Itidemque in circulo : veluti motus ab α ad β est contrarius motui ab α ad γ : quoniam se mutuo sistant, etiamsi continui sint, nec fiat recursus : propterea quod ea quæ sunt contraria, se invicem interimunt et impediunt : ceterum motus in latius, non est contrarius motui sursum versus. (2) Maxime autem perspicuum est fieri non posse ut motus super recta linea sit continuus : quia quod recurrit, necesse est consistere non solum super recta, sed etiam si super orbe feratur. Non est enim idem, in orbe ferri, et super orbe. Nam id quod movetur, aliquando continuat motum ; aliquando vero, quum ad idem pervenerit a quo discessit, rursus retrocedit. Necesse autem esse ut consistat, non solum sensus fidem facit, sed etiam ratio. Principium autem hoc est : quum enim tria sint, principium, medium, finis : medium cum utroque collatum, est utrumque : et numero quidem est unum, ratione vero duo. (3) Præterea aliud est, esse potestate, et esse actu. Quocirca rectæ lineæ quodvis punctum, quod est inter extrema, potestate quidem est medium, actu vero non est, nisi hanc dividat, et, quum constiterit, rursus cœperit moveri. Sic autem id quod est medium, sit principium et finis, principium quidem posterioris, finis autem prioris motus. Verbi gratia, si τὸ α quod fertur, consistat in β , et rursus feratur ad γ . Quum autem continenter fertur, nec potest accessisse τὸ α ad punctum β nec ab eo recessisse, sed tantum esse in momento, non in ullo tempore, præterquam in toto $\alpha\beta\gamma$, cujus divisio est momentum illud. Quodsi quis posuerit accessisse et recessisse : τὸ α quod fertur, semper stabit : quoniam impossibile est, τὸ α simul accessisse ad β et ab eo recessisse : in alio igitur et alio puncto temporis. Tempus igitur erit, quod est interjectum. Quare τὸ α quiescet in β . Similiter autem et in aliis punctis : nam eadem est omnium ratio. Quum autem id quod fertur, nempe α , utetur ipso β , ut medio, et fine, et principio ; necesse est ut consistat, quia duo facit, perinde ac si animo conciperet. Sed ab α puncto, id est a principio, recessit, ad γ vero accessit, quum perfecit motum, et steterit. (4) Ideoque ad dubitationem hoc dicendum est. Exsistit enim hæc dubitatio : quoniam si sit linea ϵ lineæ ζ æqualis, ac τὸ α feratur continenter ab extremo ad γ , simul autem sit τὸ α in puncto β , ac τὸ δ feratur ab extrema linea ζ ad η æquabiliter, et eadem celeritate, qua movetur τὸ α : certe τὸ δ prius perveniet ad η quam τὸ α ad γ . Quod enim prius processit et abiit, prius perveniat, necesse est. Non simul igitur accessit τὸ α ad β , et ab eo recessit : idcirco serius ad finem pervenit. Nam si simul recederet, non perveniret serius. Sed necesse erit ut consistat. Non est igitur ponendum, quando τὸ α accessit ad β , simul τὸ δ moveri a ζ extremo. Nam si τὸ α accesserit ad β , fiet ut et recesserit, nec simul. Sed erat in sectione temporis, non in tempore. Hæc igitur impossibile est ita dicere, nempe in eo quod est continuum. In eo autem quod recurrit, necesse est ita dicere : nam si τὸ η feratur ad δ , et rursus, quum retrocesserit, deorsum feratur : certe usum est extremo δ ut fine et principio, nimirum uno puncto quasi

μείω ὡς δύο· διὸ στῆναι ἀνάγκη· καὶ οὐχ ἅμα γέγονεν ἐπὶ τῷ Δ καὶ ἀπελήλυθεν ἀπὸ τοῦ Δ· ἐκεῖ γὰρ ἂν ἅμα εἶη καὶ οὐκ εἶη ἐν τῷ αὐτῷ νῦν. (4) Ἄλλὰ μὴν τὴν γε πάλαι λύσιν οὐ λεκτέον· οὐ γὰρ ἐνδέχεται λέγειν ὅτι ἐστὶ κατὰ τὸ Δ ἢ τὸ Η ἐν τομῇ, οὐ γέγονε δὲ οὐδὲ ἀπογέγονεν· ἀνάγκη γὰρ ἐπὶ τέλος ἔλθειν τὸ ἐνεργεῖα ὄν, μὴ δυνάμει. Τὸ μὲν οὖν ἐν μέσῳ δυνάμει ἐστὶ, τοῦτο δ' ἐνεργεῖα, καὶ τελευτῆ μὲν κἀτωθεν, ἀρχὴ δὲ ἀνωθεν· καὶ τῶν κινήσεων ἄρα ὡσαύτως. Ἀνάγκη ἄρα στῆναι τὸ ἀνακάμπτον ἐπὶ τῆς εὐθείας. Οὐκ ἄρα ἐνδέχεται συνεχῆ κίνησιν εἶναι αἰδιον ἐπὶ τῆς εὐθείας. Ἰὼν αὐτὸν δὲ τρόπον ἀπαντητέον καὶ πρὸς τοὺς ἐρωτῶντας τὸν Ζήνωνος λόγον, καὶ ἀξιούντας, εἰ αἰεὶ τὸ ἥμισυ διέναι δεῖ. Ταῦτα δ' ἄπειρα, τὰ δ' ἄπειρα ἀδύνατον διεξελεῖν· ἢ ὡς τὸν αὐτὸν τοῦτον λόγον τινὲς ἄλλως ἐρωτῶσιν, ἀξιούντες ἅμα τῷ κινεῖσθαι τὴν ἡμίσειαν πρότερον ἀριθμεῖν καθ' ἕκαστον γινόμενον τὸ ἥμισυ· ὥστε διελθόντος τὴν ὅλην ἄπειρον συμβαίνει ἡριθμηκῆναι ἀριθμῶν. 20 Τοῦτο δ' ὁμολογουμένως ἐστὶν ἀδύνατον. (5) Ἐν μὲν οὖν ταῖς πρώτοις λόγοις ταῖς περὶ κινήσεως ἐλύομεν διὰ τοῦ τὸν χρόνον ἄπειρα ἔχειν ἐν αὐτῷ· οὐδὲν γὰρ ἄτοπον, εἰ ἐν ἀείρῳ χρόνῳ ἄπειρα διέρχεται τις ὁμοίως δὲ τὸ ἄπειρον ἐν τε τῷ μῆκει ὑπάρχει καὶ ἐν τῷ χρόνῳ. Ἄλλ' αὕτη ἡ λύσις πρὸς μὲν τὸν ἐρωτῶντα ἱκανῶς ἔχει (ἠρωτᾶτο γὰρ εἰ ἐν πεπερασμένῳ ἄπειρα ἐνδέχεται διεξελεῖν ἢ ἀριθμησῆαι), πρὸς δὲ τὸ πρᾶγμα καὶ τὴν ἀλήθειαν οὐκ ἱκανῶς· ἐὰν γὰρ τις ἀγόμενος τοῦ μήκους καὶ τοῦ ἐρωτᾶν εἰ ἐν πεπερασμένῳ 30 χρόνῳ ἐνδέχεται ἄπειρα διεξελεῖν, πυθάνηται ἐπ' αὐτοῦ τοῦ χρόνου ταῦτα (ἔχει γὰρ ὁ χρόνος ἀπείρου διαιρέσεις), οὐκέτι ἱκανῆ ἐστὶ αὕτη ἡ λύσις· ἀλλὰ τὸ ἀληθὲς λεκτέον, ὅπερ εἴπομεν ἐν τοῖς ἄρτι λόγοις. Ἄν γὰρ τις τὴν συνεχῆ διαιρῆ εἰς δύο ἡμίση, οὗτος τῷ ἐνὶ σημείῳ ὡς δυοὶ χρῆται· ποιεῖ γὰρ αὐτὸ ἀρχὴν καὶ τελευτήν. Οὕτω δὲ ποιεῖ ὁ τε ἀριθμῶν καὶ ὁ εἰς τὰ ἡμίση διαιρῶν. Οὕτω δὲ διαιρούντος οὐκ ἐστὶ συνεχῆς οὐθ' ἡ γραμμῆ οὐθ' ἡ κίνησις· ἢ γὰρ συνεχῆς κίνησις συνεχῆς ἐστίν· ἐν δὲ τῷ συνεχεῖ 40 ἐνεσσι μὲν ἄπειρα ἡμίση, ἀλλ' οὐκ ἐντελεχεία, ἀλλὰ δυνάμει· ἂν δὲ ποιῆ ἐντελεχεία, οὐ ποιήσει συνεχῆ, ἀλλὰ στήσει, ὅπερ ἐπὶ τοῦ ἀριθμοῦντος τὰ ἡμίση φανερόν ἐστιν ὅτι συμβαίνει· τὸ γὰρ ἐν σημείῳ ἀνάγκη αὐτῷ ἀριθμεῖν δύο· τοῦ μὲν γὰρ ἐτέρου τελευτῆ ἡμίσεος, τοῦ δ' ἐτέρου ἀρχῆς ἐστὶ, ἂν μὴ μίαν ἀριθμῆ τὴν συνεχῆ, ἀλλὰ δύο ἡμισείας. Ὡστε λεκτέον πρὸς τὸν ἐρωτῶντα εἰ ἐνδέχεται ἄπειρα διεξελεῖν ἢ ἐν χρόνῳ ἢ ἐν μῆκει, ὅτι ἐστὶν ὡς, ἐστὶ δ' ὡς οὐ. Ἐντελεχεία μὲν γὰρ ὄντα οὐκ ἐνδέχεται, 60 δυνάμει δ' ἐνδέχεται· ὁ γὰρ συνεχῶς κινούμενος κατὰ συμβεβηκὸς ἄπειρα διελέλυθεν, ἀπλῶς δ' οὐ· συμβεβηκε γὰρ τῇ γραμμῇ ἄπειρα ἡμίσεια εἶναι, ἢ δ' οὐσία ἐστὶν ἕτερα καὶ τὸ εἶναι. (6) Δῆλον δὲ καὶ ὅτι ἐὰν μὴ τις ποιῆ τοῦ χρόνου τὸ διαιροῦν σημείον τὸ πρότε-

duobus : idcirco stetisse necesse est : nec simul accessit ad δ, et recessit a δ. Illic enim simul esset et non esset eodem momento. (4) At vero solutio supra allata, non est hic afferenda. Nam dici non potest, τὸ η in δ esse in sectione temporis, et neque accessisse neque recessisse : necesse est enim ut perveniat ad finem qui sit actu, non potestate. Punctum itaque, quod est in medio, potestate; hoc autem est actu : et est quidem finis loci, si spectetur ab infero ad superum; principium vero, si a supero. Eodem igitur modo est etiam principium et finis motionum. Ergo necesse est ut id quod super recta regreditur, constiterit. Quare non potest esse continuus aeternus motus super recta. Eodem modo occurrendum est iis qui rationem Zenonis interrogant, ac postulant num semper dimidiam pertransire oporteat. Hæc vero (inquiunt) sunt infinita : infinita autem impossibile est pertransire. Vel, ut nonnulli eandem rationem aliter interrogant, qui simul cum eo, prius moveri dimidiam, sibi concedi postulant licere numerare dimidium, prout unumquodque sit. Quare quum mobile totam lineam confecerit, evenit ut numeraverit numerum infinitum. Hoc autem omnium concessione est impossibile. (5) In primis itaque sermonibus qui de motu sunt, eo solvebamus, quod tempus habet in se infinita. Nihil enim absurdi est, si infinito tempore infinita quispiam pertranseat : similiter autem infinitas et in longitudine inest, et in tempore. Verum hæc solutio adversus interrogantem quidem satisfacit : interrogabatur enim, an tempore finito possint infinita pertransiri, vel numerari. Quod autem ad rem et ad veritatem attinet, non satisfacit. Nam si quis omissa longitudine, et interrogatione illa an finito tempore possint infinita pertransiri, percontetur hæc de ipso tempore (habet enim tempus infinitas divisiones); hæc solutio non amplius satisfaciet. Sed veritas dicenda est, quam in proximis sermonibus diximus. Si quis enim lineam continuam dividat in duo dimidia, hic uno puncto utitur quasi duobus : quoniam id facit et principium et finem. Sic autem facit et qui numerat, et qui in dimidia dividit. Sic autem eo dividente, nec linea nec motio erit continua. Etenim continua motio est continui. In continuo autem insunt quidem infinita dimidia, non tamen actu, sed potestate. Quodsi faciet actu, non faciet continuum, sed stabit : quod quidem in eo qui dimidia numerat, perspicue accidit : quandoquidem necesse est ut hic unum punctum quasi duo numeret : quoniam alterius dimidii finis, alterius vero principium erit, si non unam lineam continuam numeret, sed duas dimidiatas. Quocirca ad eum qui interrogat an possint pertransiri infinita vel in tempore vel in longitudine, dicendum est, partim posse, partim non posse. Nam quæ actu sunt, non posse : quæ vero potestate, posse. Etenim qui continenter movetur, ex accidenti infinita pertransit, simpliciter autem minime. Accidit enim lineæ, ut sint infinita dimidia : substantia vero atque essentia diversa est. (6) Quinetiam perspicuum est, nisi quis temporis punctum, quo prius et posterius dividitur,

ρον και ὑστερον αἰε τοῦ ὑστερου τῶν πράγματι, ἔσται
 ἅμα τὸ αὐτὸ ὄν και οὐκ ὄν, και ὅτε γεγόμενον οὐκ
 ὄν. Τὸ σημεῖον μὲν οὖν ἀμφοῖν κοινόν, και τοῦ
 προτέρου και τοῦ ὑστερου, και ταυτὸν και ἐν ἀριθμῶ,
 6 λόγῳ δ' οὐ ταυτόν· τοῦ μὲν γὰρ τελευταίη, τοῦ δ' ἀρχή·
 τῶν δὲ πράγματι αἰε τοῦ ὑστερου πάθους ἔστιν. Ἐστω
 χρόνος ἐφ' ᾧ ΑΒΓ, πρᾶγμα ἐφ' ᾧ Δ. Τοῦτο ἐν μὲν
 τῶν Α χρόνῳ λευκόν, ἐν δὲ τῶν Β οὐ λευκόν· ἐν τῶ
 ἄρα Γ λευκόν και οὐ λευκόν. Ἐν ὁμοίῳ γὰρ τοῦ
 10 Α λευκόν ἀληθῆς εἰπεῖν, εἰ πάντα τὸν χρόνον τοῦτον
 ἦν λευκόν, και ἐν τῶ Β μὴ λευκόν· τὸ δὲ Γ ἐν ἀμφοῖν.
 Οὐκ ἄρα δοτέον ἐν παντί, ἀλλὰ πλὴν τοῦ τελευταίου
 νῦν ἐφ' οὗ τὸ Γ. Τοῦτο δ' ἤδη τὸ ὑστερον, και εἰ ἐγί-
 γνυτο οὐ λευκόν, και εἰ ἐφθίετο λευκόν ἐν τῶ Α παντί,
 15 γέγονεν ἢ ἐφθαρται ἐν τῶ Γ. Ὡστε λευκόν ἢ μὴ λευ-
 κόν πρῶτον ἐν ἐκείνῳ ἀληθῆς εἰπεῖν, ἢ ὅτε γέγονεν
 οὐκ ἔσται, και ὅτε ἐφθαρται ἔσται, ἢ ἅμα λευκόν και
 οὐ λευκόν, και ὅλως ὄν και μὴ ὄν ἀνάγκη εἶναι. Εἰ
 δ' ὁ ἄν ἦ πρότερον μὴ ὄν, ἀνάγκη γίνεσθαι ὄν, και ὅτε
 20 γίνεταί μὴ ἔστιν, οὐχ οἶόντε εἰς ἀτόμους χρόνους διαι-
 ρεῖσθαι τὸν χρόνον. Εἰ γὰρ ἐν τῶ Α χρόνῳ τὸ Δ ἐγίγνυτο
 λευκόν, γέγονε δ' ἅμα και ἔστιν ἐν ἐτέρῳ ἀτόμῳ
 χρόνῳ, ἐχομένῳ δ' ἐν τῶ Β, εἰ ἐν τῶ Α ἐγίγνυτο, οὐκ
 ἦν, ἐν δὲ τῶ Β ἔστί, γένεσιν δεῖ εἶναι τινα μεταξὺ·
 25 ὥστε και χρόνον ἐν ᾧ ἐγίγνυτο. Οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς
 ἔσται λόγος και τοῖς μὴ ἄτομα λέγουσιν, ἀλλ' αὐτοῦ
 τοῦ χρόνου, ἐν ᾧ ἐγίγνυτο, γέγονε και ἔστιν ἐν τῶ
 ἐσχάτῳ σημείῳ, οὐ οὐδὲν ἐχομένον ἔστιν οὐδ' ἐφεξῆς·
 30 οἱ δ' ἄτομοι χρόνοι ἐφεξῆς. Φανερόν δ' ὅτι εἰ ἐν
 τῶ Α ὅλῳ χρόνῳ ἐγίγνυτο, οὐκ ἔστι πλείων χρόνος ἐν
 ᾧ γέγονε και ἐγίγνυτο ἢ ἐν ᾧ ἐγίγνυτο μόνον παντί.

7. Οἷς μὲν οὖν ἂν τις ὡς οἰκειοῖς πιστεύσειε λόγοις,
 οὔτοι και τοιοῦτοί τινες εἰσι· λογικῶς δ' ἐπισκοποῦσι
 35 ἂν ἐκ τῶνδε δόξειε τῶ ταυτὸ τοῦτο συμβαίνειν· ἅπαν
 γὰρ τὸ κινούμενον συνεχῶς, ἂν ὑπὸ μηδενὸς ἐκκρούηται,
 εἰς ὅπερ ἦλθε κατά τὴν φοράν, εἰς τοῦτο και ἐφέ-
 ρετο πρότερον, οἷον καὶ ἐπὶ τὸ Β ἦλθε, και ἐφέρετο
 ἐπὶ τὸ Β, και οὐχ ὅτε πλησίον ἦν, ἀλλ' εὐθὺς ὡς ἤρξατο
 κινεῖσθαι· τί γὰρ μάλλον νῦν ἢ πρότερον; Ὁμοίως δὲ
 40 ἐπὶ τῶν ἄλλων. Τὸ δ' ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Γ φερόμενον, ὅταν
 ἐπὶ τὸ Γ ἔλθῃ, πάλιν ἤξει ἐπὶ τὸ Α συνεχῶς κινούμενον.
 Ὅτε ἄρα ἀπὸ τοῦ Α φέρεται πρὸς τὸ Γ, τότε και εἰς τὸ
 Α φέρεται τὴν ἀπὸ τοῦ Γ κίνησιν· ὥσθ' ἅμα τὰς ἐναντι-
 45 μεταβάλλει ἐν ᾧ οὐκ ἔστιν. Εἰ οὖν τοῦτ' ἀδύνατον,
 ἀνάγκη ἴστασθαι ἐπὶ τοῦ Γ. Οὐκ ἄρα μία ἡ κίνησις·
 ἢ γὰρ διαλαμβανομένη στάσει οὐ μία. (η) Ἔτι δὲ
 και ἐκ τῶνδε φανερόν καθόλου μάλλον περὶ πάτης
 50 κινήσεως· εἰ γὰρ ἅπαν τὸ κινούμενον τῶν εἰρημίων
 ἡρεμίων (οὐ γὰρ ἦν ἄλλη παρὰ ταύτας), τὸ δὲ μὴ αἰε
 κινούμενον τῆνδε τὴν κίνησιν (λέγω δ' ὅσαι ἕτεραι τῶ
 εἶδει, και μὴ εἰ τι μόριον ἔστι τῆς ὄλης) ἀνάγκη πρό-
 τερον ἡρεμεῖν τὴν ἀντικειμένην ἡρεμίων· ἢ γὰρ ἡρε-

semper posteriori attribuat, ratione ipsius rei habita : idem
 simul fore ens et non-ens : item quum factum erit, non
 esse. Punctum igitur est utrisque commune, tam priori
 quam posteriori, atque est unum et idem numero ; defini-
 tione vero non est idem : alterius enim est finis, alterius
 vero principium : quod autem ad rem attinet, semper est
 posterioris affectionis. Esto tempus, ubi α β γ : res, ubi δ.
 Hæc in tempore α est alba, in tempore autem β non alba : in
 γ igitur est alba et non alba. In quovis enim puncto ipsius
 α vere dicebatur alba, si toto hoc tempore erat alba :
 et in β non alba : τὸ γ vero est in utrisque. Non igitur
 dandum est in toto, sed excipiendum extremum momen-
 tum, ubi γ : hoc autem jam est posterius. Et si fiebat non
 album, et si peribat album in toto α : factum est, vel perit
 in γ. Quapropter album, vel non album, in eo primum
 vere dicitur : aut quando factum est, non erit; et quando
 perit, erit : aut necesse est ut simul sit album et non al-
 bum, ens et non-ens. Jam vero si necesse est id quod erat
 antea non-ens, fieri ens; et quando fit, non est : certe non
 potest in individua tempora tempus dividi. Nam si in α tem-
 pore τὸ δ fiebat album; simul autem est factum, et est in
 alio individuo tempore, coherente in β : si in α fiebat,
 non erat; in β autem est; generationem quandam oportet
 esse interjectam : quapropter etiam tempus, quo
 fiebat. Non erit enim eadem ratio etiam iis qui dicunt
 non esse individua tempora : sed in ipsius temporis, quo
 fiebat; extremo puncto est factum et est : cui puncto
 nihil coheret, aut est deinceps. Individua autem tem-
 pora, deinceps erunt. Perspicuum vero est, si in toto α
 tempore fiebat, non esse majus tempus quo fiebat et factum
 est, quam quæ toto fiebat dumtaxat.

7. Quibus igitur tanquam propriis rationibus ductus credat
 aliquis, hæc ac tales quædam sunt. Logice autem conside-
 rantibus, etiam ex his alicui videri possit hoc idem effici.
 Quicquid enim continenter movetur, si a nullo impediatur, ad
 quod latrone pervenit, ad id etiam prius ferebatur : utputa
 si ad β pervenit, etiam ferebatur ad β : neque tunc solum
 quum vicinum erat, sed statim atque cœpit moveri. Cur
 enim potius nunc quam prius? Similiter autem in aliis se
 res habet. Atqui quod ab α in γ fertur, quando ad γ ve-
 nerit, rursus veniet in α, quum moveatur continenter.
 Quando igitur ab α fertur in γ, tunc etiam fertur in α eo
 motu qui est a γ. Quapropter simul contrariis motibus
 cietur : contrarii namque sunt, qui fiunt super recta. Item
 ex hoc etiam mutatur in quo non est. Si igitur hoc est
 impossibile, necesse est ut consistat in γ. Non est igitur mo-
 tus unus : nam qui intercipitur statu, non est unus. (8) In-
 super ex his quoque perspicuum est magis universaliter de
 omni motu. Nam si quicquid movetur, aliquo ex comme-
 tionatis motionibus cietur, etiam quiescit aliqua ex oppo-
 sitis quietibus, quia non erat alia præter has. Quod vero
 non semper hoc motu cietur (dico autem motus qui sunt

μία στέργσις κινήσεως ἔστιν. Εἰ οὖν ἐναντία μὲν κινήσεις αἱ κατ' εὐθείαν, ἅμα δὲ μὴ ἐνδέχεται κινεῖσθαι τὰς ἐναντίας, τὸ ἀπὸ τοῦ Α πρὸς τὸ Γ φερόμενον οὐκ ἂν φέροιο ἅμα καὶ ἀπὸ τοῦ Γ πρὸς τὸ Α.

5 Ἐπεὶ δ' οὐχ ἅμα φέρεται, κινήσεται δὲ ταύτην τὴν κίνησιν, ἀνάγκη πρότερον ἡρεμῆσαι τὴν πρὸς τῷ Γ· αὕτη γὰρ ἦν ἡ ἀντικειμένη ἡρεμία τῇ ἀπὸ τοῦ Γ κινήσει. Δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὅτι οὐκ ἔστι συνεχῆς ἡ κίνησις. (9) Ἐτι δὲ καὶ ὁδε ὁ λόγος μᾶλλον οἰκείος τῶν εἰρημένων. Ἄμα γὰρ ἐφθαρταὶ τὸ οὐ λευκὸν καὶ γέγονε λευκόν. Εἰ οὖν συνεχῆς ἡ ἀλλοίωσις εἰς λευκὸν καὶ ἐκ λευκοῦ, καὶ μὴ μένει τινὰ χρόνον, ἅμα ἐφθαρταὶ τὸ οὐ λευκὸν καὶ γέγονε λευκὸν καὶ γέγονεν οὐ λευκόν· τριῶν γὰρ ἔσται ὁ αὐτὸς χρόνος. Ἐτι οὐκ εἰ

15 συνεχῆς ὁ χρόνος, καὶ ἡ κίνησις, ἀλλ' ἐφεξῆς. Πῶς δ' ἂν εἴη τὸ ἔσχατον τὸ αὐτὸ τῶν ἐναντίων, ὅσον λευκότητος καὶ μελανίας; (10) Ἡ δ' ἐπὶ τῆς περιφεροῦς ἔσται μία καὶ συνεχῆς· οὐθὲν γὰρ ἀδύνατον συμβαίνει· τὸ γὰρ ἐκ τοῦ Α κινούμενον ἅμα κινήσεται εἰς τὸ Α κατὰ

20 τὴν αὐτὴν πρόθῃσιν· εἰς δὲ γὰρ ἤξει, καὶ κινεῖται εἰς τοῦτο, ἀλλ' οὐχ ἅμα κινήσεται τὰς ἐναντίας οὐδὲ τὰς ἀντικειμένας· οὐ γὰρ ἅπαντα ἡ εἰς τοῦτο τῆς ἐκ τούτου ἐναντία οὐδ' ἀντικειμένη, ἀλλ' ἐναντία μὲν ἡ ἐπ' εὐθείας (ταύτη γὰρ ἔστιν ἐναντία κατὰ τόπον,

25 ὅσον ἡ κατὰ διάμετρον· ἀπέχει γὰρ πλεῖστον), ἀντικειμένη δὲ ἡ κατὰ τὸ αὐτὸ μῆκος. Ὡστ' οὐδὲν κωλύει συνεχῶς κινεῖσθαι καὶ μηδένα χρόνον διαλείπειν· ἡ μὲν γὰρ κύκλῳ κινήσις ἔστιν ἀφ' αὐτοῦ εἰς τὸ αὐτό, ἡ δὲ κατ' εὐθείαν ἀφ' αὐτοῦ εἰς ἄλλο· καὶ

30 ἡ μὲν ἐν τῷ κύκλῳ οὐδέποτε ἐν τοῖς αὐτοῖς, ἡ δὲ κατ' εὐθείαν πολλάκις ἐν τοῖς αὐτοῖς. Τὴν μὲν οὖν αἰεὶ ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ γιγνομένην ἐνδέχεται κινεῖσθαι συνεχῶς, τὴν δ' ἐν τοῖς αὐτοῖς πολλάκις οὐκ ἐνδέχεται· ἀνάγκη γὰρ ἅμα κινεῖσθαι τὰς ἀντικειμένας.

35 Ὡστ' οὐδ' ἐν τῷ ἡμικυκλίῳ οὐδ' ἐν ἄλλῃ περιφερείᾳ οὐδεμιᾷ ἐνδέχεται συνεχῶς κινεῖσθαι· πολλάκις γὰρ ἀνάγκη ταῦτα κινεῖσθαι καὶ τὰς ἐναντίας μεταβάλλειν μεταβολάς· οὐ γὰρ συνάπτει τῇ ἀρχῇ τὸ πέρασ. Ἡ δὲ τοῦ κύκλου συνάπτει, καὶ ἔστι μόνῃ τέλειος. (11) Φα-

 35 αἰ ἐπὶ τοῦ ὅλου κύκλου φοραὶ ἀλλήλαις διὰ τοῦτο ἐναν- τίαι. (6) Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἡ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Β κύκλῳ φορᾷ ἐναντία τῇ ἀπὸ τοῦ Α ἐπὶ τὸ Γ· ἐκ ταύτου γὰρ εἰς ταῦτὸ ἡ κίνησις, ἡ δ' ἐναντία διωρίσθη φορᾷ ἐκ τοῦ ἐναντίου εἰς τὸ ἐναντίον εἶναι. (7) Εἰ δὲ καὶ ἦν ἡ κύ- κλῳ τῇ κύκλῳ ἐναντία, μάτην ἂν ἦν ἡ ἕτέρα· ἐπὶ τὸ
 40 αὐτὸ γάρ. Ἐτι ἀνάγκη τὸ κύκλῳ φερόμενον ὁποθενοῦν ἀρξάμενον εἰς πάντας ὁμοίως ἀρικνεῖσθαι τοὺς ἐναντίους τόπους· εἰσὶ δὲ τόπου ἐναντιότητες τὸ ἄνω καὶ κάτω καὶ τὸ πρόσθεν καὶ ὀπίσθεν καὶ τὸ δεξιὸν καὶ ἀριστερόν. (8) Αἱ δὲ τῆς φορᾶς ἐναντιώσεις κατὰ τὰς τῶν τόπων εἰ- σὶν ἐναντιώσεις· εἰ μὲν γὰρ ἴσαι ἦσαν, οὐκ ἂν ἦν κίνη- σις αὐτῶν, εἰ δ' ἡ ἕτερα κίνησις ἐκράται, ἡ ἕτερα οὐκ
 50 ἂν ἦν. Ὅστ' εἰ ἀμφοτέρα ἦν, μάτην ἂν θάτερον ἦν

nomen usque ad hoc tempus ab antiquis hæc opinatis, quæ et nos dicimus, successione traditum esse. Non enim semel, neque bis, sed infinites easdem opiniones ad nos accedere putare oportet. Quapropter quia primum corpus diversum quiddam est a terra, igne, aere atque aqua, ætherem superum locum appellaverunt, a semper currendo (ἀεὶ θεῖν) perpetuo tempore posita appellatione. Anaxagoras vero hoc nomine abutitur non recte: pro igne enim, ætherem dicit.

7. Patet autem ex dictis etiam, cur impossibile est, numero plura esse ea quæ simplicia corpora dicuntur. Simplicis enim corporis motum, simplicem esse necesse est. Solos autem motus hosce simplices dicimus esse, circulem, et rectum: et hujus duas partes, unam, qua a medio, alteram, qua ad medium, pergitur.

Non esse autem aliam lationem conversioni contrariam, ex compluribus quispiam sumere fidem potest. Primo quidem ex eo, quia circumflexæ lineæ rectam opponi maxime ponimus. (2) Concavum enim et curvum, non solum inter sese opposita esse videntur, sed etiam recto, conjuncta simulque sumpta. Quare si qua est contraria latio, eum motum maxime, qui fit super lineam recta, conversioni contrarium esse necesse est. (3) At ii qui super lineam recta fiunt, inter sese oppositi sunt ob loca. Supra enim, et infra, differentia loci atque contrarietas est. (4) Deinde si quispiam eandem esse putat rationem et in recta linea et in circumflexa (lationem enim ab α ad β , ei contrariam esse dicit, qua a β ad α pergitur), is eam lationem dicit, quæ super lineam recta fit: hæc enim finita est. Circumflexæ autem, circa eadem puncta infinitæ esse possunt. (5) Similiter et in semicirculo uno, velut a γ ad δ , et a δ ad γ : est enim similis illi quæ super diametro fit. Semper enim unumquodque per lineam rectam distare ponimus. Similiter res sese habent etiam, si quispiam circulo facto lationem eam quæ super altero fit semicirculo, ei contrariam posuerit lationi, quæ super altero fit: veluti toto in circulo eam qua ab ϵ ad ζ itur in η semicirculo, ei, qua a ζ ad ϵ pergitur in semicirculo θ . Quodsi et hæc sunt contrariæ, at non eæ sunt ob hoc inter sese contrariæ lationes, quæ super toto circulo fiunt. (6) At vero neque eam latio circularis, qua β ab α petitur, ei contraria est, qua ab α ad γ proficiscitur: ad idem enim hæc ex eodem est motio; contraria vero latio, contrariis est locis definita: a contrario enim ad contrarium itur. (7) Quodsi circularis motio circulari esset contraria, frustra altera esset; ad idem enim fit profectio per utrasque. Præterea id quod versatur, a quocumque signo inceperit, ad omnia similiter accedere contraria loca necesse est. Sunt autem loci contrarietates supra et infra, ante et retro, dextrum et sinistrum. (8) Lationis vero contrarietates, per locorum sunt contrarietates. Nam si æqualia essent, motus ipso- rum non esset: si alter alterum superaret, alter profectio non esset. Quare si utraque essent, frustra sane corpus alte-

σῶμα μὴ κινούμενον τὴν αὐτοῦ κίνησιν· μάτῃν γὰρ ὑπόδημα τοῦτο λέγομεν, οὗ μὴ ἔστιν ὑπόδεσις. Ὁ δὲ θεὸς καὶ ἡ φύσις οὐδὲν μάτῃν ποιῶσιν.

rum esset, suum non subiens motum. Frustra enim calceum eum dicimus esse, cuius usus non est. At Deus, et natura, nihil prorsus faciunt frustra.

CAP. V.

Ἄλλ' ἐπεὶ ὀφθαλμῶν περὶ τούτων, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν
 5 σκεπτέον, καὶ πρῶτον πότερον ἔστι τι σῶμα ἄπειρον, ὡσπερ οἱ πλείστοι τῶν ἀρχαίων φιλοσόφων ὤθησαν, ἢ τοῦτ' ἔστιν ἐν τι τῶν ἀδυνάτων· τὸ γὰρ οὕτως ἡ ἐκείνως ἔχειν οὐ τι μικρὸν ἀλλ' ὅλον διαφέρει καὶ πᾶν πρὸς τὴν περὶ τῆς ἀληθείας θεωρίαν. Συγχεδὸν γὰρ αὕτη
 10 πασῶν ἀρχῆ τῶν ἐναντιώσεων τοῖς ἀποζηναμένοις τι περὶ τῆς ὅλης φύσεως καὶ γέγονε καὶ γένοιτ' ἂν, εἴπερ καὶ τὸ μικρὸν παραβῆναι τῆς ἀληθείας ἀφισταμένοις γίνεται πόρρω μυριοπλάσιον, οἷον εἰ τις ἐλάχιστον εἶναι τι φαίη μέγεθος· οὗτος γὰρ τοῦλάχιστον εἰσαγαγὼν τὰ
 15 μέγιστ' ἂν κινήσειε τῶν μαθηματικῶν. (2) Τοῦτου δ' αἴτιον ὅτι ἡ ἀρχὴ δυνάμει μείζων ἢ μεγέθει, διόπερ τὸ ἐν ἀρχῇ μικρὸν ἐν τῇ τελευτῇ γίνεται παμμέγεθες. Ἰὸ δ' ἄπειρον καὶ ἀρχῆς ἔχει δυνάμιν καὶ τοῦ ποσοῦ τὴν μεγίστην, ὡστ' οὐδὲν ἄτοπον εὐδ' ἄλογον τὸ θαυ-
 20 μαστὴν εἶναι τὴν διαφορὰν ἐκ τοῦ λαβεῖν ὡς ἔστι τι σῶμα ἄπειρον. Διὸ περὶ αὐτοῦ λεκτέον ἐξ ἀρχῆς ἀναλαβοῦσιν. Ἀνάγκη δὲ πᾶν σῶμα ἢ τῶν ἀπλῶν εἶναι ἢ τῶν συνθέτων, ὥστε καὶ τὸ ἄπειρον ἢ ἀπλοῦν ἔσται ἢ σύνθετον. Ἄλλὰ μὴν καὶ ὅτι γε πεπερασμένων τῶν
 25 ἀπλῶν ἀνάγκη πεπερασμένων εἶναι τὸ σύνθετον, ὅτῳ τὸ γὰρ ἐκ πεπερασμένων καὶ πλήθει καὶ μεγέθει συγκείμενον πετέρανται καὶ πλήθει καὶ μεγέθει τοσοῦτον γὰρ ἔστιν ἐξ ὅσων ἔστι συγκείμενον. (3) Λοιπὸν τοίνυν ἰδεῖν πότερον ἐνδέχεται τι τῶν ἀπλῶν ἄπειρον εἶναι τὸ
 30 μέγεθος, ἢ τοῦτ' ἀδύνατον. Προχειρισάμενοι δὲ περὶ τοῦ πρώτου τῶν σωμάτων, οὕτω σκοπιώμεν καὶ περὶ τῶν λοιπῶν. Ὅτι μὲν τοίνυν ἀνάγκη τὸ κύκλω φερόμενον πεπεράνθαι πᾶν, ἐκ τῶνδε δῆλον. Εἰ γὰρ ἄπειρον τὸ κύκλω φερόμενον σῶμα, ἄπειρο ἔσονται αἱ ἀπὸ
 35 τοῦ μέσου ἐκβαλλόμεναι. Τῶν δ' ἄπειρον τὸ διάστημα ἄπειρον· διάστημα δὲ λέγω τῶν γραμμῶν, οὗ μηδὲν ἔστιν ἐξω λαβεῖν μέγεθος ἀπτόμενον τῶν γραμμῶν. Τοῦτ' οὖν ἀνάγκη ἄπειρον εἶναι· τῶν γὰρ πεπερασμένων αἰεὶ ἔσται πεπερασμένον. Ἐτι δ' αἰεὶ ἔστι τοῦ
 40 δοθέντος μείζον λαβεῖν, ὥστε καθάπερ ἀριθμὸν λέγομεν ἄπειρον, ὅτι μέγιστος οὐκ ἔστιν, δ αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τοῦ διαστήματος. Εἰ οὖν τὸ μὲν ἄπειρον μὴ ἔστι διελαθεῖν, ἄπειρο δ' ὄντος ἀνάγκη ἄπειρον τὸ διάστημα εἶναι, οὐκ ἂν ἐνδέχεται κινήθηναι κύκλω· τὸν δ' οὐρα-
 45 νὸν δρωμέν κύκλω στρεφόμενον, καὶ τῷ λόγῳ δὲ διωρι-
 45 αμεν ὅτι ἐστὶ τινος ἢ κύκλω κίνησις. (4) Ἐτι ἀπὸ πεπερασμένου χρόνου ἐὰν ἀφέλης πεπερασμένον, ἀνάγκη καὶ τὸν λοιπὸν εἶναι πεπερασμένον καὶ ἔχειν ἀρχήν. Εἰ δ' ὁ χρόνος δὲ τῆς βαδίσσεως ἔχει ἀρχήν, ἔστιν ἀρχὴ
 50 καὶ τῆς κινήσεως, ὥστε καὶ τοῦ μεγέθους δὲ βεβάδιεν. Ὁμοίως δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Ἐστω δὲ γραμμὴ ἄπειρος, ἐφ' ἣ ΓΑΒ, ἐπὶ θάτερα, ἢ τὸ Ε· ἢ δ' ἐφ' ἣ τὰ

Verum ubi hæc satis probata, de reliquis consideremus oportet. Ac primo considerandum est, utrum sit corpus quoddam infinitum, ut complures antiquorum putarunt, an id ipsum unum quid sit eorum quæ fieri nequeunt : hoc enim an illo modo res sese habeat, non parum, sed totum ad veritatis contemplationem utique refert. Etenim hoc fere contrarietatum omnium, his qui de natura tota aliquid dixerunt, principium et fuit, et fieri sane potest : siquidem et parvus exitus a veritate fit hisce, qui exorbitaverunt, si longe progrediantur, decies millies major. Veluti si quispian magnitudinem aliquam minimam dixerit esse : hic enim minima magnitudine introducta, maximas rerum mathematicarum utique dimovebit. (2) Atque hujus causa est, principium vi majus quam magnitudine esse. Idcirco quod in principio parvum est, id in fine valde magnum emerget. Infinitum autem, et principii vim et quantitatis maximam habet. Quare non est absurdum, neque egreditur rationem, admirabilem differentiam esse ex infiniti positione, si quispian sumpserit infinitum corpus in ratione rerum quoddam esse. Quamobrem, a principio repetentes, de ipso dicamus oportet. Omne itaque corpus aut simplex aut compositum esse necesse est. Quare et infinitum ipsūm, aut simplex, aut compositum erit. Atqui patet, si simplicia sint finita, compositum necessario finitum esse. Quod enim ex multitudine finitis ac magnitudine constat, id et multitudine et magnitudine est finitum. Tantum enim erit, quanta sunt ea ex quibus componitur atque constat. (3) Restat igitur videre utrum simplicium quoddam corporum infinitum magnitudine esse possit ; an hoc fieri nequeat. Atque prius hoc de primo corpore viso ac pertractato, de reliquis deinceps consideremus. Corpus igitur, quod versatur, necessario omne finitum esse, ex hisce patere potest. Nam si corpus, quod versatur, est infinitum, infinitæ profecto erunt et rectæ lineæ quæ e medio protrahuntur. Infinitarum autem intervallum etiam infinitum est. Atque intervallum linearum id dico, extra quod nulla magnitudo tangens lineas sumi potest. Hoc igitur infinitum esse necesse est. Finitarum enim intervallum semper finitum erit. Fieri præterea potest ut eo majus semper sumatur, quod datum est. Quare eadem ratio est et de spatio, quemadmodum numerum ex eo dicimus infinitum, quia maximus non est. Si igitur fieri nequit ut in infinito transitus fiat, atque ejus quod est infinitum, intervallum etiam infinitum esse necesse est ; fieri profecto non potest ut hoc circumversetur. At versari cælum videmus, rationeque jam definitivimus, conversionem corporis motionem cujuspian esse. (4) Præterea si a finito tempore finitum tempus abstuleris, et reliquum finitum esse, principiumque habere necesse est. Si tempus autem ambulationis principium habet, motionis etiam principium est. Quare principium magnitudinis quoque ejus erit, super qua ambulatio fuit. Eadem est et in ceteris ratio. Sit itaque α γ ε linea, altera ex parte infinita, quia ipsum est ε : et rursus alia infinita

BB, ἐπ' ἀμφοτέρα ἄπειρος. Εἰ δὴ γράφει κύκλον ἢ τὸ ΑΓΕ ἀπὸ τοῦ Γ κέντρου, τέμνουσά ποτε οἰσθήσεται κύκλῳ τὴν BB ἢ τὸ ΑΓΕ πεπερασμένον χρόνον· ὁ γὰρ πᾶς χρόνος ἐν ὅσῳ κύκλῳ ἠνέχθη ὁ οὐρανός, πεπερασμένος. Καὶ ὁ ἀφηρημένος ἄρα, ὃν ἡ τέμνουσα ἐφέρετο. Ἔσται ἄρα τις ἀρχὴ ἢ πρῶτον ἢ τὰ ΑΓΕ τὴν τὰ BB ἔτεμεν. Ἄλλ' ἀδύνατον. Οὐκ ἄρα ἐστὶ κύκλῳ στραφῆναι τὸ ἄπειρον. Ὡστ' οὐδὲ τὸν κόσμον, εἰ ἦν ἄπειρος.

11 5. Ἔτι δὲ καὶ ἐκ τῶνδε φανερόν, ὅτι τὸ ἄπειρον ἀδύνατον κινήθῃναι. Ἔστω γὰρ ἢ τὸ Α φερομένη παρὰ τὴν Β, πεπερασμένη παρὰ πεπερασμένην. Ἀνάγκη δὴ ἅμα τὴν τε Α τῆς Β ἀπολελυθῆναι καὶ τὴν Β τῆς Α· ὅσον γὰρ ἡ ἑτέρα ἐπιβάλλει τῆς ἑτέρας, καὶ ἡ ἑτέρα 16 ἐκείνης τοσοῦτον. Εἰ μὲν οὖν ἀμφω κινῶντο εἰς τοῦναντίον, θάττον ἂν ἀπολούοντο, εἰ δὲ παρὰ μένουσαν παραφέροτο, βραδύτερον, τῷ αὐτῷ τάχει κινουμένου τοῦ παραφερομένου. (6) Ἄλλ' ἐκεῖνό γε φανερόν, ὅτι ἀδύνατον τὴν ἄπειρον διελθεῖν ἐν πεπερασμένῳ χρόνῳ. 21 Ἐν ἀπείρῳ ἄρα· δέδεικται γὰρ τοῦτο πρότερον ἐν τοῖς περὶ κινήσεως. Διαφέρει δὲ γε οὐθὲν ἢ τὴν πεπερασμένην φέρεσθαι παρὰ τὴν ἄπειρον ἢ τὴν ἄπειρον παρ' ἐκείνην· ὅταν γὰρ ἐκείνη παρ' ἐκείνην, καὶ ἐκείνη παρ' ἐκείνην, ὁμοίως κινουμένη καὶ ἀκίνητος· πλὴν θάττον, 26 ἐὰν κινῶνται ἀμφοτέραι, ἀπολυθῆσονται. Καίτοι ἐνίοτ' οὐθὲν κωλύει τὴν κινουμένην παρ' ἡρεμοῦσαν θάττον παρελθεῖν ἢ τὴν ἀντικινουμένην, ἐάν τις ποιήσῃ τὰς μὲν ἀντικινουμένας ἀμφοτέρας φερομένας βραδέως, τὴν δὲ παρὰ τὴν ἡρεμοῦσαν πολλῶν ἐκείνων θάττον φερομένην. 30 Οὐδὲν οὖν πρὸς τὸν λόγον ἐμπόδιον ὅτι παρ' ἡρεμοῦσαν, ἐπεὶ περ κινουμένην ἐνδέχεται τὴν Α παρὰ κινουμένην τὴν Β βραδύτερον παρελθεῖν. Εἰ οὖν ἄπειρος ὁ χρόνος ὃν ἡ πεπερασμένη ἀπολύεται κινουμένη, καὶ ἐν ᾧ ἢ ἄπειρος τὴν πεπερασμένην ἐκινήθη, ἀνάγκη ἄπειρον εἶναι. 35 Ἀδύνατον ἄρα τὸ ἄπειρον κινεῖσθαι ὅλως· ἐὰν γὰρ καὶ τοῦλάχιστον κινήθῃ, ἀνάγκη ἄπειρον γίνεσθαι χρόνον. Ἄλλὰ μὴν ὁ γ' οὐρανός περιέρχεται καὶ στρέφεται ὅλως κύκλῳ ἐν πεπερασμένῳ χρόνῳ, ὥστε περίεσιν ἅπασαν τὴν ἐντός, οἷον τὴν ΑΒ πεπερασμένην. Ἀδύνατον ἄρα 40 ἄπειρον εἶναι τὸ κύκλῳ. (7) Ἔτι ὥσπερ γραμμὴν ἥς πέρασ ἐστὶν ἀδύνατον εἶναι ἄπειρον, ἀλλ' εἴπερ, ἐπὶ μῆκος, καὶ ἐπίπεδον ὡσαύτως ἢ πέρασ οὐκ ἐνδέχεται· ὅταν δ' ὀρίσθῃ, οὐθαμῆ, οἷον τετράγωνον ἄπειρον ἢ κύκλον ἢ σφαῖραν, ὥσπερ οὐδὲ ποδιαίαν ἄπειρον. Εἰ οὖν 45 μῆτε σφαῖρα μῆτε τετράγωνον μῆτε κύκλος ἐστὶν ἄπειρος, μὴ ὄντος δὲ κύκλου οὐδ' ἂν ἢ κύκλῳ εἰη φορά, ὁμοίως δὲ μῆδ' ἀπείρου ὄντος οὐκ ἂν εἴη ἄπειρος, εἰ μῆδ' ὁ κύκλος ἄπειρός ἐστιν, οὐκ ἂν κινῶτο κυκλικῶς ἄπειρον σῶμα. (8) Ἔτι εἰ τὸ Γ κέντρον, ἢ δὲ τὸ ΑΒ ἄπειρος καὶ 50 ἢ τὸ Ε πρὸς ὀρθὴν ἄπειρος καὶ ἢ τὸ ΓΔ κινουμένη, οὐδέποτε ἀπολυθῆσεται τῆς Ε, ἀλλ' αἰεὶ ἔξει ὥσπερ ἡ ΓΕ· τέμνει γὰρ ἢ τὸ Ζ. Οὐκ ἄρα περίεσι κύκλῳ ἢ ἄπειρος. (9) Ἔτι εἴπερ ἄπειρος ὁ οὐρανός, κινεῖται δὲ κύκλῳ, ἐν πεπερασμένῳ χρόνῳ ἄπειρον ἔσται διεληλυθώς. Ἔστω

utraque ex parte β β. Si igitur ab γ centro circulum linea α γ ε, describat, ea lineam β β secans in orbem aliquando lata finito in tempore erit. Totum enim tempus, quo versatum est caelum, finitum est : et id ergo tempus finitum est, quod est ablatum, in quo secans linea ferebatur. Erit igitur principium quoddam, quo primum α γ ε linea lineam β β secuit. At hoc esse non potest. Non ergo fieri potest ut infinitum versetur : quare neque mundus, si infinitus esset.

5. Præterea, ex his etiam patet, fieri non posse ut infinitum motu sit agitatum. Sit enim linea α, quæ propter β lineam feratur, finita, inquam, propter finitam. Simul igitur α lineam a β, et β ab α absolutam fore, necesse est. Quantum enim alterius altera occupabit, tantum illius et altera occupabit. Si igitur ambæ in contrarium moveantur, citius absolventur : sin altera prope manentem alteram moveatur, tardius : si modo eadem, quod prope illam movetur, celeritate feratur. (6) Verum illud est manifestum, fieri non posse ut finito in tempore quicquam transeat infinitum : transibit ergo in tempore infinito. Hoc enim est demonstratum prius in iis quæ de motu sunt pertractata. Nihil autem interest, finita prope infinitam feratur, an infinita prope finitam. Nam quum hæc prope illam movetur, et illa per hanc transire videtur ; similiter, et si moveatur, et si non moveatur. Verum si moveantur ambæ, citius absolventur. Quanquam nihil prohibet, eam interdum, quæ prope quiescentem movetur, citius, quam eam quæ fertur contra, transire, si quispiam eas quidem, quæ contra moveantur, utrasque ferri tarde posuerit, eam vero, quæ prope quiescentem movetur, multo celerius illis ferri. Nullum igitur rationi prorsus impedimentum afferetur, si prope quiescentem altera moveatur : quum fieri possit ut α, si prope β lineam moveatur, motionem et ipsam etiam subeuntem, tardius transeat, uti diximus. Si igitur id infinitum est tempus, quo finita subiens motum absolvitur : et id sane, quo infinita finitam transivit, infinitum esse pari ratione necesse est. Ut infinitum ergo moveatur, minime fieri potest. Nam tempus fiat infinitum necesse est, etiamsi per minimum fuerit motum. At caelum tempore finito versatur totumque fertur in orbem. Quare totam eam transit circumferentiam, quæ est intus, ceu α β finitam. Impossibile est ergo, id infinitum esse, quod subit conversionem. (7) Præterea, ut esse non potest linea infinita, qua finis ei est, sed si forte, longitudine : sic et superficies infinita esse non potest, qua ei finis est. Quum vero fuerit terminata, nulla ex parte est infinita. Quadratum enim, aut circulum, aut sphaeram infinitam esse non dixeris, quemadmodum neque lineam bipedalem. Si igitur neque sphaera, neque circulus, neque quadratum est infinitum, atque circulus non est, conversio non erit : et si infinitus non est, infinita non erit : si ipse circulus infinitus non est, versari profecto corpus infinitum non potest. (8) Præterea, si γ sit centrum, α β vero sit finita, et ε sit erecta ad rectos angulos infinita, et insuper infinita sit γ δ subiens motum, nunquam ipsa γ ε ab ε linea absolvetur, sed semper perinde atque γ ε linea, sese habebit. Secat enim in ipso ζ puncto. Non ergo infinita versatur. (9) Insuper si caelum est infinitum, atque versatur infinitum profecto

γὰρ δ μὲν μένων οὐρανὸς ἄπειρος, δ δ' ἐν τούτῳ κινού-
 5 μενος ἴσος. Ὅστ' εἰ περιελήλυθε κύκλῳ ἄπειρος ὢν,
 ἄπειρον τὸ ἴσον αὐτῷ διελήλυθεν ἐν πεπερασμένῳ
 χρόνῳ. Ἄλλὰ τοῦτ' ἦν ἀδύνατον. (10) Ἔστι δὲ καὶ
 ἄντεστραμμένως εἰπεῖν, ὅτι εἰ πεπερασμένος ὁ χρόνος
 ἐν ᾧ περιεστράφη, καὶ τὸ μέγεθος δ' διελήλυθεν ἀνάγκη
 εἶναι πεπερασμένον· ἴσον δ' αὐτῷ διελήλυθεν· πεπερά-
 νται ἄρα καὶ αὐτός. (11) Ὅτι μὲν οὖν τὸ κύκλῳ κινού-
 10 μενον οὐκ ἔστιν ἀτελεύτητον οὐδ' ἄπειρον, ἀλλ' ἔχει
 τέλος, φανερόν.

finito tempore pertransibit. Sit enim cælum quidem, quod
 manet, infinitum : id autem, quod in hoc movetur, æquale.
 Quare si versatum fuerit, quum sit infinitum, æquale sibi
 infinitum tempore finito transibit. At hoc esse impossibile
 dicebatur. (10) Atqui dicere contra etiam licet. Quum fi-
 nitum sit id tempus in quo est versatum, magnitudinem
 quoque finitam esse necesse est eam quam conversione
 transivit. At æquale sibi conversione transivit : et ipsum
 ergo cælum finitum. (11) Corpus igitur id quod versa-
 tur, exitu non vacare nec infinitum esse, sed finem habere,
 patet.

CAP. VI.

Ἄλλὰ μὴν οὐδὲ τὸ ἐπὶ τὸ μέσον οὐδὲ τὸ ἀπὸ τοῦ μέ-
 σου φερόμενον ἄπειρον ἔσται· ἐναντία γὰρ αἱ φοραὶ
 ἢ ἄνω καὶ ἢ κάτω, αἱ δ' ἐναντία εἰς ἐναντίους τόπους.
 Ἰὼν δ' ἐναντίων εἰ θάτερον ὄρισται, καὶ θάτερον ὄρι-
 15 σμένον ἔσται. Τὸ δὲ μέσον ὄρισται· εἰ γὰρ ὁποθεοῦν
 φέροιτο κάτω τὸ ὑφιστάμενον, οὐκ ἐνδέχεται πορρωτέρῳ
 διελεῖν τοῦ μέσου. Ὀρισμένου οὖν τοῦ μέσου καὶ
 τὸν ἄνω τόπον ἀνάγκη ὄρισθαι. Εἰ δ' οἱ τόποι ὄρι-
 σμένοι καὶ πεπερασμένοι, καὶ τὰ σώματα ἔσται πεπε-
 20 ρασμένα. (2) Ἔτι εἰ τὸ ἄνω καὶ κάτω ὄρισται, καὶ
 τὸ μεταξὺ ἀνάγκη ὄρισθαι. Εἰ γὰρ μὴ ὄρισται, ἄπει-
 ρος ἂν εἴη κίνησις· τοῦτο δ' ὅτι ἀδύνατον, δέδεικται
 πρότερον. Ὀρισται ἄρα τὸ μέσον, ὅστε καὶ τὸ ἐν τούτῳ
 σῶμα ἢ ὄν ἢ γενέσθαι δυνατόν. Ἄλλὰ μὴν τὸ ἄνω καὶ
 25 κάτω φερόμενον σῶμα δύναται ἐν τούτῳ γενέσθαι· πέ-
 φυκε γὰρ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ μέσου κινεῖσθαι, τὸ δ' ἐπὶ τὸ
 μέσον. (3) Ἐκ τε δὴ τούτων φανερόν ὅτι οὐκ ἐνδέχε-
 ται σῶμα εἶναι ἄπειρον, καὶ πρὸς τούτοις εἰ βάρος μὴ
 ἔστιν ἄπειρον, οὐδ' ἂν τούτων τῶν σωμάτων οὐθὲν εἴη
 30 ἄπειρον· ἀνάγκη γὰρ τοῦ ἀπείρου σώματος ἄπειρον εἶναι
 καὶ τὸ βάρος. Ὅ δ' αὐτὸς λόγος ἔσται καὶ ἐπὶ τοῦ κού-
 ρου· εἰ γὰρ ἔστιν ἄπειρος βαρύτης, ἔσται καὶ κουφότης,
 ἂν ἄπειρον ἦ τὸ ἐπιπολάζον. (4) Διήλον δ' ἐκ τῶνδε.
 Ἔστω γὰρ πεπερασμένον, καὶ εἰλήφθω τὸ μὲν ἄπειρον
 35 σῶμα ἐφ' ᾧ τὸ AB, τὸ δὲ βάρος αὐτοῦ ἐφ' ᾧ τὸ Γ.
 Ἀφρηθήσθω οὖν ἀπὸ τοῦ ἀπείρου πεπερασμένον μέγε-
 θος ἐφ' ᾧ τὸ ΒΔ· καὶ τὸ βάρος αὐτοῦ ἔστω ἐφ' ᾧ
 τὸ Ε. Τὸ δὲ Ε τοῦ Γ ἔλαττον ἔσται· τὸ γὰρ τοῦ ἐλάτ-
 τονος βάρους ἔλαττον. Καταμετρεῖτω δὴ τὸ ἔλαττον ὀπο-
 40 σακισοῦν, καὶ ὡς τὸ βάρος τοῦλάττον πρὸς τὸ μείζον,
 τὸ ΒΔ πρὸς τὸ ΒΖ γεγενήσθω· ἐνδέχεται γὰρ ἀφελεῖν
 τοῦ ἀπείρου ὀποσοῦν. (5) Εἰ τοίνυν ἀνάλογον τὰ με-
 γέθη τοῖς βάρεσι, τὸ δ' ἔλαττον βάρος τοῦ ἐλάττονός
 ἔστι μεγέθους, καὶ τὸ μείζον ἂν εἴη τοῦ μείζονος. Ἴσον
 45 ἄρα ἔσται τὸ τοῦ πεπερασμένου καὶ τὸ τοῦ ἀπείρου
 βάρος. Ἔτι εἰ τοῦ μείζονος σώματος μείζον τὸ βάρος,
 τὸ τοῦ ΗΒ μείζον ἔσται βάρος ἢ τὸ τοῦ ΖΒ, ὅστε τὸ
 τοῦ πεπερασμένου βάρος μείζον ἢ τὸ τοῦ ἀπείρου. Καὶ
 τῶν ἀνίσων δὲ μεγεθῶν ταυτὸν βάρος ἔσται· ἀνίσων γὰρ
 50 τῷ πεπερασμένῳ τὸ ἄπειρον. Οὐθὲν δὲ διαφέρει τὰ
 βάρη συμμετρα εἶναι ἢ ἀσύμμετρα· καὶ γὰρ ἀσύμμε-
 τρων ὄντων ὁ αὐτὸς ἔσται λόγος ὄϊον εἰ τὸ Ε τρίτον

At vero neque id quod e medio, neque id quod ad medium
 fertur, infinitum erit. Latrones enim eas, quibus sursum itur
 atque deorsum, contrarias esse constat. Contrarius autem
 contraria loca petuntur. Atque contrariorum si alterum de-
 finitum est, etiam alterum definitum erit. Medium vero est
 definitum. Nam si undevis deorsum feratur subjectum, fieri
 non potest ut ultra medium ipsum progrediatur. Quum igitur
 medium sit definitum, etiam superum locum definitum
 esse necesse est. Quodsi loca sunt definita atque finita, cor-
 5 pora quoque erunt finita. (2) Præterea, si superus ac in-
 ferus locus est definitus, etiam id quod est inter hæc, defi-
 nitum esse necesse est : nam si definitum non est, motus
 infinitus erit ; quod impossibile esse antea demonstravimus.
 Ergo medium est definitum. Quare etiam corpus definitum
 est, quod in hoc est, aut esse potest. At id corpus, quod
 sursum et deorsum fertur, in hoc esse potest. Aliud enim e
 medio, aliud ad medium ferri suapte natura potest. (3) Ex
 his igitur patet, corpus infinitum in ratione rerum esse
 non posse. Et insuper, si pondus non sit infinitum, neque
 quicquam horum corporum infinitum esse profecto potest.
 Infiniti namque corporis pondus, et ipsum infinitum esse
 necesse est. Eadem fuerit ratio et de corpore levi : nam si
 est gravitas infinita, est et levitas infinita, si id est infinitum,
 quod supernat. (4) Quod quidem ex hisce patere potest. Sit
 enim finitum, atque sumatur infinitum quidem corpus α β,
 pondus autem ipsius γ : ab infinito igitur magnitudo finita
 auferatur β δ, atque pondus ipsius sit ε : ipsum igitur ε pon-
 10 dus, minus erit ipso pondere γ. Minoris enim magnitudinis
 pondus minus nimirum est. Minus itaque pondus, majus men-
 suret numero aliquo repetitum. Itaque ut minus pondus sese
 habet ad majus, ita β δ sese habet ad β γ magnitudinem. Fieri
 enim potest ut quantavis ab infinita auferatur. (5) Si igitur
 magnitudines similitudinem rationum subeunt cum ponderibus,
 et minus pondus minoris est magnitudinis, majus
 etiam magnitudinis erit majoris. Æquale ergo finiti pondus
 erit, ac infiniti. Si majoris præterea corporis majus est
 pondus, ipsius η β pondus majus erit pondere corporis ipsius
 ζ β. Quare finiti pondus, majus erit pondere infiniti. Inæ-
 15 qualium etiam magnitudinum idem fuerit pondus. Finitum
 enim ac infinitum inæqualia esse constat. Nihil autem in-
 terest, commensurabilia ipsa pondera, an incommensura-
 bilia sint. Etenim eadem erit ratio, si incommensurabilia

ὑπερβάλλει μετροῦν τὸ Γ βάρος· τῶν γὰρ ΒΔ μεγεθῶν
 τριῶν ὄλων ληφθέντων μείζον ἔσται τὸ βάρος ἢ τὸ ἐφ'
 ᾧ Γ. Ὡστε τὸ αὐτὸ ἔσται ἀδύνατον. Ἔτι δὲ καὶ
 ἐγγωρεῖ σύμμετρα λαβεῖν· οὐδὲν γὰρ διαφέρει ἀρχεσθαι
 ἀπὸ τοῦ βάρους ἢ ἀπὸ τοῦ μεγέθους, ὅσον ἂν ληφθῆ
 σύμμετρον βάρος τῶν Γ τὸ ἐφ' ᾧ τὸ Ε, καὶ ἀπὸ τοῦ
 ἀπείρου ἀφαιρεθῆ τὸ ἔχον τὸ ἐφ' ᾧ τὸ Ε βάρος, ὅσον τὸ
 ΒΔ, εἶτα ὡς τὸ βάρος πρὸς τὸ βάρος, τὸ ΒΔ πρὸς ἄλλο
 γένηται μέγεθος, ὅσον πρὸς τὸ ΒΖ· ἐνδέχεται γὰρ ἀπείρου
 ὄντος τοῦ μεγέθους ὁποσοῦν ἀφαιρεθῆναι· τούτων γὰρ
 ληφθέντων σύμμετρα ἔσται καὶ τὰ μεγέθη καὶ τὰ βάρη
 ἀλλήλοισι. (6) Οὐδὲ δὴ τὸ μέγεθος ὁμοιοβαρές εἶναι
 ἢ ἀνομοιοβαρές οὐδὲν διοίσει πρὸς τὴν ἀπόδειξιν· αἰ
 γὰρ ἔσται λαβεῖν ἰσοβαρῆ σώματα τῶν ΒΔ, ἀπὸ τοῦ ἀπεί-
 ρου ὁποσοῦν ἢ ἀφαιρῶντας ἢ προστιθέντας. (7) Ὡστε
 ὄλον ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι οὐκ ἔσται τὸ ἀπείρου σώ-
 ματος πεπερασμένον τὸ βάρος. Ἄπειρον ἄρα. Εἰ
 τοίνυν τοῦτ' ἀδύνατον, καὶ τὸ ἀπείρον τι εἶναι σῶμα
 ἀδύνατον. (8) Ἀλλὰ μὴν ὅτι γ' ἀπείρον τι εἶναι βάρος
 ἀδύνατον, ἐκ τῶνδε φανερόν. Εἰ γὰρ τὸ τοσονδὶ βάρος
 τὴν τοσηνδε ἐν τῷδε τῷ χρόνῳ κινεῖται, τὸ τοσοῦτον
 καὶ ἐτι ἐν ἐλάττονι, καὶ τὴν ἀναλογίαν ἦν τὰ βάρη ἔχει,
 οἱ χρόνοι ἀνάπαλιν ἔξουσιν, ὅσον εἰ τὸ ἥμισυ βάρος ἐν
 τῷδε, τὸ διπλάσιον ἐν ἡμίσει τούτου. (9) Ἔτι τὸ
 πεπερασμένον βάρος ἅπασαν πεπερασμένην δίσιν ἐν
 τινι χρόνῳ πεπερασμένῳ. Ἀνάγκη ἄρα ἐκ τούτων, εἰ
 τι ἔστιν ἀπείρου βάρους, κινεῖσθαι μὲν ἢ τοσονδὲ ὅσον
 τὸ πεπερασμένον, καὶ ἐτι μὴ κινεῖσθαι δέ, ἢ ἀνάλογον
 μὲν δεῖ κατὰ τὰς ὑπεροχὰς κινεῖσθαι, ἐναντίως δὲ τὸ
 μείζον ἐν τῷ ἐλάττονι. Λόγος δ' οὐθίς ἐστι τοῦ ἀπεί-
 ρου πρὸς τὸ πεπερασμένον, τοῦ δ' ἐλάττονος χρόνου
 πρὸς τὸν μείζον πεπερασμένον· ἀλλ' αἰ ἐν ἐλάττονι.
 Ἐλάχιστος δ' οὐκ ἔστιν. (10) Οὐδ' εἰ ἦν, ὄφελός τι ἂν
 ἦν· ἄλλο γὰρ ἂν τι πεπερασμένον ἐλήφθη ἐν τῷ αὐτῷ
 λόγῳ, ἐν ᾧ τὸ ἀπείρου πρὸς ἕτερον μείζον, ὥστ' ἐν ἴσῳ
 χρόνῳ τὴν ἴσην ἂν ἐκινεῖτο τὸ ἀπείρου τῷ πεπερα-
 σμένῳ. Ἀλλ' ἀδύνατον. Ἀλλὰ μὴν ἀνάγκη γε, εἴπερ ἐν
 ὁμηλικῶν χρόνῳ πεπερασμένῳ δὲ κινεῖται τὸ ἀπείρου,
 καὶ ἄλλο ἐν τῷ αὐτῷ τούτῳ πεπερασμένον βάρος κινεῖ-
 σθαι τινα πεπερασμένην. (11) Ἀδύνατον ἄρα ἀπείρου
 εἶναι βάρος, ὁμοίως δὲ καὶ κούφότητα. Καὶ σώματα
 ἄρ' ἀπείρου βάρους ἔχοντα καὶ κούφότητα ἀδύνατον.
 Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ἀπείρου σῶμα, δῆλον διὰ
 τε τῶν κατὰ μέρος θεωρουσῶν τούτων τὸν τρόπον, καὶ
 καθόλου σκοπουμένων μὴ μόνον κατὰ τοὺς λόγους τοὺς
 ἐν τοῖς περὶ τὰς ἀρχὰς εἰρημένους ἡμῖν (διωρίσθη γὰρ
 κακεῖ καθόλου πρότερον περὶ ἀπείρου πῶς ἔστι καὶ πῶς
 οὐκ ἔστιν), ἀλλὰ καὶ νῦν ἄλλον τρόπον. (12) Μετὰ δὲ
 ταῦτ' ἐπισκοπεῖτον κἂν εἰ μὴ ἀπείρου μὲν τὸ σῶμα τὸ
 πᾶν, οὐ μὴν ἀλλὰ τοσοῦτον γε ὥστ' εἶναι πλείους οὐ-
 ρανούς· τάχα γὰρ ἂν τις τοῦτ' ἀπορήσειεν, ὅτι καθάπερ
 ὁ περὶ ἡμᾶς κόσμος συνῆσθηεν, οὐδὲν κωλύει καὶ ἐτέ-
 ρους εἶναι πλείους μὲν ἑνός, μὴ μέντοι γε ἀπείρους.
 Πρῶτον δ' εἰπωμεν καθόλου περὶ τοῦ ἀπείρου.

sint : veluti si ε pondus mensurans γ pondus, ter repetitum
 exsuperet. Nam si tres totæ magnitudines βδ sumantur,
 pondus ipsarum majus erit pondere γ. Quare idem evenit
 impossibile. Præterea, fieri potest ut commensurabilia ipsa
 sumantur. Nihil enim interest, a pondere an a magnitudine
 initium fiat. Velut si ε pondus commensurabile sumatur
 ipsi ponderi γ, atque ab initio ea magnitudo auferatur, quæ
 habet ipsum ε pondus, ceu βδ. Deinde allata fuerit alia
 magnitudo, ceu βζ, ad quam ita βδ magnitudo se habet,
 ut pondus se habet ad pondus. Fieri enim potest ut, si ma-
 gnitudo sit infinita, quantavis ab ea magnitudo aufera-
 tur. His enim sumptis, tam inagnitudines quam pondera
 inter sese sane commensurabilia erunt. (6) At vero nihil ad
 demonstrationem etiam hoc refert, similis ipsa magnitudo
 ponderis, an dissimilis sit. Semper enim æqualis cor-
 pora ponderis, magnitudinis ipsius βδ ponderi sumere li-
 cebit, quotquotvis ab infinito aut auferendo aut addendo.
 (7) Quare patet ex his quæ diximus, corporis infiniti
 pondus finitum non esse. Erit igitur infinitum. Quodsi
 hoc esse non potest, nec infinitum quicquam in ratione
 rerum corpus esse potest. (8) Atqui pondus infinitum
 esse non posse, ex hisce patere potest. Si enim tantum
 pondus per tantum spatium hoc in tempore motu cietur,
 tantum et insuper, in minore sane movebitur. Atque tem-
 pora rationem eam quam habent pondera, contra sane ha-
 bebunt : veluti si dimidium pondus hoc in tempore move-
 tur, duplum in dimidio hujusce movetur. (9) Præterea,
 pondus finitum omne, finitum spatium finitum quodam
 in tempore transit. Quæ quum ita sint, si quodpiam pondus
 sit infinitum, moveatur ipsum, et non moveatur, necesse
 est : moveatur enim necesse est, quo tantum est, quantum
 finitum ; et insuper non moveatur rursus necesse est, quo
 excessum quidem ratione ipsum mo veri oportet : contra-
 que majus in minore moveri. Ratio vero infiniti, nulla est
 ad finitum : temporis autem minoris est ad majus tempus
 finitum, sed in minore semper. Minimum autem non est.
 (10) Neque si esset, utilitas ulla esset. Sumptum enim fuis-
 set quippiam finitum majus in eadem ratione, in qua re-
 spectu temporis infinitum ad aliud minus esset. Quare æquali
 in tempore, per spatium æquale, finitum ac infinitum utique
 moveretur : at fieri non potest. Atqui necesse est, si infini-
 tum quantovis, finitum tamen tempore moveatur, aliud etiam
 pondus finitum in hoc eodem, per spatium finitum quod-
 dam moveri. (11) Impossibile est ergo, pondus infinitum
 esse, et similiter levitatem. Et corpora ergo infinitum
 pondus habentia, levitatemve, in ratione rerum esse non
 possunt.

Patet igitur corpus infinitum non esse, et si hoc modo
 contemplatio de ipso fiat per rationes particulares, et si
 universaliter consideretur, non solum per rationes eas quæ
 in sermonibus de principiis a nobis sunt dictæ (determina-
 tum est enim et illo in loco de infinito universaliter prius,
 quomodo est, et quomodo non est), sed etiam nunc, alio
 modo. (12) Post hæc autem considerandum est, si infini-
 tum quidem universum corpus non sit, tantum tamen sit,
 ut plures sint cæli. Forsitan enim hoc quispiam dubitaverit,
 nihil ob stare, ut hic, qui nos circumdat, mundus est con-
 stitutus, sic et plures alios esse cælos, plures quidem uno,
 non tamen infinitos. Prius autem universaliter de infinito
 dicamus.

CAP. VII.

Ἀνάγκη δὴ σῶμα πᾶν ἦτοι ἄπειρον εἶναι ἢ πεπερασμένον, καὶ εἰ ἄπειρον, ἦτοι ἀνομοιομερές ἅπαν ἢ ὁμοιομερές, καὶ εἰ ἀνομοιομερές, ἦτοι ἐκ πεπερασμένων εἰδῶν ἢ ἐξ ἀπείρων. (2) Ὅτι μὲν τοίνυν οὐχ ὄντες ἐξ ἀπείρων, φανερόν, εἴ τις ἡμῖν ἕσσει μένειν τὰς πρώτας ὑποθέσεις· πεπερασμένων γὰρ τῶν πρώτων κινήσεων οὐσῶν ἀνάγκη καὶ τὰς ἰδέας τῶν ἀπλῶν σωμάτων εἶναι πεπερασμένας. Ἀπλῆ μὲν γὰρ ἡ τοῦ ἀπλοῦ σώματος κίνησις, αἱ δ' ἀπλαῖ πεπερασμένα κινήσεις εἰσίν· ἀνάγκη δὲ αἰ κίνησιν ἔχειν σῶμα πᾶν φυσικόν. Ἄλλὰ μὴν εἶγε ἐκ πεπερασμένων ἔσται τὸ ἄπειρον, ἀνάγκη καὶ τῶν μορίων ἕκαστον εἶναι ἄπειρον, λέγω δ' ὅσον τὸ ὕδωρ ἢ τὸ πῦρ. Ἄλλ' ἀδύνατον· δέδεικται γὰρ ὅτι οὔτε βάρος οὔτε κουφότης ἐστὶν ἄπειρος. (3) Ἐτι ἀναγκαῖον ἀπείρους τῶν μεγέθει εἶναι καὶ τοὺς τόπους αὐτῶν, ὥστε καὶ τὰς κινήσεις ἀπείρους εἶναι πάντων. Τοῦτο δ' ἀδύνατον, εἰ θήσομεν ἀληθεῖς εἶναι τὰς πρώτας ὑποθέσεις καὶ μήτε τὸ κάτω φερόμενον εἰς ἄπειρον ἐνδέχεται φέρεσθαι μήτε τὸ ἄνω κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. Ἀδύνατον γὰρ γίνεσθαι ὁ μὴ ἐνδέχεται γενέσθαι, ὁμοίως ἐπὶ τοῦ τοιούτου καὶ τὸ σόνδε καὶ τοῦ ποῦ. Λέγω δ', εἰ ἀδύνατον γενέσθαι λευκὸν ἢ πηχυαῖον ἢ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ γίνεσθαι τι τούτων ἀδύνατον. Ἀδύνατον ἄρα καὶ φέρεσθαι ἐκεῖ οὐ μὴδὲν δυνάτον ἀρικήσθαι φερόμενον. (4) Ἐτι εἰ καὶ διεσπασμένον ἐστίν, οὐδὲν ἦττον ἐνδέχεται ἂν τὸ ἐξ ἀπάντων πῦρ ἄπειρον εἶναι. (5) Ἄλλὰ σῶμα ἦν τὸ πάντη διάστασιν ἔχον· ὥστε πῶς εἶόντε πλείω μὲν ἀνόμοια, ἕκαστον δ' αὐτῶν ἄπειρον εἶναι; πάντη γὰρ ἕκαστον δεῖ ἄπειρον εἶναι. (6) Ἄλλὰ μὴν οὐδὲ πᾶν ὁμοιομερές ἐνδέχεται τὸ ἄπειρον εἶναι. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἄλλη παρὰ ταύτας κινήσεις. Ἐξοὶ οὖν μίαν τούτων. Ἐἰ δὲ τοῦτο, συμβήσεται ἢ βάρος ἄπειρον ἢ κουφότητος εἶναι ἄπειρον. Ἄλλὰ μὴν οὐδ' ὄντες τὸ κύκλω σῶμα φερόμενον ἄπειρον. (7) Ἀδύνατον γὰρ τὸ ἄπειρον φέρεσθαι κύκλω· οὐδὲν γὰρ διαφέρει τοῦτο λέγειν ἢ τὸ τὸν οὐρανὸν φάναί ἄπειρον εἶναι, τοῦτο δὲ δέδεικται ὅτι ἀδύνατον. (8) Ἄλλὰ μὴν οὐδ' ὄλως γε τὸ ἄπειρον ἐνδέχεται κινεῖσθαι. Ἡ γὰρ κατὰ φύσιν κινήσεται, ἢ βία· καὶ εἰ βία, ἐστὶν αὐτῷ καὶ ἡ κατὰ φύσιν, ὥστε καὶ τόπος ἄλλος ἴδιος εἰς ὃν οἰσθήσεται. Τοῦτο δ' ἀδύνατον.

8. Ὅτι δ' ὄλως ἀδύνατον ἄπειρον ὑπὸ πεπερασμένου παθεῖν τι ἢ ποιῆσαι τὸ πεπερασμένον, ἐκ τῶνδε φανερόν. Ἐστω γὰρ ἄπειρον ἐφ' οὗ Α, πεπερασμένον ἐφ' οὗ Β, χρόνος ἐν ᾧ ἐκίνησέ τι ἢ ἐκινήθη Γ. Εἰ δὲ ὑπὸ τοῦ Β τὸ Α θερμάνθη ἢ ὕσθη ἢ ἄλλο τι ἔπαθεν ἢ καὶ ὅτι οὖν ἐκινήθη ἐν τῷ χρόνῳ ἐφ' οὗ Γ, ἔστω τὸ Δ τοῦ Β ἑλαττον, καὶ τὸ ἑλαττον ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ ἑλαττον κινεῖται· ἔστω δὲ τὸ ἐφ' οὗ Ε ὑπὸ τοῦ Δ ἡλλοιωμένον. Ὅ δὲ ἔστι τὸ Δ πρὸς τὸ Β, τὸ Ε ἔσται πρὸς πεπερασμένον τι. (9) Ἐστω δὲ τὸ μὲν ἴσον ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἴσον ἡλλοιοῦν, τὸ δ' ἑλαττον ἐν τῷ ἴσῳ ἑλαττον, τὸ δὲ μείζον

Omne itaque corpus aut infinitum aut finitum esse necesse est. Et si infinitum est, aut similitium aut dissimilium partium esse. Et si dissimilium partium est, aut ex finitis specie, aut ex infinitis constare. (2) Patet igitur ex infinitis constare non posse, si quispiam nobis primas suppositiones manere sinat. Nam si primi motus finiti sunt, species quoque simplicium corporum finitas esse necesse est. Etenim simplicis quidem corporis motio, simplex est. Simples autem motiones, finitæ sunt. Atque omne naturale corpus motionem habere necesse est. At vero si infinitum ex finitis erit, quamque partium infinitam esse necesse est: dico autem aquam, vel ignem. At hoc esse non potest: demonstratum est enim, neque pondus neque levitatem in ratione rerum infinitam esse. (3) Præterea, loca quoque ipsarum, magnitudine infinita esse necesse est: quare et motus omnium infinitos esse. Hoc autem esse nequit, si primas suppositiones posuerimus veras esse, et neque id quod deorsum, neque id quod sursum fertur, in infinitum moveri possit. Impossibile est enim fieri id quod ortum subire non potest, tam in qualitate, quam in quantitate, quam etiam in Ubi. Dico autem hoc pacto: Si impossibile est, album quippiam fore, aut pedale, aut in Ægypto esse, et fieri quicquam horum impossibile est. Impossibile est igitur, et illuc etiam quicquam ferri, quo nullum corpus pervenire potest subiens lationem. (4) Præterea, et si juncta sunt, non minus tamen hisce, qui est ex omnibus ignis, infinitus esse potest. (5) At corpus est id quod omni ex parte dimensionem habet. Quare quæ fieri potest ut plura quidem sint dissimilia, unumquodque autem ipsorum sit infinitum? Omni enim ex parte quodque infinitum esse oportet. (6) At vero neque similitium partium omne, infinitum esse potest. Primo enim non est alius, præter hos, motus: horum igitur unum habebit. Quodsi hoc concedatur, eveniet sane, aut gravitatem, aut levitatem infinitam in ratione rerum esse. Atqui impossibile est, vel id quod versatur, infinitum esse. Fieri enim non potest ut infinitum ipsum versetur: nihil enim interest, hoc, an cælum infinitum esse dicatur. Hoc autem demonstratum est impossibile esse. (7) At vero fieri omnino non potest ut infinitum subeat motum. Aut enim secundum naturam aut vi motu ciebitur. Atqui si vi moveatur, est ipsius profecto et secundum naturam motus. Quare et locus proprius alius erit, ad quem ipsum suapte natura feretur. At hoc impossibile esse constat.

8. Omnino autem fieri non posse ut infinitum a finito patiatur, aut in quippiam finitum agat, ex hisce patere potest. Sit enim infinitum quidem α, finitum autem β, et tempus, in quo finitum movit, aut infinitum est motum, γ. Si igitur ipsum α calefactum est aut pulsum a β, aut aliud quippiam passum in tempore γ, sit δ ipso β minus, atque minus æquali in tempore moveat minus: sit autem ε ad ipso δ alteratum. Quod igitur δ est ad β, id ipsum ε ad infinitum aliquod erit (puta ζ). (9) Atque alterare ponatur, æquale quidem æquali in tempore æquale, minus autem

μείζον, τοσοῦτον δὲ ὅσον ἀνάλογον ἔσται ὅπερ τὸ μείζον πρὸς τὸ ἐλάττον. Οὐκ ἄρα τὸ ἄπειρον ὑπ' οὐδενὸς πεπερασμένου κινήσεται ἐν οὐθενὶ χρόνῳ· ἐλάττον γὰρ ἄλλο ἐν τῷ ἴσῳ ὑπὸ ἐλάττονος κινήσεται, πρὸς δὲ τὸ ἀνάλογον πεπερασμένον ἔσται· τὸ γὰρ ἄπειρον πρὸς τὸ πεπερασμένον ἐν οὐθενὶ λόγῳ ἔστιν. (10) Ἀλλὰ μὴ οὐδὲ τὸ ἄπειρον ἐν οὐθενὶ χρόνῳ κινήσει τὸ πεπερασμένον. Ἔστω γὰρ ἐφ' ᾧ τὸ Α ἄπειρον, τὸ δὲ Β πεπερασμένον, χρόνος ἐν δὲ τὸ Γ. Οὐκοῦν τὸ Δ ἐν τῷ Γ ἐλάττον τοῦ Β κινήσει· ἔστω τὸ Ζ. Ὁ δὲ ἔστι τὸ ΒΖ ὅλον πρὸς τὸ Ζ, τὸ Ε ἔχον τὸν λόγον τοῦτον ἔστω πρὸς τὸ Δ. Κινήσει ἄρα τὸ Ε τὸ ΒΖ ἐν τῷ Γ. Τὸ πεπερασμένον τοῖνον καὶ τὸ ἄπειρον ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἀλλοιώσει. Ἀλλ' ἀδύνατον· ἐν ἐλάττονι γὰρ τὸ μείζον ὑπέκειτο. ● Ἀλλ' αἰεὶ δὲ ληφθεὶς χρόνος ταῦτο ποιήσει, ὥστ' οὐκ ἔσται χρόνος οὐθεὶς ἐν ᾧ κινήσει. Ἀλλὰ μὴ ἐν ἄπειρῳ γε οὐκ ἔστι κινήσει οὐδὲ κινήσῃναι· πέρασ γὰρ οὐκ ἔχει, ἣ δὲ ποιήσεις καὶ τὸ πάθος ἔχει. (11) Οὐδ' ἄπειρον δὲ ὑπ' ἀπείρου ἐνδέχεται οὐδὲν παθεῖν. Ἔστω γὰρ τὸ Α ἄπειρον καὶ τὸ Β, χρόνος δ' ἐν ᾧ ἔπαθε τὸ Β ὑπὸ τοῦ Α, ἐφ' ᾧ ΓΔ. Τὸ δὲ ἐφ' ᾧ τὸ Ε τοῦ ἀπείρου μέρος, ἐπεὶ ὅλον πέπονθε τὸ Β, οὐκ ἐν ἴσῳ χρόνῳ τὸ αὐτό· ὑποκείσθω γὰρ ἐν ἐλάττονι κινεῖσθαι τὸ ἐλάττον χρόνῳ. Ἔστω τὸ Ε κεινημένον ὑπὸ τοῦ Α ἐν τῷ Δ. Ὁ δὲ τὸ Δ πρὸς τὸ ΓΔ, τὸ Ε ἔστι πρὸς τι τοῦ Β πεπερασμένον. Τοῦτο τοῖνον ἀνάγκη ὑπὸ τοῦ Α κινήσῃναι ἐν τῷ ΓΔ χρόνῳ· ὑπὸ γὰρ τοῦ αὐτοῦ ὑποκείσθω ἐν τῷ πλείονι καὶ ἐλάττονι χρόνῳ τὸ μείζον καὶ τὸ ἐλάττον πάσχειν, ὅσα ἀνάλογον τῷ χρόνῳ διήρηται. (12) Ἐν οὐδενὶ ἄρα χρόνῳ δυνατόν πεπερασμένῳ ἄπειρον ὑπ' ἀπείρου κινήσῃναι· ἐν ἀπείρῳ ἄρα. Ἀλλ' ὁ μὲν ἄπειρος χρόνος οὐκ ἔχει τέλος, τὸ δὲ κεινημένον ἔχει. (13) Ἐὶ τοῖνον πᾶν σῶμα αἰσθητὸν ἔχει δύναμιν ποιητικὴν ἢ παθητικὴν ἢ ἄμφω, ἀδύνατον σῶμα ἄπειρον αἰσθητὸν εἶναι. (14) Ἀλλὰ μὴ καὶ ὅσα γε σῶματα ἐν τόπῳ, πάντα αἰσθητά. Οὐκ ἔστιν ἄρα σῶμα ἄπειρον ἔξω τοῦ οὐρανοῦ οὐθέν. Ἀλλὰ μὴ οὐδὲ μέγρι τίνος. Οὐθὲν ἄρα ὅλιος σῶμα ἔστι τοῦ οὐρανοῦ. Εἰ μὲν γὰρ νοητόν, ἔσται ἐν τόπῳ· τὸ γὰρ ἔξω καὶ ἔσω τόπον σημαίνει. (15) Ὡστ' ἔσται αἰσθητόν· αἰσθητὸν δ' οὐθὲν μὴ ἐν τόπῳ.

15. Λογικώτερον δ' ἔστιν ἐπιχειρεῖν καὶ ὧδε. Οὐτε γὰρ κύκλῳ οἶοντε κινεῖσθαι τὸ ἄπειρον ὁμοιομερές ὁμῆσον μὲν γὰρ τοῦ ἀπείρου οὐκ ἔστι, τὸ δὲ κύκλῳ περὶ τὸ μέσον κινεῖται. Ἀλλὰ μὴ οὐδ' ἐπ' εὐθείας οἶοντε φέρεσθαι τὸ ἄπειρον· δεήσει γὰρ ἕτερον εἶναι τοσοῦτον τόπον ἄπειρον εἰς ὃν οἰσθήσεται κατὰ φύσιν, καὶ ἄλλον τοσοῦτον εἰς ὃν παρὰ φύσιν. (16) Ἔτι εἴτε φύσει ἔχει κίνησιν τοῦ εἰς εὐθὺ εἴτε βίᾳ κινεῖται, ἀμφοτέρως δεήσει ἄπειρον εἶναι τὴν κινουσαν ἰσχύν· ἣ τε γὰρ ἄπειρος ἀπείρου καὶ τοῦ ἀπείρου ἀπείρος ἡ ἰσχὺς. Ὡστ' ἔσται καὶ τὸ κινουὶν ἄπειρον, λόγος δ' ἐν τοῖς περὶ κινήσεως ὅτι οὐθὲν ἔχει ἄπειρον δύναμιν τῶν πεπερασμένων, οὐδὲ τῶν ἀπείρων πεπερασμένην. Εἰ οὖν τὸ κατὰ

in æquali minus, et majus etiam majus, atque tantum sane, quantum ratio flagitabit, quam habet majus ad minus. A nullo ergo finito, ullo in tempore movebitur infinitum. Minus enim aliud æquali in tempore a minore movebitur; ad quod id quod rationem subit, finitum nimirum erit. Infinitum enim, ad finitum nullam rationem subire potest. (10) At vero neque infinitum, ullo in tempore finitum movebit. Sit enim infinitum quidem α , finitum vero β , tempus autem γ . Igitur δ in γ tempore, minus β ipso movebit. Sit illud ζ : atque quam rationem $\beta\zeta$ totum habet ad ζ , eam habeat ϵ ad δ . Ergo ϵ movebit ipsum $\beta\zeta$ in tempore γ . Finitum ergo et infinitum æquali in tempore alterabunt. At fieri non potest. Supponebatur enim majus, minore in tempore alterare: atque tempus sumptum idem faciet semper. Quare nullum erit tempus in quo movebit. At vero fieri non potest, ut tempore infinito moveat, aut etiam moveatur: finem enim non habet; actio autem atque passio habent. (11) Atqui neque fieri potest ut infinitum ab infinito aliquid patiat. Sit enim tam α quam β infinitum, $\gamma\delta$ autem tempus, in quo passum est β ab α . Pars igitur infinitæ, quæ est ϵ , quoniam totum β fuit passum, non æquali tempore passa est idem. Supponatur enim minus tempore minore moveri. Sit ϵ motum ab α , in tempore δ . Quod igitur est ipsum δ ad $\gamma\delta$, id est ipsum ϵ ad quippiam finitum ipsius β . Hoc igitur ab α in $\gamma\delta$ tempore motum esse, necesse est. Supponatur enim, ab eodem in majore tempore, atque minore majus minusve pati, quæ quidem divisa sunt per temporis rationem. (12) Nullo ergo tempore finito, infinitum ab infinito moveri potest: in infinito ergo. Sed infinitum quidem tempus, finem non habet; id autem quod est motum, habet. (13) Si igitur omne sensibile corpus activam, aut passivam, aut utramque potentiam habet, impossibile est corpus infinitum sensibile esse. (14) At vero quæ corpora sunt in loco, omnia sensibilia sunt. Non ergo corpus ullum, extra cælum, infinitum erit: at neque etiam finitum. Nullum ergo corpus omnino est extra cælum. Nam si intelligibile sit, erit sane in loco. Extra enim, et intus, locum significat. Quare sensibile corpus erit: sensibile autem nullum, est non in loco.

15. Licet vero etiam rationes asserre magis logicas hujusmodi. Neque enim versari potest infinitum si sit similitium partium, quippe quom non sit medium infiniti: id vero, quod versatur, circa medium movetur. Neque recta moveri potest infinitum: oportebit enim alium tantum infinitum esse locum, ad quem suapte natura movebitur; et alium item tantum, ad quem præter naturam feretur. (16) Præterea, sive naturâ motum habeat recta ferendi, sive vi moveatur, utroque profecto modo moventes vires infinitas esse oportet. Vires enim infinitæ sunt infiniti, et infiniti vires sunt infinitæ. Quare et id quod movet, infinitum esse necesse est. Est autem in hisce, quæ de motu sunt dicta, ratio quedam, qua demonstratur, nihil finitorum potentiam infinitam, neque quicquam finitorum finitam habere. Si igitur id quod secundum naturam movetur, etiam

φύσιν καὶ παρὰ φύσιν ἐνδέχεται κινήθῃναι, ἔσται δύο
 ἄπειρα, τό τε κινῶν οὕτω καὶ τὸ κινούμενον. (17) Ἐτι
 τὸ κινῶν τὸ ἄπειρον τί ἐστιν; εἰ μὲν γὰρ αὐτὸ ἑαυτὸ,
 ἔμφυχον ἔσται. Τοῦτο δὲ πῶς δυνατόν ἄπειρον εἶναι
 5 ζῆρον; εἰ δ' ἄλλο τι τὸ κινῶν, δύο ἔσται ἄπειρα, τό τε
 κινῶν καὶ τὸ κινούμενον, διαφέροντα τὴν μορφήν καὶ
 τὴν δύναμιν. (18) Εἰ δὲ μὴ συνεχές τὸ πᾶν, ἀλλ'
 ὥσπερ λέγει Δημόκριτος καὶ Λεύκιππος, διωρισμένα
 τῶ κενῶ, μίαν ἀναγκαῖον εἶναι πάντων τὴν κίνησιν.
 10 Διωρίζεται μὲν γὰρ τοῖς σχήμασιν· τὴν δὲ φύσιν εἶναι
 φασιν αὐτῶν μίαν, ὥσπερ ἂν εἰ χυρὸς ἕκαστον εἴη κε-
 χωρισμένον. Τούτων δὲ, καθάπερ λέγομεν, ἀναγκαῖον
 εἶναι τὴν αὐτὴν κίνησιν· ὅπου γὰρ μία βῶλος, καὶ
 ἡ σύμπασα γῆ φέρεται, καὶ τό τε πᾶν πῦρ καὶ σπινθήρ
 15 εἰς τὸν αὐτὸν τόπον. Ὅσ' οὔτε κοῦφον ἀπλῶς οὐθὲν
 ἔσται τῶν σωμάτων, εἰ πάντ' ἔχει βῶρος· εἰ δὲ κουφό-
 τητα, βαρὺ οὐδέν. (19) Ἐτι εἰ βῶρος ἔχει ἡ κουφότητα,
 ἔσται ἡ ἔσχατόν τι τοῦ παντός ἡ μέσον. Τοῦτο δ' ἀδύ-
 νατον ἄπειρον γ' ὄντος. Ὅλωσ τε, οὐ μὴ ἐστί μέσον
 20 μῆδ' ἔσχατον, μῆδὲ τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω, τόπος
 οὐθεὶς ἔσται τοῖς σώμασι τῆς φορᾶς. Τοῦτου δὲ μὴ ὄντος
 κινήσις οὐκ ἔσται· ἀνάγκη γὰρ κινεῖσθαι ἧτοι κατὰ
 φύσιν ἢ παρὰ φύσιν, ταῦτα δ' ὄρισται τοῖς τόποις
 τοῖς τ' οἰκείοις καὶ τοῖς ἀλλοτριόις. (20) Ἐτι εἰ
 25 οὐ παρὰ φύσιν τι μένει ἢ φέρεται, ἀνάγκη τινὸς ἄλλου
 εἶναι τοῦτον τὸν τόπον κατὰ φύσιν (τοῦτο δὲ πιστόν ἐκ
 τῆς ἐπαγωγῆς), ἀνάγκη δὲ μὴ πάντα ἢ βῶρος ἔχειν
 ἢ κουφότητα, ἀλλὰ τὰ μὲν τὰ δ' οὐ. Ὅτι μὲν τοί-
 νων οὐκ ἔστι τὸ σῶμα τοῦ παντός ἄπειρον, ἐκ τούτων
 30 φανερόν.

præter naturam moveri potest; erunt infinita duo, id, in-
 quam, quod sic movet, et id quod movetur. (17) Præterea,
 quid est id quod infinitum movet? Nam si ipsum se ipsum
 movet, animatum erit profecto: Hoc autem, quonam pacto
 infinitum animal esse potest? Sin aliud quippiam est quod
 movet, duo erunt Infinita profecto: id, inquam, quod movet,
 et id quod movetur, forma potentiaque diversa. (18) Si uni-
 versum autem non sit continuum, sed, ut Democritus dicit
 ac Leucippus, corpora vacuo sint distincta, unum omnium
 esse motum necesse est. Sunt enim figuris distincta: naturam
 autem ipsorum unam inquirunt esse, perinde atque si quod-
 que separatam aurum esset. Horum autem, uti dicimus,
 eundem esse motum necesse est. Quo namque gleba fer-
 tur, eo et universa terra movetur; et totus ignis, atque
 scintilla, eundem ad locum feruntur. Quare si cuncta pon-
 dus habent, nullum corpus leve simpliciter erit: si cuncta
 sunt levia, nullum erit participes gravitatis. (19) Præ-
 terea, si pondus habent, vel levitatem, aut ultimum quid
 universi, aut medium erit. Hoc autem esse nequit: quippe
 quum sit infinitum. Omnino autem ubi medium non est
 aut ultimum, neque hoc quidem est supra, hoc autem in-
 fra: nullus latioris locus corporibus erit. At hic si non
 sit, motus non erit. Moveantur enim, aut secundum natu-
 ram, aut præter naturam, necesse est: hæc autem definita
 sunt propriis alienisque locis. (20) Præterea si, ubi præter
 naturam manet quippiam, aut quo fertur, illum alii locum
 cuiquam competere natura necesse est (quod quidem ex
 inductione patere potest); non omnia sane pondus aut le-
 vitatem habere, sed quædam habere, quædam non habere
 necesse est. Universi igitur corpus infinitum non esse, ex
 iis quæ diximus, patet.

CAP. VIII.

Διότι δ' οὐδὲ πλείους ὁῶντ' οὐρανοὺς εἶναι, λέγω-
 μεν· τοῦτο γὰρ ἔραμεν ἐπισκεπτέον, εἴ τις μὴ νομίζει
 καθόλου δεδεῖχθαι περὶ τῶν σωμάτων ὅτι ἀδύνατον
 5 ἔκτος εἶναι τοῦ κόσμου τοῦδε ὅτιον αὐτῶν, ἀλλὰ μόνον
 ἐπὶ τῶν ἀορίστων κειμένων εἰρησθαι τὸν λόγον. Ἄπαντα
 γὰρ καὶ μένει καὶ κινεῖται βία καὶ κατὰ φύσιν, καὶ
 κατὰ φύσιν μὲν, ἐν ᾗ μένει μὴ βία, καὶ φέρεται, καὶ
 εἰς ὃν φέρεται, καὶ μένει, ἐν ᾗ δὲ βία, καὶ φέρεται βία,
 καὶ εἰς ὃν βία φέρεται, βία καὶ μένει. Ἐτι εἰ βία
 10 ἦδε ἡ φορᾶ, ἡ ἐναντία κατὰ φύσιν. (2) Ἐπὶ δὲ τὸ
 μέσον τὸ ἐνταῦθα εἰ βία οἰσθήσεται ἡ γῆ ἐκείθεν, ἐντεῦ-
 θεν οἰσθήσεται ἐκεῖ κατὰ φύσιν· καὶ εἰ μένει ἐνταῦθα
 ἡ ἐκείθεν μὴ βία, καὶ οἰσθήσεται κατὰ φύσιν δέυρο.
 Μία δ' ἡ κατὰ φύσιν. (3) Ἐτι ἀνάγκη πάντας τοὺς
 15 κόσμους ἐκ τῶν αὐτῶν εἶναι σωμάτων, ὁμοίους γ' ὄντας
 τὴν φύσιν. Ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν σωμάτων ἕκαστον
 ἀναγκαῖον τὴν αὐτὴν ἔχειν δύναμιν, ὅσον λέγω πῦρ καὶ
 γῆν καὶ τὰ μεταξὺ τούτων· εἰ γὰρ ὁμώνυμα ταῦτα καὶ
 μὴ κατὰ τὴν αὐτὴν ἰδέαν λέγονται τάκεϊ τοῖς παρ'
 60 ἡμῖν, καὶ τὸ πᾶν ὁμωνύμως ἂν λέγοιτο κόσμος. Δῆλον
 τοίνυν ὅτι τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ μέσου φέρεσθαι πέφυκε, τὸ
 δ' ἐπὶ τὸ μέσον αὐτῶν, εἴπερ πᾶν ὁμοιοειδὲς τὸ πῦρ τῶ

Nunc autem dicamus, cur plures esse cæli non pos-
 sunt. Hoc enim considerandum diximus esse, si quispiam
 demonstratum esse de corporibus universaliter non putet
 extra mundum hunc nihil ipsorum esse posse, sed sermonem
 dictum esse duntaxat existimet de hisce corporibus, quæ
 indefinite ponuntur. Omnia itaque corpora et vi, et na-
 tura, et manent, et moventur. Atque quo in loco non vi
 manent, ad eum secundum naturam feruntur, et ad quem
 non vi feruntur, in eo manent natura. Quo vero in loco vi
 manent, ad eum et vi sane feruntur; et ad quem vi ferun-
 tur, in eo vi quoque manent. Præterea si hæc latio vi fit,
 contraria competit secundum naturam. (2) Atque si ad hoc
 medium illinc vi terra feretur, hinc illuc secundum naturam
 feretur. Et si hic terra non vi manet, et hic natura sane
 feretur. Unus autem erit ille motus, qui est secundum na-
 turam. (3) Præterea, mundos universos ex eisdem corpo-
 ribus constare, quum sint ejusdem naturæ, necesse est.
 Corporum etiam unumquodque potentiam eandem habere
 necesse est: ut terram, ignem, et ea quæ inter hæc collocan-
 tur. Nam si hæc solo conveniunt nomine, et non forma eadem
 ea quæ illic et hic sunt, dicuntur, universum quoque no-
 mine profecto tantum Mundus dicitur. Patet igitur, ipsorum
 aliud e medio, aliud ad medium aptum esse suapte natura
 ferri, si ignis omnis ejusdem est formæ, et unumquodque, ut

πυρὶ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, ὡσπερ καὶ τὰ ἐν τούτῳ
 μόρια τοῦ πυρός. Ὅτι δ' ἀνάγκη οὕτως ἔχειν, ἐκ τῶν
 περὶ τὰς κινήσεις ὑποθέσεων φανερόν· α' τε γὰρ κινή-
 σεις πεπερασμέναι, ἕκαστόν τε τῶν στοιχείων λέγεται
 5 καθ' ἑκάστην τῶν κινήσεων. (4) Ὅστ' εἶπερ καὶ αἱ
 κινήσεις αἱ αὐταί, καὶ τὰ στοιχεία ἀνάγκη εἶναι παν-
 ταχοῦ ταῦτά. Πέφυκεν ἄρα φέρεσθαι καὶ ἐπὶ τὸδε
 τὸ μέσον τὰ ἐν ἄλλῳ κόσμῳ τῆς γῆς μόρια, καὶ πρὸς
 τὸδε τὸ ἔσχατον τὸ ἐκεῖ πῦρ. Ἄλλ' ἀδύνατον· τού-
 10 τῳ γὰρ συμβαίνοντος ἀνάγκη φέρεσθαι ἄνω μὲν τὴν
 γῆν ἐν τῷ οἰκείῳ κόσμῳ, τὸ δὲ πῦρ ἐπὶ τὸ μέσον, ὁμοίως
 δὲ καὶ τὴν ἐντεῦθεν γῆν ἀπὸ τοῦ μέσου φέρεσθαι κατὰ
 φύσιν, πρὸς τὸ ἐκεῖ φερομένην μέσον διὰ τὸ τοὺς κόσμους
 οὕτω κείσθαι πρὸς ἀλλήλους. (5) Ἡ γὰρ οὐ θετέον
 15 τὴν αὐτὴν εἶναι φύσιν τῶν ἀπλῶν σωμάτων ἐν τοῖς
 πλείοσιν οὐρανοῖς, ἢ λέγοντας οὕτως τὸ μέσον ἐν ποιεῖν
 ἀνάγκη καὶ τὸ ἔσχατον· τούτου δ' ὄντος ἀτόπου ἀδύ-
 νατον εἶναι κόσμους πλείους ἐνός. (6) Τὸ δ' ἀξιοῦν
 ἄλλαν εἶναι φύσιν τῶν ἀπλῶν σωμάτων, ἂν ἀποσχῶσιν
 20 ἕλαττον ἢ πλείον τῶν οἰκείων τόπων, ἄλογον· τί γὰρ
 διαφέρει τοσονδὲ φάναι μῆκος ἀποσχεῖν ἢ τοσονδὲ;
 διοίσει γὰρ κατὰ λόγον, ὅσω πλείον μᾶλλον, τὸ δ' εἶδος
 τὸ αὐτό. (7) Ἄλλὰ μὴν ἀνάγκη γ' εἶναι τινα κίνησιν
 αὐτῶν· ὅτι μὲν γὰρ κινουῦνται, φανερόν. Ὅτερον οὖν
 25 βία πάσας ἐροῦμεν κινεῖσθαι καὶ τὰς ἐναντίας; ἀλλ'
 ὁ μὴ πέφυκεν ὀλιγὸς κινεῖσθαι, ἀδύνατον τοῦτο κινεῖσθαι
 βία. Εἰ τοίνυν ἐστὶ τις κίνησις αὐτῶν κατὰ φύσιν,
 ἀνάγκη τῶν ὁμοιοειδῶν καὶ τῶν καθ' ἕκαστον πρὸς ἓνα
 ἀριθμῷ τόπον ὑπάρχειν τὴν κίνησιν, ὅλον πρὸς τὸδε τι
 30 μέσον καὶ πρὸς τὸδε τι ἔσχατον. (8) Εἰ δὲ πρὸς εἶδει
 ταῦτά, πλείω δέ, διότι καὶ τὰ καθ' ἕκαστα πλείω μὲν,
 εἶδει δ' ἕκαστον ἀδιάφορον, οὐ τῶ μὲν τῶ δ' οὐ τοιοῦτον
 ἔσται τῶν μορίων, ἀλλ' ὁμοίως πᾶσιν ὁμοίως γὰρ ἅπαντα
 κατ' εἶδος ἀδιάφορα ἀλλήλων, ἀριθμῷ δ' ἕτερον ὅτι οὖν
 35 ὁτουοῦν. (9) Λέγω δὲ τοῦτο, ὅτι εἰ τὰ ἐνταῦθα μόρια
 πρὸς ἀλλήλα καὶ τὰ ἐν ἑτέρῳ κόσμῳ ὁμοίως ἔχει, καὶ τὸ
 ληφθὲν ἐντεῦθεν οὐδὲν διαφερόντως πρὸς τῶν ἐν ἄλλῳ τινὶ
 κόσμῳ μορίων καὶ πρὸς τῶν ἐν τῷ αὐτῷ, ἀλλ' ὡσαύτως·
 διαφέρουσι γὰρ οὐθὲν εἶδει ἀλλήλων. (10) Ὅστ' ἀναγκαῖον
 40 ἢ κινεῖν ταῦτας τὰς ὑποθέσεις, ἢ τὸ μέσον ἐν εἶναι καὶ
 τὸ ἔσχατον. Τούτου δ' ὄντος ἀνάγκη καὶ τὸν οὐρανὸν
 ἓνα μόνον εἶναι καὶ μὴ πλείους, τοῖς αὐτοῖς τεκμηρίοις
 τούτοις καὶ ταῖς αὐταῖς ἀνάγκαις. (11) Ὅτι δ' ἐστὶ τι
 οὐ πέφυκεν ἢ γῆ φέρεσθαι καὶ τὸ πῦρ, δῆλον καὶ ἐκ
 45 τῶν ἄλλων. Ὅλιγὸς γὰρ τὸ κινούμενον ἐκ τινος εἰς τι
 μεταβάλλει, καὶ ταῦτα ἐξ οὗ καὶ εἰς δ' εἶδει διαφέρει.
 Πᾶσα δὲ πεπερασμένη μεταβολή, ὅσον τὸ ὑγιαζόμενον
 ἐκ νόσου εἰς ὑγίαιαν καὶ τὸ αὐξανόμενον ἐκ μικρότητος
 εἰς μέγεθος. Καὶ τὸ φερόμενον ἄρα· καὶ γὰρ τοῦτο
 50 γίνεται ποθεν ποῖ. Δεῖ ἄρα εἶδει διαφέρειν ἐξ οὗ καὶ
 εἰς δ' ὀλίγου φέρεσθαι, ὡσπερ τὸ ὑγιαζόμενον, οὐχ οὗ
 ἔτυχεν, οὐδ' οὐ βούλεται ὁ κινῶν. Καὶ τὸ πῦρ ἄρα καὶ
 ἢ γῆ οὐκ εἰς ἄπειρον φέρονται, ἀλλ' εἰς ἀντικείμενα.
 Ἀντίκειται δὲ κατὰ τόπον τὸ ἄνω τῷ κάτω, ὥστε ταῦτα

ceterorum eae etiam partes ignis, quae hoc in mundo sunt.
 Haec autem ita sese habere necessario, ex suppositionibus pa-
 tet quas de motibus prius attulimus. Nam et motiones finitae
 sunt, et unumquodque elementorum per unumquemque
 motuum dicitur. (4) Quare si motiones eadem sunt, et
 elementa sint eadem ubique, necesse est. Partes igitur terrae
 quae in alio mundo sunt, etiam ad hoc medium aptae sunt
 ferri: et ignis etiam qui est ibi, ad hoc ultimum ferri suapte
 natura potest. At impossibile est. Si enim hoc eveniat, sur-
 sum quidem terram suo in mundo, ignem autem ad medium
 ferri necesse est: simili modo et terram, quae est hic, e me-
 dio secundum naturam ferri, medium illius mundi peten-
 tem, necesse est, propterea quod mundi inter sese talem
 habent positionem. (5) Aut enim ponendum non est, ean-
 dem corporum naturam simplicium in caelis pluribus esse:
 aut si eandem esse ponamus, ipsum medium unum, et ul-
 timum itidem unum faciamus, necesse est. Quodsi hoc ab-
 surdum eveniat, uno plures esse mundos impossibile est.
 (6) Censere autem aliam simplicium esse naturam, si mi-
 nus aut plus a propriis locis distent, metas egredietur rati-
 onis. Quid enim refert, tanta longitudine, an tanta di-
 stent? Different enim tanto ratione magis, quanto plus
 distent: formam autem eandem habebunt. (7) At vero
 motum ipsorum aliquem esse, necesse est: patet enim, ipsa
 moveri. Omnibusne igitur motibus vi moveri, contrariisque
 dicemus? At quod omnino moveri aptum non est, id ut vi
 moveatur fieri nequit. Si igitur est quispiam motus ipsorum
 secundum naturam, et eorum sane, quae sunt ejusdem
 formae, et singulorum ad unum numero locum, ad hoc,
 inquam, medium, et ad hoc ultimum, motionem esse ne-
 cesse est. (8) Si vero ad eadem specie, plura autem numero,
 motus ipsorum sit, propterea quod et singula plura quidem
 sunt, specie vero non differunt: non huic quidem partium
 tale, huic autem non tale, sed similiter omnibus idem ac-
 commodabitur. Eadem enim nec differente omnes inter sese
 specie constat esse, numero vero quamvis a quavis differre.
 (9) Hoc autem ideo dico, quia si partes, quae hic sunt, et
 partes, quae in altero mundo sunt, inter sese similiter habent,
 etiam ea quae hinc est sumpta, nullam differentiam ad ea-
 rum partium ullam habet, quae in alio, et in eodem sunt
 mundo, sed eodem se habet ad omnes: quippe quum inter
 se non differant forma. (10) Quare aut hasce suppositiones
 movere, aut medium unum, et ultimum unum esse, ne-
 cesse est. Quod si sit, et caelum his eisdem profecto signis et
 eisdem necessitatibus unum solum nec plures esse necesse
 est. (11) Esse autem quippiam, quo ferri terra est apta, ac
 ignis, ex ceteris etiam patet. Omnino enim id quod mo-
 vetur, ex quopiam in quippiam mutatur: atque haec, ex quo,
 inquam, et in quod, specie differunt. Omnis autem mutatio,
 finita est sane: velut id quod sanatur, ex morbo it ad sani-
 tatem; et id quod accrescit, e quantitate parva ad magnam
 accedit. Id ergo quod fertur, legem eandem subit: et
 enim hoc ex loco in locum eundo fit. Id ergo, ex quo, et
 id, ad quod aptum est ferri, specie differre oportet, quem-
 admodum id quod sanatur, non quovis sine ullo discrimine
 pergit, neque quo vult is qui movet. Et ignis ergo, et
 terra, non in infinitum, sed in opposita sane feruntur.
 Supra autem, et infra sunt ea quae in loco subeunt oppa-

ἔσται πέρατα τῆς φορᾶς, (12) ἐπεὶ καὶ ἡ κύκλω ἔχει πῶς ἀντικείμενα τὰ κατὰ διάμετρον· τῇ δ' ὄλη οὐκ ἔστιν ἐναντίον οὐδέν. Ὡστε καὶ τούτοις τρόπον τινὲ ἡ κίνησις εἰς τὰ ἀντικείμενα καὶ πεπερασμένα. Ἀνάγκη ἄρα εἶναι τι τέλος καὶ μὴ εἰς ἄπειρον φέρεσθαι. (13) Τε-
 5 κμηρίων δὲ τοῦ μὴ εἰς ἄπειρον φέρεσθαι καὶ τὸ τὴν γῆν μὲν, ὅσῳ ἂν ἐγγυτέρω ᾖ τοῦ μέσου, θᾶττον φέρεσθαι, τὸ δὲ πῦρ, ὅσῳ ἂν τοῦ ἄνω. Εἰ δ' ἄπειρον ᾖν, ἄπειρος ἂν ᾖν καὶ ἡ ταχυτῆς καὶ τὸ βάρος καὶ ἡ κουφό-
 10 τῆς· ὡς γὰρ τὸ κατωτέρω ταχυτῆτι ἐτέρου τῷ βαρεῖ ἂν ᾖν ταχύ, οὕτως εἰ ἄπειρος ᾖν ἡ τούτου ἐπίδοσις, καὶ ἡ τῆς ταχυτῆτος ἐπίδοσις ἄπειρος ἂν ᾖν. (14) Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ὑπ' ἄλλου φέρεται αὐτῶν τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω· οὐδὲ βία, ὥσπερ τινὲς φασὶ τῇ ἐκθλίψει. Βρα-
 15 δύτερον γὰρ ἂν ἐκινεῖτο τὸ πλεῖον πῦρ ἄνω καὶ ἡ πλείων γῆ κάτω· νῦν δὲ τοῦναντίον ἀεὶ τὸ πλεῖον πῦρ θᾶττον φέρεται καὶ ἡ πλείων γῆ εἰς τὸν αὐτῆς τόπον. Οὐδὲ θᾶττον ἂν πρὸς τῷ τέλει ἐφέρετο, εἰ τῇ βίᾳ καὶ τῇ ἐκθλίψει· πάντα γὰρ τοῦ βιασαμένου πορρω-
 20 τέρω γιγνόμενα βραδύτερον φέρεται, καὶ ὅθεν βία, ἐκεῖ φέρεται οὐ βία. (15) Ὡστ' ἐκ τούτων θεωροῦσιν ἔστι λαβεῖν τὴν πίστιν περὶ ὧν λέγομεν ἱκανῶς. Ἔτι δὲ καὶ διὰ τῶν ἐκ τῆς πρώτης φιλοσοφίας λόγων δειχθεῖν ἂν, καὶ ἐκ τῆς κύκλω κινήσεως ᾖν ἀναγκαῖον αἰτίων
 25 ἁμοίως ἐνταῦθα τ' εἶναι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις κόσμοις. (16) Δῆλον δὲ κἀν ὧδε γένοιτο σκοποῦμένους ὅτι ἀνάγκη ἓνα εἶναι τὸν οὐρανόν. Τριῶν γὰρ ὄντων τῶν σωματι-
 κῶν στοιχείων, τρεῖς ἔσονται καὶ οἱ τόποι τῶν στοιχείων, εἷς μὲν ὁ τοῦ ὑψισταμένου σώματος ὁ περὶ τὸ μέσον,
 30 ἄλλος δὲ ὁ τοῦ κύκλω φερομένου, ὅσπερ ἔστιν ἔσχατος, τρίτος δ' ὁ μεταξὺ τούτων ὁ τοῦ μέσου σώματος. Ἀνάγκη γὰρ ἐν τούτῳ εἶναι τὸ ἐπιπολάζον· εἰ γὰρ μὴ ἐν τούτῳ, ἔξω ἔσται. Ἀλλ' ἀδύνατον ἔξω· τὸ μὲν γὰρ ἀβαρὲς τὸ δ' ἔχον βάρος, κατωτέρω δὲ ὁ τοῦ βάρους
 35 ἔχοντος σώματος τόπος, εἴπερ ὁ πρὸς τῷ μέσῳ τῷ βαρέως. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ παρὰ φύσιν· ἄλλω γὰρ ἔσται κατὰ φύσιν, ἄλλο δ' οὐκ ᾖν. Ἀνάγκη ἄρα ἐν τῷ μεταξὺ εἶναι. Τούτου δ' αὐτοῦ τίνες εἰσὶ διαφοραί, ὅσπερ ἐροῦμεν. Περὶ μὲν οὖν τῶν σωματικῶν στοιχείων,
 40 πῶς τ' ἔστι καὶ πόσα, καὶ τίς ἐκάστου τόπος, ἔτι δ' ὅλων πόσοι τὸ πλῆθος οἱ τόποι, δῆλον ἡμῖν ἐκ τῶν εἰρημένων.

sitionem. Quibus efficitur ut hæc lationis sint fines. (12) Nam et conversio, opposita quodammodo habet ea quæ per diametrum distant : toti vero non est contrarium quicquam. Quare et hisce motio quodammodo in opposita fit, atque finita. Sit igitur quispiam exitus, et non sine fine ferantur, necesse est. (13) Non ferri autem hæc in infinitum, signum etiam hoc esse videtur. Terra namque, et ignis, quo propinquiora sunt locis suis, illa quidem medio, ignis vera supero loco, eo celerius porro feruntur. Quodsi infinitus esset locus, infinita nimirum et celeritas esset, et gravitas et levitas. Nam ut id quod inferius altero pergeret, celeritate differens, gravitate celere esset : sic si infinita esset hujus accretio, etiam incrementum sane celeritatis infinitum esset. (14) At vero neque ab alio, neque vi, ut quidam inquit, extrusum, sursum alterum ipsorum, deorsum alterum fertur. Tardius enim, major ignis sursum, et major terra deorsum utique moveretur. Nunc autem contrarium fit : ignis enim major, et terra etiam major celerius semper proprium locum petit. Neque porro celerius prope finem pergerent, si vi extrusioneque moverentur. Omnia namque quæ ita moventur, quum longius ab eo quod vim attulit, distant, tardius sane feruntur : atque unde vi pulsa sunt, illuc non vi sed suapte nutu feruntur. (15) Quare fides ex hisce sumi de quibus loquimur, satis potest. Præterea per rationes etiam, quæ ex prima philosophia adduci possunt, et ex ipsa conversione (quam quidem hic similiter, et in ceteris mundis perpetuum esse, necesse est) hoc idem demonstrari profecto potest. (16) Fuerit insuper manifestum, cælum necessario unum esse, etiam si hoc considerabimus modo. Nam quum tria sint elementa corporea, tria nimirum et loca elementorum erunt. Atque unus quidem locus corporis ejus erit quod sub omnibus collocatur, qui quidem circa medium est. Alius autem ejus quod orbe fertur, qui quidem ultimus est. Et tertius, ejus quod est medium corpus, qui quidem inter hæc loca medius est. In hoc enim id esse corpus necesse est, quod eminent levitate. Nam si in hoc non est, extra collocabitur sane. At hoc fieri non potest. Aliud enim pondere caret, aliud pondus habet : locus autem ejus corporis, quod pondus habet, inferior est, si is qui est in medio, gravis est corporis locus. At neque præter naturam in hoc est loco : competet enim alii hoc secundum naturam. At nullum est aliud corpus. In ipso ergo medio inter dicta loca hoc esse necesse est. Hujus autem ipsius quænam sint differentiæ, posterius explicabimus. De corporeis igitur elementis quænam, et quot sint, et quis cujusque locus, et quot insuper sint multitudinem ipsa loca, ex his quæ diximus, patuit.

CAP. IX.

Ὅτι δ' οὐ μόνον εἷς ἔστιν οὐρανός, ἀλλὰ καὶ ἀδύνατον γενέσθαι πλείους, ἔτι δ' ὡς αἰδίου ἀφθαρτος ἂν καὶ
 45 ἀγέννητος, λέγωμεν, πρῶτον διαπορήσαντες περὶ αὐτοῦ. (2) Δόξειε γὰρ ἂν ὡαὶ σκοποῦμένους ἀδύνατον ἓνα καὶ μόνον εἶναι αὐτόν· ἐν ἅσπαι γὰρ καὶ τοῖς φύσει καὶ τοῖς ἀπὸ τέχνης συνεστῶσι καὶ γεγεννημένοις ἕτερόν ἔστιν αὐτῇ καθ' αὐτὴν ἡ μορφή καὶ μειμιγμένη μετὰ
 50 τῆς ὕλης, οἷον τῆς σφαιρας ἕτερον τὸ εἶδος καὶ ἡ χρυσῆ καὶ ἡ χαλκῆ σφαῖρα, καὶ πάλιν τοῦ κύκλω ἕτερα ἡ μορφή καὶ ὁ χαλκός καὶ ὁ ξύλινος κύκλος· τὸ γὰρ τί

Dicamus autem deinceps oportet, mundum non solum unum esse, sed etiam plures esse non posse, et insuper perpetuum esse, quum neque corruptionem, neque generationem subire possit : primo dubitatione de ipso allata. (2) Nam si hoc pacto considerabimus, impossibile esse videbitur, unum ipsum ac solum esse. Universis enim rebus, quæ aut a natura, aut ab arte sunt factæ, aliud est ipsa per se ipsam forma, et quæ est cum materia mixta, ceu sphaera forma alia est, et aurea atque aenea sphaera : et circuli rursus alia est ipsa forma, et æneus circulus, li-

ἦν εἶναι λέγοντες σφαῖρα ἢ κύκλω οὐκ ἐροῦμεν ἐν τῷ λόγῳ χρυσὸν ἢ χαλκόν, ὡς οὐκ ὄντα ταῦτα τῆς οὐσίας· ἐὰν δὲ τὴν χαλκῆν ἢ χρυσῆν, ἐροῦμεν, καὶ ἐὰν μὴ δυνώμεθα νοῆσαι μηδὲ λαβεῖν ἄλλο τι παρὰ τὸ καθ' ἕκαστον.

6 Ἐνίοτε γὰρ οὐθὲν κωλύει τοῦτο συμβαίνειν, ὅσον εἰ μόνος εἷς ληφθεὶς κύκλος· οὐθὲν γὰρ ἦττον ἄλλο ἔσται τὸ κύκλω εἶναι καὶ τῷδε τῷ κύκλω, καὶ τὸ μὲν εἶδος, τὸ δ' εἶδος ἐν τῇ ὕλῃ καὶ τῶν καθ' ἕκαστον. Ἐπεὶ οὖν ἔστιν ὁ οὐρανὸς αἰσθητός, τῶν καθ' ἕκαστον ἂν εἴη· τὸ

10 γὰρ αἰσθητὸν ἅπαν ἐν τῇ ὕλῃ ὑπῆρχεν. Εἰ δὲ τῶν καθ' ἕκαστον, ἕτερον ἂν εἴη τῷδε τῷ οὐρανῷ εἶναι καὶ οὐρανῷ ἅπλως. Ἐτερον ἄρα δεῖ ὁ οὐρανὸς καὶ οὐρανὸς ἅπλως, καὶ τὸ μὲν ὡς εἶδος καὶ μορφή, τὸ δ' ὡς τῇ ὕλῃ μεμιγμένον. Ὡν δ' ἐστὶ μορφή τις καὶ εἶδος,

15 ἦτοι ἔστιν ἢ ἐνδέχεται πλείω γενέσθαι τὰ καθ' ἕκαστα. Ἐἴτε γὰρ ἔστιν εἶδη, καθάπερ φασί τινες, ἀνάγκη τοῦτο συμβαίνειν, εἴτε καὶ χωριστὸν μὴθὲν τῶν τοιούτων, οὐθὲν ἦττον· ἐπὶ πάντων γὰρ οὕτως δροῦμεν, ὅσων ἡ οὐσία ἐν ὕλῃ ἐστίν, πλείω καὶ ἄπειρα ὄντα τὰ ὁμοιο-

20 εἶδη. Ὡστε ἦτοι εἰσὶ πλείους οἱ οὐρανοὶ ἢ ἐνδέχεται πλείους εἶναι. (3) Ἐκ μὲν οὖν τούτων ὑπολάβοι τις ἂν καὶ εἶναι καὶ ἐνδέχασθαι πλείους εἶναι οὐρανοὺς· σκεπτέον δὲ πάλιν τί τούτων λέγεται καλῶς καὶ τί οὐ καλῶς. Τὸ μὲν οὖν ἕτερον εἶναι τὸν λόγον τὸν ἄνευ τῆς

25 ὕλης καὶ τὸν ἐν τῇ ὕλῃ τῆς μορφῆς καλῶς τε λέγεται, καὶ ἔστω τοῦτ' ἀληθές. Ἄλλ' οὐδὲν ἦττον οὐδέμια ἀνάγκη διὰ τοῦτο πλείους εἶναι κόσμους, οὐδ' ἐνδέχεται γενέσθαι πλείους, εἴπερ οὗτος ἐξ ἀπάσης ἐστὶ τῆς ὕλης, ὡσπερ ἔστιν. (4) Ὡδὲ δὲ μᾶλλον ἴσως τὸ λεγόμενον

30 ἔσται ὀρθόν. Εἰ γὰρ ἔστιν ἡ γρυπότης καμπυλότης ἐν ῥινὶ ἢ σαρκί, καὶ ἔστιν ὕλη τῇ γρυπότητι ἢ σάρξ, εἰ ἐξ ἀπασῶν τῶν σαρκῶν μία γένοιτο σὰρξ καὶ ὑπάρξειεν αὐτῇ τὸ γρυπόν, οὐθὲν ἂν ἄλλ' οὐτ' εἴη γρυπὸν οὐτ' ἐνδέχοιτο γενέσθαι. Ὁμοίως δὲ καὶ εἰ τῷ ἀνθρώπῳ

35 ἔστιν ὕλη σάρκες καὶ ὀστέα, εἰ ἐκ πάσης τῆς σαρκὸς καὶ πάντων τῶν ὀστέων ἀνθρώπος γένοιτο ἀδυνάτων ὄντων διαλυθῆναι, οὐκ ἂν ἐνδέχοιτο εἶναι ἄλλον ἀνθρώπον. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· ὅλως γὰρ ὅσων ἔστιν ἡ οὐσία ἐν ὑποκειμένῃ τινὶ ὕλῃ, τούτων οὐδὲν ἐνδέχεται

40 γενέσθαι μὴ ὑπαρχούσης τινὸς ὕλης. (5) Ὁ δ' οὐρανὸς ἔστι μὲν τῶν καθ' ἕκαστα καὶ τῶν ἐκ τῆς ὕλης· ἀλλ' εἰ μὴ ἐκ μορίου αὐτῆς συνέστηκεν ἀλλ' ἐξ ἀπάσης, τὸ μὲν εἶναι αὐτῷ οὐρανῷ καὶ τῷδε τῷ οὐρανῷ ἕτερον ἔστιν, οὐ μέντοι οὐτ' ἂν εἴη ἄλλος οὐτ' ἂν ἐνδέχοιτο γενέσθαι

45 πλείους διὰ τὸ πᾶσαν τὴν ὕλην περιελιχθέναι τοῦτον. Λείπεται ἄρα τοῦτο δεῖξαι, ὅτι ἐξ ἅπαντος τοῦ φυσικοῦ καὶ τοῦ αἰσθητοῦ συνέστηκε σώματος. (6) Εἴπωμεν δὲ πρῶτον τί λέγομεν εἶναι τὸν οὐρανὸν καὶ ποσαγῶς, ἵνα μᾶλλον ἡμῖν ὀρθόν γένηται τὸ ζητούμενον. Ἐνα

50 μὲν οὖν τρόπον οὐρανὸν λέγομεν τὴν οὐσίαν τὴν τῆς ἐσχάτης τοῦ παντός περιφορᾶς, ἢ σῶμα φυσικὸν τὸ ἐν τῇ ἐσχάτῃ περιφορᾷ τοῦ παντός· εἰώθαμεν γὰρ τὸ ἔσχατον καὶ τὸ ἄνω μάλιστα καλεῖν οὐρανόν, ἐν ᾧ καὶ τὸ θεῖον πᾶν ἰδρῦσθαι φαμεν. Ἄλλον δ' αὖ τρόπον τὸ

gneusve. Sphaeræ namque quidditatem, aut circulo assignantes, non aurum, non æs in oratione dicemus: quippe quum hæc substantiæ non sint: si vero æneam aut auream sphaeram indicamus, sic dicemus, etiam si præter singulare quicquam aliud intelligere aut sumere non possumus: (interdum enim ut hoc accidat, nihil obstat; veluti si solus unus circulus fuerit sumptus:) non minus enim aliud erit esse circumlum, et hunc circumlum esse, et illud quidem forma, hoc autem in materia forma erit ac singulare. Quum igitur cælum sensibile sit, singularium aliquid erit profecto. Sensibile enim omne, in materia est. Si singulare autem est, aliud erit esse hoc cælum, et cælum simpliciter. Est ergo aliud, hoc cælum et simpliciter cælum: atque hoc est ut species atque forma; illud ut cum materia mixtum. Quorum autem forma quædam et species est, eorum aut sunt, aut esse possunt plura singulariter. Nam si sint, ut quidam inquit, formæ; hoc accidere sane necesse est: sin nihil sit talium separatum, non minus idem evenire necesse est. In omnibus enim hisce, quorum substantia in materia est, plura esse, et infinita ea quæ sunt ejusdem speciei, videmus. Quare aut sunt plures cæli, aut plures esse profecto possunt. (3) Ex his igitur quispiam existimaverit, et esse plures cælos, et posse etiam esse. Considerandum autem rursus est, quidnam horum dicitur recte, et quid non recte. Aliam igitur esse formæ rationem, eam quæ sine materia est, aliam, eam quæ in materia est, recte profecto dicitur: atque verum esse ponatur. Nulla tamen ob id ipsum, mundos aut plures esse, aut plures esse posse, necessitas est: si hic universa ex materia constat, ut et constare videtur. (4) Hoc autem modo forsitan id quod dicitur, magis patebit. Si enim simitas, concavitas est in naso, aut in carne, caroque materies est simitatis; si omnibus ex carnibus una fieret caro, atque in hac simitas esset orta: nullum aliud simum aut esset, aut fore omnino posset. Simili quoque modo si materies in homine caro est atque ossa, si universa ex carne atque ossibus fieret homo, atque illa dissolvi non possent: alius homo profecto esse non posset. Eadem fuerit et in ceteris ratio. Omnino enim quorum substantia in subjecta materia quadam est, eorum nihil oriri potest, si non aliqua materia sit. (5) Cælum autem, est quidem singulare quiddam, et ex materia constat: sed si non ex ipsius materiei parte, sed ex universa materia constat, esse quidem ipsum per se cælum, atque hoc cælum esse, aliud est; non tamen aut aliud erit, aut plures fieri possunt, propterea quod universam hoc materiam est complexum. Restat ergo ut hoc demonstraretur: ex universo ipsum naturali corpore sensibilibus constare. (6) Dicamus autem primum quiddam cælum esse dicamus, atque quot modis: quo magis id nobis manifestum, quod quaeritur, fiat. Uno igitur modo cælum dicimus, substantiam ultimæ universi conversionis, aut id naturale corpus, quod est in ultima universi conversione. Ultimum enim superumque corpus, cælum maxime consuevimus appellare, in quo et universum divinum dicimus esse. Alio

συνεχές σῶμα τῆ ἐσχάτῃ περιφορᾷ τοῦ παντός, ἐν
 ᾧ σελήνη καὶ ἥλιος καὶ ἕνια τῶν ἀστρων· καὶ γὰρ
 ταῦτα ἐν τῷ οὐρανῷ εἶναι φαμεν. Ἔτι δ' ἄλλως λέγο-
 5 μεν οὐρανὸν τὸ περιεχόμενον σῶμα ὑπὸ τῆς ἐσχάτης
 περιφορᾶς· τὸ γὰρ ὅλον καὶ τὸ πᾶν εἰώθαμεν λέγειν
 οὐρανόν. (7) Τριχῶς δὴ λεγομένου τοῦ οὐρανοῦ, τὸ
 ὅλον τὸ ὑπὸ τῆς ἐσχάτης περιεχομένου περιφορᾶς ἐξ
 ἀπαντὸς ἀνάγκη συνεστάναι τοῦ φυσικοῦ καὶ τοῦ αἰσθη-
 10 τοῦ σώματος διὰ τὸ μήτ' εἶναι μηδὲν ἔξω σώμα τοῦ
 οὐρανοῦ μήτ' ἐνδέχεται γενέσθαι. Εἰ γὰρ ἔστιν ἔξω τῆς
 ἐσχάτης περιφορᾶς σῶμα φυσικόν, ἀνάγκη αὐτὸ ἦτοι
 τῶν ἀπλῶν εἶναι σωματικῶν ἢ τῶν συνθέτων, καὶ ἢ κατὰ
 φύσιν ἢ παρὰ φύσιν εἶναι. Ἐῶν μὲν οὖν ἀπλῶν οὐθὲν
 15 ἂν εἴη. Τὸ μὲν γὰρ κύκλῳ φερόμενον δέδεικται ὅτι
 οὐκ ἐνδέχεται μεταλλάξαι τὸν αὐτοῦ τόπον. (8) Ἀλλὰ
 μὴν οὐδὲ τὸ ἀπὸ τοῦ μέσου δυνατόν, οὐδὲ τὸ ὑφιστάμε-
 νον. Κατὰ φύσιν μὲν γὰρ οὐκ ἂν εἴησαν (ἄλλοι γὰρ
 αὐτῶν οἰκεῖοι τόποι), παρὰ φύσιν δ' εἴπερ εἰσίν, ἄλλοι
 20 τινὲς ἔσται κατὰ φύσιν ὁ ἕξω τόπος· τὸν γὰρ τούτῳ παρὰ
 φύσιν ἀναγκαῖον ἄλλῳ εἶναι κατὰ φύσιν. Ἀλλ' οὐκ ἦν
 ἄλλο σῶμα παρὰ ταῦτα. Οὐκ ἄρ' ἔστι δυνατόν οὐθὲν
 τῶν ἀπλῶν ἔξω εἶναι τοῦ οὐρανοῦ σῶμα. Εἰ δὲ μὴ
 τῶν ἀπλῶν, οὐδὲ τῶν μικτῶν· ἀνάγκη γὰρ εἶναι καὶ τὰ
 25 ἀπλᾶ τοῦ μικτοῦ ὄντος. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ γενέσθαι δυ-
 νατόν· ἦτοι γὰρ κατὰ φύσιν ἔσται ἢ παρὰ φύσιν, καὶ
 ἢ ἀπλοῦν ἢ μικτόν, ὥστε πάλιν ὁ αὐτὸς ἤξει λόγος·
 οὐθὲν γὰρ διαφέρει σκοπεῖν εἰ ἔστιν ἢ εἰ γενέσθαι δυνα-
 30 τόν. Φανερόν τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων ὅτι οὐτ' ἔστιν
 ἔξω οὐτ' ἐγχεῖται γενέσθαι σώματος ὄγκον οὐθενός· ἐξ
 ἀπάσης γὰρ ἔστι τῆς οἰκείας ὕλης ὁ πᾶς κόσμος· ὕλη γὰρ
 ἦν αὐτῷ τὸ φυσικὸν σῶμα καὶ αἰσθητόν. Ὡστ' οὐτε
 35 νῦν εἰσὶ πλείους οὐρανοὶ οὐτ' ἐγένοντο, οὐτ' ἐνδέχεται
 γενέσθαι πλείους· ἀλλ' εἷς καὶ μόνος καὶ τέλειος οὗτος
 οὐρανός ἐστιν. (9) Ἄμα δὲ δῆλον ὅτι οὐδὲ τόπος οὐδὲ
 κενὸν οὐδὲ χρόνος ἔστιν ἔξω τοῦ οὐρανοῦ· ἐν ἀπαντί γὰρ
 τόπῳ δυνατόν ὑπάρχει σῶμα· κενὸν δ' εἶναι φασιν ἐν
 ᾧ μὴ ἐνυπάρχει σῶμα, δυνατόν δ' ἔστι γενέσθαι. (10) Χρό-
 40 νος δὲ ἀριθμὸς κινήσεως· κινήσις δ' ἄνευ φυσικοῦ σώμα-
 τος οὐκ ἔστιν. Ἐξω δὲ τοῦ οὐρανοῦ δέδεικται ὅτι οὐτ'
 ἔστιν οὐτ' ἐνδέχεται γενέσθαι σῶμα. Φανερόν ἄρα
 ὅτι οὐτε τόπος οὐτε κενὸν οὐτε χρόνος ἔστιν ἔξωθεν·
 45 διόπερ οὐτ' ἐν τόπῳ τάκει πέφυκεν, οὐτε χρόνος αὐτὰ
 ποιεῖ γηράσκειν, οὐδ' ἔστιν οὐδενὸς οὐδεμῖα μεταβολῆ
 τῶν ὑπὲρ τὴν ἐξωτάτω τεταγμένων φορᾶν, ἀλλ' ἀναλ-
 50 λώτα καὶ ἀπαθῆ τὴν ἀρίστην ἔχοντα ζωὴν καὶ τὴν
 αὐταρκεστάτην διατελεῖ τὸν ἀπαντα αἰῶνα. Καὶ γὰρ
 τοῦτο τούνομα θείως ἐφθεγκται παρὰ τῶν ἀρχαίων. Τὸ
 γὰρ τέλος τὸ περιέχον τὸν τῆς ἐκάστου ζωῆς χρόνον, οὐ
 μὴθὲν ἔξω κατὰ φύσιν, αἰὼν ἐκάστου κέκληται. (11) Κατὰ
 τὸν αὐτὸν δὲ λόγον καὶ τὸ τοῦ παντός οὐρανοῦ τέλος καὶ
 τὸ τὸν πάντα χρόνον καὶ τὴν ἀπειρίαν περιέχον τέλος
 αἰὼν ἔστιν, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ εἶναι εἰληφώς τὴν ἐπανυμίαν,
 ἀθάνατος καὶ θεός. Ὅθεν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξήρτηται,
 τοῖς μὲν ἀκριβέστερον τοῖς δ' ἀμαυρώς, τὸ εἶναι τε καὶ

modo cælum id corpus dicimus, quod est proximum ultimæ
 universi conversioni, in quo luna et sol, et nonnullæ stella-
 rum sunt collocatæ: hæc enim in cælo dicimus esse. Insuper
 alio modo dicitur cælum, id corpus quod a conversione
 ulla continetur: totum enim ac universum, cælum dici-
 cere consuevimus. (7) Quum igitur cælum tribus modis
 dicatur, totum id quod ab extrema conversione continetur,
 ex universo naturali sensibilibique corpore constare necesse
 est, propterea quod extra cælum neque est quicquam cor-
 10 pus, neque esse omnino potest. Nam si extra ultimam con-
 versionem corpus sit naturale, ipsum aut simplicium quod-
 dam corporum, aut compositorum esse, et aut secundum
 naturam, aut præter naturam sese habere, necesse est.
 Simplicium igitur corporum quoddam omnino non erit.
 Demonstratum est enim, id quod orbe fertur, mutare suum
 locum non posse. (8) At neque id esse potest, quod e
 medio fertur, neque etiam id quod sub omnibus collocatur.
 Etenim naturâ quidem ibi non erunt: alia namque sunt
 ipsorum propria loca. Si vero præter naturam sunt, alii
 cuiquam corporum exteris ille locus competet secundum
 naturam. Qui namque huic præter naturam tribuitur, is
 alii competat secundum naturam, necesse est. At nullum
 aliud præter hæc esse vidimus simplex corpus. Impos-
 15 sibile est ergo, corporum extra cælum quicquam simpli-
 cium esse. Quodsi corpus simplex nequeat ullum esse,
 neque quicquam mixtorum etiam esse potest. Sint enim et
 simplicia, si sit mixtum, necesse est. At vero neque fieri
 etiam potest. Aut enim præter naturam, aut secundum
 naturam, et aut simplex aut mixtum identidem erit. Quare
 eadem ratio sane redibit: nihil enim refert, si sit, an fore
 possit, considerare. Patet igitur ex dictis, nec esse nec posse
 esse ullius extra cælum corporis molem. Universus enim
 20 mundus ex sua tota materia constat. Materia namque
 ipsius esse vidimus naturale et sensibile corpus. Quare ne-
 que nunc plures sunt cæli, neque fuere, neque etiam pos-
 sunt esse: sed unicum est hoc cælum atque perfectum.
 (9) Patet insuper, neque locum extra cælum esse, neque
 vacuum, neque tempus. In omni namque loco corpus
 esse profecto potest. Vacuum autem id esse dicunt, in quo
 corpus non est, sed esse potest. (10) Tempus vero, motus
 25 numerum esse constat, et motus sine naturali corpore
 nullus est. At demonstratum est, extra cælum nec esse
 corpus, nec etiam posse esse. Patet ergo neque locum extra
 cælum esse, neque vacuum, neque tempus. Quocirca ne-
 que apta sunt ea quæ illic sunt, esse in loco, neque tempus
 senescere ipsa facit, neque ullius eorum est ulla mutatio,
 quæ super extima sunt disposita latione: sed nullis altera-
 30 tionibus, nullis passionibus prorsus subjecta, optimam in
 universa sempiternitate vitam et sufficientissimam habent.
 Divine namque nomen hoc pronuntiatum est ab antiquis.
 Finis enim, qui vitæ uniuscujusque continet tempus, cujus
 nihil est extra secundum naturam, sempiternitas uniuscu-
 jusque est nuncupatus. (11) Per eandem etiam rationem
 finis universi cæli, ac finis is, qui tempus totum infini-
 35 tumque continet, sempiternitas est, a semper essendo ap-
 pellatione sumpta: immortalis sane, atque divina: unde et
 ceteris, aliis exactius, aliis offuscatis, ipsum esse vivereque

ζην. Καὶ γὰρ καθάπερ ἐν τοῖς ἐγκυκλίοις φιλοσοφί-
μασι περὶ τὰ θεία πολλάκις προφαίνεται τοῖς λόγοις ὅτι
τὸ θεῖον ἀμετάβλητον ἀναγκάσιον εἶναι πᾶν τὸ πρῶτον
καὶ ἀκρότατον· ὁ οὕτως ἔχον μαρτυρεῖ τοῖς εἰρημένους.
9 Οὔτε γὰρ ἄλλο κρεῖττον ἐστὶν ὅ τι κινήσει (ἐκεῖνο γὰρ
ἂν εἴη θεϊότερον) οὐτ' ἔχει φαῦλον οὐθέν, οὐτ' ἐνδεδέξ
των αὐτοῦ καλῶν οὐδενός ἐστι. Καὶ ἀπαυστον δὴ
κίνησιν κινεῖται εὐλόγως· πάντα γὰρ παύεται κινούμενα,
ὅταν ἔλθῃ εἰς τὸν οἰκεῖον τόπον· τοῦ δὲ κύκλου σώμα-
10 τος ὁ αὐτὸς τόπος ὅθεν ἤρξατο καὶ εἰς ὃν τελευτᾷ.

dependet. Etenim ut in scholasticis circa divina institutioni-
bus, persæpe rationibus, divinum omne necessario mutatione
vacare docetur, et primum ipsum ac summum, hoc ita se
habens testis est dictis. Neque enim aliud præstabilius est,
quod quidem moveret (illud enim porro divinius esset); ne-
que pravitatis cuiusquam est particeps, neque bonorum suo-
rum cuiusquam indiget. Est incessabili motu non absque
ratione movetur. Universa enim cessant desinuntque moveri,
quum venerint suum in locum: ejus autem corporis, quod
versatur, idem est locus, in quo incepit, et in quo finit.

CAP. X.

Τούτων δὲ διωρισμένων λέγομεν μετὰ ταῦτα πότε-
ρον ἀγέννητος ἢ γενητός καὶ ἀφθαρτος ἢ φθαρτός, διεξ-
ελθόντες πρότερον τὰς τῶν ἄλλων ὑπολήψεις· αἱ γὰρ
15 εἰσὶν. Ἄμα δὲ καὶ μάλλον ἂν εἴη πιστὰ τὰ μέλλοντα
λεχθήσασθαι προακηκοῖσι τὰ τῶν ἀμφισβητούντων
λόγων δικαιώματα· τὸ γὰρ ἐρήμην καταδικάζεσθαι
δοκεῖν ἦττον ἂν ἡμῖν ὑπάρχοι· καὶ γὰρ δεῖ διαιτητὰς
ἀλλ' οὐκ ἀντιδίκους εἶναι τοὺς μέλλοντας τἀληθές κρί-
20 νειν ἱκανῶς. (2) Γενόμενον μὲν οὖν ἅπαντες εἶναι
φασιν, ἀλλὰ γενόμενον οἱ μὲν αἰδίον, οἱ δὲ φθαρτὸν
ὡςπερ ὀτιοῦν ἄλλο τῶν φύσει συνισταμένων, οἱ δ' ἐναλ-
λάξ ὅτε μὲν οὕτως ὅτε δὲ ἄλλως ἔχειν φθειρόμενον,
καὶ τοῦτο αἰεὶ διατελεῖν οὕτως, ὡςπερ Ἐμπεδοκλῆς
25 ὁ Ἀκραγαντίνος καὶ Ἡράκλειτος ὁ Ἐφέσιος. Τὸ μὲν
οὖν γενέσθαι μὲν αἰδίον δ' ὅμοιος εἶναι φάναι τῶν ἀδυ-
νάτων. Μόνα γὰρ ταῦτα θετίον εὐλόγως ὅσα ἐπὶ
πολλῶν ἢ πάντων δρῶμεν ὑπάρχοντα, περὶ δὲ τούτου
συμβαίνει τούναντίον· ἅπαντα γὰρ τὰ γινόμενα καὶ
30 φθειρόμενα φαίνεται. (3) Ἔτι δὲ τὸ μὴ ἔχον ἀρχὴν
τοῦ ὠδὲ ἔχειν, ἀλλ' ἀδύνατον ἄλλως ἔχειν πρότερον
τὸν ἅπαντα αἰῶνα, ἀδύνατον καὶ μεταβάλλειν· ἔσται
γάρ τι αἴτιον, ὃ εἰ ὑπῆρχε πρότερον, δυνατὸν ἂν ἦν
ἄλλως ἔχειν τὸ ἀδύνατον ἄλλως ἔχειν. Εἰ δὲ πρότερον
35 ἐξ ἄλλως ἐχόντων συνέστη ὁ κόσμος, εἰ μὲν αἰεὶ οὕτως
ἐχόντων καὶ ἀδυνάτων ἄλλως ἔχειν, οὐκ ἂν ἐγένετο. Εἰ
δὲ γέγονεν, ἀνάγκη δηλονότι κάκεινα δυνατὰ εἶναι ἄλ-
λως ἔχειν καὶ μὴ αἰεὶ οὕτως ἔχειν, ὥστε καὶ συνεστῶτα
διαλυθήσεται καὶ διαλελυμένα συνέστη ἔμπροσθεν, καὶ
40 τοῦτ' ἀπειράκις ἢ οὕτως εἶχεν ἢ δυνατὸν ἦν. Εἰ δὲ
ταῦτ', οὐκ ἂν εἴη ἀφθαρτος, οὐτ' εἰ ἄλλως εἶχέ ποτε
οὐτ' εἰ δυνατὸν ἄλλως ἔχειν. (4) Ἦν δὲ τινες βοήθειαν
ἐπιχειροῦσι φέρειν ἑαυτοῖς τῶν λεγόντων ἀφθαρτον μὲν
εἶναι γενόμενον δέ, οὐκ ἐστὶν ἀληθές· ὁμοίως γάρ φασι
45 τοῖς τὰ διαγράμματα γράφουσι καὶ σφᾶς εἰρηκέναι περὶ
τῆς γενέσεως, οὐχ ὡς γενομένου ποτέ, ἀλλὰ διδασκα-
λίας χάριν ὡς μάλλον γνωριζόντων, ὡςπερ τὸ διά-
γραμμα γινόμενον θεασαμένους. (5) Τοῦτο δ' ἐστίν,
ὡςπερ λέγομεν, οὐ τὸ αὐτό· ἐν μὲν γὰρ τῇ ποιήσει
50 τῶν διαγραμμάτων πάντων τεθέντων εἶναι ἅμα τὸ
αὐτὸ συμβαίνει, ἐν δὲ ταῖς τούτων ἀποδείξεσιν οὐ ταύ-
τόν. Ἄλλ' ἀδύνατον· τὰ γὰρ λημβανόμενα πρότερον

Hisce determinatis, consideremus deinceps oportet,
utrum mundus ingenerabilis sit, an generabilis, et incor-
ruptibilis, an corruptibilis: prius ceterorum opinionibus
recitatis. Demonstrationes enim contrariorum, dubitationes
de contrariis sunt. Insuper et dicenda magis credentur, si
sententiarum earum quæ in controversiam veniunt, jura
prius fuerint audita. Absentes enim condemnari deterius
utique nobis videtur. Etenim eos qui bene judicare vol-
unt de veritate, non adversarios, sed arbitros esse oportet.
(2) Omnes igitur factum quidem asserunt esse, sed factum
quidam perpetuum, quidam caducum, perinde ut quodvis
aliud eorum quæ natura constant, inquitur esse: quidam
vicissim interdum hoc, interdum alio modo sese habere sub-
euntem corruptionem, idque semper hoc fieri modo di-
cunt, ut Agrigentinus Empedocles et Ephesius Heraclitus.
Igitur factum quidem esse, perpetuum tamen esse, asse-
rere, ex iis est profecto quæ nequeunt esse. Ea namque
sola ponenda sunt, quæ in multis aut in omnibus esse vi-
demus. De hoc autem contrarium accidit: universa enim
quæ fiunt, et corruptionem subire videntur. (3) Præter-
ea, quod non habet principium hoc modo habendi, sed
aliter habere prius universa æternitate non potest, id et
mutari profecto nequit: erit enim aliqua causa, quæ qui-
dem si prius esset, aliter id sese habere posset, quod aliter
sese habere non potest. Quodsi mundus ex aliter prius ha-
bentibus constaret, si semper sic se habentibus, et non po-
tentibus aliter se habere, factus ipse profecto non esset: si
vero est factus, nimirum illa etiam aliter sese habere posse, et
non semper ita sese habere, necesse est. Quare et constituta
dissolventur, et dissoluta ante constituerunt: atque hoc infi-
nities, aut sic se habuit, aut poterat sic habere. Quod si
ita est, non vacabit sane corruptione, neque si olim ali-
ter sese habebat, neque si aliter sese habere possit. (4) Sub-
sidium autem, quod quidam eorum qui dicunt mundum
incorruptibilem quidem esse, attamen factum esse, sibi
ipsis enituntur ferre, verum non est. Inquitur enim, se
quoque, perinde ut geometræ, qui designationes descri-
bunt, de generatione mundi dixisse: non quia aliquando
mundus est ortus, sed gratia doctrinæ, quia discentes ma-
gis cognoscunt, si ut designationem viderint factum. (5) Hoc
autem non idem est, uti dicimus. Nam in designationum
quidem effectione, omnibus positus esse simul, accidit idem;
in horum autem demonstrationibus, non idem. Sed im-
possibile sane accidit: nam ea quæ prius posteriusve su-

καὶ ὑστερον ὑπεναντία ἐστίν· (6) ἐξ ἀτάκτων γὰρ ποτε τεταγμένα γενέσθαι φασίν, ἅμα δὲ τὸ αὐτὸ ἀτάκτων εἶναι καὶ τεταγμένον ἀδύνατον, ἀλλ' ἀνάγκη γένεσθαι εἶναι τὴν χωρίζουσαν καὶ χρόνον· ἐν δὲ τοῖς διαγράμμασιν οὐδὲν τῷ χρόνῳ κενώρισταί. Ὅτι μὲν οὖν ἀδύνατον αὐτὸν ἅμ' αἰδίον εἶναι καὶ γενέσθαι, φανερόν. (7) Τὸ δ' ἐναλλάξ συνιστάναι καὶ διαλύειν οὐθὲν ἀλλοιότερον ποιεῖν ἐστίν ἢ τὸ κατασκευάζειν αὐτὸν αἰδίον μὲν ἀλλὰ μεταβάλλοντα τὴν μορφήν, ὡσπερ εἰ τις ἐκ παιδὸς ἀνδρὰ γινόμενον καὶ ἐξ ἀνδρὸς παῖδα δὲ μὲν φθεῖρεσθαι δὲ δ' εἶναι οἰοίτο· (8) δῆλον γὰρ ὅτι καὶ εἰς ἄλλα τῶν στοιχείων συνιόντων οὐχ ἡ τυχούσα τάξις γίγνεται καὶ σύστασις, ἀλλ' ἡ αὐτὴ, ἄλλως τε καὶ κατὰ τοὺς τοῦτον τὸν λόγον εἰρηκότας, οἱ τῆς διαθεσεως ἐκατέρας αἰτιῶνται τὸ ἐναντίον. Ὅστ' εἰ τὸ ὅλον σῶμα συνεχές ὃν δὲ μὲν οὕτως δὲ δ' ἐκείνως διατίθεται καὶ διακεκσμηται, ἡ δὲ τοῦ ὅλου σύστασις ἐστὶ κόσμος καὶ οὐρανός, οὐκ ἂν ὁ κόσμος γίγνοιτο καὶ φθεῖρόντο, ἀλλ' αἱ διαθέσεις αὐτοῦ. (9) Τὸ δὲ ὅλος γενόμενον φθάρῃαι καὶ μὴ ἀνακάμπτειν ὄντος μὲν ἐνὸς ἀδύνατόν ἐστιν· πρὶν γὰρ γενέσθαι αἰεὶ ὑπῆργεν ἢ πρὸ αὐτοῦ σύστασις, ἣν μὴ γενομένην οὐχ οἶόντ' εἶναι φαμεν μεταβάλλειν ἀπείρων δ' ὄντων ἐνδέχεται μᾶλλον. Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦτο πότερον ἀδύνατον ἢ δυνατόν, ἔσται δῆλον ἐκ τῶν ὑστερον· (10) εἰσι γὰρ τινες οἷς ἐνδέχεται δοκεῖ καὶ ἀγένητόν τι δὲ φθάρῃαι καὶ γενόμενον ἀφθαρτον διατελεῖν, ὡσπερ ἐν τῷ Τιμαίῳ· ἐκεῖ γὰρ φησι τὸν οὐρανὸν γενέσθαι μὲν, οὐ μὴν ἀλλ' ἔσεσθαι γε τὸν αἰεὶ χρόνον. Πρὸς οὗς φυσικῶς μὲν περὶ τοῦ οὐρανοῦ μόνον εἰρηται, καθόλου δὲ περὶ ἅπαντος σκεψάμενοις ἔσται καὶ περὶ τούτου δῆλον.

CAP. XI.

Πρῶτον δὲ διαιρετέον πῶς ἀγένητα καὶ γενητά φαμεν καὶ φθαρτά καὶ ἀφθαρτά· πολλαχῶς γὰρ λεγομένων, καὶ μηδὲν διαφέρει πρὸς τὸν λόγον, ἀνάγκη τὴν διάνοιαν ἀορίστως ἔχειν, ἂν τις τῆς διαιρουμένης πολλαχῶς ὡς ἀδιαιρέτῳ χρῆται· ἀόηλον γὰρ κατὰ ποίαν φύσιν αὐτῷ συμβαίνει τὸ λεγθέν. (1) Λέγεται δ' ἀγένητον ἓνα μὲν τρόπον ἐὰν ἢ τι νῦν πρότερον μὴ ὄν ἄνευ γενέσεως καὶ μεταβολῆς, καθάπερ ἐνιοὶ τὸ ἄπτεσθαι καὶ τὸ κινεῖσθαι λέγουσιν· οὐ γὰρ εἶναι γίνεσθαι φασιν ἀπτόμενον, οὐδὲ κινούμενον. Ἐνα δ' εἰ τι ἐνδεχόμενον γίνεσθαι ἢ γενέσθαι μὴ ἐστίν· ὁμοίως γὰρ καὶ τοῦτο ἀγένητον, ὅτι ἐνδέχεται γενέσθαι. Ἐνα δ' εἰ τι ὅλος ἀδύνατον γενέσθαι, ὡστ' δὲ μὲν εἶναι δὲ δὲ μὴ. Τὸ δ' ἀδύνατον λέγεται διττῶς· ἢ γὰρ τῷ μὴ ἀληθὲς εἶναι εἰπεῖν ὅτι γένοιτ' ἂν, ἢ τῷ μὴ ῥαδίως μὴδὲ ταχὺ ἢ καλῶς. (2) Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὸ γενητὸν ἓνα μὲν εἰ μὴ ὄν πρότερον ὑστερον ἐστίν, εἴτε γενομένον εἴτ' ἄνευ τοῦ γίνεσθαι, ὅτε μὲν ἢ ὄν, πάλιν δ' ὄν· ἓνα δ' εἰ δυνατόν, εἴτε τῷ ἀληθεῖ διορισθέντος τοῦ δυνατοῦ εἴτε τῷ ῥαδίως· ἓνα δ' ἐὰν ἡ γένεσις αὐτοῦ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ ὄν, εἴτ' ἡδὲ ὄντος, διὰ τοῦ γίνεσθαι δ' ὄντος,

muntur, subcontraria sunt. (6) Ex inordinatis enim olim, inquirunt, ordinata fuisse. Ut autem idem ordinatum sit simul, et inordinatum, fieri nequit, sed generationem esse quæ separat, tempusque, necesse est: in designationibus vero, nihil est tempore separatum. Esse igitur impossibile, perpetuum ipsum simul, ac factum esse, ex his quæ diximus, patet. (7) Constituere vero mundum vicissim atque dissolvere, nil aliud esse videtur quam ipsum sempiternum quidem, formam autem mutantem exstruere: perinde atque si quis interdum corrumpi, interdum esse putaret quempiam, qui vir ex puero, et ex viro fieret puer. (8) Est enim perspicuum, si elementa inter sese conveniunt, non quemvis, sed eundem ordinem eandemque fieri constitutionem: præsertim secundum eos qui hanc sententiam dicunt, qui quidem utriusque dispositionis contrarium ipsum causam inquirunt esse. Quare si totum quidem corpus continuum permanens, interdum hoc, interdum illo dispositur modo ac perornatur, constitutio vero totius mundus est et cælum; non utique mundus, sed dispositiones ipsius fiunt ac corrumpuntur. (9) Hoc autem, ortum, inquam, mundum, omnino corruptum iri, et non redire, si sit quidem unus, impossibile est. Nam antea quam ortus esset, constitutio præcedens ipsum, semper nimirum erat: quam quidem haud factam, mutari non posse dicimus. Sin vero sint infiniti, magis fieri potest. At vero hoc etiam si fieri possit necne, perspicuum ex iis quæ posterius dicentur, evadet. (10) Sunt enim quibus fieri posse videtur, ut et ingenerabile quippiam corrumpatur, et ortum vacet corruptione: ut in Timæo asseritur. Illic enim Plato cælum esse quidem ortum, non tamen esse caducum, sed reliquo semper fore tempore dicit: ad quos, naturaliter quidem de cælo solum est dictum; si vero de omnibus universaliter consideraverimus, de hoc quoque erit manifestum.

Primum autem distinguamus oportet, quomodo generabilia et ingenerabilia, et corruptibilia et incorruptibilia dicamus. Nam quum multipliciter dicantur, etsi nihil ad rationem refert, mentem indefinite sese habere necesse est, si quispiam ut indivisibili eo utatur, quod multis dividitur modis. Non est enim manifestum, per quam ipsorum naturam id accidat, quod est dictum. (2) Dicitur itaque ingenerabile uno modo, si sit quippiam nunc quod antea non erat, sine generatione et mutatione: ut ipsum tangi quidam inquirunt atque moveri; dicunt enim, non posse tangens generari, neque subiens motum. Alio modo, si fieri vel ortum esse quippiam possit, et non sit: nam hoc similiter est ingenerabile (*ingeneratum*), quia ortum subire potest. Alio modo, si quippiam omnino factum esse impossibile sit, ut interdum sit, interdum non sit. Impossibile autem dupliciter dicitur. Aut enim quia non verum est dicere ortum esse posse, aut quia non facile, nec cito, nec bene oriri potest. (3) Eodem modo et generabile uno dicitur modo, si sit quippiam posterius, quod prius non erat, sive per generationem, sive sine generatione. Alio modo, si possibile sit, sive veritate, sive facilitate possibile ipsum sit definitum. Alio modo, si generatio sit ipsius ex eo quod non est, ad id quod est, sive jam sit, per generationem autem sit, sive et non-

εἶτε καὶ μήπω ὄντος, ἀλλ' ἐνδεχομένου. (4) Καὶ φθαρτὸν δὲ καὶ ἀφθαρτὸν ὡσαύτως· εἶτε γὰρ πρότερόν τι ὄν ὑστερον ἢ μή ἐστίν ἢ ἐνδέχεται μὴ εἶναι, φθαρτὸν εἶναι φαίμεν, εἶτε φθειρόμενόν ποτε καὶ μεταβάλλον, εἶτε μή. Ἔστι δ' ὅτε καὶ τὸ διὰ τοῦ φθειρῆσθαι ἐνδεχομένου μὴ εἶναι φθαρτὸν εἶναι φαίμεν, καὶ ἔτι ἄλλως τὸ βραδύως φθειρόμενον, ὃ εἶποι ἄν τις εὐφθαρτον. (5) Καὶ περὶ τοῦ ἀφθάρτου ὁ αὐτὸς λόγος· ἢ γὰρ τὸ ἄνευ φθορᾶς ὅτε μὲν ὄν ὅτε δὲ μὴ ὄν, ὡς τὰς ἀφᾶς, ὅτι ἄνευ τοῦ φθειρῆσθαι πρότερον οὔσαι ὑστερον οὐκ εἰσίν, ἢ τὸ ὄν μὲν δυνατὸν δὲ μὴ εἶναι, ἢ οὐκ ἐσόμενόν ποτε, νῦν δ' ὄν· σὺ γὰρ εἶ, καὶ ἢ ἀπὸ νῦν· ἀλλ' ὁμῶς φθαρτὸν, ὅτι ἔσται ποτὲ ὅτε οὐκ ἀληθές σε εἰπεῖν ὅτι εἶ, οὐδὲ ταῦτα ἀπτεσθαι. Ἐὶ δὲ μάλιστα κυρίως, ὅτι ὄν μὲν, ἀδύνατον δὲ φθαρῆναι οὕτως ὥστε νῦν ὄν ὑστερον μὴ εἶναι ἢ ἐνδέχεται μὴ εἶναι, ἢ καὶ τὸ μήπω ἐφαρμένον, ὄν δὲ, ἐνδεχομένου δ' ὑστερον μὴ εἶναι. (6) Λέγεται δ' ἀφθαρτὸν καὶ τὸ μὴ βραδύως φθειρόμενον. Εἶ δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχει, σκεπτέον πῶς λέγομεν τὸ δυνατὸν καὶ ἀδύνατον· τὸ τε γὰρ κυριώτατα λεγόμενον ἀφθαρτον τῆ μὴ δύνασθαι φθαρῆναι ἄν, μὴ δ' ὅτε μὲν εἶναι ὅτε δὲ μὴ· λέγεται δὲ καὶ τὸ ἀγένητον τὸ ἀδύνατον, καὶ τὸ μὴ δυνάμενον γενέσθαι οὕτως ὥστε πρότερον μὲν μὴ εἶναι ὑστερον δὲ εἶναι, ὡς τὴν διάμετρον σύμμετρον. (7) Εἶ δὲ τὴ δύναται κινηθῆναι στάδια ἑκατὸν ἢ ἄραι βάρος, αἰεὶ πρὸς τὸ πλείστον λέγομεν, ὡς τάλαντα ἄραι ἑκατὸν ἢ στάδια βαδίσαι ἑκατὸν (καίτοι καὶ τὰ μόρια δύναται τὰ ἐντός, εἴπερ καὶ τὴν ὑπεροχὴν), ὡς δέον δρίζεσθαι πρὸς τὸ τέλος καὶ τὴν ὑπεροχὴν τὴν δύναμιν. Ἀνάγκη μὲν οὖν τὸ δυνατὸν καθ' ὑπεροχὴν τοσαυτὴ καὶ τὰ ἐντός δύνασθαι, ὡς εἰ τάλαντα ἑκατὸν ἄραι, καὶ δύο, κἂν εἰ στάδια ἑκατὸν, καὶ δύο δύνασθαι βαδίσαι. Ἡ δὲ δύναμις τῆς ὑπεροχῆς ἐστίν· κἂν εἰ τὸ ἀδύνατον τοσονδὲ καθ' ὑπερβολὴν εἰπόντων, καὶ τὰ πλείω ἀδύνατον, ὡς ὃ χίλια βαδίσαι στάδια μὴ δυνάμενος ὄλλοι ὅτι καὶ χίλια καὶ ἑν. (8) Μηθὲν δ' ἡμᾶς παρενοχλείτω· διωρίσθω γὰρ κατὰ τῆς ὑπεροχῆς τὸ τέλος λεγόμενον τὸ κυρίως δυνατὸν. Ἦγάχα γὰρ ἐνσταίη τις ἂν ὡς οὐκ ἀνάγκη τὸ λεχθέν· ὃ γὰρ ὁρῶν στάδιον οὐ καὶ τὰ ἐντός ὄψεται μεγέθη, ἀλλὰ τούναντίον μάλλον ὃ δυνάμενος ἰδεῖν στιγμήν ἢ ἀκούσαι μικροῦ ψόφου καὶ τῶν μειζόνων ἔξει αἰσθῆσιν. Ἀλλ' οὐθὲν διαφέρει πρὸς τὸν λόγον διωρίσθω γὰρ ἥτοι ἐπὶ τῆς δυνάμεως ἢ ἐπὶ τοῦ πράγματος ἢ ὑπερβολῆς. Τὸ γὰρ λεγόμενον ὄλλοι ἢ μὲν γὰρ ὄψις ἢ τοῦ ἐλάττονος ὑπερέχει, ἢ δὲ ταχυτῆς ἢ τοῦ πλείονος.

CAP. XII.

Διωρισμένων δὲ τούτων λεκτέον τὸ ἐφεξῆς. Εἶ δὲ ἐστίν ἕνια δυνατὰ καὶ εἶναι καὶ μὴ, ἀνάγκη χρόνον τινὰ ὄρισθαι τὸν πλείστον καὶ τῷ εἶναι καὶ τοῦ μὴ, λέγω δ' ὄν δυνατὸν τὸ πρᾶγμα εἶναι καὶ ὄν δυνατὸν μὴ εἶναι καθ' ὁποιαοῦν κατηγορίαν, ὡς ἀνθρώπων ἢ λευκὸν ἢ τρίπηχυν ἢ ἀλλ' ὅτιοῦν τῶν τοιοῦτων. Εἰ

ARISTOTELES. II.

dum sit, esse autem possit. (4) Corruptibile etiam et incorruptibile similiter dicitur. Nam si quippiam prius erat, postea vero non est, aut est quidem, non esse autem potest, sive per corruptionem et mutationem, sive sine his, corruptibile illud dicimus esse. Interdum et id quod per corruptionem non esse potest, corruptibile esse dicimus. Et insuper alio modo, id quod facile corrumpitur, quod quidem quispiam « facile corruptibile » dixerit. (5) De incorruptibili quoque eadem est ratio. Aut enim id quod sine corruptione interdum est, interdum non est, incorruptibile dicimus: quo pacto tactus incorruptibiles esse dicuntur, propterea quod prius erant, et postea non sunt sine corruptione. Aut id quod quidem est, non esse autem potest: aut non est futurum unquam, nunc autem est. Tu nempe es nunc, et tactus est etiam nunc: corruptibiles tamen estis, quia erit aliquando tempus quando nec te esse, nec hæc tangere vere dicetur. Id vero maxime proprie incorruptibile dicitur, quod est quidem, non potest autem sic corruptum esse, ut nunc quidem sit, postea vero non sit, aut non esse possit: aut et id quod nondum corruptum est, atque est, non esse autem posterius potest. (6) Dicitur etiam incorruptibile id quod non facile corrumpitur. Si igitur hæc ita sunt, considerandum est quomodo possibile et impossibile dicamus. Nam et quod propriissime incorruptibile dicitur, ex eo dicitur sane, quia corrumpi non potest, neque quandoque esse, quandoque non esse. Et prorsus ingenerabile id propriissime dicitur, quod sic generari non potest, ut prius quidem non sit, posterius vero sit: qualis est diameter commensurabilis lateri. (7) Si igitur quippiam per decem millia passuum moveri potest, aut pondus levare, id quod maximum potest, dicere semper solemus: veluti centum levare libras, aut per decem millia passuum ambulare: quanquam et partes quæ citra sunt, potest, si et excessum potest. Quo patet, ad finem atque excessum definiri potentiam oportere. Id igitur quod potest tot per excessum, et ea quæ sunt citra, necesse est: ceu si centum libras levare potest, et duas posse; et si per decem millia passuum ambulare potest, et per duo ambulare posse. Potentia vero, ipsius excessionis est: et si quippiam tantum non potest, eo per exsuperationem dicto, etiam plura non potest. Qui namque centum passus transire non potest, is et centum et unum non potest. (8) Nihil autem nos conturbet; id enim quod proprie potest, per finem excessionis sit definitum. Forsitan enim quispiam dicet, id quod dictum est, non necessario ita esse. Qui namque magnitudinem decem passuum videt, is non et magnitudines eas quæ sunt citra, videbit: sed contra potius, qui punctum videre potest, aut parvum audire sonum, is et majorum sensum habebit. Verum nihil ad rationem refert: ipsa enim exsuperatio, aut in potentia, aut in re ipsa sit definita. Id enim quod dicitur, patet: nam visus qui est minoris, excedit; celeritas vero quæ est majoris.

His autem determinatis, dicenda sunt ea quæ deinceps sequuntur. Si igitur aliqua sunt, quæ esse et non esse possunt, quoddam tempus maximum et essendi, et non essendi, definitum esse necesse est. Atque dico rem esse posse, et non esse posse, in unoquoque predicamento: ut hominem, aut album, aut tricubitum, aut aliquid aliud tale.

γάρ μη ἔσται ποσός τις, ἀλλ' αἰ πλείων τοῦ προτε-
 θέντος καὶ οὐκ ἔστιν οὐδ' ἐλάττων, ἀπειρον ἔσται χρόνον
 τὸ αὐτὸ δυνατόν εἶναι καὶ μὴ εἶναι ἄλλον ἀπειρον.
 Ἄλλὰ τοῦτ' ἀδύνατον. (2) Ἀρχὴ δ' ἔστω ἐντεῦθεν.
 5 τὸ γὰρ ἀδύνατον καὶ τὸ ψεῦδος οὐ ταῦτ' σημαίνει.
 Ἔστι δὲ τὸ ἀδύνατον καὶ τὸ δυνατόν καὶ τὸ ψεῦδος
 καὶ τὸ ἀληθές τὸ μὲν ἐξ ὑποθέσεως (λέγω δ', οἷον τὸ
 τρίγωνον ἀδύνατον δύο ὀρθὰς ἔχειν, εἰ τάδε, καὶ ἡ διά-
 μετρος σύμμετρος, εἰ τάδε), ἔστι δ' ἀπλῶς καὶ δυνατὰ
 10 καὶ ἀδύνατα καὶ ψευδῆ καὶ ἀληθῆ. Οὐ δὲ ταυτὸν
 ἔστι ψεῦδος τέ τι εἶναι ἀπλῶς καὶ ἀδύνατον ἀπλῶς·
 τὸ γὰρ σε μὴ ἔστωτα φάναι ἔστάναι ψεῦδος μὲν, οὐκ
 ἀδύνατον δέ. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ τὸν κιθαρίζοντα μὲν μὴ
 15 ἄδοντα δὲ ἄδειν φάναι ψεῦδος, ἀλλ' οὐκ ἀδύνατον. Τὸ
 δ' ἅμα ἔστάναι καὶ καθῆσθαι, καὶ τὴν διάμετρον σύμ-
 μετρον εἶναι, οὐ μόνον ψεῦδος ἀλλὰ καὶ ἀδύνατον. Οὐ δὲ
 ταυτὸν ἔστιν ὑποθέσθαι ψεῦδος καὶ ἀδύνατον. Συμβαί-
 νει δ' ἀδύνατον ἐξ ἀδυνατοῦ. Τοῦ μὲν οὖν καθῆσθαι
 καὶ ἔστάναι ἅμα ἔχει τὴν δύναμιν, ὅτι ὅτε ἔχει ἐκεί-
 20 νην, καὶ τὴν ἐτέραν· ἀλλ' οὐχ ὥστε ἅμα καθῆσθαι καὶ
 ἔστάναι, ἀλλ' ἐν ἄλλῳ χρόνῳ. (3) Εἰ δὲ τι ἀπειρον
 χρόνον ἔχει πλείονον δύναμιν, οὐκ ἔστιν ἐν ἄλλῳ
 χρόνῳ, ἀλλὰ τοῦτ' ἅμα. Ὅστ' εἰ τι ἀπειρον χρόνον
 ὄν φθαρτὸν ἔστι, δύναμιν ἔχει ἂν τοῦ μὴ εἶναι. Εἰ
 25 δὲ ἀπειρον χρόνον ἔστιν, ἔστω ὑπάρχον δ' δύνάται μὴ
 εἶναι. Ἄμα ἄρ' ἔσται τε καὶ οὐκ ἔσται κατ' ἐνέργειαν.
 Ψεῦδος μὲν οὖν συμβαίνει ἂν, ὅτι ψεῦδος ἐτέθη.
 Ἄλλ' εἰ μὴ ἀδύνατον ἦν, οὐκ ἂν καὶ ἀδύνατον ἦν τὸ
 συμβαίνειν. Ἄπαν ἄρα τὸ αἰ εἰ ὄν ἀπλῶς ἀφθαρτον.
 30 Ὁμοίως δὲ καὶ ἀγένητον· εἰ γὰρ γενητὸν, ἔσται δυνα-
 τὸν χρόνον τινὰ μὴ εἶναι. (4) Φθαρτὸν μὲν γὰρ ἔστι
 τὸ πρότερον μὲν ὄν, νῦν δὲ μὴ ὄν ἢ ἐνδεχόμενον ποτε
 ὑστερον μὴ εἶναι· γενητὸν δὲ δ' ἐνδέχεται πρότερον μὴ
 εἶναι, ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἐν ᾧ χρόνῳ δυνατὸν τὸ αἰ ὄν.
 35 Ὅστε μὴ εἶναι οὐτ' ἀπειρον οὔτε πεπερασμένον· καὶ
 γὰρ τὸν πεπερασμένον χρόνον δύναται εἶναι, εἴπερ καὶ
 τὸν ἀπειρον. Οὐκ ἄρα ἐνδέχεται τὸ αὐτὸ καὶ ἐν αἰ
 τε δύνασθαι εἶναι καὶ μὴ εἶναι. Ἄλλὰ μὴν οὐδὲ τὴν
 ἀπόφασιν, οἷον λέγω μὴ αἰ εἶναι. Ἀδύνατον ἄρα καὶ
 40 αἰ μὲν τι εἶναι, φθαρτὸν δ' εἶναι. Ὁμοίως δ' οὐδὲ
 γενητὸν. Δυσὶν γὰρ ὄροι εἰ ἀδύνατον τὸ ὑστερον
 ἀνευ τοῦ πρότερου ὑπάρχει, ἐκεῖνο δ' ἀδύνατον ὑπάρ-
 χει, καὶ τὸ ὑστερον. Ὅστ' εἰ τὸ αἰ ὄν μὴ ἐνδέχεται
 ποτε μὴ εἶναι, ἀδύνατον καὶ γενητὸν εἶναι. (5) Ἐπεὶ
 45 δ' ἡ ἀπόφασις τοῦ μὲν αἰ δυναμένου εἶναι τὸ μὴ αἰ
 δυνάμενον εἶναι, τὸ δ' αἰ δυνάμενον μὴ εἶναι ἐναν-
 τίον, οὐ ἀπόφασις τὸ μὴ αἰ δυνάμενον μὴ εἶναι, ἀνάγκη
 τὰς ἀποφάσεις ἀμφοῖν τῷ αὐτῷ ὑπάρχειν, καὶ εἶναι
 μέσον τοῦ αἰ ὄντος καὶ τοῦ αἰ μὴ ὄντος τὸ δυνάμενον
 50 εἶναι καὶ μὴ εἶναι· ἡ γὰρ ἑκατέρου ἀπόφασις ποτε
 ὑπάρχει, εἰ μὴ εἶη αἰ. Ὅστε καὶ τὸ μὴ αἰ μὴ ὄν
 ἔσται ποτέ καὶ οὐκ ἔσται, καὶ τὸ μὴ αἰ δυνάμενον
 εἶναι δηλονότι, ἀλλὰ ποτε ὄν ὥστε καὶ μὴ εἶναι. Τὸ
 αὐτὸ ἄρ' ἔσται δυνατόν εἶναι καὶ μὴ, καὶ τοῦτ' ἔστιν

Nam si non erit definitum quiddam, sed semper proposito
 majus, et quo non est minus: idem erit profecto possibile
 esse tempore infinito, et non esse alio tempore infinito.
 At hoc esse nequit. (2) Principium autem hinc sumatur.
 Impossible enim, et falsum, non idem significant. Est autem
 impossibile et possibile, et falsum ac verum, ex suppositio-
 ne: veluti triangulum impossibile est suos tres angulos
 duobus rectis aequales habere, si hæc sint; et diameter com-
 mensurabilis est, si hoc sit. Sunt autem simpliciter et pos-
 sibilia et impossibilia, et vera et falsa. Non est igitur idem,
 falsum aliquid esse simpliciter, et simpliciter impossibile. Te
 namque dicere stare, quando non stas, falsum est quidem,
 sed non impossibile. Similiter et eum qui citharam quidem
 pulsat, non autem cantat, cantare dicere falsum est, sed
 non impossibile est. Simul autem stare atque sedere, et
 diametrum commensurabilem esse, non solum est falsum,
 sed etiam impossibile. Non igitur idem est supponere fal-
 sum, ac impossibile. Impossibile autem ex impossibili
 accidit. Sedendi itaque quippiam standique simul po-
 tentiam habet; quia quando habet illam, et alteram habet:
 at non ut simul stet atque seideat, sed in alio tempore.
 (3) Si vero quippiam plurium potentiam habeat tempore
 infinito, non est in alio tempore, sed simul. Quare si quip-
 piam, quod est tempore infinito, est corruptibile, illud, ut
 non sit, potentiam habet. Si igitur est tempore infinito, sit
 id quod non potest. Simul ergo erit atque non erit actu.
 Falsum igitur accidit, quia falsum suppositum est. Sed si
 impossibile non esset, non id utique, quod accidit, etiam
 impossibile esset. Omne ergo, quod semper est incorrup-
 tibile, simpliciter est. Similiter et ingenitum est. Nam si
 generabile est, erit possibile aliquo in tempore non esse.
 (4) Corruptibile enim id est quod prius quidem erat, nunc
 vero non est: aut quod nunc quidem est, potest autem
 aliquando posterius non esse. Generabile vero id quod prius
 non esse potest: at non est in quo tempore id quod semper
 est, esse potest. Quare non esse nec infinitum, nec finitum.
 Etenim finito tempore esse potest, si et infinito possit. Non
 ergo contingit idem ac unum, et semper esse, et semper non
 esse posse. At neque non semper esse: quæ est negatio. Im-
 possibile est ergo, et semper quippiam esse, et corruptibile
 esse. Pari modo nec generabile. Nam si duo sint termini,
 posteriorque sine priore inesse non possit, si ille competere
 non potest, posterior etiam competere nequit. Quare si id
 quod est semper, non esse aliquando non potest, impossibile
 est et generabile esse. (5) Quum autem negatio quidem
 ejus, quod semper esse potest, sit id quod non semper esse
 potest, contrarium autem id quod non semper esse potest, et
 negatio est id quod non semper non esse potest: negatio-
 nes amborum competere eidem necesse est, et esse me-
 dium ejus quod semper est et ejus quod semper non est,
 id quod esse, et non esse potest. Utriusque nam que ne-
 gatio quandoque competet, si non semper sit. Quare
 et id quod non semper non est, erit quandoque, atque
 non erit; et id quod non semper esse potest, sed quando-
 que est, erit sane atque non erit. Idem ergo possibile
 erit esse atque non esse. Et hoc est medium utrorumque.

ἀμφοῖν μέσον. (6) Λόγος δὲ καθόλου ὄδε. Ἔστω γὰρ τὸ Α καὶ τὸ Β μηδενὶ τῶ αὐτῶ δυνάμενα ὑπάρχειν, ἅπαντι δὲ τὸ Α ἢ τὸ Γ καὶ τὸ Β ἢ τὸ Δ. Ἀνάγκη δὲ ὅτι ἡ μήτηρ τὸ Α ὑπάρχει μήτηρ τὸ Β, παντὶ ὑπάρχειν τὰ δὲ ὅτι ἡ μήτηρ τὸ Α ὑπάρχει μήτηρ τὸ Β, παντὶ ὑπάρχειν τὰ

6 ΓΔ. Ἔστω δὲ τὸ Ε τὸ μεταξὺ τῶν ΑΒ· ἐναντίων γὰρ τὸ μηθέτερον μέσον. Τοῦτω δὲ ἀνάγκη ἀμφοῖν ὑπάρχειν τὸ τε Γ καὶ τὸ Δ. Παντὶ γὰρ ἢ τὸ Α ἢ τὸ Γ, ὥστε καὶ τῶ Ε· ἐπεὶ οὖν τὸ Α ἀδύνατον, τὸ Γ ὑπάρχει. Ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τοῦ Δ. (7) Οὔτε δὲ τὸ

10 αἰ εἶ δὲν γενητὸν οὐδὲ φθαρτὸν, οὔτε τὸ αἰ εἶ μὴ δὲν. Δῆλον δ' ὅτι καὶ εἰ γενητὸν ἢ φθαρτὸν, οὐκ αἰδίων. Ἄμα γὰρ ἔσται δυνάμενον αἰ εἶναι καὶ δυνάμενον μὴ αἰ εἶναι· τοῦτο δ' ὅτι ἀδύνατον, δέδεικται πρότερον. (8) Ἄρ' οὖν εἰ καὶ ἀγένητον, ὄν δέ, τοῦτ' ἀνάγκη αἰδίων εἶναι; 15 ὁμοίως δὲ καὶ εἰ ἀφθαρτὸν, ὄν δέ. Λέγω δὲ τὸ ἀγένητον καὶ ἀφθαρτὸν τὰ κυρίως λεγόμενα, ἀγένητον μὲν δ' ἔστι νῦν, καὶ πρότερον οὐκ ἀληθὲς ἦν εἰπεῖν τὸ μὴ εἶναι, ἀφθαρτὸν δὲ δ' νῦν ὄν ὑστερον μὴ ἀληθὲς ἔσται εἰπεῖν μὴ εἶναι. Ἡ εἰ μὲν ταῦτα ἀλλήλοις ἀκολου-

20 οῦσι καὶ τὸ τε ἀγένητον ἀφθαρτὸν καὶ τὸ ἀφθαρτὸν ἀγένητον, ἀνάγκη καὶ τὸ αἰδίων ἐκατέρω ἀκολουθεῖν, καὶ εἴτε τι ἀγένητον, αἰδίων, εἴτε τι ἀφθαρτὸν, αἰδίων. (9) Δῆλον δὲ καὶ ἐκ τοῦ ὄρισμοῦ αὐτῶν· καὶ γὰρ ἀνάγκη, εἰ φθαρτὸν, γενητὸν. Ἡ γὰρ ἀγένητον ἢ γενη- 25 τὸν· εἰ δὲ ἀγένητον, ἀφθαρτὸν ὑπόκειται. Καὶ εἰ γενητὸν δὴ, φθαρτὸν ἀνάγκη· ἢ γὰρ φθαρτὸν ἢ ἀφθαρτὸν· ἀλλ' εἰ ἀφθαρτὸν, ἀγένητον ὑπέκειτο. (10) Εἰ δὲ μὴ ἀκολουθοῦσιν ἀλλήλοις τὸ ἀφθαρτὸν καὶ τὸ ἀγένητον, οὐκ ἀνάγκη οὔτε τὸ ἀγένητον οὔτε τὸ ἀφθαρτὸν αἰδίων εἶναι. Ὅτι δ' ἀνάγκη ἀκολουθεῖν, ἐκ τῶνδε φανερόν. Τὸ γὰρ γενητὸν καὶ τὸ φθαρτὸν ἀκολουθοῦσιν ἀλλή- 30 λοις. Δῆλον δὲ καὶ τοῦτο ἐκ τῶν πρότερον· τοῦ γὰρ αἰ εἶ ὄντος καὶ τοῦ αἰ εἶ ὄντος ἔστι μεταξὺ ὅτι μηθέτερον ἀκολουθεῖ, τοῦτο δ' ἔστι τὸ γενητὸν καὶ φθαρτὸν. Δυνατὸν γὰρ καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι ὄρισμένον χρόνον ἐκά- 35 τερον· λέγω δ' ἐκάτερον καὶ εἶναι ποσὸν τινα χρόνον καὶ μὴ εἶναι. (11) Εἰ τοίνυν ἔστι τι γενητὸν ἢ φθαρτὸν, ἀνάγκη τοῦτο μεταξὺ εἶναι. Ἔστω γὰρ τὸ Α τὸ αἰ εἶ ὄν, τὸ δὲ Β τὸ αἰ εἶ μὴ ὄν, τὸ δὲ Γ γενητὸν, τὸ δὲ Δ φθαρτὸν. Ἀνάγκη δὲ τὸ Γ μεταξὺ εἶναι τοῦ Α καὶ 40 τοῦ Β. Τῶν μὲν γὰρ οὐκ ἔστι χρόνος ἐπ' οὐδέτερον τὸ πέρασ ἐν ὅτι ἢ τὸ Α οὐκ ἦν ἢ τὸ Β ἦν· τῶ δὲ γενητῶ ἀνάγκη ἢ ἐνεργεῖα εἶναι ἢ δυνάμει, τοῖς δὲ ΑΒ οὐδέτε- 45 ρως. Ποσὸν ἄρα τινὰ καὶ ὄρισμένον χρόνον καὶ ἔσται καὶ πάλιν οὐκ ἔσται τὸ Γ. Ὅμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ Δ φθαρτοῦ. Γενητὸν ἄρα καὶ φθαρτὸν ἐκάτερον. Ἀκολουθοῦσιν ἄρα ἀλλήλοις τὸ γενητὸν καὶ τὸ φθαρτὸν. (12) Ἔστω δὲ τὸ ἐφ' ὅτι Ε ἀγένητον, τὸ δ' ἐφ' ὅτι Ζ γενητὸν, τὸ δ' ἐφ' ὅτι Η ἀφθαρτὸν, τὸ δ' ἐφ' ὅτι Θ φθαρτὸν. 50 Τὰ δὲ ΖΘ δέδεικται ὅτι ἀκολουθεῖ ἀλλήλοις. Ὅταν δ' ἢ οὕτω κείμενα ὡς ταῦτα, οἷον τὸ μὲν Ζ καὶ τὸ Θ ἀκολουθοῦντα, τὸ δὲ Ε καὶ τὸ Ζ μηθενὶ τῶ αὐτῶ, ἅπαντι δὲ θάτερον, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ΗΘ, ἀνάγκη καὶ τὰ ΕΗ ἀκολουθεῖν ἀλλήλοις. Ἔστω γὰρ τῶ Η τὸ Ε

(6) Ratio autem universalis hæc est. Nam α et β nulli eidem inesse possint: α vero aut γ , et β aut δ , cuilibet insint. Cui igitur neque α neque β inest, ei γ δ cuilibet insint necesse est. Sit autem id quod inter α et β medium est, ϵ : id enim, quod neutrum contrariorum est, eorumdem medium esse constat. Ambo igitur, γ inquam et δ , huic insint necesse est. Nam aut α aut γ cuilibet inest; quare et ipsi ϵ . Quum igitur α impossibile sit esse, inest ipsum γ . Eadem est et in ipso δ ratio. (7) Neque igitur id quod semper est, neque id quod semper non est, generabile aut corruptibile est. Patet autem et si generabile aut corruptibile sit, non perpetuum esse. Simul enim poterit semper esse, et non semper esse. Hoc autem prius demonstratum est impossibile esse. (8) Si igitur ingenerabile quippiam est, atque est ens, idne sempiternum esse necesse est? et pari modo, si incorruptibile est, et ens. Dico autem ingenerabile et incorruptibile, ea quæ proprie dicuntur: ingenerabile quidem id quod nunc est, et prius non erat verum dicere haud esse; incorruptibile vero, quod nunc est, et posterius verum non erit dicere haud esse. At si hæc mutuo se sequuntur, atque ingenerabile est incorruptibile, et incorruptibile, ingenerabile: ipsum etiam perpetuum utrumque sequatur, necesse est; et si est quippiam ingenerabile, et si est quippiam incorruptibile, sit continuo sempiternum necesse est. (9) Hoc ita esse, et ex definitione ipsorum patet. Etenim si corruptibile est, generabile esse necesse est: aut enim ingenerabile, aut generabile est: at si ingenerabile est, incorruptibile esse supponitur: et si generabile est, et corruptibile esse necesse est: aut enim corruptibile, aut incorruptibile est. At si incorruptibile est, ingenerabile esse sane supponebatur. (10) Sin vero mutuo se non sequuntur incorruptibile atque ingenerabile, non necesse est aut ipsum ingenerabile, aut incorruptibile, perpetuum esse. Sequi autem hæc sese mutuo necessario, ex his emergere potest. Generabile enim et corruptibile mutuo se sequuntur. Manifestum est autem hoc quoque ex antea dictis. Est enim id medium inter id quod semper est, et id quod semper non est, quod neutrum sequitur: hoc autem est generabile ipsum, ac corruptibile. Utrumque enim, definito tempore quodam, et esse, et non esse potest. (11) Si igitur quippiam aut generabile, aut corruptibile sit, id medium esse necesse est. Sit enim id quidem quod semper est, α , id autem quod semper non est, β : γ vero sit generabile, et δ sit corruptibile: γ igitur, inter α et β medium esse necesse est. Illorum enim ad neutrum ultimum tempus est, in quo α ipsum non erat, aut β ipsum erat. Generabile autem aut actu aut potentia necesse est esse: ipsa vero α β neutro modo. Tempore igitur quodam definito, γ ipsum et erit et rursus non erit. Similiter est dicendum et de ipso corruptibili δ . Generabile ergo et corruptibile utrumque est. Generabile ergo et corruptibile mutuo se sequuntur. (12) Sit itaque ingenerabile ϵ , generabile ζ : incorruptibile η , et corruptibile θ . Est igitur demonstratum, ζ atque θ sese mutuo sequi. Quando autem sic aliqua ut hæc jacent, velut ζ quidem et θ sese mutuo sequuntur, ϵ vero et ζ nulli eidem competunt, sed alterum omni competit, et simili modo ipsa η atque θ : tunc et ϵ η mutuo se sequuntur.

μη ακολουθοῦν. Τὸ ἄρα Ζ ἀκολουθήσει παντὶ γὰρ τὸ Ε ἢ τὸ Ζ. Ἀλλὰ μὴν ῥὶ τὸ Ζ, καὶ τὸ Θ. Τῷ ἄρα Η τὸ Θ ἀκολουθήσει. Ἀλλ' ὑπέκειτο ἀδύνατον εἶναι. Ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ὅτι τὸ Η τῷ Ε. Ἀλλὰ μὴν οὕτως ἔχει τὸ ἀγέννητον, ἐφ' ᾧ Ε, πρὸς τὸ γενητόν, ἐφ' ᾧ Ζ, καὶ τὸ ἀφθαρτόν, ἐφ' ᾧ Η, πρὸς τὸ φθαρτόν, ἐφ' ᾧ Θ.

(13) Τὸ δὲ φάναι μὴδὲν κωλύειν γινόμενον τι ἀφθαρτόν εἶναι καὶ ἀγέννητον ὄν φθαρῆναι, ἅπασι ὑπαρχούσης τῷ μὲν τῆς γενέσεως τῷ δὲ τῆς φθορᾶς, ἀναιρεῖν ἐστὶ τῶν δεδομένων τι. Ἡ γὰρ ἀπειρον ἢ ποσὸν τινα ὀρισμένον χρόνον δύναται ἅπαντα ἢ ποιεῖν ἢ πάσχειν, ἢ εἶναι ἢ μὴ εἶναι, καὶ τὸν ἀπειρον διὰ τοῦτο, ὅτι ὀρισταί πως ὁ ἀπειρος χρόνος, οὗ οὐκ ἐστὶ πλείων. Τὸ δὲ πῆ ἀπειρον οὐτ' ἀπειρον οὐδ' ὀρισμένον. (14) Ἔτι τί μᾶλλον ἐπὶ τῷδε τῷ σημείῳ αἰεὶ ὄν πρότερον ἐφθάρη ἢ μὴ ὄν ἀπειρον ἐγένετο; εἰ γὰρ μὴδὲν μᾶλλον, ἀπειρα δὲ τὰ σημεία, ὄγλον ὅτι ἀπειρον χρόνον ἦν τι γενητόν καὶ φθαρτόν. Δύναται ἄρα μὴ εἶναι τὸν ἀπειρον χρόνον ἅμα γὰρ ἔξει δύναμιν τοῦ μὴ εἶναι καὶ εἶναι, τὸ μὲν πρότερον, εἰ φθαρτόν, τὸ δ' ὕστερον, εἰ γενητόν. Ὡστ' ἐὰν ὑπάρχειν ὄωμεν ἀδύνατα, τὰ ἀντικείμενα ἅμα ὑπάρχει.

Περὶ δὲ τῶν καλουμένων ἀστρῶν ἐπόμενον ἂν εἴη λέγειν, ἐκ τίνων τε συνεστᾶσι καὶ ἐν ποίοις σχήμασι καὶ τίνες αἱ κινήσεις αὐτῶν. Εὐλογώτατον δὲ καὶ τοῖς εἰρημένους ἐπόμενον ἡμῖν τὸ ἕκαστον τῶν ἀστρῶν ποιεῖν ἐκ τούτου τοῦ σώματος ἐν ᾧ τυγχάνει τὴν φορὰν ἔχον, ἐπειδὴ ἔφαμέν τι εἶναι ὁ κύκλω φέρεσθαι πέφυκεν· ὅσπερ γὰρ οἱ πύρινα φάσκοντες εἶναι διὰ τούτου λέγουσιν, ὅτι τὸ ἄνω σῶμα πῦρ εἶναι φασιν, ὡς εὐλογον ὄν ἕκαστον συνεστάναι ἐκ τούτων ἐν οἷς ἕκαστον ἐστίν, ὁμοίως καὶ ἡμεῖς λέγομεν. (2) Ἡ δὲ θερμότης ἀπ' αὐτῶν καὶ τὸ φῶς γίνεται παρεκτριβομένου τοῦ ἀέρος ὑπὸ τῆς ἐκείνων φορᾶς. Πέφυκε γὰρ ἡ κίνησις ἐκπυροῦν καὶ ζῦλα καὶ λίθους καὶ σίδηρον· εὐλογώτερον οὖν τὸ ἐγγύτερον τοῦ πυρός, ἐγγύτερον δὲ ὁ ἀήρ ὅσον καὶ ἐπὶ τῶν φερομένων βελῶν· ταῦτα γὰρ αὐτὰ ἐκπυροῦνται οὕτως ὥστε τῆκεσθαι τὰς μολυβδίδας, καὶ ἐπειπερ αὐτὰ ἐκπυροῦνται, ἀνάγκη καὶ τὸν κύκλω αὐτῶν ἀέρα τὸ αὐτὸ τοῦτο πάσχειν. Ταῦτα μὲν οὖν αὐτὰ ἐκθερμαίνεται διὰ τὸ ἐν ἀέρι φέρεσθαι, δεῖ δὲ τὴν πληγὴν τῇ κινήσει γίνεσθαι πῦρ· τῶν δὲ ἀνω ἕκαστον ἐν τῇ σφαίρα φέρεται, ὅσπερ αὐτὰ μὲν μὴ ἐκπυροῦσθαι, τοῦ δ' ἀέρος ὑπὸ τὴν τοῦ κυκλικῶ σώματος σφαῖραν ὄντος ἀνάγκη φερομένης ἐκείνης ἐκθερμαίνεσθαι, καὶ ταύτη μάλιστα ἢ ὁ ἥλιος τετύγχευεν ἐνδεδεμένος. Διὸ δὲ πλησιάζοντός τε αὐτοῦ καὶ ἀνίσχοντος καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ὄντος γίνεσθαι ἡ θερμότης. Ὅτι μὲν οὖν οὔτε πύρινα ἐστὶν οὔτ' ἐν πυρὶ φέρεται, ταῦθ' ἡμῖν εἰρήσθω περὶ αὐτῶν.

De his autem quæ stellæ vocantur, deinceps dicendum esse videtur, ex quibus constent, quasque figuras habeant, et quæ sint motiones ipsarum. Consonum est itaque maxime rationi, et ea quæ dicta sunt comitatur, unamquamque stellarum ex hoc asserere esse corpore, in quo lationem habet : quum quippiam esse dicamus, quod aptum est suapte natura ferri conversione. Ut enim qui dicunt igneas esse, ideo dicunt, quia superum corpus ignem inquit esse; quippe quum consonum sit rationi, ex iis unamquamque constare, in quibus est quæque : sic et nos hac in sententia nostra dicimus. (2) Caliditas autem ab ipsis lumenque ideoque fit, quia aer ab illarum motione fricatur. Motus enim et ligna et lapides et ferrum ignire solet. Magis igitur consentaneum est rationi, id quod est propinquius igni; propinquius vero est aer, quale fit et in sagittis quæ feruntur. Hæ namque adeo igniuntur, ut ipsum plumbum quod est in ipsis, liquescat. Atque quum in ipsis hoc fiat, circumdans etiam ipsas aer hoc idem patitur necesse est. Hæc igitur ideo calefiunt, quia in aere feruntur, qui quidem ob ictum motione fit ignis. Superiorum autem corporum unumquodque fertur in sphaera, ut ipsa quidem non igniuntur; sed aer quum sub obeuntis corporis sphaera sit, ob illius motum necessario calefiat, et maxime hac, in qua sol est infixus. Quocirca quum propius accedit, ac oritur, et super nos est, fit et calor. Hæc igitur a nobis sint dicta de ipsis, quibus patet neque igneas ipsas esse, neque in igne ferri.

CAP. VIII.

Ἐπεὶ δὲ φαίνεται καὶ τὰ ἀστρο μισιτάμενα καὶ ὁλος ὁ οὐρανός, ἀναγκαῖον ἦτοι ἡρεμούντων ἀμφοτέρων γίνεσθαι τὴν μεταβολήν, ἢ κινουμένων, ἢ τοῦ μὲν ἡρεμούντος τοῦ δὲ κινουμένου. Ἀμφοτέρα μὲν τοίνυν ἡρεμεῖν ἀδύνατον ἡρεμούσης γε τῆς γῆς· οὐ γὰρ ἂν ἐγίγνετο τὰ φαινόμενα. Τὴν δὲ γῆν ὑποκείσθω ἡρεμεῖν. (2) Λεῖπεται δὲ ἢ ἀμφοτέρα κινεῖσθαι, ἢ τὸ μὲν κινεῖσθαι τὸ δ' ἡρεμεῖν. Εἰ μὲν οὖν ἀμφοτέρα κινῆσεται, ἄλογον τὸ ταῦτα τάχῃ τῶν ἀστρῶν εἶναι καὶ τῶν κύκλων· ἕκαστον γὰρ ὁμοσταχὲς ἔσται τῷ κύκλω καθ' ὃν φέρεται. Φαίνεται γὰρ ἅμα τοῖς κύκλοις καθιστάμενα πάλιν εἰς τὸ αὐτό. Συμβαίνει οὖν ἅμα τὸ τε ἀστρον διεληλυθῆναι τὸν κύκλον καὶ τὸν κύκλον ἐννέχθαι τὴν αὐτοῦ φορὰν, διεληλυθότα τὴν αὐτοῦ περιφέρειαν. Οὐκ ἔστι δ' εὐλογον τὸ τὸν αὐτὸν λόγον ἔχειν τὰ τάχῃ τῶν ἀστρῶν καὶ τὰ μεγέθη τῶν κύκλων. Τούτους μὲν γὰρ κύκλους οὐδὲν ἄστρον ἀλλ' ἀναγκαῖον ἀνάλογον ἔχειν τὰ τάχῃ τοῖς μεγέθεσι, τῶν δ' ἀστρῶν ἕκαστον τῶν ἐν τούτοις οὐθαμῶς εὐλογον. Εἴτε γὰρ ἐξ ἀνάγκης τὸ τὸν μείζων κύκλον φερόμενον θάπτον ἔσται, ὅλον ὅτι κἂν μετατεθῇ τὰ ἀστρο εἰς τοὺς ἀλλήλων κύκλους, τὸ μὲν ἔσται θάπτον τὸ δὲ βραδύτερον· οὕτως δ' οὐκ ἂν ἔχοιεν οἰκείαν κίνησιν, ἀλλὰ φέροιντ' ἂν ὑπὸ τῶν κύκλων. (3) Εἴτε ἀπὸ ταυτοματίας συνέπεσεν, οὐδ' οὕτως

Quum autem et stellæ transferri videantur, et totum cælum, aut utrisque quiescentibus, aut utrisque subeuntibus motum, aut altero quiescente, altero subeunte motum, fieri mutationem necesse est. Ambo igitur quiescere, fieri mutationem necesse est. Non enim fierent quæ in cælo cernuntur. At supponatur terram quiescere. (2) Restat igitur, aut ambo moveri, aut alterum quiescere, alterum moveri. Si igitur ambo movebuntur, ratione profecto vacat, eandem stellarum aut circulorum esse celeritates. Unaquæque enim æque celeris erit, atque circulus in quo fertur. Simul enim cum circulis in idem redire apparet. Accidit igitur, simul stellam circulum transivisse, et circulum lationem suam egisse, suamque circumferentiam transivisse. Non est autem consentaneum rationi, celeritates stellarum, et magnitudines circulorum, eandem rationem habere. Circulus enim, non est absurdum, sed necessarium, celeritates habere rationem subeuntes eandem, quam et magnitudines subeunt : stellarum autem earum quamque, quæ sunt in istis, habere, nullo modo consentaneum est rationi. Nam si necessario ea celerior erit, quæ per majorem circulum fertur, patet quod, si circulus stellæ suos mutabunt, alia celerior, alia tardior erit : hoc autem modo motionem propriam non habere; sed ab ipsis orbibus ferri videantur. (3) Sin casu accidit, neque hoc pacto consonum

εὐλογον ὥστ' ἐν ἅπασιν ἄμα τὸν τε κύκλον εἶναι μείζω
καὶ τὴν φορὰν θάττω τοῦ ἐν αὐτῷ ἄστρου· τὸ μὲν γὰρ
ἐν ἡ δύο τοῦτων τὸν τρόπον ἔχουσιν οὐδὲν ἄτοπον, τὸ δὲ
πάνθ' ὁμοίως πλάσματος ἔοικεν. Ἄμα δὲ καὶ οὐκ ἔστιν ἐν
6 τοῖς φύσει τὸ ὡς ἔτυγεν, οὐδὲ τὸ πανταγοῦ καὶ πᾶσιν
ὑπάρχον τὸ ἀπὸ τύχης. (4) Ἀλλὰ μὴν πάλιν εἰ οἱ μὲν
κύκλοι μένουσιν, αὐτὰ δὲ τὰ ἄστρα κινεῖται, ταῦτα καὶ
ὁμοίως ἔσται ἄλογον· συμβήσεται γὰρ ὅπῃ κινεῖσθαι
τὰ ἔξω, καὶ τὰ τάχῃ εἶναι κατὰ τὰ μεγέθη τῶν κύκλων.
10 Ἐπεὶ τοίνυν οὐτ' ἀμφοτέρα κινεῖσθαι εὐλογον οὔτε τὸ
ἄστρον μόνον, λείπεται τοὺς μὲν κύκλους κινεῖσθαι, τὰ
δὲ ἄστρα ἡρεμεῖν καὶ ἐνδοδεμένα τοῖς κύκλοις φέρεσθαι·
μόνος γὰρ οὕτως οὐδὲν ἄλογον συμβαίνει· (5) τὸ τε γὰρ
ἄστρον εἶναι τοῦ μείζονος κύκλου τὸ τάχος εὐλογον περὶ
15 τὸ αὐτὸ κέντρον ἐνδοδεμένων (ὡσπερ γὰρ ἐν τοῖς ἄλ-
λοις τὸ μείζον σῶμα ὅπῃ κινεῖται τὴν οἰκίαν φορὰν,
οὕτως καὶ ἐν τοῖς ἐγκυκλίαις· μείζον γὰρ τῶν ἀφαιρου-
μένων ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ κέντρου τὸ τοῦ μείζονος κύκλου
τιμήμα, ὥστ' εὐλόγως ἐν τῷ ἴσῳ χρόνῳ ὁ μείζων
20 περιορισθήσεται κύκλος), τὸ τε μὴ διασπᾶσθαι τὸν οὐ-
ρανὸν διὰ τε τοῦτο συμβήσεται καὶ ὅτι δέδεικται συνε-
χῆς ὄν τὸ θλον. (6) Ἐπεὶ δ' ἐπεὶ σφαιροειδῆ τὰ ἄστρα,
καθάπερ οἱ τ' ἄλλοι φασὶ καὶ ἡμῖν ὁμολογούμενον εἶ-
πεῖν, ἐξ ἐκείνου γε τοῦ σώματος γεννῶσιν· τοῦ δὲ σφαι-
25 ροειδοῦς δύο κινήσεις εἰσὶ καθ' αὐτό, κύλιαι καὶ δίνησις·
εἴπερ οὖν κινεῖται τὰ ἄστρα δι' αὐτῶν, τὴν ἑτέραν ἂν
κινεῖται τούτων· ἀλλ' οὐδετέραν φαίνεται. Δινούμενα
μὲν γὰρ ἔμμενον ἂν ἐν ταύτῃ καὶ οὐ μετέβαλλε τὸν τό-
πον, ὅπερ φαίνεται τε καὶ πάντες φασίν. Ἐπεὶ δὲ πάντα
30 μὲν εὐλογον τὴν αὐτὴν κίνησιν κινεῖσθαι, μόνος δὲ δο-
κεῖ τῶν ἄστρον ὁ ἥλιος τοῦτο ὄραν, ἀνατέλλων ἢ δύνων,
καὶ οὗτος οὐ δι' αὐτὸν ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπόστασιν τῆς ἡμε-
τέρας ὀψεως· ἢ γὰρ ὄψις ἀποτεταμένη μακρὰν ἐλίσει-
ται διὰ τὴν ἀσθένειαν. Ὅπερ αἴτιον ἴσως καὶ τοῦ στίλ-
35 βειν φαίνεσθαι τοὺς ἀστέρας τοὺς ἐνδοδεμένους, τοὺς δὲ
πλάνητας μὴ στίλβειν· οἱ μὲν γὰρ πλάνητες ἐγγύς εἰ-
σιν, ὥστ' ἐγκρατῆς οὔσα πρὸς αὐτοὺς ἀφικνεῖται ἢ ὄψις·
πρὸς δὲ τοὺς μένοντας κραδαίνεται διὰ τὸ μῆκος, ἀπο-
τεινομένη πόρρω εἶναι. Ὅ δὲ τρόμος αὐτῆς ποιεῖ τοῦ
40 ἄστρου δοκεῖν εἶναι τὴν κίνησιν· οὐδὲν γὰρ διαφέρει
κινεῖν τὴν ὄψιν ἢ τὸ δρώμενον. (7) Ἀλλὰ μὴν ὅτι οὐδὲ
κυλίεται τὰ ἄστρα, φανερόν· τὸ μὲν γὰρ κυλιόμενον
στρέφεται ἀνάγκη, τῆς δὲ σελήνης αἰεὶ ὀηλόν ἐστι τὸ
καλούμενον πρόσωπον. Ὅστ' ἐπεὶ κινούμενα μὲν
45 δι' αὐτῶν τὰς οἰκείας κινεῖσθαι κινήσεις εὐλογον, ταύ-
τας δ' οὐ φαίνεται κινούμενα, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν κινεῖται
δι' αὐτῶν. (8) Πρὸς δὲ τούτοις ἄλογον τὸ μηθὲν ὄργανον
αὐτοῖς ἀποδοῦναι τὴν φύσιν πρὸς τὴν κίνησιν· οὐδὲν
γὰρ ὡς ἔτυγε ποιεῖ ἡ φύσις, οὐδὲ τῶν μὲν ζώων φρον-
50 τισαί, τῶν δ' οὕτω τιμίων ὑπεριδεῖν, ἀλλ' ἔοικεν ὡσπερ
ἐπίτηδες ἀφελεῖν πάντα δι' ὧν ἐνεδέχτο προϊέναι
καθ' αὐτά, καὶ ὅτι πλεῖστον ἀποστῆσαι τῶν ἐχόντων
ὄργανα πρὸς κίνησιν. (9) Διὸ καὶ εὐλόγως ἂν δοξείεν
δ τε θλος οὐρανὸς σφαιροειδῆς εἶναι καὶ ἕκαστον τῶν

est rationi, ut in omnibus simul et circulus sit major, et
latio stellæ, quæ est in ipso, celerior. Unam enim, vel duas
hoc modo sese habere, non est absurdum : universas vero
simili modo sese habere, figmento est simile. Et insuper in
iis quæ sunt natura, non est id quod fit casu; neque id
quod ubique et in omnibus est, proficiscitur a fortuna.
(4) At vero si orbis quiescant, stellæ autem moveantur,
eadem absurda et similiter erunt. Eveniet enim celerius eas
moveri quæ sunt extra, et celeritates per orbium magni-
tudines esse. Quum igitur neque utraque, neque stellam
solum moveri consentaneum sit rationi, restat, orbis qui-
dem moveri, stellæ vero quiescere et infixas in ipsis orbi-
bus ferri : hoc enim modo dumtaxat nihil accidit quod rati-
onis fines egrediatur. (5) Et velocitatem enim orbis majoris
celeriores esse, consentaneum est rationi, circa idem cen-
trum in orbibus stellis infixis. Ut enim in ceteris majus
corpus celerius latiore propria fertur, sic et in orbibus ipsis.
Pars enim orbis majoris major est iis partibus quæ aufe-
runtur ab eo plano quod per centrum extenditur. Quare
congrue æquali tempore major orbis circumferetur. Deinde
accidit nec divelli cælum, et propter hoc ipsum, et quia de-
monstratum est, totum ipsum continuum esse. (6) Præ-
terea quum stellæ sint rotundæ, quemadmodum et ceteri
dicunt, et nos etiam ut nostris consonum sententiis dici-
mus, ex illo corpore ipsas generantes; rotundique ipsius
duæ sint per se motiones, volutio, et conversio; si stellæ per
se moverentur, harum altera motione moverentur : at neu-
tra moveri eas apparet. Si versarentur enim, eodem in loco
sane manerent, locum non mutarent. Videtur autem
locum mutare, quod omnes dicunt. Præterea, omnes quidem
consentaneum est rationi eodem motu fieri. Sol autem stel-
larum solus hoc facere videtur, quum oritur atque occidit :
et hic non per se, sed ob nostri sensus remotionem. Visus
enim longe sese extendens, versatur ob imbecillitatem : quæ
quidem fortasse causa est, ut stellæ quidem fixæ micare,
vagantes autem non micare videantur. Vagæ namque stellarum
sunt prope; quare visus sui compos ad ipsas accedit : ad
fixas autem longe valde sese extendens, ob longitudinem
tremit. Tremor autem ipsius facit ut hæc motio stellarum
ipsius esse videatur. Nihil enim interest, visus, an id quod
cernitur, moveatur. (7) At vero nec volvi stellas perspi-
cium esse videtur. Id enim quod volvitur, versetur necesse
est : at id, lunæ quod facies nuncupatur, semper videtur.
Quare, quum consonum sit rationi, stellas iis motibus, qui
ad ipsas sunt accommodati, moveri, si per se moveantur; his
autem eas non moveri apparet : patet, ipsas per se non mo-
vereri. (8) Insuper nullum ipsis instrumentum ad motum
tribuisse naturam, rationi non est consentaneum. Nihil enim
casu Natura facit : neque animalia quidem ipsi curæ fuere,
adeo vero præstabiles res despexit : sed universa videtur,
tanquam de industria, abstulisse, quibus per se procedere
ipsa possent, atque ab iis quæ instrumenta ad motum habent,
quamplurimum, removisse. (9) Quapropter et totum cælum
rotundum cum ratione esse videbitur, et unaquæque stel-

ἄστρον. Πρὸς μὲν γὰρ τὴν ἐν τῷ αὐτῷ κίνησιν ἢ σφαῖρα τῶν σχημάτων χρησιμώτατον (οὕτω γὰρ ἂν καὶ τάχιστα κινεῖτο καὶ μάλιστα κατέγοι τὸν αὐτὸν τόπον), πρὸς δὲ τὴν εἰς τὸ πρόσθεν ἀχρηστότατον· ἥμισα γὰρ ὅμοιον τοῖς δι' αὐτῶν κινητικοῖς· οὐδὲν γὰρ ἀπρητημένον ἔχει οὐδὲ πρόεχον, ὥσπερ τὸ εὐθύγραμμον, ἀλλὰ πλεῖστον ἀφέστηκε τῷ σχήματι τῶν πορευτικῶν σωμαμάτων. Ἐπεὶ οὖν δεῖ τὸν μὲν οὐρανὸν κινεῖσθαι τὴν ἐν αὐτῷ κίνησιν, τὰ ἄλλα δ' ἄστρα μὴ προίεναί δι' αὐτῶν, εὐλόγως ἂν ἑκάτερον εἴη σφαιροειδές· οὕτω γὰρ μάλιστα τὸ μὲν κινῆσεται τὸ δ' ἠρεμήσει.

larum. Sphæra enim figurarum maxime utilis est ad eum motum, qui eodem in loco fit (sic enim et celerrime moveri, et eundem maxime locum occupare potest); ad motum autem eum quo ad ea pergitur loca quæ sunt ante, maxime inutilis est. Est enim minime similis hisce quæ per se ipsa moventur. Nihil enim dependens, nihil eminens habet, ut reclarum linearum figura; sed plurimum a corporibus hisce quæ progrediuntur, figura semota est. Quum igitur cælum quidem in se ipso moveri oporteat, stellas autem non per se ipsas procedere, cum ratione nimirum fit utrumque ut figuræ rotundæ sit. Sic enim alterum quidem motu ciebitur, alterum vero quiescet.

CAP. IX.

Φανερόν δ' ἐκ τούτων ὅτι καὶ τὸ φάναι γίνεσθαι φερομένην ἄρμονίαν, ὡς συμφῶνων γινομένων τῶν ψόφων, κομψῶς μὲν εἴρηται καὶ περιττῶς ὑπὸ τῶν εἰπόντων, οὐ μὴν οὕτως ἔχει τάληθές. Δοκεῖ γὰρ τισιν ἀναγκαῖον εἶναι τηλικούτων φερομένων σωμαμάτων γίνεσθαι ψόφον, ἐπεὶ καὶ τῶν παρ' ἡμῖν οὐτε τοὺς ὄγκους ἔχόντων ἴσους οὐτε τοιοῦται τάχει φερομένων· ἡλίου δὲ καὶ σελήνης, εἴτε τε τοσοῦτων τὸ πῆθος ἄστρον καὶ τὸ μέγεθος φερομένων τῷ τάχει τοιαύτην φορὰν ἀδύνατον μὴ γίνεσθαι ψόφον ἀμήχανόν τινα τὸ μέγεθος. Ὑποθέμενοι δὲ ταῦτα καὶ τὰς ταχυτήτας ἐκ τῶν ἀποστάσεων ἔχειν τοὺς τῶν συμφωνιῶν λόγους, ἐναρμόνιον φασὶ γίνεσθαι τὴν φωνὴν φερομένων κύκλων τῶν ἄστρον. Ἐπεὶ δ' ἄλογον ἐδόκει τὸ μὴ συνακούειν ἡμᾶς τῆς φωνῆς ταύτης, αἴτιον τούτου φασὶν εἶναι τὸ γιγνομένου εὐθὺς ὑπάρχειν τὸν ψόφον, ὥστε μὴ διάδηλον εἶναι πρὸς τὴν ἐναντίαν σιγὴν· πρὸς ἄλλα γὰρ φωνῆς καὶ σιγῆς εἶναι τὴν διάγνωσιν, ὥστε καθάπερ τοῖς χαλκοτύποις διὰ συνήθειαν οὐδὲν δοκεῖ διαφέρειν, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ταῦτο συμβαίνειν. Ταῦτα δὲ, καθάπερ εἴρηται πρότερον, ἐμμελῶς μὲν λέγεται καὶ μουσικῶς, ἀδύνατον δὲ τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον. (2) Οὐ γὰρ μόνον τὸ μηδὲν ἀκούειν ἄτοπον, περὶ οὗ λύειν ἐγγειροῦσι τὴν αἰτίαν, ἀλλὰ καὶ τὸ μηδὲν πάσχειν χωρὶς αἰσθήσεως. Οἱ γὰρ ὑπερβάλλοντες ψόφοι διακναίουςι καὶ τῶν ἀψύγων σωμαμάτων τοὺς ὄγκους, ὡς ὁ τῆς βροντῆς δίστησι λίθους καὶ τὰ καρτερώτατα τῶν σωμαμάτων. Τοσοῦτων δὲ φερομένων, καὶ τοῦ ψόφου διόντος πρὸς τὸ φερόμενον μέγεθος, πολλαπλάσιον μέγεθος ἀναγκαῖον ἀφικνεῖσθαι τε δεῦρο καὶ τὴν ἰσὺν ἀμήχανον εἶναι τῆς βίας. (3) Ἄλλ' εὐλόγως οὐτ' ἀκούομεν οὐτε πάσχοντα φαίνεται τὰ σώματα βίαιον οὐδὲν πάθος, διὰ τὸ μὴ ψοφεῖν· ἅμα δ' ἐστὶ τὸ τ' αἴτιον τούτων δῆλον, καὶ μαρτύριον τῶν εἰρημένων ἡμῖν λόγων, ὡς εἰσὶν ἀληθεῖς· τὸ γὰρ ἀπορηθὲν καὶ ποιῆσαν τοὺς Πυθαγορείους φάναι γίνεσθαι συμφωνίαν τῶν φερομένων ἡμῖν ἐστὶ τεκμηρίον. Ὅσα μὲν γὰρ αὐτὰ φέρεται, ποιεῖ ψόφον καὶ πληγὴν· ὅσα δ' ἐν φερομένῳ ἐνδέδετα ἢ ἐνυπάρχει, καθάπερ ἐν τῷ πλοίῳ τὰ μόρια, οὐ γὰρ οἷοντες ψοφεῖν, οὐδ' αὖ τὸ πλοῖον, εἰ φέροιτο ἐν ποταμῷ. (4) Καίτοι τοὺς αὐτοὺς λόγους ἂν ἐξείη λέγειν, ὡς ἄτοπον εἰ μὴ φερόμενος ὁ ἴστος καὶ ἡ πρύμνα

Ex his autem patet, id quod dictum est a quibusdam, horum, inquam, latone concentum fieri, sonis emergentibus inde ratione rata distinctis, lepide quidem esse dictum atque concinne, non tamen esse verum, nec ita rem se habere. Sunt enim quibus necessarium esse videatur, sonum fieri tantorum corporum latone, quippe quum et eorum corporum motu, quæ apud nos sunt, neque molem habentium æqualem, neque talem motionis celeritatem, qualis est solis et lunæ, sonus efficiatur: et insuper quum tot multitudine, tantæque magnitudine stellæ tanta celeritate motus ferantur, impossibile est, sonum non fieri ingentem. Hæc autem supponentes, et celeritates insuper concentuum rationes ex intervallis habere, varios æqualiter sonos stellarum conversione fieri dicunt. Quoniam vero rationis fines egredi videbatur, nos hunc sonitum non audire, causam hujus inquit esse, continuo sonum hunc esse quum orimur, ut non sit ad silentium contrarium manifestum. Vocis enim silentiique perceptionem vicissitudine fieri dicunt. Quare ut iis qui mulcent ferrum, ob consuetudinem nihil interesse videtur, sic et hominibus idem accidere aiunt. Hoc, uti dictum prius est, concinne quidem musicæque dicunt: impossibile est autem ita sese habere. (2) Non enim solum hoc est absurdum, nihil, inquam, nos audire, quod quidem, solve agredientes dictam causam, afferunt: sed etiam illud, sine sensu nihil omnino pati. Exsuperantes enim soni etiam inanimatorum corporum moles offendunt: tonitruum namque sonus lapides et robustissima corpora scindit. Quodsi tot feruntur corpora, atque eam magnitudinem, quæ fertur, secundum sonitum transit: huc profecto perveniat multiplex ejus magnitudo, ac ipsius violentiæ magnæ sint admodum vires, necesse est. (3) Sed non sine ratione neque nos audimus, neque corpora pati quicquam violentum videntur: propterea quod nullum stellæ sua motione sonum efficiunt; atque simul et istorum causa patet, et testis est hisce quæ a nobis sunt dicta, veraque esse declarat. Id enim ipsum quod dubitatum est et Pythagoricos compulit hanc sententiam ferre, stellarum, inquam, latone concentum fieri, indicium efficitur nobis. Quæ namque per se feruntur, ea sonitum ictumve faciunt; quæ vero in eo quod fertur, infixæ sunt aut insunt, ut in navigio partes, ea sonum elicere nequeunt, neque etiam ipsum navigium, si in fluvio feratur. (4) Et tamen eadem dicere licebit, absurdum esse si tantæ navis malus atque pup-

ποιεῖ ψόφον πῶλον τηλικαυτῆς νεώς, ἢ πάλιν αὐτὸ τὸ πλοῖον κινούμενον. Τὸ δ' ἐν μὴ φερομένῳ φερόμενον ποιεῖ ψόφον· ἐν φερομένῳ δὲ συνεχῆς καὶ μὴ ποιοῦντι πληγῆν ἀδύνατον ψοφεῖν. Ὡστ' ἐνταῦθα λεκτέον ὡς εἴπερ ἐφέρετο τὰ σώματα τούτων εἴτ' ἐν αἰέρος πλήθει κεχυμένῳ κατὰ τὸ πᾶν εἴτε πυρός, ὥσπερ πάντες φασίν, ἀναγκαῖον ποιεῖν ὑπερφυᾶ τῷ μεγέθει τὸν ψόφον, τούτου δὲ γινομένου καὶ δεῦρ' ἀφικνεῖσθαι καὶ διακναίειν. Ὡστ' ἐπεὶ περ οὐ φαίνεται τοῦτο συμβαίνειον, οὐτ' ἂν ἐμψυγον οὔτε βίαιον φέροιτο φορὰν οὐδὲν αὐτῶν, ὥσπερ τὸ μέλλον ἔσσεσθαι προνοούσης τῆς φύσεως, ὅτι μὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἐγούσης τῆς κινήσεως οὐδὲν ἂν ἦν τῶν περὶ τὸν δεῦρο τόπον ὁμοίως ἔχον. Ὅτι μὲν οὖν σφαιροειδῆ τὰ ἀστρα καὶ ὅτι οὐ κινεῖται δι' αὐτῶν, εἴρηται.

pis, aut ipsam rursus navigium, vehementem non faciet sonum motione sua. Quod vero fertur, in eo quod non fertur, id facit sonum : at quod est in eo quod fertur et ictum non facit, id efficere sonum impossibile est. Quare dicendum est hic, si stellarum corpora per aerem fusum per universum, aut ignem, ut omnes aiunt, ferantur, necessario vehementem fieri sonum, atque huc pervenire, et hæc fatigare corpora. Quod quum non fieri manifestum sit, neque animantis motu, neque violento, ullam stellarum ferri apparet, quasi futuris ipsa providente natura : nam si hoc modo non sese haberet motus stellarum, nihil prorsus eorum esset, quæ hoc in loco sunt, quod simili modo sese haberet. Stellæ igitur esse rotundas, et per se ipsas non moveri, sætis jam diximus.

CAP. X.

16 Περὶ δὲ τῆς τάξεως αὐτῶν, ὃν μὲν τρόπον ἕκαστον κεῖται τῷ τὰ μὲν εἶναι πρότερα τὰ δ' ὕστερα, καὶ πῶς ἔχει πρὸς ἄλληλα τοῖς ἀποστήμασιν, ἐκ τῶν περὶ ἀστρολογίαν θεωρησῶ· λέγεται γὰρ ἰκανῶς. (2) Συμβαίνει δὲ κατὰ λόγον γίνεσθαι τὰς ἑκάστου κινήσεις 20 τοῖς ἀποστήμασι τῷ τὰς μὲν εἶναι θάττους τὰς δὲ βραδυτέρας· ἐπεὶ γὰρ ὑπόκειται τὴν μὲν ἐσχάτην τοῦ οὐρανοῦ περιφορὰν ἀπλήν τ' εἶναι καὶ ταχίστην, τὰς δὲ τῶν ἄλλων βραδυτέρας τε καὶ πλείους (ἕκαστον γὰρ ἀντιφέρεται τῷ οὐρανῷ κατὰ τὸν αὐτοῦ κύκλον), εὐ- 25 λογον ἤδη τὸ μὲν ἐγγυτάτω τῆς ἀπλῆς καὶ πρώτης περιφορᾶς ἐν πλείστῳ χρόνῳ διείναι τὸν αὐτοῦ κύκλον, τὸ δὲ πορρωτάτω ἐν ἐλαχίστῳ, τῶν δ' ἄλλων αἰεὶ τὸ ἐγγύτερον ἐν πλείονι, τὸ δὲ πορρωτέρων ἐν ἐλάττονι. Ἐὰν μὲν γὰρ ἐγγυτάτω μάλιστα κρατεῖται, τὸ δὲ πορρωτάτω πάντων ἥκιστα διὰ τὴν ἀπόστασιν· τὰ δὲ με- 30 ταξὺ κατὰ λόγον ἤδη τῆς ἀποστάσεως, ὥσπερ καὶ δεικνύουσιν οἱ μαθηματικοί.

De ordine vero ipsarum, quomodo quæque disposita sit, ut quædam sint priores, quædam posteriores, et quomodo sese habeant intervallis, ex iis quæ in astrologia dicuntur, contemplerur oportet : dicitur enim ibi sufficienter. (2) Accidit autem per rationem singularium fieri motiones, ipsis nimirum intervallis, ut aliæ sint celeriores, aliæ tardiores. Nam quum supponatur, extimam quidem cæli lationem simplicem atque celerrimam esse, ceteras vero tardiores ac plures (quæque namque stella motu fertur contrario atque cælum, suo in orbe), consentaneum jam est rationi, eam quidem, quæ propinquissima est simplici primæque conversioni, plurimo in tempore suum orbem transire; eam vero quæ remotissima est, in minimo : ceterarum autem semper eam quæ est propinquior, in majore; eam vero quæ est remotior, in minore. Propinquissima namque maxime superatur, remotissima vero minime omnium, ob remotionem : at media per distantiae jam rationem, ut mathematici quoque demonstrant.

CAP. XI.

Τὸ δὲ σχῆμα τῶν ἀστρων ἑκάστου σφαιροειδὲς μάλιστα· ἂν τις εὐλόγως ὑπολάβῃ. Ἐπεὶ γὰρ δέδεικται 35 ὅτι οὐ περύκασσι κινεῖσθαι δι' αὐτῶν, ἢ δὲ φύσις οὐδὲν ἀλόγως οὐδὲ μάτην ποιεῖ, ὁῦλον ὅτι καὶ σχῆμα τοιοῦτον ἀπέδωκε τοῖς ἀκινήτοις ὁ ἥκιστα ἐστὶ κινήτικόν. Ἡκιστα δὲ κινήτικὸν ἡ σφαῖρα διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν ὄργανον πρὸς τὴν κίνησιν. Ὡστε ὁῦλον ὅτι σφαι- 40 ροειδῆ ἂν εἴη τὸν ὄγκον. Ἐτι δ' ὁμοίως μὲν ἅπαντα καὶ ἐν, ἢ δὲ σελήνη δεικνύεται διὰ τῶν περὶ τὴν ὄψιν ὅτι σφαιροειδῆς· οὐ γὰρ ἂν ἐγίνετο αὐξανομένη καὶ φθίνουσα τὰ μὲν πλείεστα μηνοειδῆς ἢ ἀμφίκυρτος, ἀπαξ δὲ διγύτομος. Καὶ πάλιν διὰ τῶν ἀστρολογι- 45 κῶν, ὅτι οὐκ ἂν ἦσαν αἱ τοῦ ἡλίου ἐκλείψεις μηνοειδεῖς. Ὡστ' εἴπερ ἐν τοιοῦτον, ὁῦλον ὅτι καὶ τᾶλλα ἂν εἴη σφαιροειδῆ.

Atqui figuram uniuscujusque stellarum rotundam esse, maxime non absque ratione quispiam existimabit. Nam quum demonstratum sit, stellas laud aptas esse per se moveri; naturaque nihil absque ratione frustra faciat : patet, eam figuram ipsam immobilibus tribuisse, quæ minime est motiva. Talis autem est rotunda, propterea quod instrumentum nullum habet ad motum. Quare patet, stellarum molem rotundam esse. Præterea, similiter se habent omnes atque una. At luna per ea quæ circa visum accidunt, rotunda esse ostenditur. Non enim accrescens atque decrescens pluries quidem altera ex parte curva, altera concava fieret, aut utraque ex parte curva, semel autem duas in partes æquales bipartita videretur. Et rursus apparet per astrologiam. Non enim sol quum deficit, concavus ea ex parte qua deficit, videretur. Quare si stella una est talis, patet et ceteras omnes esse rotundas.

CAP. XII.

Διοὺν δ' ἀπορίαιν οὖσαι, περὶ ὧν εἰκότως ἂν ὀπίσθου ἀπορήσειε, πειρατέον λέγειν τὸ φαινόμενον, αἰδοῦς ἀξίαν εἶναι νομίζοντας τὴν προθυμίαν μᾶλλον ἢ θράσους, εἴ τις διὰ τὸ φιλοσοφίας διψῆν καὶ μικρὰς εὐπορίας ἀγαπᾷ περὶ ὧν τὰς μεγίστας ἔχομεν ἀπορίας. Ἔστι δὲ πολλῶν ὄντων τοιούτων οὐχ ἥμισθα θαυμαστόν, διὰ τίνα ποτ' αἰτίαν οὐκ αἰεὶ τὰ πλεῖον ἀπέχοντα τῆς πρώτης φορᾶς κινεῖται πλείους κινήσεις, ἀλλὰ τὰ μεταξὺ πλείστα. Εὐλόγον γὰρ ἂν δόξειεν εἶναι τοῦ πρώτου σώματος μίαν κινουμένου φορὰν τὸ πλησιέτατον ἐλαχίστα κινεῖσθαι κινήσεις, ὡς δύο, τὸ δ' ἔχόμενον τρεῖς ἢ τίνα ἄλλην τοιαύτην τάξιν. Νῦν δὲ συμβαίνει τοῦναντίον· ἐλάττους γὰρ ἥλιος καὶ σελήνη κινεῖσθαι κινήσεις ἢ τῶν πλανωμένων ἀστρῶν ἕνια· καίτοι πορρωτέρον τοῦ μέσου καὶ πλησιαιτέρον τοῦ πρώτου σώματος εἶναι αὐτῶν. Δῆλον δὲ τοῦτο περὶ ἐνίων καὶ τῇ ὄψει γέγονεν· τὴν γὰρ σελήνην ἐωράκαμεν διχοτομομένον οὖσαν, ὑπελοδοῦσαν δὲ τὸν ἀστέρα τὸν Ἄρεος, καὶ ἀποκρυφθέντα μὲν κατὰ τὸ μέλαν αὐτῆς, ἐξελθόντα δὲ κατὰ τὸ φανὸν καὶ λαμπρόν. Ὅμοιός δὲ καὶ περὶ τοὺς ἄλλους ἀστέρας λέγουσιν οἱ πάσαι τετηρηκότες ἐκ πλείστων ἐτῶν Αἰγύπτιοι καὶ Βαβυλώνιοι, παρ' ὧν πολλὰς πίστει εἶχομεν περὶ ἐκάστου τῶν ἀστρῶν.

(2) Τοῦτό τε δὴ δικαίως ἀπορήσειεν ἂν τις, καὶ διὰ τίνα ποτ' αἰτίαν ἐν μὲν τῇ πρώτῃ φορᾷ τοσούτον ἐστὶν ἀστρῶν πλῆθος ὥστε τῶν ἀναριθμητῶν εἶναι δοκεῖν τὴν πᾶσαν τάξιν, τῶν δ' ἄλλων ἐν χωρὶς ἕκαστον, δύο δ' ἢ πλείω οὐ φαίνεται ἐν τῇ αὐτῇ ἐνδεδεμένα φορᾷ. Περὶ δὲ τούτων ζητεῖν μὲν καλῶς ἔχει καὶ τὴν ἐπὶ πλείον συνεσιν, καίπερ μικρὰς ἔχοντας ἀφορμάς καὶ τοσαύτην ἀπόστασιν ἀπέχοντας τῶν περὶ αὐτὰ συμβαινόντων· ὅμως δ' ἐκ τῶν τοιούτων θεωροῦσιν οὐδὲν ἄλογον ἂν δόξειεν εἶναι τὸ νῦν ἀπορούμενον. Ἄλλ' ἡμεῖς ὡς περὶ σωμάτων αὐτῶν μόνον, καὶ μονάδων τάξιν μὲν ἔχόντων, ἀφύχων δὲ πάμπαν, διανοοῦμεθα· δεῖ δ' ὡς μετεχόντων ὑπολαμβάνειν πράξεις καὶ ζωῆς· οὕτω γὰρ οὐδὲν δόξει παράλογον εἶναι τὸ συμβαῖνον.

(3) Ἔοικε γὰρ τῷ μὲν ἄριστα ἔχοντι ὑπάρχειν τὸ εὖ ἄνευ πράξεως, τῷ δ' ἐγγύτατα διὰ θλίψης καὶ μιᾶς τοῖς δὲ πορρωτάτω διὰ πλείονων, ὥσπερ ἐπὶ σώματος τὸ μὲν οὐδὲ γυμναζόμενον εὖ ἔχει, τὸ δὲ μικρὰ περιπατήσαν, τῷ δὲ καὶ δρόμου δεῖ καὶ πάλης καὶ κόνισεως, πάλιν δ' ἐτέρῳ οὐδ' ὅποσαοῦν πονοῦντι τοῦτό γ' ἂν ἐπιυπάρχειν ἀτάχαθόν, ἀλλ' ἕτερόν τι. (4) Ἔστι δὲ τὸ κατορθοῦν χαλεπὸν τὸ πολλὰ ἢ τὸ πολλὰκις, οἷον μυρίας ἀστραγάλους Χίους βαλεῖν ἀμύχανον, ἀλλ' ἕνα ἢ δύο ῥᾶον. Καὶ πάλιν ὅταν τοδὶ μὲν δέη τοῦδ' ἕνεκα ποιῆσαι, τοῦτο δ' ἄλλου καὶ τοῦτο ἐτέρου, ἐν μὲν ἐνὶ τῇ δυσί ῥᾶον ἐπιτυχεῖν, ὅσω δ' ἂν διὰ πλείονων χαλεπώτερον. Διὸ δεῖ νομίζειν καὶ τὴν τῶν ἀστρῶν πρᾶξιν εἶναι τοιαύτην ὅσα περὶ τῶν ζώων καὶ φυτῶν· καὶ γὰρ ἐνταῦθα αἱ τοῦ ἀνθρώπου πλείστα πράξεις· πολλῶν

Quam autem duæ sint dubitationes, de quibus quædam sunt etiam immerito dubitaverit, enitamus id dicere, quædam enim sunt etiam Atque hanc voluntatem modestia prius dixerunt præterea etiam etiam dilucidationem non esse contempnendam præterea in his rebus, de quibus maximas dubitationes habemus. Sed autem in talibus, quæ multa sunt, non postremum admirabilis, quænam ob causam non semper hæc stellæ, quæ plus a prima latissime distant, pluribus motibus, sed mediæ plurimis moveantur. Contentaneum enim rationi videatur, primo corpore unam lationem subeunte, propinquissimum minimis motibus moveri, seu duobus; id autem, quod hæret illi, tribus; aut aliquo alio ordine tali. Nunc vero contrarium accidit: paucioribus enim sol et luna moventur, quam stellarum nonnullæ vagarum, quæ tamen longius a medio distant, et propinquiores primo corpori sunt. Manifestum autem hoc de nonnullis etiam ipso visu fuit: lunam enim videmus dimidia parte lucidam, Martis stellam subisse, quæ celata quidem fuit in parte obscura ejus, egressa autem per lucidam partem. Similiter et de ceteris stellis Ægyptii et Babylonii dicunt, qui plurimis jam annis ante hæc observaverunt, et a quibus multa fide digna de singulis stellis accepimus.

(2) Hoc etiam non injuria quispiam dubitaverit, quam ob causam etiam in prima quidem conversione tanta est multitudo stellarum, ut universus ordo subire non posse numerum videatur: in ceteris autem una seorsum est stella, duæ vero aut plures eodem in orbe non videntur esse infixæ. De his igitur bene sese habet etiam majorem quærere cognitionem, etsi parvæ occasiones habentur, tantaque est eorum remotio, quæ accidunt circa ipsa; si tamen ex talibus contemplerur, non egredi fines rationis videbitur id quod nunc dubitatur. Sed nos de ipsis, ut de corporibus, atque unitatibus ordinem quidem habentibus, inanimatis autem penitus, cogitamus. Oportet autem ipsa viventia esse existimare atque actionem habere: sic enim id quod accidit, non videbitur a ratione exorbitare. (3) Nam ei quidem quod optime sese habet, inesse ipsum bonum sine actione videtur; ei vero quod illi est propinquissimum, per parvam et unam; at hisce quæ sunt remotissima, per plures, quemadmodum et in corporibus fieri solet: aliud enim bene sese habet nullum exercitium subiens, aliud levi deambulatione facta, aliud et cursu indiget et luctatione ac pulvere; alii rursus neque quovis exercendi modo, hoc unquam inerit bonum, sed aliud quippiam consequitur. (4) Recte autem agere, aut multa, aut sæpe, difficile est, veluti talos Chios [sive potius Coos] mille projicere, impossibile est; sed unum, vel duos, facilius est. Et rursus quum hoc quidem illius gratia, illud autem ob aliud, et illud item ob aliud est faciendum: in uno quidem duobusve facilius quispiam finem attinget; ac quo per plura procedit, eo illud difficilius assequetur. Quapropter et stellarum actionem talem existimare oportet, qualis animalium est ac plantarum. Etenim hic hominis actiones plurimæ sunt. Multa enim

ποιεῖ ψόφον πολλὴν τηλικαύτης νεώς, ἢ πάλιν αὐτὸ τὸ πλοῖον κινούμενον. Τὸ δ' ἐν μὴ φερομένῳ φερόμενον ποιεῖ ψόφον· ἐν φερομένῳ δὲ συνεχῆς καὶ μὴ ποιοῦντι πληγὴν ἀδύνατον ψοφεῖν. Ὡστ' ἐνταῦθα λεκτέον ὡς εἴπερ ἐφέρετο τὰ σώματα τούτων εἴτ' ἐν ἀέρος πλήθει κεχυμένῳ κατὰ τὸ πᾶν εἴτε πυρός, ὡσπερ πάντες φασίν, ἀναγκαῖον ποιεῖν ὑπερφυᾶ τῷ μεγέθει τὸν ψόφον, τούτου δὲ γινομένου καὶ δεῦρ' ἀφικνεῖσθαι καὶ διακναίειν. Ὡστ' ἐπειπερ οὐ φαίνεται τοῦτο συμβαῖνον, οὐτ' ἂν ἔμψυγον οὔτε βίαιον φέροιτο φορὰν οὐδὲν αὐτῶν, ὡσπερ τὸ μέλλον ἔσεσθαι προνοούσης τῆς φύσεως, ὅτι μὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἐξούσης τῆς κινήσεως οὐδὲν ἂν ἦν τῶν περὶ τὸν δεῦρο τρόπον ὁμοίως ἔχον. Ὅτι μὲν οὖν σφαιροειδῆ τὰ ἄστρα καὶ ὅτι οὐ κινεῖται δι' αὐτῶν, εἴρηται.

pis, aut ipsum rursus navigium, vehementem non faciet sonum motione sua. Quod vero fertur, in eo quod non fertur, id facit sonum : at quod est in eo quod fertur et ictum non facit, id efficere sonum impossibile est. Quare dicendum est hic, si stellarum corpora per aerem fustum per universum, aut ignem, ut omnes aiunt, ferantur, necessario vehementem fieri sonum, atque luc pervenire, et hæc fatigare corpora. Quod quum non fieri manifestum sit, neque animantis motu, neque violento, ullam stellarum ferri apparet, quasi futuris ipsa providente natura : nam si hoc modo non sese haberet motus stellarum, nihil prorsus eorum esset, quæ hoc in loco sunt, quod simili modo sese haberet. Stellas igitur esse rotundas, et per se ipsas non moveri, satis jam diximus.

CAP. X.

16 Περὶ δὲ τῆς τάξεως αὐτῶν, ὃν μὲν τρόπον ἕκαστον κεῖται τῷ τὰ μὲν εἶναι πρότερα τὰ δ' ὕστερα, καὶ πῶς ἔχει πρὸς ἀλλήλα τοῖς ἀποστήμασιν, ἐκ τῶν περὶ ἀστρολογίαν θεωρησῶ· λέγεται γὰρ ἰκανῶς. (2) Συμβαίνει δὲ κατὰ λόγον γίγνεσθαι τὰς ἑκάστου κινήσεις 20 τοῖς ἀποστήμασι τῷ τὰς μὲν εἶναι θάττους τὰς δὲ βραδυτέρας· ἐπεὶ γὰρ ὑπόκειται τὴν μὲν ἐσχάτην τοῦ οὐρανοῦ περιφορὰν ἀπλήν τ' εἶναι καὶ ταχίστην, τὰς δὲ τῶν ἄλλων βραδυτέρας τε καὶ πλείους (ἕκαστον γὰρ ἀντιφέρεται τῷ οὐρανῷ κατὰ τὸν αὐτοῦ κύκλον), εὐλογον ἤδη τὸ μὲν ἐγγυτάτω τῆς ἀπλής καὶ πρώτης περιφορᾶς ἐν πλείω χρόνῳ διέναι τὸν αὐτοῦ κύκλον, τὸ δὲ πορρωτάτω ἐν ἐλαχίστῳ, τῶν δ' ἄλλων αἰετὸ ἐγγύτερον ἐν πλείονι, τὸ δὲ πορρώτερον ἐν ἐλάττονι. Τὸ μὲν γὰρ ἐγγυτάτω μάλιστα κρατεῖται, τὸ δὲ πορρωτάτω πάντων ἥμισυ διὰ τὴν ἀπόστασιν· τὰ δὲ μεταξὺ κατὰ λόγον ἤδη τῆς ἀποστάσεως, ὡσπερ καὶ 30 δεικνύουσιν οἱ μαθηματικοί.

De ordine vero ipsarum, quomodo quæque disposita sit, ut quædam sint priores, quædam posteriores, et quomodo sese habeant intervallis, ex iis quæ in astrologia dicuntur, contemplerur oportet : dicitur enim ibi sufficienter. (2) Accidit autem per rationem singularum fieri motiones, ipsis nimirum intervallis, ut aliæ sint celeriores, aliæ tardiores. Nam quum supponatur, extimam quidem cæli lationem simplicem atque celerrimam esse, ceteras vero tardiores ac plures (quæque namque stella motu fertur contrario atque cælum, suo in orbe), consentaneum jam est rationi, eam quidem, quæ propinquissima est simplici primæque conversioni, plurimo in tempore suum orbem transire ; eam vero quæ remotissima est, in minimo : ceterarum autem semper eam quæ est propinquior, in majore ; eam vero quæ est remotior, in minore. Propinquissima namque maxime superatur, remotissima vero minime omnium, ob remotionem : at media per distantie jam rationem, ut mathematici quoque demonstrant.

CAP. XI.

Τὸ δὲ σχῆμα τῶν ἄστρον ἑκάστου σφαιροειδὲς μάλιστα· ἂν τις εὐλόγως ὑπολάβῃ. Ἐπεὶ γὰρ δέδεικται 35 ὅτι οὐ πεφύκασι κινεῖσθαι δι' αὐτῶν, ἢ δὲ φύσις οὐδὲν ἀλόγως οὐδὲ μάτην ποιεῖ, ὁῦλον ὅτι καὶ σχῆμα τοιοῦτον ἀπέδωκε τοῖς ἀκινήτοις ὁ ἥμισυ ἐστὶ κινήτικόν. Ἡμισυ δὲ κινήτικόν ἢ σφαῖρα διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν ὄργανον πρὸς τὴν κίνησιν. Ὡστε ὁῦλον ὅτι σφαιροειδῆ ἂν εἴη τὸν ὄγκον. Ἐτι δ' ὁμοίως μὲν ἅπαντα καὶ ἐν, ἢ δὲ σελήνη δείκνυται διὰ τῶν περὶ τὴν ὄψιν ὅτι σφαιροειδῆς· οὐ γὰρ ἂν ἐγένετο αὐξανομένη καὶ φθίνουσα τὰ μὲν πλείστα μηνοειδῆς ἢ ἀμφικυρτος, ἀπαξ δὲ διχότομος. Καὶ πάλιν διὰ τῶν ἀστρολογικῶν, ὅτι οὐκ ἂν ἦσαν αἱ τοῦ ἡλίου ἐκλείψεις μηνοειδῆς. Ὡστ' εἴπερ ἐν τοιοῦτον, ὁῦλον ὅτι καὶ τᾶλλα ἂν εἴη σφαιροειδῆ.

Atqui figuram uniuscujusque stellarum rotundam esse, maxime non absque ratione quispiam existimabit. Nam quum demonstratum sit, stellas haud aptas esse per se moveri ; natura quoque nihil absque ratione frustra faciat : patet, eam figuram ipsam immobilibus tribuisse, quæ minime est motiva. Talis autem est rotunda, propterea quod instrumentum nullum habet ad motum. Quare patet, stellarum molem rotundam esse. Præterea, similiter se habent omnes atque una. At luna per ea quæ circa visum accidunt, rotunda esse ostenditur. Non enim accrescens atque decrescens pluries quidem altera ex parte curva, altera concava fieret, aut utraque ex parte curva, semel autem duas in partes æquales bipartita videretur. Et rursus apparet per astrologiam. Non enim sol quum deficit, concavus ea ex parte qua deficit, videretur. Quare si stella una est talis, patet et ceteras omnes esse rotundas.

CAP. XII.

Δυσὶν δ' ἀπορίαισι οὖσαι, περὶ ὧν εἰκότως ἂν ὀπισ-
 θὺν ἀπορήσειε, πειρατέον λέγειν τὸ φαινόμενον, αἰδοῦς
 ἀξίαν εἶναι νομίζοντας τὴν προθυμίαν μάλλον ἢ θρά-
 σους, εἴ τις διὰ τὸ φιλοσοφίας διψῆν καὶ μικρὰς εὐπο-
 ρίας ἀγαπᾷ περὶ ὧν τὰς μεγίστας ἔχομεν ἀπορίας.
 Ἔστι δὲ πολλῶν ὄντων τοιούτων οὐχ ἥμισθα θαυμαστόν,
 διὰ τίνα ποτ' αἰτίαν οὐκ αἰεὶ τὰ πλεῖον ἀπέγοντα τῆς
 πρώτης φορᾶς κινεῖται πλείους κινήσεις, ἀλλὰ τὰ μεταξὺ
 πλείστα. Εὐλόγον γὰρ ἂν δόξειεν εἶναι τοῦ πρώτου
 σώματος μίαν κινουμένου φορὰν τὸ πλησιαιτάτον ἐλα-
 χίστας κινεῖσθαι κινήσεις, ὅσων δύο, τὸ δ' ἔχομενον
 τρεῖς ἢ τίνα ἄλλην τοιαύτην τάξιν. Νῦν δὲ συμβαίνει
 τὸναντίον· ἐλάττους γὰρ ἥλιος καὶ σελήνη κινουῦνται
 κινήσεις ἢ τῶν πλανωμένων ἀστρων ἓνια· καίτοι πο-
 ρώτερον τοῦ μέσου καὶ πλησιαιτέρον τοῦ πρώτου σώ-
 ματός εἰσιν αὐτῶν. Δῆλον δὲ τοῦτο περὶ ἐνίων καὶ
 τῇ ὄψει γέγονεν· τὴν γὰρ σελήνην ἐωράκαμεν διχότομον
 μὲν οὖσαν, ὑπελθοῦσαν δὲ τὸν ἀστέρα τὸν Ἄρεος, καὶ
 ἀποκριφθέντα μὲν κατὰ τὸ μέλαν αὐτῆς, ἐξελθόντα δὲ
 κατὰ τὸ φανὸν καὶ λαμπρόν. Ὅμοιος δὲ καὶ περὶ
 τοὺς ἄλλους ἀστέρας λέγουσιν οἱ πάλαι τετηρηκότες ἐκ
 πλείστων ἐτῶν Αἰγύπτιοι καὶ Βαβυλωνῖοι, παρ' ὧν
 πολλὰς πίστεις ἔχομεν περὶ ἐκάστου τῶν ἀστρων.
 (2) Τοῦτο τε δὴ δικαίως ἀπορήσειεν ἂν τις, καὶ διὰ
 τίνα ποτ' αἰτίαν ἐν μὲν τῇ πρώτῃ φορᾷ τοσοῦτόν ἐστιν
 ἀστρων πλῆθος ὥστε τῶν ἀναριθμήτων εἶναι δοκεῖν τὴν
 πᾶσαν τάξιν, τῶν δ' ἄλλων ἐν χωρὶς ἕκαστον, δύο
 δ' ἢ πλείω οὐ φαίνεται ἐν τῇ αὐτῇ ἐνδοδεμμένα φορᾷ.
 Περὶ δὲ τούτων ζητεῖν μὲν καλῶς ἔχει καὶ τὴν ἐπὶ
 πλείον συνέσειν, καίπερ μικρὰς ἔχοντας ἀφορμὰς καὶ
 τοσαύτην ἀπόστασιν ἀπέχοντας τῶν περὶ αὐτὰ συμ-
 βαίνόντων· ἅμα δ' ἐκ τῶν τοιούτων θεωροῦσιν οὐδὲν
 ἄλογον ἂν δόξειεν εἶναι τὸ νῦν ἀπορούμενον. Ἄλλ' ἡμεῖς
 ὡς περὶ σωμάτων αὐτῶν μόνον, καὶ μονάδων τάξιν
 μὲν ἔχόντων, ἀψύχων δὲ πάμπαν, διανοοῦμεθα· δεῖ
 δ' ὡς μετεχόντων ὑπολαμβάνειν πράξεις καὶ ζωῆς·
 οὕτω γὰρ οὐθὲν δοξεῖ παράλογον εἶναι τὸ συμβαῖνον.
 (3) Ἔοικε γὰρ τῶν μὲν ἄριστα ἔχοντι ὑπάρχειν τὸ εὖ
 ἄνευ πράξεως, τῶν δ' ἔγγυτάτα διὰ βλίγης καὶ μῖα,ς
 τοῖς δὲ πορρωτάτω διὰ πλειόνων, ὥσπερ ἐπὶ σώματος
 τὸ μὲν οὐδὲ γυμναζόμενον εὖ ἔχει, τὸ δὲ μικρὰ περιπα-
 τῆσαν, τῶν δὲ καὶ δρόμου δεῖ καὶ πάλης καὶ κόνισσεως,
 πάλιν δ' ἐτέρῳ οὐδ' ὅποσαοῦν πονοῦντι τοῦτό γ' ἂν εἴη
 ὑπάρχειν τάγαθόν, ἀλλ' ἕτερόν τι. (4) Ἔστι δὲ τὸ κα-
 τορθοῦν χαλεπὸν ἢ τὸ πολλὰ ἢ τὸ πολλάκις, ὅσων μυ-
 ρίους ἀστραγάλους Χίους βαλεῖν ἀμήχανον, ἀλλ' ἓνα
 ἢ δύο βῆρον. Καὶ πάλιν ὅταν τοδὶ μὲν δέη τοῦδ' ἕνεκα
 ποιῆσαι, τοῦτο δ' ἄλλου καὶ τοῦτο ἐτέρου, ἐν μὲν ἐνὶ
 ἢ δυσὶ βῆρον ἐπιτυχεῖν, ὅσῳ δ' ἂν διὰ πλειόνων χαλε-
 πώτερον. Διὸ δεῖ νομίζειν καὶ τὴν τῶν ἀστρων πράξιν
 εἶναι τοιαύτην οἷα περὶ τῶν ζώων καὶ φυτῶν· καὶ γὰρ
 ἐνταῦθα αἱ τοῦ ἀνθρώπου πλείεσται πράξεις· πολλῶν

ARISTOTELIS. II.

Quum autem duæ sint dubitationes, de quibus quivis non
 immerito dubitaverit, enitatur id dicere, quod nobis videtur.
 Atque hanc voluntatem modestia potius dignam quam confi-
 dentia arbitrari oportet, si quis ob philosophiæ sitim tenuem
 etiam dilucidationem non esse contemnendam putet in his
 rebus, de quibus maximas dubitationes habemus. Est autem
 in talibus, quæ multa sunt, non postremum admirabile, quam
 ob causam non semper hæc stellæ, quæ plus a prima latiore
 distant, pluribus motibus, sed mediæ plurimis moveantur.
 Consentaneum enim rationi videatur, primo corpore unam
 lationem subeunte, propinquissimum minimis motibus mo-
 veri, ceu duobus; id autem, quod hæret illi, tribus; aut
 aliquo alio ordine tali. Nunc vero contrarium accidit: pau-
 cioribus enim sol et luna moventur, quam stellarum non-
 nullæ vagarum, quæ tamen longius a medio distant, et pro-
 pinquiores primo corpori sunt. Manifestum autem hoc de
 nonnullis etiam ipso visu fuit: lunam enim videmus dimi-
 dia parte lucidam, Martis stellam subisse, quæ celata qui-
 dem fuit in parte obscura ejus, egressa autem per lucidam
 partem. Similiter et de ceteris stellis Ægyptii et Babylonii
 dicunt, qui plurimis jam annis ante hæc observaverunt, et
 a quibus multa fide digna de singulis stellis accepimus.
 (2) Hoc etiam non injuria quispiam dubitaverit, quam ob
 causam etiam in prima quidem conversione tanta est mul-
 titudo stellarum, ut universus ordo subire non posse nu-
 merum videatur: in ceteris autem una seorsum est stella,
 duæ vero aut plures eodem in orbe non videntur esse in-
 fixæ. De his igitur bene sese habet etiam majorem quærere
 cognitionem, etsi parvæ occasiones habentur, tantaque est
 eorum remotio, quæ accidunt circa ipsa; si tamen ex tali-
 bus contemplerur, non egredi fines rationis videbitur id
 quod nunc dubitatur. Sed nos de ipsis, ut de corporibus,
 atque univitis ordinem quidem habentibus, inanimatis
 autem penitus, cogitamus. Oportet autem ipsa viventia esse
 existimare atque actionem habere: sicut enim id quod accidit,
 non videbitur a ratione exorbitare. (2) Nam ei quidem
 quod optime sese habet, inesse ipsum bonum sine actione
 videtur; ei vero quod illi est propinquissimum, per parvam
 et unam; ad hisce quæ sunt remotissima, per plures,
 quemadmodum et in corporibus fieri solet: aliud enim bene
 sese habet nullum exercitium subiens, aliud levi deambula-
 tione facta, aliud et cursu indiget et luctatione ac pulvere;
 alii rursus neque quovis exercendi modo, hoc unquam inerit
 bonum, sed aliud quippiam consequitur. (4) Recte autem
 agere, aut multa, aut sæpe, difficile est, veluti talos Chios
 [sive potius Coos] mille projicere, impossibile est; sed
 unum, vel duos, facilius est. Et rursus quum hoc quidem
 illius gratia, illud autem ob aliud, et illud item ob aliud
 est faciendum: in uno quidem duobusve facilius quispiam
 finem attinget; ac quo per plura procedit, eo illud diffi-
 cilius assequetur. Quapropter et stellarum actionem talem
 existimare oportet, qualis animalium est ac plantarum.
 Etenim hic hominis actiones plurimæ sunt. Multa enim

26

γάρ τῶν εὖ δύναται τυχεῖν, ὥστε πολλὰ πράττει, καὶ ἄλλων ἕνεκα. Τῷ δ' ὡς ἀρίστα ἔχοντι οὐθέν δεῖ πράξεως· ἐστὶ γὰρ αὐτὸ τὸ οὐ ἕνεκα· ἢ δὲ πρᾶξις αἰεὶ ἐστὶν ἐν δυσίῃ, ὅταν καὶ οὐ ἕνεκα ἤ καὶ τὸ τούτου ἕνεκα.

6 (8) Τῶν δ' ἄλλων ζώων ἐλάττους, τῶν δὲ φυτῶν μικρά τις καὶ μία ἴσως· ἢ γὰρ ἐν τί ἐστὶν οὐ τύχοι ἄν, ὡς περ καὶ ἄνθρωπος, ἢ καὶ τὰ πολλὰ πάντα πρὸ ὁδοῦ ἐστὶ πρὸς τὸ ἀρίστον. Τὸ μὲν οὖν ἔχει καὶ μετέχει τοῦ ἀρίστου, τὸ δ' ἀφικνεῖται ἐγγὺς δι' ὀλίγων, τὸ δὲ διὰ πολλῶν, τὸ δ' οὐδ' ἐγγεῖρει, ἀλλ' ἰκανὸν εἰς τὸ ἐγγὺς τοῦ ἐσχάτου ἐλθεῖν, ὅλον εἰ ὑγίεια τέλος· τὸ μὲν δὴ αἰεὶ υγιάνει, τὸ δ' ἰσχανθέν, τὸ δὲ δραμὸν καὶ ἰσχανθέν, τὸ δὲ καὶ ἄλλο τι πρᾶξαν τοῦ δραμεῖν ἕνεκα, ὥστε πλείους αἰ κινήσεις.

(9) Ἐτερον δ' ἀδυνατεῖ πρὸς τὸ υγιάναι ἐλθεῖν, ἀλλὰ πρὸς τὸ δραμεῖν μόνον ἢ ἰσχανθῆναι· καὶ τούτων θάτερον τέλος αὐτοῖς.

(7) Μάλιστα μὲν γὰρ ἐκείνου τυχεῖν ἀρίστον πᾶσι τοῦ τέλους· εἰ δὲ μή, αἰεὶ ἀμεινόν ἐστὶν ὅσω ἂν ἐγγύτερον ἢ τοῦ ἀρίστου. Καὶ διὰ τοῦτο ἢ μὲν γῆ θλιωσὶ οὐ κινεῖται, τὰ δ' ἐγγὺς ὀλίγας κινήσεις· οὐ γὰρ ἀφικνεῖται πρὸς τὸ ἐσχάτον, ἀλλὰ μέχρι ὅτου δύναται τυχεῖν τῆς θειοτάτης ἀρχῆς. Ὁ δὲ πρῶτος οὐρανὸς εὐθύς τυγχάνει διὰ μιᾶς κινήσεως. Τὰ δ' ἐν μέσῳ τοῦ πρώτου καὶ τῶν ἐσχάτων ἀφικνεῖται μὲν, διὰ πλείονων δ' ἀφικνεῖται κινήσεων.

(8) Περὶ δὲ τῆς ἀπορίας ὅτι κατὰ μὲν τὴν πρώτην μίαν οὖσαν φορὰν πολὺ πλῆθος συνέστηκεν ἀστρῶν, τῶν δ' ἄλλων χωρὶς ἕκαστον εἴληπεν ἰδίας κινήσεις, δι' ἐν μὲν ἂν τις πρῶτον εὐλόγως οἰηθεῖ τοῦθ' ὑπάρχειν· νοῆσαι γὰρ δεῖ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀρχῆς ἕκαστης πολλὴν ὑπεροχὴν εἶναι τῆς πρώτης πρὸς τὰς ἄλλας, (9) εἴη δ' ἂν ἤδε συμβαίνουσα κατὰ λόγον· ἢ μὲν γὰρ πρώτη μία οὖσα πολλὰ κινεῖ τῶν σωμάτων τῶν θείων, αἰ δὲ πολλὰ οὔσαι ἐν μόνον ἕκαστη· τῶν γὰρ πλανωμένων ἐν ὁτιοῦν πλείους φέρεται φορὰς.

(10) Ταύτη τε οὖν ἀνισάζει ἡ φύσις καὶ ποιεῖ τινὰ ταξίν, τῇ μὲν μιᾷ φορᾷ πολλὰ ἀποδοῦσα σώματα, τῷ δ' ἐνὶ σώματι πολλὰς φορὰς· (11) καὶ ἔτι διὰ τὸδε ἐν ἔχουσι σώμα αἰ ἄλλαι φοραί, ὅτι πολλὰ σώματα κινουῦσιν αἰ πρὸ τῆς τελευταίας καὶ τῆς ἐν ἀστρον ἔχουσης· ἐν πολλαῖς γὰρ σφαιραῖς ἡ τελευταία σφαῖρα ἐνδεδεμένη φέρεται, ἕκαστη δὲ σφαῖρα σῶμα τυγχάνει ὄν.

(12) Ἐκείνης ἂν οὖν κοινὸν εἴη τὸ ἔργον· αὕτη μὲν γὰρ ἕκαστη ἢ ἰδίας φύσει φορὰ, αὕτη δὲ οἶον πρόσκειται. Παντὸς δὲ πεπερασμένου σώματος πρὸς πεπερασμένον ἢ δύναμις ἐστίν. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν τὴν ἐγκύκλιον φερομένων κίνησιν ἀστρῶν εἴρηται ποῖ' ἄττα κατὰ τὴν οὐσίαν ἐστὶ καὶ κατὰ τὸ σχῆμα, καὶ περὶ τῆς φορᾶς καὶ τῆς τάξεως αὐτῶν.

bona consequi potest. Quare multa agit, et aliorum nimirum gratia. Ei vero quod quam optime sese habet, non est opus actione. Est enim id, cuius gratia cetera agunt. Actio vero semper in duobus consistit, quando et id cuius gratia agitur, est, et id quod hujus gratia agit. (5) At ceterorum animalium, pauciores sunt; plantarum vero parva quaedam est ac una fortasse. Aut enim unum quidem est, quod consequi possunt, quemadmodum et homo: aut et ipsa pleraque omnia provelunt ad ipsum optimum consequendum. Aliud igitur habet optimum ipsum, et particeps est ipsius: aliud per pauca prope accedit, aliud per multa: aliud ne aggreditur quidem, sed satis ei est prope ad ipsum ultimum pervenire; veluti si sanitas est finis, aliud semper est sanum, aliud macie affectum, aliud cursu facto in maciem deductum, aliud et alio quopiam acto ipsius gratia cursus: quare plures ipsius sunt motiones. (6) Est et id quod ad sanitatem ipsam accedere nequit, sed ad cursum solum, aut ad maciem: atque horum alterum est ipsis finis. (7) Nam maxime quidem est optimum omnibus, illum consequi finem: quodsi hoc non fiat, semper melius est, quanto propinquius est optimo. Et ideo terra quidem non movetur omnino, propinqua vero paucis motibus moventur. Non enim ad ultimum ipsum perveniunt, sed quousque consequi divinissimum ipsum principium possunt. Primum autem caelum continuo per unum motum illud assequitur. At ea quae sunt in medio primi ac ultimorum, perveniunt quidem, per plures tamen motiones perveniunt. (8) Illud autem in prima quidem latatione magnam copiam esse stellarum, ceterarum vero stellarum quamque seorsum proprias motiones habere (quod quidem dubitatio est secunda), ob unum quidem primum quispian cum ratione esse putabit. Primae namque vitae et principii cuiusque primi magnam ad cetera intelligere excessionem esse oportet. (9) Hoc autem accidere per rationem videtur. Prima namque una quidem est, multa autem divinatorum corporum movet; ceterae vero multae quidem sunt, unum tamen quaeque tantummodo movet: vagarum enim stellarum quaeque pluribus latationibus fertur. (10) Hoc igitur pacto natura ipsa in aequalitatem haec redigit atque ordinem quandam facit, uni quidem latationi multa corpora, uni corpori latationes complures reddens. (11) Et insuper ob hoc unum ceterae sphaerae corpus habent, quod multa corpora movent ea: quae sunt ante ultimam sphaeram, quae unam possidet stellam. In multis enim sphaeris ultima sphaera ligata fertur. Sphaera autem quaeque corpus est. (12) Illius igitur ipsarum opus commune erit. Haec enim cuique propria natura latio; illa autem quasi adjacet. Ad finitum vero, finiti corporis omnis potentia est. Sed de stellis quidem, quae conversione feruntur, qualesnam substantia sint atque figura, et de latatione ipsarum atque ordine, satis jam diximus.

CAP. XIII.

Λοιπὸν δὲ περὶ τῆς γῆς εἰπεῖν, οὗτε τυγχάνει κει-
 μένη, καὶ πότερον τῶν ἡρεμούντων ἐστὶν ἢ τῶν κι-
 νουμένων, καὶ περὶ τοῦ σχήματος αὐτῆς. Περὶ μὲν
 οὖν τῆς θέσεως οὐ τὴν αὐτὴν ἅπαντες ἔχουσι δόξαν,
 5 ἀλλὰ τῶν πλείστων ἐπὶ τοῦ μέσου κεῖσθαι λεγόντων,
 ὅσοι τὸν ὄλον οὐρανὸν πεπερασμένον εἶναι φασιν, ἐναν-
 τίως οἱ περὶ τὴν Ἰταλίαν, καλούμενοι δὲ Πυθαγόρειοι
 λέγουσιν· ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ μέσου πῦρ εἶναι φασι, τὴν
 δὲ γῆν ἐν τῶν ἄστρον οὐσάν, κύκλῳ φερομένην περὶ τὸ
 10 μέσον νύκτα τε καὶ ἡμέραν ποιεῖν. Ἐτι δ' ἐναντίαν
 ἄλλην ταύτη κατασκευάζουσι γῆν, ἣν ἀντίχθονα ὄνομα
 καλοῦσιν, οὐ πρὸς τὰ φαινόμενα τοὺς λόγους καὶ τὰς
 αἰτίας ζητοῦντες, ἀλλὰ πρὸς τινὰς λόγους καὶ δόξας
 αὐτῶν τὰ φαινόμενα προσέλκοντες καὶ πειρώμενοι συ-
 15 κοσμεῖν. (2) Πολλοὶς δ' ἂν καὶ ἑτέροις συνδόξειε μὴ
 δεῖν τῇ γῇ τὴν τοῦ μέσου χώραν ἀποδιδόναι, τὸ πιστὸν
 οὐκ ἐκ τῶν φαινομένων ἀθοῦσιν ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ τῶν
 λόγων. Τῷ γὰρ τιμιωτάτῳ οἴονται προσήκειν τὴν
 τιμιωτάτην ὑπάρχειν χώραν, εἶναι δὲ πῦρ μὲν γῆς τι-
 20 μιώτερον, τὸ δὲ πέρασ τῶν μεταξὺ, τὸ δ' ἔσχατον καὶ
 τὸ μέσον πέρασ· ὥστ' ἐκ τούτων ἀναλογιζόμενοι οὐκ
 οἴονται ἐπὶ τοῦ μέσου κεῖσθαι τῆς σφαιράς αὐτὴν, ἀλλὰ
 μᾶλλον τὸ πῦρ. Ἐτι δ' οἱ γε Πυθαγόρειοι καὶ διὰ τὸ
 25 μάλιστα προσήκειν φυλάττεσθαι τὸ κυριώτατον τοῦ
 παντός· τὸ δὲ μέσον εἶναι τοιοῦτον· ὁ Διὸς φυλακὴν
 ὀνομάζουσι, τὸ ταύτην ἔχον τὴν χώραν πῦρ, ὥσπερ τὸ
 μέσον ἀπλῶς λεγόμενον, καὶ τὸ τοῦ μεγέθους μέσον καὶ
 τοῦ πράγματος ὄν μέσον καὶ τῆς φύσεως. (3) Καίτοι
 καθάπερ ἐν τοῖς ζώοις οὐ ταῦτον τοῦ ζώου καὶ τοῦ σώ-
 30 ματος μέσον, οὕτως ὑποληπτέον μᾶλλον καὶ περὶ τὸν
 ὄλον οὐρανόν. Διὰ μὲν οὖν ταύτην τὴν αἰτίαν οὐθὲν
 αὐτοῦς δεῖ θορυβεῖσθαι περὶ τὸ πᾶν, οὐδ' εἰσάγειν φυ-
 λακὴν ἐπὶ τὸ κέντρον, ἀλλ' ἐκεῖνον ζητεῖν τὸ μέσον,
 ποιόν τε καὶ ποῦ πέφυκεν. Ἐκεῖνον μὲν γὰρ ἀρχὴ τὸ
 35 μέσον καὶ τίμιον, τὸ δὲ τοῦ τόπου μέσον ἔοικε τελευταῖ
 μᾶλλον ἢ ἀρχῇ· τὸ μὲν γὰρ ὀριζόμενον τὸ μέσον, τὸ
 δ' ὀρίζον τὸ πέρασ. Τιμιώτερον δὲ τὸ περιέχον καὶ
 τὸ πέρασ ἢ τὸ περιαινόμενον· τὸ μὲν γὰρ ὕλη τὸ δ' οὐ-
 σία τῆς συστασεώς ἐστίν. (4) Περὶ μὲν οὖν τοῦ τόπου
 40 τῆς γῆς ταύτην ἔχουσί τινες τὴν δόξαν, ὁμοίως δὲ καὶ
 περὶ μονῆς καὶ κινήσεως· οὐ γὰρ τὸν αὐτὸν τρόπον
 ἅπαντες ὑπολαμβάνουσιν, ἀλλ' ὅσοι μὲν μὴδ' ἐπὶ τοῦ
 μέσου κεῖσθαι φασιν αὐτὴν, κινεῖσθαι κύκλῳ περὶ τὸ
 μέσον, οὐ μόνον δὲ ταύτην, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀντίχθονα,
 45 καθάπερ εἶπομεν πρότερον. Ἐνίοις δὲ δοκεῖ καὶ πλείω
 σώματα τοιαῦτα ἐνδέχεσθαι φέρεσθαι περὶ τὸ μέσον,
 ἡμῖν δὲ ἄδηλα διὰ τὴν ἐπιπρόσθησιν τῆς γῆς. Διὸ
 καὶ τὰς τῆς σεληνῆς ἐκλείψεις πλείους ἢ τὰς τοῦ ἡλίου
 γίνεσθαι φασιν· τῶν γὰρ φερομένων ἕκαστον ἀντι-
 50 φράττειν αὐτὴν, ἀλλ' οὐ μόνον τὴν γῆν. Ἐπεὶ γὰρ
 οὐκ ἐστὶν ἡ γῆ κέντρον, ἀλλ' ἀπέχει τὸ ἡμισφαίριον
 αὐτῆς ὄλον, οὐθὲν κωλύειν οἴονται τὰ φαινόμενα συμ-

Restat autem de terra dicere, ubinam posita sit, et utrum
 ex iis sit quæ quiescunt, an ex iis quæ moventur, et
 de ipsius quoque figura. De situ itaque ipsius non eandem
 omnes opinionem habent: sed plurimi quidem in medio
 positam dicunt, qui totum cælum infinitum inquirunt esse:
 illi vero qui Italiæ partem habitant, Pythagoricique vo-
 cantur, contrarium asserunt. Nam in medio quidem ignem
 esse aiunt, terram autem unam esse stellarum, ferrique
 circa medium, atque hoc pacto noctem ac diem efficere.
 Præterea aliam huic contrariam terram conficiunt, quam
 terram adversam vocant; non ad ea quæ videntur, rationes
 causasque querentes, sed ad quasdam suas rationes opi-
 nionesque ea quæ videntur, trahentes atque adornare co-
 nantes. (2) Compluribus etiam aliis, non ex iis quæ appa-
 rent, sed ex rationibus potius summentibus fidem, locum
 reddere terræ: medium non oportere videri potest. Præ-
 stabilissimum enim corpus locum occupare præstabilissi-
 mum oportere putant: atque ignem quidem præstabiliorem
 terra, finem autem mediis præstabiliorem esse; extre-
 mum denique et medium esse finem. Quare ex his rati-
 ocinant non ipsam in medio spheræ jacere, sed potius
 ignem putant. Præterea Pythagorici, et quia maxime
 conservari oporteat id quod est maxime præcipuum uni-
 versi, medium vero est tale, ideo eum ignem, qui locum
 hunc occupat, custodiam Jovis appellant: quasi medium
 simpliciter diceretur, et medium magnitudinis, et rei me-
 dium esset, atque naturæ. (3) Enimvero ut in animalibus
 non idem est animalis atque corporis medium, sic est ma-
 gis et circa ipsum totum cælum existimandum. Igitur
 propter hanc causam non oportet ipsos circa universum
 turbari, neque custodiam ad centrum adducere, sed illud
 querere, medium ipsum quale quid est, et ubi est aptum
 esse. Illud enim medium, principium est, ac pretiosum:
 medium vero loci simile est magis extremo, quam prin-
 cipio. Medium enim terminatur; terminus autem est ipse
 finis. Pretiosius autem est id quod continet, et finis, quam
 id quod finitur. Hoc enim materies, illud substantia consti-
 tutionis est. (4) De loco igitur terræ hanc habent quidam
 opinionem, et similiter etiam de quiete atque motu. Non
 enim eodem modo omnes existimant, sed qui in medio
 ipsam non esse positam putant, circa medium moveri di-
 cunt: atque non solum hanc, sed etiam adversam terram,
 uti prius est dictum. Quibusdam etiam plura talia corpora
 circa medium ferri posse videtur, nobis immanifesta ob terræ
 objectionem. Quocirca et lunæ defectiones plures, quam
 solis, fieri dicunt: unumquodque enim eorum quæ feruntur,
 objicere sese lunæ inquirunt, non solum terram. Nam
 quum terra centrum non sit, sed per ipsius totum hemi-
 sphærium distet, nihil prohibere putant ea accidere, quæ

bona consequi potest. Quare multa agit, et aliorum nimirum gratia. Ei vero quod quam optime sese habet, non est opus actione. Est enim id, cuius gratia cetera agunt. Actio vero semper in duobus consistit, quando et id cuius gratia agitur, est, et id quod huius gratia agit. (5) At ceterorum animalium, pauciores sunt; plantarum vero parva quaedam est ac una fortasse. Aut enim unum quidem est, quod consequi possunt, quemadmodum et homo: aut et ipsa pleraque omnia provehunt ad ipsum optimum consequendum. Aliud igitur habet optimum ipsum, et particeps est ipsis: aliud per pauca prope accedit, aliud per multa: aliud ne aggreditur quidem, sed satis ei est prope ad ipsum ultimum pervenire; veluti si sanitas est finis, aliud semper est sanum, aliud macie affectum, aliud cursu facto in maciem deductum, aliud et alio quopiam acto ipsius gratia cursus: quare plures ipsis sunt motiones. (6) Est et id quod ad sanitatem ipsam accedere nequit, sed ad cursum solum, aut ad maciem: atque horum alterum est ipsis finis. (7) Nam maxime quidem est optimum omnibus, illum consequi finem: quodsi hoc non fiat, semper melius est, quanto propinquius est optimo. Et idcirco terra quidem non movetur omnino, propinqua vero paucis motibus moventur. Non enim ad ultimum ipsum perveniunt, sed quousque consequi divinissimum ipsum principium possunt. Primum autem caelum continuo per unum motum illud assequitur. At ea quae sunt in medio primi ac ultimarum, perveniunt quidem, per plures tamen motiones perveniunt. (8) Illud autem in prima quidem latione magnam copiam esse stellarum, ceterarum vero stellarum quamque seorsum proprias motiones habere (quod quidem dubitatio est secunda), ob unum quidem primum quispian cum ratione esse putabit. Primae namque vitae et principii cuiusque primi magnam ad cetera intelligere excessionem esse oportet. (9) Hoc autem accidere per rationem videtur. Prima namque una quidem est, multa autem divinatorum corporum movet; ceterae vero multae quidem sunt, unum tamen quaeque tantummodo movet: vagarum enim stellarum quaeque pluribus lationibus fertur. (10) Hoc igitur pacto natura ipsa in aequalitatem haec redigit atque ordinem quandam facit, uni quidem lationi multa corpora, uni corpori lationes complures reddens. (11) Et insuper ob hoc unum ceterae sphaerae corpus habent, quod multa corpora movent ea quae sunt ante ultimam sphaeram, quae unam possidet stellam. In multis enim sphaeris ultima sphaera ligata fertur. Sphaera autem quaeque corpus est. (12) Illius igitur ipsa opus commune erit. Haec enim cuique propria natura latio; illa autem quasi adjacet. Ad finitum vero, finiti corporis omnis potentia est. Sed de stellis quidem, quae conversione feruntur, qualesnam substantia sint atque figura, et de latione ipsarum atque ordine, satis jam diximus.

CAP. XIII.

Λοιπὸν δὲ περὶ τῆς γῆς εἰπεῖν, οὗ τε τυγχάνει κει-
 μένη, καὶ πότερον τῶν ἡμεμῶν ἐστὶν ἢ τῶν κι-
 νουμένων, καὶ περὶ τοῦ σχήματος αὐτῆς. Περὶ μὲν
 οὖν τῆς θέσεως οὐ τὴν αὐτὴν ἅπαντες ἔχουσι δόξαν,
 6 ἀλλὰ τῶν πλείστων ἐπὶ τοῦ μέσου κεῖσθαι λεγόντων,
 ὅσοι τὸν ὄλον οὐρανὸν πεπερασμένον εἶναι φασιν, ἐναν-
 τίως οἱ περὶ τὴν Ἰταλίαν, καλούμενοι δὲ Πυθαγόρειοι
 λέγουσιν· ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ μέσου πῦρ εἶναι φασί, τὴν
 δὲ γῆν ἐν τῶν ἄστρον οὐσάν, κύκλῳ φερομένην περὶ τὸ
 10 μέσον νύκτα τε καὶ ἡμέραν ποιεῖν. Ἔτι δ' ἐναντίαν
 ἄλλην ταύτην κατασκευάζουσι γῆν, ἣν ἀντίχθονα ὄνομα
 καλοῦσιν, οὐ πρὸς τὰ φαινόμενα τοὺς λόγους καὶ τὰς
 αἰτίας ζητοῦντες, ἀλλὰ πρὸς τινὰς λόγους καὶ δόξας
 αὐτῶν τὰ φαινόμενα προσέλκοντες καὶ πειρώμενοι συγ-
 15 κοσμεῖν. (2) Πολλοὶς δ' ἂν καὶ ἑτέροις συνδόξειε μὴ
 δεῖν τῇ γῇ τὴν τοῦ μέσου χώραν ἀποδιδόναι, τὸ πιστὸν
 οὐκ ἐκ τῶν φαινομένων ἀθοῦσιν ἀλλὰ μᾶλλον ἐκ τῶν
 λόγων. Τῷ γὰρ τιμιωτάτῳ οἴονται προσήκειν τὴν
 τιμιωτάτην ὑπάρχειν χώραν, εἶναι δὲ πῦρ μὲν γῆς τι-
 20 μιώτερον, τὸ δὲ πέρασ τῶν μεταξύ, τὸ δ' ἔσχατον καὶ
 τὸ μέσον πέρασ· ὥστ' ἐκ τούτων ἀναλογιζόμενοι οὐκ
 οἴονται ἐπὶ τοῦ μέσου κεῖσθαι τῆς σφαιράσ αὐτὴν, ἀλλὰ
 μᾶλλον τὸ πῦρ. Ἔτι δ' οἱ γὰρ Πυθαγόρειοι καὶ διὰ τὸ
 25 μάλιστα προσήκειν φυλάττεσθαι τὸ κυριώτατον τοῦ
 παντός· τὸ δὲ μέσον εἶναι τοιοῦτον· ὁ Διὸς φυλακὴν
 ὀνομάζουσι, τὸ ταύτην ἔχον τὴν χώραν πῦρ, ὥσπερ τὸ
 μέσον ἀπλῶς λεγόμενον, καὶ τὸ τοῦ μεγέθους μέσον καὶ
 τοῦ πράγματος ὄν μέσον καὶ τῆς φύσεως. (3) Καίτοι
 καθάπερ ἐν τοῖς ζώοις οὐ ταυτὸν τοῦ ζώου καὶ τοῦ σώ-
 30 ματος μέσον, οὕτως ὑποληπτέον μᾶλλον καὶ περὶ τὸν
 ὄλον οὐρανόν. Διὰ μὲν οὖν ταύτην τὴν αἰτίαν οὐθὲν
 αὐτοὺς δεῖ θορυβεῖσθαι περὶ τὸ πᾶν, οὐδ' εἰσάγειν φυ-
 λακὴν ἐπὶ τὸ κέντρον, ἀλλ' ἐκεῖνο ζητεῖν τὸ μέσον,
 ποῖόν τε καὶ ποῦ πέφυκεν. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ ἀρχὴ τὸ
 35 μέσον καὶ τίμιον, τὸ δὲ τοῦ τόπου μέσον εἴκει τελευταίῃ
 μᾶλλον ἢ ἀρχῇ· τὸ μὲν γὰρ ὀριζόμενον τὸ μέσον, τὸ
 δ' ὀρίζον τὸ πέρασ. Τιμιώτερον δὲ τὸ περιέχον καὶ
 τὸ πέρασ ἢ τὸ περαινόμενον· τὸ μὲν γὰρ ὕλη τὸ δ' οὐ-
 σία τῆς συστασεώς ἐστίν. (4) Περὶ μὲν οὖν τοῦ τόπου
 40 τῆς γῆς ταύτην ἔχουσί τινες τὴν δόξαν, ὁμοίως δὲ καὶ
 περὶ μονῆς καὶ κινήσεως· οὐ γὰρ τὸν αὐτὸν τρόπον
 ἅπαντες ὑπολαμβάνουσιν, ἀλλ' ὅσοι μὲν μὴ ἐπὶ τοῦ
 μέσου κεῖσθαι φασιν αὐτὴν, κεισθαι κύκλῳ περὶ τὸ
 μέσον, οὐ μόνον δὲ ταύτην, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀντίχθονα,
 45 καθάπερ εἶπομεν πρότερον. Ἐνίοις δὲ δοκεῖ καὶ πλείω
 σώματα τοιαῦτα ἐνδέχεσθαι φέρεσθαι περὶ τὸ μέσον,
 ἡμῖν δὲ ἄδηλα διὰ τὴν ἐπιπρόσθησιν τῆς γῆς. Διὸ
 καὶ τὰς τῆς σεληνῆς ἐκλείψεις πλείους ἢ τὰς τοῦ ἡλίου
 γίγνεσθαι φασιν· τῶν γὰρ φερομένων ἕκαστον ἀντι-
 50 φράττειν αὐτὴν, ἀλλ' οὐ μόνον τὴν γῆν. Ἐπεὶ γὰρ
 οὐκ ἐστίν ἡ γῆ κέντρον, ἀλλ' ἀπέχει τὸ ἡμισφαίριον
 αὐτῆς ὄλον, οὐθὲν κωλύειν οἴονται τὰ φαινόμενα συμ-

Restat autem de terra dicere, ubinam posita sit, et utrum
 ex iis sit quæ quiescunt, an ex iis quæ moventur, et
 de ipsius quoque figura. De situ itaque ipsius non eandem
 omnes opinionem habent : sed plurimi quidem in medio
 positam dicunt, qui totum cælum infinitum inquirunt esse :
 illi vero qui Italiæ partem habitant, Pythagoricque vo-
 cantur, contrarium asserunt. Nam in medio quidem ignem
 esse aiunt, terram autem unam esse stellarum, ferrique
 circa medium, atque hoc pacto noctem ac diem efficere.
 Præterea aliam huic contrariam terram conficiunt, quam
 terram adversam vocant ; non ad ea quæ videntur, rationes
 causasque quærentes, sed ad quasdam suas rationes opi-
 nionesque ea quæ videntur, trahentes atque adornare co-
 nantes. (2) Compluribus etiam aliis, non ex iis quæ ap-
 parent, sed ex rationibus potius summentibus fidem, locum
 reddere terræ medium non oportere videri potest. Præ-
 stabilissimum enim corpus locum occupare præstabilissi-
 mum oportere putant : atque ignem quidem præstabiliorem
 terra, finem autem mediis præstabiliorem esse ; extre-
 mum denique et medium esse finem. Quare ex his rati-
 ocinantes non ipsam in medio spheræ jacere, sed potius
 ignem putant. Præterea Pythagorici, et quia maxime
 conservari oporteat id quod est maxime præcipuum uni-
 versi, medium vero est tale, ideo eum ignem, qui locum
 hunc occupat, custodiam Jovis appellant : quasi medium
 simpliciter diceretur, et medium magnitudinis, et rei me-
 dium esset, atque naturæ. (3) Enimvero ut in animalibus
 non idem est animalis atque corporis medium, sic est mag-
 is et circa ipsum totum cælum existimandum. Igitur
 propter hanc causam non oportet ipsos circa universum
 turbari, neque custodiam ad centrum adducere, sed illud
 querere, medium ipsum quale quid est, et ubi est aptum
 esse. Illud enim medium, principium est, ac pretiosum :
 medium vero loci simile est magis extremo, quam prin-
 cipio. Medium enim terminatur ; terminus autem est ipse
 finis. Pretiosius autem est id quod continet, et finis, quam
 id quod finitur. Hoc enim materies, illud substantia consti-
 tutionis est. (4) De loco igitur terræ hanc habent quidam
 opinionem, et similiter etiam de quiete atque motu. Non
 enim eodem modo omnes existimant, sed qui in medio
 ipsam non esse positam putant, circa medium moveri di-
 cunt : atque non solum hanc, sed etiam adversam terram,
 uti prius est dictum. Quibusdam etiam plura talia corpora
 circa medium ferri posse videtur, nobis immanifesta ob terræ
 objectionem. Quocirca et lunæ defectiones plures, quam
 solis, fieri dicunt : unumquodque enim eorum quæ feruntur,
 objicere sese lunæ inquirunt, non solum terram. Nam
 quum terra centrum non sit, sed per ipsius totum hemi-
 sphærium distet, nihil prohibere putant ea accidere, quæ

εαίνειν ὁμοίως μὴ κατοικοῦσιν ἡμῖν ἐπὶ τοῦ κέντρου, ὡς περ κἄν εἰ ἐπὶ τοῦ μέσου ἦν ἡ γῆ· οὐθὲν γὰρ οὐδὲ νῦν ποιεῖν ἐπίδηλον τὴν ἡμίσειαν ἀπέχοντας ἡμᾶς διάμετρον. Ἔνιοι δὲ καὶ κειμένῃ ἐπὶ τοῦ κέντρου φασὶν αὐτὴν ἕλθεσθαι περὶ τὸν διὰ παντὸς τεταμένον πόλον, ὡς περ ἐν τῷ Τιμαίῳ γέγραπται. (5) Παραπλησίως δὲ καὶ περὶ τοῦ σχήματος ἀμφισβητεῖται· τοῖς μὲν γὰρ δοκεῖ εἶναι σφαιροειδῆς, τοῖς δὲ πλατεῖα καὶ τὸ σχῆμα τυμπανοειδῆς· ποιοῦνται δὲ τεκμήριον ὅτι δύνων καὶ ἀνατέλλων ὁ ἥλιος εὐθειᾶν καὶ οὐ περιφερῆ τὴν ἀπόκρυψιν φαίνεται ποιούμενος ὑπὸ τῆς γῆς, ὡς δέον, εἴπερ ἦν σφαιροειδῆς, περιφερῆ γίνεσθαι τὴν ἀποτομὴν, οὐ προσλογιζόμενοι τό τε ἀπόστημα τοῦ ἡλίου πρὸς τὴν γῆν καὶ τὸ τῆς περιφερείας μέγεθος, ὡς ἐν τοῖς φαινομένοις μικροῖς κύκλοις εὐθεῖα φαίνεται πόρρωθεν. Διὰ μὲν οὖν ταύτην τὴν φαντασίαν οὐδὲν αὐτοῦς ἀπιστεῖν δεῖ μὴ κυκλωτερῆ τὸν ὄγκον εἶναι τῆς γῆς· ἀλλ' ἐτι προσιθέασι, καὶ φασὶ διὰ τὴν ἡρεμίαν ἀναγκαῖον τὸ σχῆμα τοῦτ' εἶναι αὐτῆν. Καὶ γὰρ δὴ οἱ περὶ τῆς κινήσεως καὶ τῆς μονῆς εἰρημένοι τρόποι πολλοὶ τυγχάνουσιν. (6) Τὸ μὲν οὖν ἀπορῆσαι πᾶσιν ἀναγκαῖον ἐπελθεῖν· τάχα γὰρ ἀλυποτέρας διανοίας τὸ μὴ θαυμάζειν πῶς ποτὲ μικρὸν μὲν μόριον τῆς γῆς, ἂν μετεωρισθὲν ἀφεθῆ, φέρεται καὶ μένειν οὐκ ἐθέλει, καὶ τὸ πλεῖον αἰεὶ θάπτον, πᾶσαν δὲ τὴν γῆν εἰ τις ἀφείη μετεωρίσας, οὐκ ἂν φέροιτο. Νῦν δ' ἡρεμεῖ τοσοῦτον βᾶρος. Ἄλλὰ μὴν καὶ εἰ τις τῶν φερομένων μορίων αὐτῆς, πρὶν πεσεῖν, ὑφαίροισι τὴν γῆν, οἰσθήσεται κάτω μηθενὸς ἀντρεῖσαντος. (7) Ὡστε τὸ μὲν ἀπορεῖν εἰκότως ἐγένετο φιλοσόφημα πᾶσιν· τὸ δὲ τὰς περὶ τούτου λύσεις μὴ μᾶλλον ἀτόπους εἶναι δοκεῖν τῆς ἀπορίας θαυμάσειεν ἂν τις. Οἱ μὲν γὰρ διὰ ταῦτα ἀπειρον τὸ κάτω τῆς γῆς εἶναι φασιν, ἐπ' ἀπειρον αὐτὴν ἐρριζώσθαι λέγοντες, ὡς περ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος, ἵνα μὴ πράγματα· ἔχῃωι ζητοῦντες τὴν αἰτίαν· διὸ καὶ Ἐμπεδοκλῆς οὕτως ἐπέπληξεν, εἰπὼν ὡς

εἰ περ ἀείρονα γῆς τε βᾶθη καὶ θαυιλὸς αἰθῆρ,
ὡς διὰ πολλῶν δὴ γλώσσης ῥηθέντα ματαίως
ἐκκέχυται στομάτων, ὀλίγον τοῦ παντὸς ἰδόντων.

40 Οἱ δ' ἐφ' ὕδατος κείσθαι. Τοῦτον γὰρ ἀρχαιότατον παρειλήφαμεν τὸν λόγον, ὃν φασιν εἰπεῖν Θαλῆν τὸν Μιλήσιον, ὡς διὰ τὸ πλωτῆν εἶναι μένουσαν ὡς περ ξύλον ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον (καὶ γὰρ τοῦτιον ἐπ' ἀέρος μὲν οὐθὲν πέφυκε μένειν, ἀλλ' ἐφ' ὕδατος), ὡς περ οὐ τὸν αὐτὸν λόγον ὄντα περὶ τῆς γῆς καὶ τοῦ ὕδατος τοῦ ὄχοντος τὴν γῆν· οὐδὲ γὰρ τὸ ὕδωρ πέφυκε μένειν μετέωρον, ἀλλ' ἐπὶ τινὸς ἐστίν. (8) Ἔτι δ' ὡς περ ἀῆρ ὕδατος κουφότερον, καὶ γῆς ὕδωρ, ὡστε πῶς οἴοντε τὸ κουφότερον κατωτέρω κείσθαι τοῦ βαρυτέρου τὴν φύσιν; 45 Ἔτι δ' εἴπερ ὅλη πέφυκε μένειν ἐφ' ὕδατος, ὁῦλον ὅτι καὶ τῶν μορίων ἕκαστον· νῦν δ' οὐ φαίνεται τοῦτο γιγνώμενον, ἀλλὰ τὸ τυχὸν μόριον φέρεται εἰς βυθόν, καὶ θάπτον τὸ μείζον. (9) Ἄλλ' εἰκάσι μέγρι τινὸς ζητεῖν,

videntur, similiter non habitantibus nobis in centro, sicut si in medio etiam esset terra. Nihil enim neque nunc ostendit, per dimidiam diametrum distantibus nobis. Quidam autem in centro ipsam jacentem volvi, et circa ipsum polum per universum extensum moveri dicunt, ut in Timæo est scriptum. (5) Simili modo de figura quoque ipsius contenditur. Quibusdam enim rotunda esse videtur, quibusdam vero lata, ut tympanum; cui hoc indicium faciunt: Quum occidit enim atque oritur sol, per rectam lineam, sed non per curvam celari videtur: quippe quum oporteret, si esset terra rotunda, divisionem fieri curvam: non animadvertentes distantiam solis ad terram, et circumferentiæ magnitudinem, quomodo in hisce circulis, qui parvi eminunt videntur, linea recta apparet. Propter hanc igitur apparentiam non oportet ipsos terræ molem credere rotundam non esse. Addunt insuper, atque inquiet, figuram hanc necessario ipsam habere propter quietem. Etenim modi, qui de motione et quiete sunt dicti, complures sunt. (6) Omnes igitur de hoc dubitasse necessarium est: forsitan enim mentis est nimis socordis, non admirari, cur nam parva quædam pars terræ, si elevata dimittatur, feratur et quiescere non velit, majorque semper celerius feratur: universa autem terra, si quispiam ipsam sublimem elevatamque dimittat, non feratur; nunc vero tantum pondus quiescit. At vero si quispiam etiam partes ipsius quum feruntur, antequam cadant, auferat terram, deorsum sane ferentur, si nihil obstiterit. (7) Quare dubitare quidem omnibus ob philosophiam evenit: sed solutiones non magis absurdas, quam ipsam dubitationem, esse videri, sane quispiam mirabitur. Quidam enim ob hoc infinitam inferam terræ partem inquiet esse, in infinitum ipsam radicatum esse dicentes, ut Xenophanes Colophonius dixit, ne molestias habeant causas queritantes. Quocirca et Empedocles his verbis increpavit:

Infinita siquidem est profunditas terræ copiosusque æther,
quæ per multorum ora linguasque dicta sunt effusa,
hominum eorum qui perparum ipsius universi viderunt.

Quidam super aquam jacere dicunt. Hanc enim sententiam vetustissimam accepimus, quam Thaletem Milesium dixisse ferunt, terram, inquam, ideo quiescere, quod perinde atque lignum aut quippiam tale, natet. Etenim nihil horum super aerem manere est aptum, sed super aquam. Quasi non eadem sit de terra ratio, atque de aqua, quæ terram vehit. Neque enim aqua sublimis manere est apta, sed super aliquid semper est. (8) Præterea, ut aer levior est aquâ, sic et aqua levior est terrâ. Quare quonam modo id quod est levius, inferius eo quod gravius est natura, jacere putant? Præterea, si tota est apta super aquam manere, patet et quamque partem ipsius identidem aptam esse. Jam autem non fieri apparet, sed pars in fundum, et major quidem celerius fertur. (9) At enim usque ad

ἀλλ' οὐ μέχρι περ οὗ δυνατὸν τῆς ἀπορίας. Πᾶσι γὰρ
 ἡμῖν τοῦτο σύνηθες, μὴ πρὸς τὸ πρᾶγμα ποιῆσθαι τὴν
 ζητήσιν, ἀλλὰ πρὸς τὸν τάναντία λέγοντα· καὶ γὰρ αὐ-
 τὸς ἐν αὐτῷ ζητεῖ μέχρι περ ἂν οὐ μηκέτι ἔχῃ ἀντιλέ-
 5 γει αὐτὸς αὐτῷ. Διὸ δὲ τὸν μέλλοντα καλῶς ζητή-
 σειν ἐνστατικὸν εἶναι διὰ τῶν οικείων ἐνστάσεων τῷ
 ἔνει, τοῦτο δ' ἐστὶν ἐκ τοῦ πάσας τεθεωρηκέναι τὰς
 διαφοράς. (10) Ἀναξιμένης δὲ καὶ Ἀναξαγόρας καὶ
 Δημόκριτος τὸ πλάτος αἰτίον εἶναι φασὶ τοῦ μένειν
 10 αὐτῆν. Οὐ γὰρ τέμνειν ἀλλ' ἐπιπιωματίζειν τὸν ἀέρα
 τὸν κάτωθεν, ὅπερ φαίνεται τὰ πλάτος ἔχοντα τῶν σω-
 μάτων ποιεῖν· ταῦτα γὰρ καὶ πρὸς τοὺς ἀνέμους ἔχει
 δυσκινήτως διὰ τὴν ἀντέρεισιν. Ταῦτο δὲ τοῦτο ποιεῖν
 τῷ πλάτει φασὶ τὴν γῆν πρὸς τὸν ὑποκείμενον ἀέρα·
 15 τὸν δ' οὐκ ἔχοντα μεταστῆναι τόπον ἰκανὸν ἀθρόον τῷ
 κάτωθεν ἠρεμεῖν, ὥσπερ τὸ ἐν ταῖς κλειψύδραις ὕδωρ.
 Ὅτι δὲ δύναται πολὺ βάρος φέρειν ἀπολαμβανόμενος καὶ
 μένων ὁ ἀήρ, τεκμήρια πολλὰ λέγουσιν. (11) Πρῶτον
 μὲν οὖν εἰ μὴ πλατὺ τὸ σχῆμα τῆς γῆς ἐστί, διὰ τοῦτο
 20 μὲν οὐκ ἂν ἠρεμοῖ. Καίτοι τῆς μονῆς οὐ τὸ πλάτος
 αἰτίον ἐξ ὧν λέγουσιν, ἀλλὰ τὸ μέγεθος μᾶλλον.
 Διὰ γὰρ τὴν στενοχωρίαν οὐκ ἔχων τὴν πάροδον ὁ ἀήρ
 μένει διὰ τὸ πλῆθος· πολλὸς δ' ἐστὶ διὰ τὸ ὑπὸ μεγέθους
 πολλοῦ ἐναπολαμβάνεσθαι τοῦ τῆς γῆς. Ὅστε τοῦτο
 25 μὲν ὑπάρξει, κἂν σφαιροειδῆς μὲν ἢ γῆ ἦ, τηλικαύτη
 δὲ τὸ μέγεθος· μνεῖ γὰρ κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον.
 (12) Ὅλως δὲ πρὸς γε τοὺς οὕτω λέγοντας περὶ τῆς κι-
 νήσεως οὐ περὶ μερῶν ἐστὶν ἡ ἀμυσιθῆτης, ἀλλὰ
 περὶ οὗλου τινὸς καὶ παντός. Ἐξ ἀρχῆς γὰρ διοριστέον
 30 πότερόν ἐστί τις τοῖς σώμασι φύσει κίνησις ἢ οὐδεμία,
 καὶ πότερον φύσει μὲν οὐκ ἐστὶ, βία δ' ἐστὶν. Ἐπει
 δὲ περὶ τούτων διώριστα πρότερον ἔσα κατὰ τὴν πα-
 ρούσαν δύναμιν εἰχόμεν, χρηστέον ὡς ὑπάρχουσιν. Εἰ
 γὰρ μηδεμία φύσει κίνησις ἐστὶν αὐτῶν, οὐδὲ βίαιος
 35 ἐσται· εἰ δὲ μὴ ἐστὶ μήτε φύσει μήτε βία, δῖως οὐδὲν
 κινήθησεται· περὶ γὰρ τούτων ὅτι ἀναγκαῖον συμβαί-
 νειν, διώριστα πρότερον, (13) καὶ πρὸς τούτοις ὅτι
 οὐδ' ἠρεμεῖν ἐνδέγεται· ὥσπερ γὰρ κίνησις ὑπάρχει
 ἢ βία ἢ φύσει, οὕτω καὶ ἠρεμία. Ἀλλὰ μὴν εἰ γέ
 40 ἐστὶ κίνησις τις κατὰ φύσιν, οὐκ ἂν ἢ βίαιος εἴη φορὰ
 μόνον οὐδ' ἠρέμησις· (14) ὥστ' εἰ βία νῦν ἢ γῆ μένει,
 καὶ συνῆλθεν ἐπὶ τὸ μέσον φερομένη διὰ τὴν δίνησιν·
 ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν πάντες λέγουσιν ἐκ τῶν ἐν τοῖς
 45 ὕγροις καὶ περὶ τὸν ἀέρα συμβαινόντων· ἐν τούτοις γὰρ
 αἰεὶ φέρεται τὰ μείζω καὶ τὰ βαρύτερα πρὸς τὸ μέσον
 τῆς δίνης. Διὸ δὲ καὶ τὴν γῆν πάντες ὅσοι τὸν οὐρανὸν
 γεννώσιν, ἐπὶ τὸ μέσον συνελθεῖν φασίν· ὅτι δὲ μένει,
 ζητοῦσι τὴν αἰτίαν, καὶ λέγουσιν οἱ μὲν τοῦτον τὸν
 50 τρόπον, ὅτι τὸ πλάτος καὶ τὸ μέγεθος αὐτῆς αἰτίον, οἱ
 δ' ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς, τὴν τοῦ οὐρανοῦ φορὰν κύκλῳ
 περιθέουσαν καὶ ὄπτον φερομένην τὴν τῆς γῆς φορὰν
 κωλύειν, καθάπερ τὸ ἐν τοῖς κυθάσις ὕδωρ· καὶ γὰρ
 τοῦτο κύκλῳ τοῦ κυθάου φερομένου πολλακίς κάτω τοῦ
 χαλκοῦ γινόμενον ὄμως οὐ φέρεται κάτω περυκὸς φέ-

quendam terminum quærrere videntur, sed non quousque
 dubitationis inquisitio fieri potest. Est enim nobis hæc
 omnibus consuetudo, non ad rem ipsam quæstionem facere,
 sed ad eum qui contraria dicit. Etenim in se ipso eo usque
 quærit, usque quo ipse contra se ipsum dicere nequit. Qua-
 propter bene quæsiturum, aptum idoneumque esse ad
 inferendas generi accommodatas objectiones oportet. Est
 autem talis, qui universas differentias est contemplatus.
 (10) Anaximenes autem, et Anaxagoras, et Democritus,
 latitudinem causam manendi ipsam inquirunt esse. Non enim
 dividere, sed operire aerem dicunt inferum : quod quidem
 latitudinem habentia corpora facere videntur. Hæc enim
 et a ventis cum difficultate moveri possunt, propter re-
 sistendi facultatem. Hoc idem igitur latitudine terram in-
 quirit ad subjectum aerem facere, hunc autem non habentem
 locum, ad quem migret, sufficientem, simul infra
 quiescere, perinde atque aqua in clepsydria. Posse vero
 aerem pondus magnum, si comprehendatur, ferre, com-
 pluribus signis ostendunt. (11) Primum igitur, si non lata
 figura sit terræ, propter hoc quidem non quiescet. Quietis
 tamen non latitudo sola est causa ex hisce quæ dicunt, sed
 magnitudo magis : propter angustiam enim, aere transitum
 non habente, manet ob multitudinem. Aer autem est co-
 piusior ex eo quia a magnitudine comprehenditur magna
 terræ. Quare hoc ipsum locum habebit, etiamsi rotunda
 quidem sit terra et tanta mole : sententiâ enim illorum
 manebit. (12) Omnino autem ad eos qui dicunt ita de motu,
 non de partibus est contentio, sed de aliquo toto ac uni-
 verso. A principio enim est determinandum, utrum sit
 quispiam motus natura corporibus compeleus, an nullus
 sit ; et utrum naturalis quidem nullus sit prorsus, violentus
 autem sit. Atque quum de his ipsis prius sint definita, quæ
 pro facultate præsentiri potuimus, his, uti veris, utamur
 nunc oportet. Nam si nullus natura motus competit, neque
 violentus ullus erit profecto. Si vero neuter est, nihil
 omnino movebitur. Prius enim est definitum, necessario
 hæc evenire. (13) Et insuper, neque quiescere quicquam
 posse : nam ut et motus natura alius competit, alius est
 violentus, sic etiam quies. At si motus quispiam est secun-
 dum naturam, non violenta latitudo solum, nec quies erit.
 (14) Quare si terra nunc vi quiescit, violenta quoque latione
 ob conversionem ad medium ipsum accessit. Omnes enim
 hanc causam dicunt, ex hisce quæ in humidis feruntur et
 circa aerem accidunt. In his enim majora semper gra-
 vioraque ad ipsum conversionis medium feruntur. Idcirco
 et terram omnes, qui cælum ortum asserunt esse, ad
 ipsum accessisse medium aiunt. Quia vero manet, causam
 quærunt : et dicunt partim hoc modo, latitudinem, in-
 quam, ac magnitudinem causam ipsius esse ; partim, ut
 Empedocles censet, cælum conversione sua celeriore, quam
 est terræ motio, lationem ipsius prohibere, ut fit in aqua
 quæ in cyathis est. Hæc enim, quum cyathus orbe fertur,
 etsi sæpe cyathus adeo vertitur, ut supra fundus, infra
 aqua fiat, non fertur tamen deorsum, apta deorsum ferri,

ρεσθαι διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. (15) Καίτοι μήτε τῆς
 δίνης κωλυούσης μήτε τοῦ πλάτους, ἀλλ' ὑπελθόντος
 τοῦ ἀέρος, ποῖ ποτ' οἰσθήσεται; πρὸς μὲν γὰρ τὸ μέ-
 5 σον βία, καὶ μένει βία· κατὰ φύσιν δέ γε ἀναγκαῖον
 εἶναι τινα αὐτῆς φορᾶν. Αὐτὴ οὖν πότερον ἄνω ἢ κάτω,
 ἢ ποῦ ἐστίν; εἶναι μὲν γὰρ τινα ἀναγκαῖον· εἰ δὲ μηδὲν
 μᾶλλον κάτω ἢ ἄνω, ὁ δ' ἄνω ἀπὸ τῆς γῆς κωλύει τὴν ἄνω
 φορᾶν, οὐδ' ἂν ὁ ὑπὸ τῆς γῆς κωλύει τὴν κάτω· τὰ γὰρ
 10 (16) Ἐτι δὲ πρὸς Ἐμπεδοκλείαν καὶ ἐκείνῳ τις εἴπειεν.
 Ὅτε γὰρ τὰ στοιχεῖα διεστήκει χωρὶς ὑπὸ τοῦ νεύκου,
 τίς ἢ αἰτία τῆς γῆς τῆς μονῆς ἦν; οὐ γὰρ δὴ καὶ τότε
 αἰτιάσεται τὴν δίνην. Ἄτοπον δὲ καὶ τὸ μὴ συννοεῖν
 15 ὅτι πρότερον μὲν διὰ τὴν δίνην ἐφέρετο τὰ μόρια τῆς
 γῆς πρὸς τὸ μέσον· νῦν δὲ διὰ τίν' αἰτίαν πάντα τὰ βάρ-
 ος ἔχοντα φέρεται πρὸς αὐτήν; οὐ γὰρ ἢ γε δίνη πλη-
 σιάζει πρὸς ἡμᾶς. (17) Ἐτι δὲ καὶ τὸ πῦρ ἄνω φέ-
 ρεται διὰ τίν' αἰτίαν; οὐ γὰρ διὰ γε τὴν δίνην. Εἰ δὲ
 20 τοῦτο φέρεσθαι που πέφυκεν, ὅτληον ὅτι καὶ τὴν γῆν
 οἰητέον. Ἄλλὰ μὴν οὐδὲ τῆς δίνης γε τὸ βαρὸν καὶ τὸ
 κοῦφον ὄρισται, ἀλλὰ τῶν πρότερον ὑπαρχόντων βε-
 ρέων καὶ κούφων τὰ μὲν εἰς τὸ μέσον ἔρχεται, τὰ δ' ἐπι-
 πολάζει διὰ τὴν κίνησιν. Ἦν ἄρα καὶ πρὶν γενέσθαι
 τὴν δίνην βαρὺ τε καὶ κοῦφον, ἃ τίνι διώριστο καὶ πῶς
 25 ἐπεφύκει φέρεσθαι ἢ ποῦ; ἀπείρου γὰρ ὄντος ἀδύνατον
 εἶναι ἄνω ἢ κάτω, διώρισται δὲ τοῦτοις τὸ βαρὺ καὶ
 κοῦφον. (19) Οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι περὶ τὰς αἰτίας
 ταύτας διατρίβουσιν· εἰσι δὲ τινες ὁδὸν τὴν ὁμοιότητά
 φασιν αὐτὴν μένειν, ὥσπερ τῶν ἀρχαίων Ἀναξίμαν-
 30 ὄρος· μᾶλλον μὲν γὰρ οὐδὲν ἄνω ἢ κάτω ἢ εἰς τὰ πλά-
 για φέρεσθαι προσήκει τὸ ἐπὶ τοῦ μέσου ἰδρυμένον καὶ
 ὁμοίως πρὸς τὰ ἔσχατα ἔχον· ἅμα δ' ἀδύνατον εἰς
 τὰναντία ποιεῖσθαι τὴν κίνησιν· ὥστ' ἐξ ἀνάγκης μέ-
 νειν. (20) Τοῦτο δὲ λέγεται κομφῶς μὲν, οὐκ ἀληθῶς
 35 δέ· κατὰ γὰρ τοῦτον τὸν λόγον ἀναγκαῖον ἅπαν, ὅτι
 ἂν τεθῆ ἐπὶ τοῦ μέσου, μένειν, ὥστε καὶ τὸ πῦρ ἡρε-
 μήσει· τὸ γὰρ εἰρημένον οὐκ ἰδίον ἐστι τῆς γῆς.
 (21) Ἄλλὰ μὴν οὐδ' ἀναγκαῖον· οὐ γὰρ μόνον φαίνεται
 μένουσα ἐπὶ τοῦ μέσου, ἀλλὰ καὶ φερομένη πρὸς τὸ
 40 μέσον. Ὅπου γὰρ ὀτιοῦν φέρεται μέρος αὐτῆς, ἀνα-
 γκαῖον ἐνταῦθα φέρεσθαι καὶ τὴν δίνην· οὐ δὲ φέρεται
 κατὰ φύσιν, καὶ μένει ἐνταυθοῖ κατὰ φύσιν. Οὐκ ἄρα
 διὰ τὸ ὁμοίως ἔχειν πρὸς τὰ ἔσχατα· τοῦτο μὲν γὰρ πᾶσι
 κοινόν, τὸ δὲ φέρεσθαι πρὸς τὸ μέσον ἴδιον τῆς γῆς.
 45 (22) Ἄτοπον δὲ καὶ τοῦτο μὲν ζητεῖν, διὰ τί ποτε μένει
 ἡ γῆ ἐπὶ τοῦ μέσου, τὸ δὲ πῦρ μὴ ζητεῖν διὰ τί ἐπὶ τοῦ
 ἔσχατου. Εἰ μὲν γὰρ κἀκεῖνον φύσει τόπος ὁ ἔσχατος,
 ὅτληον ὅτι ἀναγκαῖον εἶναι τινα καὶ τῆς γῆς φύσει τόπον·
 εἰ δὲ μὴ ταύτη οὗτος ὁ τόπος, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀνάγκην
 50 μένει τὴν τῆς ὁμοιότητος, ὥσπερ ὁ περὶ τῆς τριχῆς
 λόγος τῆς ἰσχυρῶς μὲν ὁμοίως δὲ πάντῃ τεινομένης,
 ὅτι οὐ διαρραγῆσεται, καὶ τοῦ πεινωτός καὶ διψῶντος
 σφόδρα μὲν ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἐδωδιδίμων καὶ ποτῶν
 ἴσον ἀπέχοντος (καὶ γὰρ τοῦτον ἡρεμεῖν ἀναγκαῖον),

propter eandem sane causam. (15) At si neque conversio,
 neque latitudo prohibeat, quorsum inde, quæso, aere ce-
 dente ac abeunte, feretur? Ad medium enim vi lata est,
 vique etiam in ipso manet: lationem vero ipsius esse quan-
 dam secundum naturam necesse est. Hæc igitur estne eæ
 qua sursum itur, an ea qua itur deorsum, an alia quædam?
 aliquam enim esse, necesse est. Quodsi non magis est ea
 qua supera loca petuntur, quam ea qua itur deorsum, ac
 vero superior lationem eam non prohibet, qua pergitur
 sursum: neque is sane qui est sub terra, eandem prohibe-
 bere, qua itur deorsum, potest. Easdem enim causas eis-
 dem eorundem esse necesse est. (16) Præterea, illud etiam
 ad Empedoclem quispiam dixerit: Quando enim elementa
 discordiæ expertia erant, quænam causa terræ quietis
 erat? non enim tunc conversionem causam esse dicet. Ab-
 surdum est etiam non intelligere, prius quidem terræ par-
 tes ob conversionem ad medium esse latis: nunc autem
 quam ob causam universa quæ pondus habent, ad ipsam
 feruntur? non enim conversio quidem versus nos fit.
 (17) Præterea, quam ob causam ignis etiam sursum fertur?
 non enim certe ob conversionem. Quodsi hic aptus est ali-
 quem ad locum ferri, patet putandum esse, terram etiam
 identidem aptam esse definitum quandam petere locum. At
 vero neque conversione grave leveque est definitum, sed
 eorum quæ prius erant gravia levique, alia in ipsum me-
 dium veniunt, alia super cetera collocantur ob motum.
 Erat ergo et antequam conversio fieret, aliud grave et
 aliud leve. Quæ quidem quonam erant distincta, et quo-
 modo aut quorsum apta erant ferri? Nam si infinitum est,
 superus locus inferusque esse non potest: grave autem at-
 que leve hisce sunt definita. (19) Plurimi igitur circa cau-
 sas hasce versantur. Sunt autem qui manere ipsam ob si-
 militudinem dicant; ut ex veteribus Anaximander dicebat.
 Id enim, inquam, quod est in medio collocatum et æque
 ad extrema se habet, non ad supera magis quam ad infera,
 aut versus latera ferri oportere, et simul ad contraria mo-
 veri non posse: quare necessario illud manere dicunt.
 (20) Hoc autem eleganter quidem, non vere tamen dicitur.
 Hac enim sententia omne quod in medio ponetur, maneat
 in ipso necesse est. Quare etiam ignis quiescet. Id
 enim quod dictum est, proprium terræ non est. (21) At
 vero neque necessarium est: non enim solum in medio ma-
 nere videtur, sed ad medium etiam ferri. Quo enim quævis
 ipsius pars fertur, eo totam etiam ferri necesse est: quo
 vero fertur secundum naturam, ibi secundum naturam
 etiam manet. Non ergo quia se similiter habet ad extrema,
 ideo manet. Hoc est enim universis commune; ferri autem
 ad medium, proprium ipsius est terræ. (22) Absurdum est
 etiam hoc quidem quærere, curnam terra maneat in medio;
 illud autem non quærere, cur ignis in extremo quiescat.
 Nam si illi locus extremus natura competit, patet etiam
 terræ locum aliquem natura competere, necessarium esse.
 Quodsi hic locus natura terræ non competit, sed ob simili-
 tudinis necessitatem in ipso manet (ut ea sententia asserit,
 quæ de capillo affertur, quum vehementer quidem, simili-
 ter autem intenditur utraque ex parte; dicit enim illud
 non ruptum fore: et item ea quæ de sitiente vehementer
 esurienteque dicuntur, quum æque ab his quæ edun-

ζητητίον αὐτοῖς περὶ τῆς τοῦ πυρὸς μονῆς ἐπὶ τῶν ἐσχάτων. Θαυμαστὸν δὲ καὶ τὸ περὶ μὲν τῆς μονῆς ζητεῖν, περὶ δὲ τῆς φορᾶς αὐτῶν μὴ ζητεῖν, διὰ τίν' αἰτίαν τὸ μὲν ἄνω φέρεται τὸ δ' ἐπὶ τὸ μέσον μηδενὸς ἐμποδίζοντος. (23) Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἀληθές ἐστὶ τὸ λεγόμενον. Κατὰ συμβεβηχὸς μέντοι τοῦτ' ἀληθές, ὡς ἀναγκαῖον μένειν ἐπὶ τοῦ μέσου πᾶν ᾧ μὴθὲν μᾶλλον δεῦρο ἢ δεῦρο κινεῖσθαι προσήκει. Ἀλλὰ διὰ γε τοῦτον τὸν λόγον οὐ μενεῖ ἀλλὰ κινήσεται, οὐ μένοιτο ὅλον ἀλλὰ διεσπασμένον. (24) Ὁ γὰρ αὐτὸς ἀρμόσει λόγος καὶ ἐπὶ τοῦ πυρὸς· ἀνάγκη γὰρ τεθὲν μένειν ὁμοίως ὡσπερ τὴν γῆν· ὁμοίως γὰρ ἔξει πρὸς τῶν σημείων τῶν ἐσχάτων ὅτιον· ἀλλ' ὁμοίως οἰσθήσεται ἀπὸ τοῦ μέσου, ὡσπερ καὶ φαίνεται φερόμενον, ἂν μὴ τι κωλύῃ, πρὸς τὸ ἐσχάτον· πλὴν οὐχ ὅλον πρὸς ἓν σημείον (τοῦτο γὰρ ἀναγκαῖον μόνον συμβαίνειν ἐκ τοῦ λόγου τοῦ περὶ τῆς ὁμοιότητος) ἀλλὰ τὸ ἀνάλογον μῦριον πρὸς τὸ ἀνάλογον τοῦ ἐσχατοῦ, λέγω δ' ὅλον τὸ τέταρτον μέρος πρὸς τὸ τρίτον μέρος τοῦ περιέχοντος· οὐθὲν γὰρ στιγμή τῶν σωμάτων ἐστίν. Ὡσπερ δὲ κἂν ἐκ μεγάλου συνέλθοι πυκνούμενον εἰς ἐλάττω τόπον, οὕτως κἂν ἐξ ἐλάττονος εἰς μεῖζον μανότερον γιγνόμενον· ὥστε κἂν ἡ γῆ τοῦτον τὸν τρόπον ἐκινεῖτο ἀπὸ τοῦ μέσου διὰ γε τὸν τῆς ὁμοιότητος λόγον, εἰ μὴ φύσει τῆς γῆς οὗτος τόπος ἦν. Ὅσα μὲν οὖν τυγχάνει περὶ τε τοῦ σχήματος αὐτῆς ὑπολαμβανόμενα καὶ περὶ τόπου καὶ μονῆς καὶ κινήσεως, σχεδὸν ταῦτ' ἐστίν.

tur atque bibuntur, distat : quiescat enim necesse est ; quærendum est ipsis de ignis ultimis in locis quiete. Mirabile autem est de quiete quidem ipsorum quærere, de latione vero non quærere : quam ob causam allerum sursum, alterum deorsum ad ipsum medium, si nihil impediat, feratur. (23) At vero neque verum est quod dicitur. Per accidens tamen hoc verum est, necessarium esse id omne in medio manere, cui non magis huc competit quam illuc moveri. At propter hanc sententiam non manebit, sed movebitur : non tamen totum, sed divulsum. (24) Eadem enim ad ignem quoque accommodabitur ratio. Si enim positus in medio fuerit, maneat perinde atque terra necesse est : similiter enim ad extremum quodvis punctorum sese habebit : attamen a medio ipso movebitur, quemadmodum et ferri, nisi quippiam prohibeat, ad extremum ipsum cernitur : verum non totus ad unum punctum feretur (hoc enim solum ex ratione, quæ de similitudine fit, evenire necesse est), sed pars ad extremi partem, ejusdem nimirum rationis; veluti quarta pars ad quamdam continentis ipsius partem. Nullum enim corpus est punctum. Ut autem ex magno minorem in locum mutari potest, si condensetur; sic et in magnum ex minore, si rarefiat. Quare et terra hoc a medio moveretur modo, per ipsius similitudinis rationem, si non natura locus licet competeret terræ. Quæ igitur de figura, de loco, de quiete, de motu ipsius existimantur, hæc fere esse videntur.

CAP. XIV.

Ἡμεῖς δὲ λέγωμεν πρῶτον πότερον ἔχει κίνησιν ἢ μένει· καθάπερ γὰρ εἶπομεν, οἱ μὲν αὐτὴν ἐν τῶν ἀστέρων ποιούσιν, οἱ δ' ἐπὶ τοῦ μέσου θέντες ἄλλεσθαι καὶ κινεῖσθαι φασι περὶ τὸν πόλον μέσον. Ὅτι δ' ἐστὶν ἀδύνατον, ὀφθαλμοῖσι ἀρχὴν ὡς εἶπερ φέρεται εἶτ' ἐκτὸς οὕσα τοῦ μέσου εἶτ' ἐπὶ τοῦ μέσου, ἀναγκαῖον αὐτὴν βίᾳ κινεῖσθαι ταύτην τὴν κίνησιν· οὐ γὰρ αὐτῆς γε τῆς γῆς ἐστίν· καὶ γὰρ ἂν τῶν μορίων ἕκαστον ταύτην εἶχε τὴν φορὰν· νῦν δ' ἐπ' εὐθείας πάντα φέρεται πρὸς τὸ μέσον. Διόπερ οὐχ οἰδόντ' αἰτίον εἶναι, βίαιόν γ' οὕσαν καὶ παρὰ φύσιν· ἡ δὲ γε τοῦ κόσμου τάξις αἰδιός ἐστιν. Ἔτι πάντα τὰ φερόμενα τὴν φορὰν τὴν ἐγκύκλιον ὑπολειπόμενα φαίνεται καὶ κινούμενα πλείους μιᾶς φορᾶς ἔξω τῆς πρώτης σφαιρας, ὥστε καὶ τὴν γῆν ἀναγκαῖον, εἴτε περὶ τὸ μέσον εἶτ' ἐπὶ τοῦ μέσου κειμένη φέρεται, δύο κινεῖσθαι φοράς. Τούτου δὲ συμβαίνοντος ἀναγκαῖον γίνεσθαι παρόδους καὶ τροπὰς τῶν ἐνδεδεμένων ἀστέρων. Τοῦτο δ' οὐ φαίνεται γιγνόμενον, ἀλλ' αἰεὶ ταῦτά κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἀνατέλλει τε καὶ δύεται τόπους αὐτῆς. (2) Ἔτι δ' ἡ φορὰ τῶν μορίων καὶ ὅλης αὐτῆς ἢ κατὰ φύσιν ἐπὶ τὸ μέσον τοῦ παντός ἐστίν· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τυγχάνει κειμένη νῦν ἐπὶ τοῦ κέντρου· (3) διαπορήσειε δ' ἂν τις, ἐπεὶ ταῦτ' ἀμφοτέρων ἐστὶ τὸ μέσον, πρὸς πότερον φέρεται τὰ βάρους

Nos autem primo dicamus, utrum habeat motum, an maneat. Nam, ut diximus, quidam ipsam unam stellarum inquirunt esse; quidam in medio positam volvi moverique circa polum dicunt. Esse autem hoc impossibile, patet, hinc principio sumpto : si feratur, sive in medio sit, sive extra medium, necessarium est, ipsam hoc motu vi ferri. Non enim ipsius certe terræ est : etenim unaquæque partium hanc lationem haberet; nunc autem ad medium universæ recta feruntur. Quocirca quum violentus sit, præterque naturam, impossibile est, perpetuum motum esse. Ordo autem mundi perpetuus est. Præterea, cuncta quæ conversione feruntur, post relinqui videntur, pluribusque lationibus quam una præter primam sphaeram moveri. Ergo et terram, sive circa medium sive in medio sit collocata, duabus lationibus moveri necesse est. Quod si sit, mutationes fieri fixarum stellarum et evolutiones necesse est. Hoc autem fieri non videtur, sed eadem eisdem in locis ipsius semper oriuntur atque occidunt stellæ. (2) Præterea, latio partium istius totius secundum naturam, ad ipsum est medium universi. Ob hoc enim et in ipso centro nunc jacet. (3) Dubitaverit autem quispiam, quum idem sit medium

ἔχοντα καὶ τὰ μόρια τῆς γῆς κατὰ φύσιν· πότερον ὅτι
 τοῦ παντός ἐστὶ μέσον, ἢ διότι τῆς γῆς. Ἀνάγκη δὲ
 πρὸς τὸ τοῦ παντός· καὶ γὰρ τὰ κοῦφα καὶ τὸ πῦρ εἰς
 τούναντιον φερόμενα τοῖς βάρει πρὸς τὸ ἔσχατον φέρε-
 5 ται τοῦ περιέχοντος τόπου τὸ μέσον. (4) Συμβέβηκε
 δὲ ταῦτὸ μέσον εἶναι τῆς γῆς καὶ τοῦ παντός· φέρεται
 γὰρ καὶ ἐπὶ τὸ τῆς γῆς μέσον, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός,
 ἢ τὸ μέσον ἔχει ἐν τῷ τοῦ παντός μέσῳ. Ὅτι δὲ φέ-
 ρεται καὶ πρὸς τὸ τῆς γῆς μέσον, σημεῖον ὅτι τὰ φερό-
 10 μενα βάρη ἐπὶ ταύτην οὐ παρ' ἄλλα φέρεται ἀλλὰ
 πρὸς ὁμοίας γωνίας, ὥστε πρὸς ἓν τὸ μέσον φέρεται,
 καὶ τὸ τῆς γῆς. (5) Φανερόν τοίνυν ὅτι ἀνάγκη ἐπὶ
 τοῦ μέσου εἶναι τὴν γῆν καὶ ἀκίνητον, διὰ τε τὰς εἰρη-
 μένας αἰτίας, καὶ διότι τὰ βίη ῥιπτούμενα ἀνω βάρη
 15 κατὰ στάθμην πάλιν φέρεται εἰς ταῦτό, κὰν εἰς ἄπειρον
 ἢ δύναμις ἐκριπτῆ. Ὅτι μὲν οὖν οὔτε κινεῖται οὔτ'
 ἐκτός καίται τοῦ μέσου, φανερόν ἐκ τούτων· (6) πρὸς δὲ
 τούτους ὅληον ἐκ τῶν εἰρημέων τὸ αἴτιον τῆς μονῆς.
 Εἰ γὰρ φύσει πέφυκε φέρεσθαι πάντοθεν πρὸς τὸ μέσον,
 20 ὥσπερ φαίνεται, καὶ τὸ πῦρ ἀπὸ τοῦ μέσου πάλιν πρὸς
 τὸ ἔσχατον, ἀδύνατον ἐνεθῆναι διτιοῦν μόριον αὐτῆς ἀπὸ
 τοῦ μέσου μὴ βιασθέν· μία γὰρ φορὰ τοῦ ἐνός καὶ ἀπλῆ
 τοῦ ἀπλοῦ, ἀλλ' οὐχ αἰ ἐναντία· ἢ δ' ἀπὸ τοῦ μέσου τῆ
 ἐπὶ τὸ μέσον ἐναντία. Εἰ τοίνυν ὅτιοῦν μόριον ἀδύνα-
 25 τον ἐνεθῆναι ἀπὸ τοῦ μέσου, φανερόν ὅτι καὶ τὴν ὄλην
 ἐτι ἀδυνατώτερον· εἰς δὲ γὰρ τὸ μόριον πέφυκε φέρεσθαι,
 καὶ τὸ ὄλον ἐνταῦθα πέφυκεν· ὥστ' εἴπερ ἀδύνατον
 κινήθηναι μὴ ὑπὸ κρείττονος ἰσχύος, ἀναγκαῖον ἂν εἴη
 μένειν αὐτὴν ἐπὶ τοῦ μέσου. (7) Μαρτυρεῖ δὲ τούτοις
 30 καὶ τὰ παρὰ τῶν μαθηματικῶν λεγόμενα περὶ τὴν
 ἀστρολογίαν· τὰ γὰρ φαινόμενα συμβαίνει μεταβαλλόν-
 των τῶν σχημάτων οἷς ὄρισται τῶν ἀστρῶν ἢ τάξις,
 ὡς ἐπὶ τοῦ μέσου καίμενης τῆς γῆς. Περὶ μὲν οὖν τοῦ
 τόπου καὶ μονῆς καὶ κινήσεως, ὃν τρόπον ἔχει, τσαῦτα
 35 εἰρήσθω περὶ αὐτῆς. (8) Σχήμα δ' ἔχειν σφαιροειδὲς
 ἀναγκαῖον αὐτῆν· ἕκαστον γὰρ τῶν μορίων βάρος ἔχει
 μέγρι πρὸς τὸ μέσον, καὶ τὸ ἐλαττον ὑπὸ τοῦ μείζονος
 ὠθούμενον οὐχ οἶόντε κυμαίνειν, ἀλλὰ συμπιέζεσθαι
 μᾶλλον καὶ συγχωρεῖν ἕτερον ἐτέρῳ, ἕως ἂν ἔλθῃ ἐπὶ
 40 τὸ μέσον. Δεῖ δὲ νοῆσαι τὸ λεγόμενον ὥσπερ ἂν εἰ γιγνο-
 μένης τρόπον ὃν καὶ τῶν φυσιολόγων λέγουσιν τινες γενέ-
 σθαι. Πλὴν ἐκεῖνοι μὲν βίαν αἰτιῶνται τῆς κάτω φορᾶς·
 βέλτιον δὲ τιθεῖναι ἀληθές, καὶ φάναι τοῦτο συμβαίνειν
 διὰ τὸ φύσιν ἔχειν φέρεσθαι τὸ βάρος ἔχον πρὸς τὸ
 45 μέσον. Ἐν δυνάμει οὖν ὄντος τοῦ μίγματος τὰ δια-
 κρινόμενα ἐφέρετο ὁμοίως πάντοθεν πρὸς τὸ μέσον. Εἴτ'
 οὖν ὁμοίως ἀπὸ τῶν ἐσχάτων διηρημένα τὰ μόρια συν-
 ῆχθη πρὸς τὸ μέσον, εἴτ' ἄλλως ἔχοντα, ποιήσει ταυ-
 τόν. (9) Ὅτι μὲν οὖν ὁμοίως γε πανταχόθεν ἀπὸ τῶν
 50 ἐσχάτων φερομένων πρὸς ἓν τὸ μέσον ἀναγκαῖον ὅμοιον
 γίνεσθαι πάντῃ τὸν ὄγκον, φανερόν· ἴσου γὰρ πάντῃ
 προστιθεμένου ἴσον ἀνάγκη ἀπέχειν τοῦ μέσου τὸ ἔσχα-
 τον· τοῦτο δὲ τὸ σχῆμα σφαιρας ἐστίν. Οὐδὲν δὲ διοί-
 σει πρὸς τὸν λόγον, οὐδ' εἰ μὴ πανταχόθεν ὁμοίως

utrorumque, ad ntrum ea quæ pondus habent, partesque
 terræ, secundum naturam ferantur? utrum quia est medium
 universi, an quia est terræ? Ad medium igitur universi fe-
 rantur, necesse est. Etenim levia atque ignis, ad contrarium
 ponderibus terræ pergentia locum, ad ultimum ejus loci,
 qui continet medium ipsum, feruntur. (4) Accidit autem,
 idem terræ medium esse, ac universi: feruntur enim pon-
 dera etiam ad medium terræ, sed per accidens, ea ratione,
 qua terra medium suum habet in ipso medio universi.
 Ferri autem gravia et ad ipsum medium terræ, hoc indi-
 cium est: pondera enim quæ ad hanc feruntur, non æque
 distantia, sed ad similes angulos feruntur. Quare ad unum
 medium universi terræque feruntur. (5) Patet igitur nec-
 cessario terram in medio esse, atque immobilem esse, et
 ob eas, quas diximus, causas, et quia pondera quæ sur-
 sum jaciuntur, in idem rursus per rubricam feruntur, etsi
 in infinitum vis illa projicial. Neque igitur moveri terram,
 neque extra medium collocatam esse, per hæc dilucidum
 fuit. (6) Insuper causa quietis ex his quæ dicta sunt, pa-
 tet. Nam si apta est ad medium undique naturâ ferri, sicut
 videtur, et ignis ad extremum e medio simili modo; fieri
 non potest ut ulla pars ipsius e medio feratur vi non illata.
 Una est enim unius latitudo, et simplicis simplex; sed non
 contrariæ. At ea qua e medio pergitur, contraria est ei qua
 ad medium itur. Si igitur fieri non potest ut ulla pars ipsius
 e medio feratur, patet magis fieri non posse ut ex eodem
 motu feratur. Quo enim pars apta est moveri, eodem et
 totum aptum est ferri. Quare si impossibile est ipsam
 moveri nisi a superioribus viribus, in ipso medio ipsam
 manere necesse est. (7) Testes sunt hisce et ea quæ a ma-
 thematicis circa astrologiam dicuntur: eveniunt enim ea
 quæ apparent, quum figuræ mutantur, quibus ordo stellæ-
 rum est definitus: propterea quod in medio terra est col-
 locata. De loco igitur, et quiete, motuque terræ, quomodo
 sese habeant, tot a nobis sint dicta. (8) Figuram autem ro-
 tundam, ipsam habere necesse est. Unaquæque enim par-
 tium, pondus ad ipsum medium habet: et minor si a ma-
 jori pellatur, egredi non potest, sed premitur potius, ac
 alia alii cedit, donec ad medium ipsum perveniat. Intelli-
 gere autem oportet, id quod dicitur, perinde fieri atque si
 terra fieret eo modo quo et Naturalium periti quidam ipsam
 inquit ortam esse. Verum illi quidem violentiam lat-
 tionis ad infera terræ causam esse dicunt. Præstat autem
 veritatem ponere, atque hoc ideo accidere dicere, quia na-
 turam habet id quod pondus habet, ad ipsum medium
 ferri. Quum igitur in potentia congeries esset, ea quæ se-
 gregabantur, undique similiter ad ipsum medium fereban-
 tur. Sive igitur similiter ab extremis partes divisæ ad me-
 dium sunt congregatæ, sive alio modo sese habentes,
 idem facient sane. (9) Patet igitur, id quod undique ab
 extremis similiter ad medium fertur, simili necessario omni
 ex parte fieri mole. Si enim omni ex parte æque fiat ad-
 ditio, æque extremum a medio distare necesse est. Hæc
 autem figura, rotunda est. Nihil autem ad rationem refert,

συνέθει πρὸς τὸ μέσον τὰ μόρια αὐτῆς. Τὸ γὰρ πλεῖον αἰεὶ τὸ πρὸ αὐτοῦ ἔλαττον προωθεῖν ἀναγκαῖον μέχρι τοῦ μέσου τὴν ῥοπὴν ἐχόντων ἀμφοῖν, καὶ τοῦ βαρυτέρου προωθούντος μέχρι τούτου τὸ ἔλαττον βάρος.

(10) Ὁ γὰρ ἂν τις ἀπορήσειε, τὴν αὐτὴν ἔχει τούτοις λύσιν· εἰ γὰρ οὐσῆς ἐπὶ τοῦ μέσου καὶ σφαιροειδοῦς τῆς γῆς πολλαπλάσιον βάρος ἐπιγένοιτο πρὸς θάτερον ἡμισφαίριον, οὐκ ἔσται τὸ αὐτὸ μέσον τοῦ θλου καὶ τὸ τῆς γῆς· ὥστε ἢ οὐ μενεῖ ἐπὶ τοῦ μέσου, ἢ εἴπερ, ἡρεμήσει

γε καὶ μὴ τὸ μέσον ἔχουσα, ἢ πέφυκε κινεῖσθαι καὶ νῦν.

(11) Τὸ μὲν οὖν ἀπορούμενον τοῦτ' ἐστίν· ἰδεῖν δ' οὐ χαλεπὸν μικρὸν ἐπιτεινάντας, καὶ διελόντας πῶς ἀξιούμεν ὁποσοῦν μέγεθος φέρεσθαι πρὸς τὸ μέσον, βάρος ἔχον. Δῆλον γὰρ ὡς οὐχὶ μέχρι τοῦ ἀψασθαι τοῦ κέντρου τὸ ἔσχατον, ἀλλὰ δεῖ κρατεῖν τὸ πλεόν ἕως ἂν λάβῃ τῷ αὐτοῦ μέσῳ τὸ μέσον· μέχρι τούτου γὰρ ἔχει τὴν ῥοπὴν. Οὐδὲν τοίνυν τοῦτο διαφέρει λέγειν ἐπὶ βύλλου καὶ μορίου τοῦ τυχόντος ἢ ἐπὶ ὅλης τῆς γῆς· οὐ γὰρ διὰ μικρότητα ἢ μέγεθος εἴρηται τὸ συμβαῖνον, ἀλλὰ κατὰ παντὸς τοῦ ῥοπὴν ἔχοντος ἐπὶ τὸ μέσον· ὥστε εἴτε ὅλη ποθὲν ἐφέρετο εἴτε κατὰ μέρος, ἀναγκαῖον μέχρι τούτου φέρεσθαι ἕως ἂν πανταχόθεν ὁμοίως λάβῃ τὸ μέσον, ἀνιαζομένων τῶν ἐλαττόνων ὑπὸ τῶν μειζόνων τῇ προώσει τῆς ῥοπῆς. (12) Εἴτ' οὖν ἐγένετο, τοῦτον ἀναγκαῖον γενέσθαι τὸν τρόπον, ὥστε φανερόν ἐστι σφαιροειδῆς ἢ γένεσις αὐτῆς, εἴτ' ἀγένητος αἰεὶ μένουσα, τὸν αὐτὸν τρόπον ἔχειν ὅνπερ καὶ εἰ γιγνομένη τὸ πρῶτον ἐγένετο. Κατὰ τοῦτόν τε δὴ τὸν λόγον ἀναγκαῖον εἶναι τὸ σχῆμα σφαιροειδῆς αὐτῆς, καὶ ὅτι πάντα φέρεται τὰ βαρέα πρὸς ὁμοίας γωνίας, ἀλλ' οὐ παρ' ἀλληλα· τοῦτο δὲ πέφυκε πρὸς τὸ φύσει σφαιροειδῆς. Ἡ οὖν ἐστὶ σφαιροειδῆς, ἢ φύσει γε σφαιροειδῆς. Δεῖ δ' ἕκαστον λέγειν τοιοῦτον εἶναι δὲ φύσει βούλεται εἶναι καὶ δὲ ὑπάρχει, ἀλλὰ μὴ δὲ βία καὶ παρὰ φύσιν. (13) Ἐτι δὲ καὶ διὰ τῶν φαινομένων κατὰ τὴν αἰσθησιν· οὔτε γὰρ ἂν αἰ τῆς σελήνης ἐκλείψεις τοιαύτας ἂν εἶχον τὰς ἀποτομάς· νῦν γὰρ ἐν μὲν τοῖς κατὰ μῆνα σχηματισμοῖς πάσας λαμβάνει τὰς διαιρέσεις (καὶ γὰρ εὐθεία γίνεται καὶ ἀμφικυρτος καὶ κοιλῆ), περὶ δὲ τὰς ἐκλείψεις αἰεὶ κυρτὴν ἔχει τὴν δρίζουσαν γραμμὴν, ὥστ' ἐπειπερ ἐκλείπει διὰ τὴν τῆς γῆς ἐπιπρόσθησιν, ἢ τῆς γῆς ἂν εἴη περιφέρεια τοῦ σχήματος αἰτία σφαιροειδῆς οὔσα.

(14) Ἐτι δὲ διὰ τῆς τῶν ἀστρων φαντασίας οὐ μόνον φανερόν ἐστι περιφερῆς, ἀλλὰ καὶ τὸ μέγεθος οὐκ οὔσα μεγάλη· μικρὰς γὰρ γιγνομένης μεταστάσεως ἡμῖν πρὸς μεσημβρίαν καὶ ἄρκτον ἐπιδήλιως ἕτερος γίνεταί ὁ δρίζων κύκλος, ὥστε τὰ ὑπὲρ κεφαλῆς ἀστρα μεγάλην ἔχει τὴν μεταβολὴν, καὶ μὴ ταῦτα φαίνεσθαι πρὸς ἄρκτον τε καὶ μεσημβρίαν μεταβαίνουσιν· ἔνιοι γὰρ ἐν

Αἰγύπτῳ μὲν ἀστέρες δρῶνται καὶ περὶ Κύπρον, ἐν τοῖς πρὸς ἄρκτον δὲ χωρίοις οὐχ ὀρῶνται, καὶ τὰ διὰ παντὸς ἐν τοῖς πρὸς ἄρκτον φαινόμενα τῶν ἀστρων ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις ποιεῖται οὐσιν. Ὅστ' οὐ μόνον ἐκ τούτων ὅλην περιφερῆς ὄν τὸ σχῆμα τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ σφαιράς

etsi partes ipsius non undique similiter ad medium ipsum concurrant. Major enim semper minorem, quæ ante se est, impellat necesse est, utrisque momentum ad medium usque habentibus, et graviore minus pondus ad hoc impellente. (10) Quod enim quispiam dubitaverit, eandem habet solutionem. Si enim multiplex pondus additum alteri hemisphærio fuerit terræ medium occupantis atque rotundam habentis figuram, non idem ipsius totius, terræque medium erit. Quare aut non manebit in medio, aut si manebit, quiescet et non habens medium, quo et nunc moveri est apta. (11) Quod igitur dubitatur, id est. Videre autem non est difficile, si parum consideraverimus, ac distinxerimus, quomodo censeamus, quantumvis magnitudinem pondus habentem ad ipsum medium ferri. Patet enim, non quousque extremum tangat ipsum centrum, sed major pars vincat oportet, quousque suo medio ipsum medium comprehendat: hucusque enim habet momentum. Nihil igitur interest, hoc de gleba et quavis particula, an de tota terra dicatur. Non enim ob parvitatem aut magnitudinem, id quod accidit, dictum est, sed de omni eo quod ad medium habet momentum. Quare sive tota, sive per partes aliquo ex loco ferebatur terra, eo usque ferri ipsam necesse est, donec utique undecumque similiter sumat medium, adæquatibus minoribus a majoribus propulsione inclinationis. (12) Sive igitur facta est, hoc necessarium factam esse modo: quare manifestum, quod sphaerica generatio ipsius sit; sive ingenita ac semper manens, eodem modo habet, quo si oriretur, primum orta fuisset. Et hac igitur ratione figuram ipsius rotundam esse necesse est, et quia omnia gravia similes ad angulos, sed non distantia æque feruntur. Hoc autem aptum est ad id quod naturâ rotundum est. Aut igitur est rotunda, aut naturâ rotunda. Unumquodque autem tale dicere oportet, quale esse naturâ solet, et quod est, sed non id quod voluntiâ et præter naturam est. (13) Præterea, etiam per ea quæ sensu videntur. Lunæ namque defectiones non divisiones tales haberent. Etenim nunc quidem in figuris quæ per mensem efficiuntur, divisiones suscipit omnes. Recta enim fit, et utraque ex parte curva, et concava. In defectionibus vero semper curvam habet lineam quæ distinguit. Quare quum objectu terræ deficiat, terræ sane circumferentia hujus figuræ causa est. (14) Præterea, per ea quæ videntur de stellis, patet non solum rotundam esse, sed etiam mole magnam non esse. Si parva enim migratio Meridiem versus ac Ursam fiat, alius manifeste fit is qui terminat orbis: ut stellæ quæ sunt super caput, mutationem habeant magnam, et non eadem videantur Meridiem versus migrantibus, atque Ursam. Nonnullæ namque stellarum in Ægypto videntur ac circa Cyprum, in locis autem versus Ursas non videntur; et stellarum eæ quæ semper in locis versus Ursam videntur, illis in locis occidunt. Quare perspicuum est ex hisce, terram non solum rotundam esse, sed etiam magnæ molis non esse

οὐ μεγάλης· οὐ γὰρ ἂν οὕτω ταχὺ ἐπίδηλον ἐποίει μεθισταμένοι οὕτω βραχύ. (15) Διὸ τοὺς ὑπολαμβάνοντας συνάπτει τὸν περὶ τὰς Ἡρακλείους στήλας τόπον τῶν περὶ τὴν Ἰνδικήν, καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εἶναι τὴν θάλατταν μίαν, μὴ λίαν ὑπολαμβάνειν ἄπιστα δοκεῖν· λέγουσι δὲ τεκμαιρόμενοι καὶ τοῖς ἐλέφασιν, ὅτι περὶ ἀμφοτέρους τοὺς τόπους τοὺς ἐσχατεύοντας τὸ γένος αὐτῶν ἐστίν, ὡς τῶν ἐσχάτων διὰ τὸ συνάπτει ἀλλήλους τοῦτο πεπονημένων. (16) Καὶ τῶν μαθηματικῶν ὅσοι τὸ μέγεθος ἀναλογίζεσθαι πειρῶνται τῆς περιφερείας, εἰς τετταράκοντα λέγουσιν εἶναι μυριάδας σταδίων· ἐξ ὧν τεκμαιρόμενοι οὐ μόνον σφαιροειδῆ τὸν ὄγκον ἀναγκαῖον εἶναι τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ μὴ μέγαν πρὸς τὸ τῶν ἄλλων ἀστρων μέγεθος.

rotundæ. Non enim sic cito mutationem faceret, migratione adeo brevi facta. (15) Quapropter ii qui locum eum qui circa columnas Herculeas est, conjunctum esse ei loco qui est circa Indicam regionem, existimant, atque hoc modo unum mare esse asserunt, non videntur incredibilia valde existimare. Dicunt autem hoc ex elephantis etiam conjectantes, genus ipsorum circa extrema utraque loca esse, propterea quod ipsa extrema ita sunt ob conjunctionem affecta. (16) Mathematicorum etiam qui magnitudinem orbis terræ metiri conantur, quadingentis terram cingi stadiorum millibus dicunt. Ex quibus si conjectura sumatur, molem ipsius terræ non solum rotundam esse, sed etiam ad ceterarum stellarum magnitudinem magnam non esse necesse est.

LIBER III.

CAP. I

15 Περὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτου οὐρανοῦ καὶ τῶν μερῶν, ἔτι δὲ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ φαινομένων ἀστρων, ἐκ τίνων τε συνεστᾶσι καὶ ποῖ' ἅττα τὴν φύσιν ἐστί, πρὸς δὲ τούτοις ὅτι ἀγένητα καὶ ἀφθάρτα, διεληλύθαμεν πρότερον. Ἐπεὶ δὲ τῶν φύσει λεγομένων τὰ μὲν ἐστὶν οὐσῖαι τὰ δ' ἔργα καὶ πάθη τούτων (λέγω δ' οὐσῖας μὲν τὰ τε ἀπλᾶ σώματα, ὅν πῦρ καὶ γῆν καὶ τὰ σύστοιχα τούτοις, καὶ ὅσα ἐκ τούτων, οἷον τὸν τε σύνολον οὐρανὸν καὶ τὰ μόρια αὐτοῦ, καὶ πάλιν τὰ τε ζῷα καὶ τὰ φυτὰ καὶ τὰ μόρια τούτων, πάθη δὲ καὶ ἔργα τὰς τε κινήσεις τὰς τούτων ἐκάστου καὶ τῶν ἄλλων, ὅσων ἐστὶν αἴτια ταῦτα κατὰ τὴν δύναμιν τὴν ἑαυτῶν, ἔτι δὲ τὰς ἀλλοιώσεις καὶ τὰς εἰς ἄλλα μεταβάσεις), φανερὸν δὲ τὴν πλείστην συμβαίνει τῆς περὶ φύσεως ἱστορίας περὶ σωμάτων εἶναι· πᾶσαι γὰρ αἱ φυσικαὶ οὐσῖαι ἢ σώματα ἢ μετὰ σωμάτων γίνονται καὶ μεγεθῶν. Τοῦτο δὲ δῆλον ἐκ τε τοῦ διωρίσθαι τὰ ποιά ἐστὶ φύσει, καὶ ἐκ τῆς καθ' ἕκαστα θεωρίας. Περὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτου τῶν στοιχείων εἴρηται, καὶ ποῖόν τι τὴν φύσιν, καὶ ὅτι ἀφθαρτον καὶ ἀγένητον· λοιπὸν δὲ περὶ τῶν δυοῖν εἰπεῖν. Ἄμα δὲ 35 συμβῆσεται περὶ τούτων λέγουσι καὶ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς διασκέψασθαι· (2) γένεσις γὰρ ἦτοι τὸ παράπαν οὐκ ἐστίν, ἢ μόνον ἐν τούτοις τοῖς στοιχείοις καὶ τοῖς ἐκ τούτων ἐστίν. Αὐτὸ δὲ τοῦτο πρώτων ἴτως θεωρητέον, πότερον ἐστὶν ἢ οὐκ ἐστίν. Οἱ μὲν οὖν πρότερον φιλοσοφῆσαντες περὶ τῆς ἀληθείας καὶ πρὸς οὓς νῦν λέγομεν ἡμεῖς λόγους καὶ πρὸς ἀλλήλους διηνέχθησαν. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ὄλωσ' ἀνεῖλον γένεσιν καὶ φθορᾶν· οὐθὲν γὰρ οὔτε γίνεσθαι φασὶν οὔτε φεῖρεσθαι τῶν ὄντων, ἀλλὰ μόνον δοκεῖν ἡμῖν, οἷον οἱ περὶ Μελισσόν τε καὶ 40 Παρμενίδην, οὓς, εἰ καὶ τᾶλλα λέγουσι καλῶς, ἀλλ' οὐ φυσικῶς γε δεῖ νομίσαι λέγειν· τὸ γὰρ εἶναι ἅττα τῶν ὄντων ἀγένητα καὶ ὄλωσ' ἀκίνητα μᾶλλον ἐστὶν ἐτέρας καὶ προτέρας ἢ τῆς φυσικῆς σκέψεως. Ἐκείνοι δὲ διὰ τὸ μαθῆναι μὲν ἄλλο παρά τὴν τῶν αἰσθητῶν οὐσίαν ὑπολαμ-

De primo igitur cælo, ac partibus, et de stellis quæ in ipso cernuntur, ex quibus constant, et qualia sint natura, et insuper ingenita ac incorruptibilia esse, prius jam pertractavimus. Quum autem eorum quæ natura dicuntur esse, alia sint substantiæ, alia harum opera et affectus (atque substantias quidem dico simplicia corpora, ignem, terram, et quæ ejusdem sunt seriei, et item ea quæ ex his constant, veluti totum cælum, ipsiusque partes, et rursus animalia, plantas, et horum partes : affectus autem et opera, motiones horum cujusque, ceterorumque, quorum hæc elementa vi propria sunt causæ, et alterationes, mutationesque, quæ ex aliis in alia invicem fiunt), patet, plurimam de natura scientiam de corporibus esse. Omnes enim substantiæ naturales aut corpora sunt, aut cum corporibus ac magnitudinibus fiunt. Hoc autem patet et ex definitione, qua definitur qua sint universa natura, et ex singulorum etiam contemplatione. De primo igitur elementorum, et quale quid sit natura, et incorruptibile, ac ingenerabile esse, satis jam diximus. Restat autem dicere de duobus. Quodsi de hisce dicamus, fiet etiam de generatione simul corruptioneque consideratio. (2) Generatio enim aut omnino non est, aut in hisce dumtaxat est elementis, atque in iis quæ ex his constant. Hoc autem ipsum primum est contemplandum, utrum sit, an non sit. Hi igitur qui prius de veritate philosophati sunt, tam ab hisce sermonibus, quos nunc nos dicimus, diversi, quam inter sese discordes fuere. Quidam enim ipsorum, generationem e medio corruptionemque tollunt. Nihil enim eorum quæ sunt, generari, aut corrumpi, sed solum ita nobis videri dicunt, ut Melissus, atque Parmenides : quos, etsi bene cetera dicunt, non naturaliter tamen dicere oportet putare. Esse namque rerum aliquas ingenitas, omninoque immobiles, ad aliam magis atque priorem, quam ad naturalem considerationem, spectat. Illi vero, quia nihil aliud præter substantiam sensibilibus esse existimabant, et quasdam primi

Considerandum est autem primo, utrum sempiterna sint, an generentur et corrumpantur. Quo demonstrato, etiam quot et qualia sunt, patebit. Sempiterna igitur esse, impossibile est. Et ignem enim, et aquam, et unumquodque simplicium corporum dissolvi videmus: dissolutionem, vero aut infinitam esse, aut stare, necesse est. Si igitur infinita est, etiam tempus dissolutionis infinitum erit, et tempus rursus compositionis. Unaquæque enim partium in alio tempore dissolvitur, atque componitur. Quare fiet ut extra tempus infinitum, tempus sit aliud infinitum: quandoquidem et compositionis tempus est infinitum, et prius hoc dissolutionis tempus, adeo ut extra infinitum sit infinitum: quod est impossibile. Sin stabit alicubi dissolutio, aut id corpus in quo dissolutio stabit, individuum erit: aut divisibile quidem erit, non tamen unquam dividetur, ut Empedocles velle videtur. Individuum igitur non erit; propter rationes antea dictas. At neque divisibile quidem erit, nunquam autem dissolvetur: minus enim corpus, facilius quam majus, corrumpi potest. Si igitur et majus hac corruptione corrumpitur, ut in minora dissolvatur, corpus minus id etiam magis pati consentaneum est rationi. Ignem autem duobus modis corrumpi videmus: nam et a contrario corrumpitur, quum exstinguitur, et ipse a seipso marcescens. Hoc autem patitur minor a majore, et eo celerius quo minor est. Quare corporum elementa corruptibilia et generabilia esse, necesse est. (2) Quum autem generabilia sint, aut ex incorporeo, aut a corpore ipsorum generatio erit: et si ex corpore, aut ex alio aut ex sese vicissim ipsorum generatio erit. (3) Is igitur qui ipsa dicit ex incorporeo generari, vacuum facit. Nam omne quod fit, in aliquo fit: et id in quo est generatio, aut incorporeum erit, aut habebit corpus: et, si habebit corpus, duo corpora simul in eodem erunt, id (inquam) quod fit, et id quod præcedit. Sin incorporeum erit, vacuum esse definitum, necesse est: hoc autem impossibile esse, antea demonstravimus. (4) At neque ex corpore quodam elementa fieri possunt: eveniet enim, aliud corpus elementis prius esse: atque hoc, si pondus aut levitatem habet, unum quid erit elementorum; si nullum habet momentum, immobile ac mathematicum erit: tale autem si est, in loco non erit. Quo

ἐν τόπῳ. Ἐν ᾧ γὰρ ἡρεμῆι, ἐν τούτῳ καὶ κινεῖσθαι δυνατόν. Καὶ εἰ μὲν βία, παρὰ φύσιν, εἰ δὲ μὴ βία, κατὰ φύσιν. Εἰ μὲν οὖν ἔσται ἐν τόπῳ, καὶ πού ἔσται τι τῶν στοιχείων· εἰ δὲ μὴ ἐν τόπῳ, οὐδὲν ἐξ αὐτοῦ ἔσται· τὸ γὰρ γινόμενον, καὶ ἐξ οὗ γίγνεται, ἀνάγκη ἅμα εἶναι. Ἐπεὶ δ' οὔτε ἐξ ἀσωμάτου γίνεσθαι δυνατόν οὔτ' ἐξ ἄλλου σώματος, λείπεται ἐξ ἀλλήλων γίνεσθαι.

enim in loco quiescit, in eo etiam moveri potest. Et si vi quidem, præter naturam : sin vero non vi, secundum naturam. Si igitur in loco erit, etiam alicubi erit elementorum quippiam : sin vero non erit in loco, neque quicquam ex ipso erit. Id enim quod fit, et id ex quo fit, simul esse necesse est. Quum autem neque ex incorporeo neque ex alio corpore fieri possint, ex sese mutuo fieri restat.

CAP. VII.

Πάλιν οὖν ἐπισκεπτέον τίς ὁ τρόπος τῆς ἐξ ἀλλήλων γενέσεως, πότερον ὡς Ἐμπεδοκλῆς λέγει καὶ Δημόκριτος, ἢ ὡς οἱ εἰς τὰ ἐπίπεδα διαλύοντες, ἢ ἔστιν ἄλλος τις τρόπος παρὰ τούτους. Οἱ μὲν οὖν περὶ Ἐμπεδοκλέα καὶ Δημόκριτον λαμβάνουσι αὐτοὶ αὐτοὺς οὐ γένεσιν ἐξ ἀλλήλων ποιούντες ἀλλὰ φαινομένην γένεσιν· ἐνυπάρχον γὰρ ἕκαστον ἐκκρίνεσθαι φασιν, ὡς περ ἐξ ἀγγείου τῆς γενέσεως οὔσης ἀλλ' οὐκ ἐκ τινος ὕλης, οὐδὲ γίνεσθαι μεταβάλλοντος. (2) Ἐπειτα κἀν οὕτως οὐδὲν ἦττον ἄλογα τὰ συμβαίνοντα. Τὸ γὰρ αὐτὸ μέγεθος οὐ δοκεῖ συμπληθῆν γίνεσθαι βαρύτερον. Ἀνάγκη δὲ τοῦτο λέγειν τοῖς φάσκουσιν ἐκκρίνεσθαι τὸ ὕδωρ ἐκ τοῦ ἀέρος ἐνυπάρχον· ὅταν γὰρ ὕδωρ ἐξ ἀέρος γένηται, βαρύτερόν ἐστιν. (3) Ἐπι δὲ τῶν μειγμένων σωμάτων οὐκ ἀνάγκη χωρισθῆν θάτερον αἰεὶ πλείω τόπον ἐπέγειν· ὅταν δ' ἐξ ὕδατος ἀῆρ γένηται, πλείω καταλαμβάνει τῶνον· τὸ δὲ λεπτομερέστερον ἐν πλείονι τόπῳ γίγνεται. Φανερόν δὲ τοῦτο γε καὶ ἐν τῇ μεταβάσει· διατιμιζομένου γὰρ καὶ πνευματουμένου τοῦ ὑγροῦ βήγνυται τὰ περιέχοντα τοὺς ὄγκους ἀγγεῖα διὰ τὴν στενωχωρίαν. Ὅστ' εἰ μὲν ὄλιγος μὴ ἔστι κενὸν μὴδ' ἐπεκτείνεται τὰ σώματα, καθάπερ φασιν οἱ ταῦτα λέγοντες, φανερόν τὸ ἐξ ἀδύνατον· εἰ δ' ἔστι κενὸν καὶ ἐπέκτασις, ἄλογον τὸ ἐξ ἀνάγκης αἰεὶ πλείω τόπον ἐπιλαμβάνειν τὸ χωριζόμενον. (4) Ἄλλ' ἀνάγκη καὶ ὑπολείπειν τὴν ἐξ ἀλλήλων γένεσιν, εἴπερ ἐν τῷ πεπερασμένῳ μεγέθει μὴ ἐνυπάρχει ἄπειρα μεγέθη πεπερασμένα. Ὅταν γὰρ ἐκ γῆς ὕδωρ γένηται, ἀφήρηται τι τῆς γῆς, εἴπερ ἐκκρίσει ἢ γένεσις· καὶ πάλιν ὅταν ἐκ τῆς ὑπολειπομένης, ὡσαύτως. Εἰ μὲν οὖν αἰεὶ τοῦτ' ἔσται, συμβήσεται ἐν τῷ πεπερασμένῳ ἄπειρα ἐνυπάρχειν· ἐπεὶ δὲ τοῦτ' ἀδύνατον, οὐκ ἂν αἰεὶ γίγνοιτο ἐξ ἀλλήλων. Ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔστι τῇ ἐκκρίσει ἢ εἰς ἀλλήλα μεταβάσις, εἴρηται. (5) Λείπεται δ' εἰς ἀλλήλα μεταβάλλοντα γίνεσθαι. Τοῦτο δὲ διχῶς· ἢ γὰρ τῇ μετασχηματίζει, καθάπερ ἐκ τοῦ αὐτοῦ κηροῦ γίγνεται ἂν σφαῖρα καὶ κύβος, ἢ τῇ διαλύσει τῇ εἰς τὰ ἐπίπεδα, ὡς περ ἐνοίει φασιν. Εἰ μὲν οὖν τῇ μετασχηματίζει γίνεται, συμβαίνει ἐξ ἀνάγκης ἄτομα λέγειν τὰ σώματα· διαιρετῶν γὰρ ὄντων οὐκ ἔσται τὸ τοῦ πυρὸς μέρος πῦρ, οὐδὲ τὸ τῆς γῆς γῆ, διὰ τὸ μὴ εἶναι μήτε τὸ τῆς πυραμίδος μέρος πάντως πυραμίδα μήτε τὸ τοῦ κύβου κύβον. (6) Εἰ δὲ τῇ τῶν ἐπιπέδων διαλύσει, πρῶτον μὲν ἄτοπον τὸ μὴ πάντα γεννᾶν ἐξ ἀλλήλων, ὅπερ ἀνάγκη λέγειν αὐτοῖς, καὶ λέγουσιν.

Rursus igitur considerandum est quisnam sit mutuae generationis ipsorum modus, utrum ut Empedocles dicit atque Democritus, an ut ii qui in plana dissolvunt; an alius quispiam sit præter hos modus. Empedoclem igitur et Democritum præterit, non generationem se mutuum, sed apparentem facere generationem. Inesse enim quæque ac segregari dicunt, quasi e vase sit ipsa generatio, sed non e materia quadam; neque generari per mutationem. (2) Deinde, si hoc etiam modo sit generatio, non minus ea quæ eveniunt, sunt absurda. Eadem enim magnitudo si demsetur, gravior fieri non videtur. At hoc dicant ii qui aquam inesse in aere et inde segregari dicunt, necesse est: quum enim aqua ex aere est orta, gravior est. (3) Præterea, corporum mixtorum alterum separatum non necesse est locum semper occupare majorem. At quum oritur aer ex aqua, majorem aer occupat locum. Quod enim subtiliorum est partium, id majorem occupat locum. Patet autem hoc et in ipsa migratione. Evaporante enim humido, spiritusque turgente, ea vasa quæ moles continent, ob angustiam rumpuntur. Quare si vacuum omnino non est, nec extenduntur corpora, ut ii qui hæc dicunt, inquit, ipsum impossibile patet. Sin vacuum est et extensio, vacat hoc porro ratione, id (inquam) quod separatur, majorem semper locum necessario occupare. (4) Generationem etiam mutuum deficere tandem necesse est, si in finita magnitudine infinita finita non insint. Quum enim ex terra fit aqua, ex terra aliquid aufertur, si generatio est segregatio: et iterum eodem modo, quum e reliqua oritur aqua. Si igitur hoc semper erit, eveniet in corpore finito inesse infinita. Quum autem hoc impossibile sit, non semper ex sese mutuo generabuntur. Dictum est igitur, elementorum migrationem in sese mutuum, segregationem non esse. (5) Restat autem, ipsa mutationem subeuntia in sese, mutuo generari. Atque hoc dupliciter. Aut enim transfiguratione, ut ex eadem cera pila fit et tessera; aut dissolutione in plana, ut quidam aiunt. At si transfiguratione generantur, fit ut ipsa corpora necessario individua esse dicantur. Si enim divisibilia sint, ignis pars ignis non erit, neque terræ pars terra, propterea quod pyramidis pars pyramis non est, neque tessera tessera. (6) Sin dissolutione planorum, primo quidem absurdum est, non omnia ex sese mutuo generare. Quod quidem ipsos dicere necessarium est: atque

Οὕτε γὰρ εὐλογον ἐν μόνον ἄμοιρον γενέσθαι τῆς μεταβάσεως, οὕτε φαίνεται κατὰ τὴν αἴσθησιν, ἀλλ' ὁμοίως πάντα μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα. Συμβαίνει δὲ περὶ τῶν φαινομένων λέγουσι μὴ ὁμολογούμενα λέγειν τοῖς φαινομένοις. Τούτου δ' αἴτιον τὸ μὴ καλῶς λαβεῖν τὰς πρώτας ἀρχάς, ἀλλὰ πάντα βούλεσθαι πρὸς τινὰς ὁζῆας ὀρισμένας ἀνάγειν. Δεῖ γὰρ ἴσως τῶν μὲν αἰσθητῶν αἰσθητάς, τῶν δὲ αἰδίων αἰδίους, τῶν δὲ φθαρτῶν φθαρτάς εἶναι τὰς ἀρχάς, ὅπως δ' ὁμογενεῖς τοῖς ὑποκειμένοις. Οἱ δὲ διὰ τὴν τούτων φιλιαν ταῦτο ποιεῖν εἰκασί τοῖς τὰς θῆσει ἐν τοῖς λόγοις διαφυλάττουσιν· ἅπαν γὰρ ὑπομένουσι τὸ συμβαῖνον ὡς ἀληθείας ἔχοντες ἀρχάς, ὥσπερ οὐκ ἐνίας δέον κρίνειν ἐκ τῶν ἀποβαινόντων, καὶ μάλιστα ἐκ τοῦ τέλους. Τέλος δὲ τῆς μὲν ποιητικῆς ἐπιστήμης τὸ ἔργον, τῆς δὲ φυσικῆς τὸ φαινόμενον αἰεὶ κυρίως κατὰ τὴν αἴσθησιν. (7) Συμβαίνει δ' αὐτοῖς μάλιστα τὴν γῆν εἶναι στοιχεῖον, καὶ μόνην ἀφθαρτον, εἴπερ τὸ ἀδιάλυτον ἀφθαρτόν τ' ἐστὶ καὶ στοιχεῖον· ἡ γὰρ γῆ μόνη ἀδιάλυτος εἰς ἄλλο σῶμα. (8) Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐν τοῖς διαλυομένοις ἢ τῶν τριγῶνων παραωρησις εὐλογος. Συμβαίνει δὲ καὶ τοῦτο ἐν τῇ εἰς ἄλληλα μεταβάσει διὰ τὸ ἐξ ἀνίσων τῶν πλήθει συνεστάναι τριγῶνων. (9) Ἐστὶ δ' ἀνάγκη τοῖς ταῦτα λέγουσιν οὐκ ἐκ σώματος ποιεῖν γένεσιν· ὅταν γὰρ ἐξ ἐπιπέδων γένηται, οὐκ ἐκ σώματος ἔσται γεγονός. (10) Πρὸς δὲ τούτοις ἀνάγκη μὴ πᾶν σῶμα λέγειν διαιρετόν, ἀλλὰ μάχεσθαι ταῖς ἀκριβεστάταις ἐπιστήμαις· αἱ μὲν γὰρ καὶ τὸ νοητὸν λαμβάνουσι διαιρετόν, αἱ μαθηματικαὶ, οἱ δὲ οὐδὲ τὸ αἰσθητὸν ἅπαν συγχωροῦσι διὰ τὸ βούλεσθαι σώζειν τὴν ὑπόθεσιν. Ἀνάγκη γὰρ ὅσοι σχῆμα ποιοῦσιν ἐκάστου τῶν στοιχείων καὶ τούτῳ διορίζουσι τὰς οὐσίας αὐτῶν, ἀδιαιρέτα ποιεῖν αὐτά· τῆς γὰρ πυραμίδος ἢ τῆς σφαιρας διαιρεθείσης πως οὐκ ἔσται τὸ λειπόμενον σφαῖρα ἢ πυραμῖς. Ἄστε ἡ τὸ τοῦ πυρὸς μέρος οὐ πῦρ, ἀλλ' ἔσται τι πρότερον τοῦ στοιχείου, διὰ τὸ πᾶν εἶναι ἢ στοιχεῖον ἢ ἐκ στοιχείων, ἢ οὐκ ἅπαν σῶμα διαιρετόν.

dicunt. Neque enim consentaneum est rationi, unam partem expertem esse migrationis, neque per sensum videtur, sed omnia in sese mutari videntur mutuo. Accidit autem, eos de iis quæ apparent, dicentes, non consentanea hisce dicere, quæ apparent. Hujus autem causa est, non bene prima principia capere, sed omnia ad opiniones definitas quasdam reducere velle. Sensibilium enim principia fortasse sensibilia sint, perpetuorum perpetua, corruptibilium corruptibilia, et omnino sub eodem sint genere, sub quo subjecta collocantur, oportet. Hi vero propter horum amorem idem facere videntur, quod ii faciunt qui positiones in rationibus conservant. Omne enim quod accidit, tolerant, ut habentes principia vera, perinde quasi non ex hisce quæ eveniunt, nonnulla, maximeque ex fine dijudicare oportet. Est autem finis effectivæ quidem scientiæ, ipsum opus; naturalis autem, id quod semper proprie per sensus apparet. (7) Accidit autem ipsis terram elementum maxime esse, solamque incorruptibilem, si id quod indissolubile est, incorruptibile est, ac elementum. Terra enim sola in aliud corpus indissolubilis est. (8) At vero neque in his quæ dissolvuntur, triangulorum justa suspensio consona est rationi. Fit autem hoc quoque in migratione, qua in sese mutuo migrant; propterea quod ex inæqualibus multitudine triangulis constat. (9) Præterea, ii qui hæc dicunt, non e corpore faciunt generationem, necesse est. Quum enim ex planis fuerit ortum, non e corpore erit ortum. (10) Insuper, non omne corpus divisibile sit, sed exactissimis scientiis adversentur, necesse est. Ille enim scientiæ mathematicæ etiam ipsum intelligibile, divisibile esse accipiunt: at hi neque omne sensibile, divisibile esse concedunt, propterea quod suppositionem suam servare volunt. Qui namque figuram cuique tribuunt elemento, et hac substantias ipsorum distinguunt, ii indivisibilia faciunt ipsa necesse est. Pyramide enim aut pila aliquo modo divisa, non erunt ea quæ restant, pyramis aut pila. Quare aut pars ignis non est ignis, sed erit quid elemento prius, propterea quod omne corpus aut elementum est, aut ex elementis constat: aut non omne corpus divisibile est.

CAP. VIII.

Ὅλος δὲ τὸ πειρᾶσθαι τὰ ἀπλᾶ σώματα σχηματίζειν ἄλογόν ἐστι, πρῶτον μὲν ὅτι συμβήσεται μὴ ἀναπληροῦσθαι τὸ ὄλον· ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἐπιπέδοις τρία σχήματα δοκεῖ συμπληροῦν τὸν τόπον, τρίγωνον καὶ τετράγωνον καὶ ἑξάγωνον, ἐν δὲ τοῖς στερεοῖς δύο μόνον, πυραμῖς καὶ κύβος· ἀνάγκη δὲ πλείω τούτων λαμβάνειν διὰ τὸ πλείω τὰ στοιχεῖα ποιεῖν. (2) Ἐπειτα φαίνεται πάντα μὲν τὰ ἀπλᾶ σώματα σχηματιζόμενα τῷ περιέχοντι τόπῳ, μάλιστα δὲ τὸ ὕδωρ καὶ ὁ ἀήρ. Διαμένειν μὲν οὖν τὸ τοῦ στοιχείου σχῆμα ἀδύνατον· οὐ γὰρ ἂν ἤπιετο πανταχῇ τοῦ περιέχοντος τὸ ὄλον. Ἀλλὰ μὴν εἰ μεταρρυθμισθήσεται, οὐκέτι ἔσται ὕδωρ, εἴπερ τῷ σχήματι διέφερον. Ὅστε φανερόν ὅτι οὐκ ἔστιν ὀρισμένα τὰ σχήματα αὐτοῦ. Ἄλλ' εἰσικεν ἡ φύσις αὐτῆ τοῦτο σημαίνειν ἡμῖν, ὅ καὶ κατὰ λόγον ἐστίν· ὥσπερ

Omnino autem eniti simplicibus corporibus figuras tribuere, metas egreditur rationis: primo quidem, quia accidet non repleti totum. In planis autem tres figuræ complere locum videntur, triangulus, quadratum, et sex angulorum figura: in solidis autem duæ solæ, pyramis, atque tessera. Plures autem hisce sumantur necesse est, quia plura faciunt elementa. (2) Deinde corpora simplicia universa, figuram suscipere in loco continenti videntur, et maxime aqua, et aer. Permanere igitur elementi figuram, impossibile est. Non enim totum tangeret omni ex parte id quod continet ipsum. At si in aliam vertetur figuram, non ulterius erit aqua, si ipsa differebat figura. Quare patet, figuras horum definitas non esse. Sed natura hoc ipsum nobis declarare videtur, quod et consentaneum est rationi. Nam ut et in

γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις αἰδέες καὶ ἄμορρον δὲ τὸ ὑποκείμενον εἶναι (μάλιστα γὰρ ἂν οὕτω δύναίτο ῥυθμίζεσθαι, καθάπερ ἐν τῷ Τιμαίῳ γέγραπται, τὸ πανδεχέειν), οὕτω καὶ τὰ στοιχεῖα δεῖ νομίζειν ὡσπερ ὕλην εἶναι τοῖς συνθέτοις· διὸ καὶ δύναται μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα χωρίζομένων τῶν κατὰ πάθη διαφορῶν. (α) Πρὸς δὲ τοῦτοις πῶς ἐνδέχεται γίνεσθαι σάρκα καὶ ὀστοῦν ἢ δτιοῦν σῶμα τῶν συνεχῶν; οὔτε γὰρ ἐξ αὐτῶν τῶν στοιχείων ἐγγυρεῖ διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι συνεχῆς ἐκ τῆς συνθέσεως, οὔτ' ἐκ τῶν ἐπιπέδων συντιθεμένων τὰ γὰρ στοιχεῖα γεννᾶται τῇ συνθέσει καὶ οὐ τὰ ἐκ τῶν στοιχείων. Ὡστ' ἐάν τις ἀκριβολογήσῃθαι βούληται καὶ μὴ ἐκ παρόδου τοὺς λόγους ἀποδέξασθαι τοὺς τοιοῦτους, ἀναίρουντας ὄφεται τὴν γένεσιν ἐκ τῶν ὄντων. (4) Ἄλλὰ μὴ καὶ πρὸς τὰ πάθη τε καὶ τὰς δυνάμεις καὶ τὰς κινήσεις ἀσύμφωνα τὰ σχήματα τοῖς σώμασιν, εἰς ἃ μάλιστα βλέψαντες οὕτω διένειμαν. Οἷον ἐπεὶ τὸ πῦρ εὐκίνητόν ἐστι καὶ θερμαντικὸν καὶ καυστικόν, οἱ μὲν ἐποίησαν αὐτὸ σφαῖραν, οἱ δὲ πυραμίδα· ταῦτα γὰρ εὐκίνητότατα μὲν διὰ τὸ ἐλαχίστων ἀπτεσθαι καὶ ἤκιστα βεβηκέναι, θερμαντικώτατα δὲ καὶ καυστικώτατα, διότι τὸ μὲν ὄλον ἐστὶ γωνία, τὸ δὲ δξυγωνιώτατον, καίει δὲ καὶ θερμαίνει ταῖς γωνίας, ὡς φασίν. (5) Πρῶτον μὲν οὖν κατὰ τὴν κίνησιν ἀμφοτέροι διημαρτήκασιν· εἰ γὰρ καὶ ἔστιν εὐκίνητότατα ταῦτα τῶν σχημάτων, ἀλλ' οὐ τὴν τοῦ πυρὸς κίνησιν εὐκίνητα· ἢ μὲν γὰρ τοῦ πυρὸς ἄνω καὶ κατ' εὐθείαν, ταῦτα δ' εὐκίνητα κύκλῳ, τὴν καλουμένην κύλισιν. (6) Ἐπειτ' εἰ ἔστιν ἢ γῆ κύβος διὰ τὸ βεβηκέναι καὶ μένειν, μένει δ' οὐχ οὐ ἔτυγεν ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῆς τόπῳ, ἐκ δὲ τοῦ ἄλλοτρίου φέρεται μὴ κυλωσμένη, καὶ τὸ πῦρ δὲ καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως, δῆλον ὅτι καὶ τὸ πῦρ καὶ ἕκαστον τῶν στοιχείων ἐν μὲν τῷ ἄλλοτρίῳ τόπῳ σφαῖρα ἔσται ἢ πυραμῖς, ἐν δὲ τῷ οἰκείῳ κύβος. (7) Ἐτι δ' εἰ θερμαίνει καὶ καίει τὸ πῦρ διὰ τὰς γωνίας, ἅπαντα ἔσται τὰ στοιχεῖα θερμαντικά, μᾶλλον δ' ἴσως ἕτερον ἑτέρου· πάντα γὰρ ἔχει γωνίας, οἷον τὸ τε ὀκτάεδρον καὶ τὸ δωδεκάεδρον. Δημοκρίτῳ δὲ καὶ ἡ σφαῖρα ὡς γωνία τις οὔσα τέμνει ὡς εὐκίνητον. Ὡστε διοίσει τῷ μᾶλλον καὶ ἥττον. Τοῦτο δ' ὅτι ἔστι ψευδός, φανερόν. Ἄμα δὲ συμβήσεται καὶ τὰ μαθηματικά σώματα καίειν καὶ θερμαίνειν· ἔχει γὰρ κακείνα γωνίας, καὶ ἐνεῖσιν ἐν αὐτοῖς ἄτομοι καὶ σφαῖραι καὶ πυραμίδες, ἄλλως τε καὶ εἰ ἔστιν ἄτομα μεγέθη, καθάπερ φασίν. Εἰ γὰρ τὰ μὲν τὰ δὲ μή, λεκτέον τὴν διαφορὰν, ἀλλ' οὐχ ἅπλως οὕτω λεκτέον ὡς λέγουσιν. (8) Ἐτι εἰ τὸ καίομενον πυροῦται, τὸ δὲ πῦρ ἐστὶ σφαῖρα ἢ πυραμῖς, ἀνάγκη τὸ καίομενον γίνεσθαι σφαῖρας ἢ πυραμίδας. Τὸ μὲν οὖν τέμνειν καὶ τὸ διαίρειν οὕτως ἔστω κατὰ λόγον συμβαίνειν τῷ σχήματι· τὸ δ' ἐξ ἀνάγκης τὴν πυραμίδα ποιεῖν πυραμίδας ἢ τὴν σφαῖραν σφαῖρας παντελῶς ἄλογον καὶ ὅμοιον ὡσπερ εἰ τις ἀξιοίη τὴν μάχαιραν εἰς μάχαιρας διαίρειν ἢ τὸν πρόνα εἰς πρόνας. (9) Ἐτι δὲ γελοῖον πρὸς τὸ διαίρειν μόνον ἀποδοῦναι τὸ σχῆμα

ceteris informe subjectum ipsum esse oportet (maxime enim hoc pacto id quod omnia suscipit, formari figurasque suscipere potest, ut in Timaeo est scriptum), sic elementa quoque velut materiam compositorum esse, putare oportet. Quapropter et mutari in sese mutuo possunt, quum per affectus ipsorum differentiae separantur. (3) Insuper, quoniam modo generari caro et os aut quodvis compositorum corporum potest? Neque enim ex elementis ipsis fieri potest, quia non fit ex compositione continuum, neque ex planis compositionem subeuntibus. Ipsa enim elementa compositione generantur, et non ea quae ex elementis constant. Quare si quispiam exacte tales sententias considerare voluerit, nec admittere sine exacta discussione, generationem ex iis quae sunt, has tollere profecto videbit. (4) At vero et ad affectus et potentias atque motus figurarum non sunt accommodatae corporibus, in quae maxime respicientes, hoc pacto figuras ipsas distribuerunt. Veluti quum ignis facile sit mobilis, et calefaciat ac urat, quidam sphaeram, quidam pyramidem ipsum fecerunt. Haec enim facillime quidem moventur, propterea quod minima tangunt, minimeque stabilia sunt; maxime vero calefaciunt maximeque urunt: quod alterum totum angulus est, alterum acutissimum angulum habet; angulis autem calefaciunt, ut aiunt, ac urunt. (5) Primum igitur utriusque de motu peccarunt. Nam etiamsi figurarum haec facillime mobiles sunt, non tamen ignis motu facile mobiles sunt. Motus enim ignis ad supra fit atque recta: haec vero facile ea motione mobiles sunt, quae volutio nuncupatur. (6) Deinde si terra ideo tessera est, quia stabilis est atque manet, non autem ubivis, sed suo in loco manet, ex alieno vero fertur, nisi prohibeatur; et ignis etiam, et cetera simili modo: patet, et ignem, et elementorum quodque in alieno quidem loco sphaeram aut pyramidem quidem esse, in proprio vero cubum. (7) Praeterea, si ignis ob angulos calefacit ac urit, universa elementa calefacient sane, aliud tamen alio forsitan magis. Universae enim angulos habent, ut id quod octo et id quod duodecim sedium est. Democriti vero sententia sphaera etiam secat tanquam quidam angulus, utpote facilis motu. Quare maiore different, minoreque: hoc autem falsum esse patet. Simul etiam accidet, et mathematica corpora calefacere urereque (et illa namque angulos habent, et in ipsis individua, et sphaerae, et cubi, et pyramides insunt), praesertim si sint individuae magnitudines, uti dicunt. Nam si illa quidem urunt, haec vero non urunt, differentia est dicenda, sed non sic simpliciter dicendum est, uti dicunt. (8) Praeterea, si id quod uritur, igitur, et ignis aut sphaera aut pyramis est: ea quae comburuntur, pyramidem fieri, aut sphaeram, necesse est. Incidere igitur atque divideres sic sit accidens per rationem figurarum: pyramidem vero necessario pyramides facere, vel sphaeram sphaeras, rationi plane contrarium est, simileque est atque si quispiam gladium in gladios, aut serram in serras per divisionem mutari censeat. (9) Praeterea, ad dividendum solum igni figuram reddere, ridiculum esse

τῷ πυρί· δοκεῖ γὰρ μᾶλλον συγχρίνειν καὶ συνορίζειν ἢ διακρίνειν. Διακρίνει μὲν γὰρ τὰ μὴ ὁμόφυλα, συγχρίνει δὲ τὰ ὁμόφυλα· καὶ ἡ μὲν σύγκρισις καθ' αὐτό ἐστι (τὸ γὰρ συνορίζειν καὶ ἐνοῦν τοῦ πυρός), ἡ δὲ διάκρισις κατὰ συμβεβηχός (συγχρίνον γὰρ τὸ ὁμόφυλον ἐξαιρεῖ τὸ ἄλλοτριον). Ὡστ' ἢ πρὸς ἄμφω ἐχρῆν ἀποδοῦναι ἢ μᾶλλον ἐπὶ τὸ συγχρίνειν. (11) Πρὸς δὲ τούτοις, ἐπεὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐναντία τῇ δυνάμει, ἀδύνατον ἀποδοῦναι τῷ ψυχρῷ σχῆμά τι· δεῖ γὰρ ἐναντίον εἶναι τὸ ἀποδιδόμενον, οὐθὲν δ' ἐναντίον ἐστὶ σχήματι. Διὸ καὶ πάντες ἀπολελοίπασιν τοῦτο· καίτοι προσήκειν ἢ πάντα ἀφορῆσαι σχήμασιν ἢ μηδέν. (11) Ἔνιοι δὲ περὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ πειραθέντες εἰπεῖν ἐναντία λέγουσιν αὐτοὶ αὐτοῖς. Φασὶ γὰρ εἶναι ψυχρὸν τὸ μεγαλομερές διὰ τὸ συνθλίβειν καὶ μὴ διέναι διὰ τῶν πόρων. Δῆλον τοίνυν ὅτι καὶ τὸ θερμὸν ἂν εἴη τὸ διόν· τοιούτων δ' αἰεὶ τὸ λεπτομερές. Ὡστε συμβαίνει μικρότητι καὶ μεγέθει διαφέρειν τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, ἀλλ' οὐ τοῖς σχήμασιν. Ἔτι δ' εἰ ἄνισοι αἱ πυραμίδες, αἱ μεγάλαι ἂν εἴεν οὐ πῦρ οὐδ' αἷτιον τὸ σχῆμα τοῦ καινίου, ἀλλὰ τοῦναντίον. Ὅτι μὲν οὖν οὐ τοῖς σχήμασι διαφέρει τὰ στοιχεῖα, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. (12) ἐπεὶ δὲ κυριώταται διαφοραὶ σωμάτων αἶ τε κατὰ τὰ πάθη καὶ τὰ ἔργα καὶ τὰς δυνάμεις (ἐκάστου γὰρ εἶναι φαιμεν τῶν φύσει καὶ ἔργα καὶ πάθη καὶ δυνάμεις), πρῶτον ἂν εἴη περὶ τούτων λεκτέον, ὅπως θεωρήσαντες ταῦτα λάβωμεν τὰς ἐκάστου πρὸς ἕκαστον διαφοράς.

videtur. Ignis enim congregare magis finesque in unum redigere, quam segregare videtur. Segregat enim ea quæ non ejusdem generis sunt; congregat autem ea quæ sub eodem genere collocantur. Et congregatio quidem per se est (fines enim in unum cogere atque unire, ignis ipsius est); segregatio vero, per accidens. Congregans enim id quod sub eodem est genere, id quod alienum est, excipit. Quare aut ad utrumque, aut potius ad congregandum, figuram igni reddere oportebat. (10) Insuper, quum calidum frigidumque potentia sint contraria, reddere frigidum figuram aliquam impossibile est, propterea quod reddere quidem contrariam figuram oportet, nihil autem contrarium est figuræ. Quapropter et omnes omittunt hoc: et tamen aut omnia figuris, aut nihil definire oportebat. (11) Nonnulli autem de potentia ipsius dicere conati, sibi ipsis contraria dicunt. Frigidum enim id inquit esse quod magnarum partium est, propterea quod premit, et per meatus non transit. Patet igitur, et calidum id esse, quod transit: tale autem id semper erit quod partium subtilium est. Quare sit ut parvitate magnitudineque frigidum differat calidumque, sed non figuris. Præterea, si pyramides sint inæquales, magnæ non ignis erunt, neque figura erit urendi causa, sed contrarium. Non differ igitur elementa figuris, ex iis quæ diximus, patuit. (12) Quum autem propriissimæ differentiæ corporum per affectus sint et operationes et potentias (cujusque enim corporis naturalis opera, affectus potentiasque dicimus esse), primum de his est dicendum, ut post horum contemplationem, cujusque differentias ad unumquodque sumamus.

LIBER IV.

CAP. I.

Περὶ δὲ βαρέος καὶ κούφου, τί τ' ἐστὶν ἐκάτερον καὶ τίς ἡ φύσις αὐτῶν, σκοπεῖτον, καὶ διὰ τίν' αἰτίαν ἔχουσι τὰς δυνάμεις ταύτας. (2) Ἔστι γὰρ ἡ περὶ αὐτῶν θεωρία τοῖς περὶ κινήσεως λόγοις οικεῖα· βαρὺ γὰρ καὶ κούφον τῷ δύνασθαι κινεῖσθαι φυσικῶς πως λέγομεν. Ἰσχύει δὲ ἐνεργείαις ὀνόματ' αὐτῶν οὐ κεῖται, πλὴν εἴ τις οἴοιτο τὴν βοήθην τοιούτων. Διὰ δὲ τὸ τὴν φυσικὴν μὲν εἶναι πραγματεῖαν περὶ κινήσεως, ταῦτα δ' ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς ὡς ζώπυρ' ἅττα κινήσεως, πάντες μὲν χρῶνται ταῖς δυνάμεσιν αὐτῶν, οὐ μὴν διωρικάσι γε, πλὴν ὀλίγων. Ἰδόντες οὖν πρῶτον τὰ παρὰ τῶν ἄλλων εἰρημένα, καὶ διαπορήσαντες ὅσα πρὸς τὴν σχέψιν ταύτην διελεῖν ἀναγκαῖον, οὕτω καὶ τὸ φαινόμενον ἡμῖν εἰπωμεν περὶ αὐτῶν. (3) Λέγεται δὴ τὸ μὲν ἀπλῶς βαρὺ καὶ κούφον, τὸ δὲ πρὸς ἕτερον· τῶν γὰρ ἐχόντων βάρος φαιμέν τὸ μὲν εἶναι κουφότερον τὸ δὲ βαρύτερον, ὡς οὐλοῦ χαλκόν. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἀπλῶς λεγομένων οὐδὲν εἰρηται παρὰ τῶν πρότερον, περὶ δὲ τῶν πρὸς ἕτερον· οὐ γὰρ λέγουσι τί ἐστὶ τὸ βαρὺ καὶ τί τὸ κούφον, ἀλλὰ τί τὸ βαρύτερον καὶ κουφότερον ἐν τοῖς ἔχουσι βάρος. (4) Μᾶλλον δ' ἔσται δῆλον τὸ λεγόμενον ὧδε. Ἰὰ μὲν γὰρ αἰεὶ πέφυκεν ἀπὸ τοῦ μέσου φέρεσθαι, τὰ

De gravi autem atque levi, quid sit utrumque, et quænam sit natura ipsorum, consideremus oportet, et propter quam causam hasce potentias habeant. (2) Contemplatio enim de ipsis, sermonibus de motu est accommodata. Grave enim et leve ex eo dicimus, quia aliquo modo naturaliter moveri potest: operationibus autem ipsorum nomina posita non sunt, nisi quispiam putet tale esse ipsum momentum. Quia vero naturalis tractatio est de motu, hæc autem motus quasi fomenta quædam in se ipsis habent: ideo universi quidem potentiis ipsorum utuntur, non tamen nisi pauci definire. Visis igitur iis primum quæ ab aliis dicta sunt, allatis etiam dubitationibus, quæ ad hanc considerationem sunt necessariæ, id deinde dicamus quod nobis de ipsis videtur. (3) Gravia levique partim simpliciter partim ad aliud dicuntur. Eorum enim quæ pondus habent, aliud levius aliud gravius dicimus esse, ut æs gravius dicimus ligno. De his igitur quæ absolute dicuntur, nihil a veteribus dictum est, sed de iis quæ ad aliud dicuntur. Non enim dicunt quid sit ipsum leve, et quid sit ipsum grave, sed quid sit gravius, et quid levius in iis quæ pondus habent. (4) Id autem quod dicimus, magis dilucidum hoc pacto fiet. Quædam enim a medio semper, quædam ad

δ' αἰεὶ πρὸς τὸ μέσον. Τούτων δὲ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ μέσου φερόμενον ἄνω λέγω φέρεσθαι, κάτω δὲ τὸ πρὸς τὸ μέσον. Ἄτοπον γὰρ τὸ μὴ νομίζειν εἶναι τι ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω, καθάπερ τινὲς ἀξιοῦσιν· οὐ γὰρ εἶναι τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω φασίν, εἴπερ πάντη δημοῖός ἐστι, καὶ πανταχοῦθεν ἀντίπους ἔσται πορευόμενος ἕκαστος αὐτὸς αὐτῷ. (5) Ἡμεῖς δὲ τὸ τοῦ παντὸς ἔσχατον ἄνω λέγομεν, ὃ καὶ κατὰ τὴν θέσιν ἔστιν ἄνω καὶ τῆ φύσει πρῶτον· ἐπεὶ δ' ἐστὶ τι τοῦ οὐρανοῦ ἔσχατον καὶ μέσον, 10 δῆλον ὅτι ἔσται καὶ ἄνω καὶ κάτω, ὥσπερ καὶ οἱ πολλοὶ λέγουσι, πλὴν οὐχ ἱκανῶς. Τούτου δ' αἴτιον ὅτι νομίζουσιν οὐχ ὁμοῖον εἶναι πάντη τὸν οὐρανόν, ἀλλ' ἐν εἶναι μόνον τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς ἡμισφαίριον, ἐπεὶ προσπολαβόντες καὶ κύκλῳ τοιοῦτον, καὶ τὸ μέσον ὁμοίως ἔχειν πρὸς ἅπαν, τὸ μὲν ἄνω φήσουσιν εἶναι, τὸ δὲ μέσον 15 κάτω. (6) Ἀπλῶς μὲν οὖν κοῦφον λέγομεν τὸ ἄνω φερόμενον καὶ πρὸς τὸ ἔσχατον, βαρὺ δὲ τὸ ἀπλῶς κάτω καὶ πρὸς τὸ μέσον· πρὸς ἄλλο δὲ κοῦφον καὶ κουφότερον, ὃ δυοῖν ἐχόντων βάρος καὶ τὸν ὄγκον ἴσον κάτω 20 φέρεται θάτερον φύσει θάττον.

medium semper apta sunt ferri. Horum autem id quidem quod a medio fertur, sursum; id autem quod ad medium fertur, deorsum dico ferri. Absurdum est enim, in caelo non existimare aliquid supra, aliquid infra esse, quemadmodum quidam censent. Non enim esse aliud superum, aliud inferum dicunt, si omni ex parte simile est, et undique quisque gradiens adversis ipse sibi pedibus erit. (5) Nos autem ipsum universi extremum, supra dicimus, quod quidem et positione est supra, et ipsa natura primum. Quum autem ipsius caeli aliquid extremum et medium sit, patet et supra esse, ac infra, quemadmodum et multi dicunt, verum non satis. Hujus autem causa est, caelum ipsos non omni ex parte simile esse, sed unum tantum id hemisphaerium esse, quod supra nos est, putare. Quodsi sumpserunt caelum omni ex parte tale, et medium ad universum similiter habere, illud quidem superum, medium autem inferum esse dicent. (6) Id igitur absolute dicimus leve, quod sursum ad extremumque fertur; id grave, quod simpliciter deorsum atque ad medium fertur. Ad aliud autem leve ac levius, id esse dicimus quod aliquo natura deorsum fertur celerius, utrisque pondus habentibus aequalemque molem.

CAP. II.

Τῶν δὲ πρότερον ἐλθόντων ἐπὶ τὴν περὶ τούτων σχέψιν σχεδὸν οἱ πλείστοι περὶ τῶν οὕτω βαρέων καὶ κοῦφων εἰρήκασι μόνον, ὅσων ἀμφοτέρων ἐχόντων βάρος θάτερόν ἐστι κουφότερον. Οὕτω δὲ διελθόντες οἴονται 2 διωρισθαι καὶ περὶ τοῦ ἀπλῶς κοῦφου καὶ βαρέος· ὃ δὲ λόγος αὐτοῖς οὐκ ἐφαρμόττει. (2) Δῆλον δ' ἐστὶ τοῦτο μᾶλλον προελθοῦσιν. Λέγουσι γὰρ τὸ κουφότερον καὶ βαρύτερον οἱ μὲν ὥσπερ ἐν τῷ Τιμαίῳ τυγχάνει γεγραμμένον, βαρύτερον μὲν τὸ ἐκ πλείονων τῶν αὐτῶν 30 συνεστός, κουφότερον δὲ τὸ ἐξ ἐλαττόνων, ὥσπερ μολίδου μολίδος ὃ πλείων βαρύτερος καὶ χαλκοῦ χαλκός. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὁμοιοειδῶν ἕκαστον· ἐν ὑπεροχῇ γὰρ τῶν ἴσων μορίων βαρύτερον ἕκαστόν ἐστιν. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ξύλου μόλιδῶν φασιν· ἐκ τινων γὰρ τῶν αὐτῶν εἶναι πάντα τὰ σώματα καὶ μιᾶς 35 ὕλης, ἀλλ' οὐ δοκεῖν. (3) Οὕτω δὲ διωρισμένων οὐκ εἴρηται περὶ τοῦ ἀπλῶς κοῦφου καὶ βαρέος· νῦν γὰρ τὸ μὲν πῦρ αἰεὶ κοῦφον καὶ ἄνω φέρεται, ἡ δὲ γῆ καὶ τὰ γενηρὰ πάντα κάτω καὶ πρὸς τὸ μέσον. Ὡστ' οὐ δι' ὀλιγότητα 40 τῶν τριγώνων ἐξ ὧν συνεστάναι φασίν ἕκαστον αὐτῶν, τὸ πῦρ ἄνω φέρεσθαι πέφυκεν· τό τε γὰρ πλεῖον ἦττον ἂν ἐφέρετο καὶ βαρύτερον ἂν ἦν ἐκ πλείονων ὄν τριγώνων. Νῦν δὲ φαίνεται τούναντιον· ὅσα γὰρ ἂν ἦ πλεῖον, κουφότερόν ἐστι καὶ ἄνω φέρεται θάττον. Καὶ ἄνωθεν 45 δὲ κάτω τὸ ὀλιγον οἰσθήσεται θάττον πῦρ, τὸ δὲ πολλὸν βραδύτερον. (4) Πρὸς δὲ τούτοις, ἐπεὶ τὸ μὲν ἐλάσσων ἔχον τὰ ὁμογενῆ κουφότερον εἶναι φασί, τὸ δὲ πλείων βαρύτερον, ἀέρα δὲ καὶ ὕδωρ καὶ πῦρ ἐκ τῶν αὐτῶν εἶναι τριγώνων, ἀλλὰ διαφέρειν ὀλιγότῃ καὶ πλήθει, 50 διὸ τὸ μὲν αὐτῶν εἶναι κουφότερον τὸ δὲ βαρύτερον, ἔσται τι πλῆθος ἀέρος ὃ βαρύτερον ὕδατος ἔσται. Συμβαίνει δὲ πᾶν τούναντιον· αἰεὶ τε γὰρ ὃ πλείων ἀῆρ ἄνω

Eorum igitur qui prius ad horum considerationem venerunt, plurimi pæne de levibus hoc pacto gravibusque colis dixere, quorum alterum, utrisque pondus habentibus, altero levius est. Atque hoc pacto de gravi levique facta consideratione, de simpliciter etiam levi gravique determinatum a se fuisse putant: sermo tamen ad ipsa non accommodatur. (2) Hoc autem perspicuum magis erit, si ulterius progrediamur. Quidam enim de leviori gravioreque sic dicunt, ut in Timæo est scriptum: gravius quidem id esse, quod ex eisdem pluribus constat; levius autem id quod ex eisdem paucioribus constat: quemadmodum plumbo plumbum et æs ære majus, gravius est. Similiter et unum: quodque ceterorum similium forma: in excessione enim aequalium partium, quodque gravius est. Eodem modo et ligno gravius esse plumbum dicunt. Ex quibusdam enim eisdem omnia corpora et una materia esse aiunt, sed non videri. (3) Sic definitis, non dictum est de simpliciter levi ac gravi. Nunc enim ignis quidem semper est levis, sursumque fertur; terra vero ac terrea cuncta deorsum atque ad medium ipsum. Quare non ob triangulorum paucitatem, ex quibus quodque ipsorum constare dicunt, ignis aptus est sursum ferri. Major enim minus utique moveretur, et gravius esset, quum pluribus ex triangulis constet. Nunc autem contrarium sane videtur: quo enim major est, eo levior est, et sursum celerius fertur. De supero etiam loco deorsum parvus ignis celerius, et tardius magnus fertur. (4) Insuper, quum id quod pauciora habet ea quæ sunt generis ejusdem, levius esse, id vero quod habet plura, gravius esse dicant; aerem autem, et ignem, ac aquam ex eisdem asserant triangulis esse, sed paucitate multitudinæque differre, quapropter aliud ipsorum levius, aliud gravius esse: aliqua sane multitudo aeris erit, quæ gravius erit aqua. At totum contrarium ac-

φέρεται μάλλον, καὶ ὅλιως ὀτιοῦν μέρος ἀέρος ἄνω φέ-
 ρεται ἐκ τοῦ ὕδατος. Οἱ μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον
 περὶ κούφου καὶ βαρέος διώρισαν· (5) τοῖς δ' οὐχ ἰκανὸν
 ἔδοξεν οὕτω διελεῖν, ἀλλὰ καίπερ ὄντες ἀρχαιότεροι
 5 τῆς νῦν ἡλικίας καινοτέρως ἐνόησαν περὶ τῶν νῦν
 λεγθέντων. Φαίνεται γὰρ ἕνια τὸν ὄγκον μὲν ἐλάττω
 τῶν σωμάτων ὄντα, βαρύτερα δέ. Δῆλον οὖν ὡς οὐχ
 ἰκανὸν τὸ φάσκειν ἐξ ἴσων συγκεῖσθαι τῶν πρώτων τὰ
 ἰσοβαρῆ· ἴσα γὰρ ἂν ᾖ τὸν ὄγκον. (6) Ἰὰ δὲ πρῶτα
 10 καὶ ἄτομα τοῖς μὲν ἐπίπεδα λέγουσιν ἐξ ὧν συνέστηκε
 τὰ βάρος ἔχοντα τῶν σωμάτων, ἄτοπον τὸ φάναι· τοῖς
 δὲ στερεὰ μάλλον ἐνδέχεται λέγειν τὸ μείζον εἶναι βα-
 ρύτερον αὐτῶν. Ἰὼν δὲ συνθέτων, ἐπειδήπερ οὐ φαί-
 νεται τοῦτον ἔχειν ἕκαστον τὸν τρόπον, ἀλλὰ πολλὰ
 15 βαρύτερα ὀρωῖμεν ἐλάττω τὸν ὄγκον ὄντα, καθάπερ
 ἐρίου χαλκόν, ἕτερον τὸ αἷτιον οἶονταί τε καὶ λέγουσιν
 εἶναι· (7) τὸ γὰρ κενὸν ἐμπεριλαμβανόμενον κουφίζει
 τὰ σώματά φασι καὶ ποιεῖν ἔστιν ὅτε τὰ μείζω κούφω-
 20 τερα· πλεῖον γὰρ ἔχειν κενόν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὸν
 ὄγκον εἶναι μείζω συγκείμενα πολλάκις ἐξ ἴσων στερεῶν
 ἢ καὶ ἐλαττόνων. Ὅλος δὲ καὶ παντὸς αἷτιον εἶναι
 τοῦ κούφωτέρου τὸ πλεῖον ἐνυπάρχειν κενόν. Λέγουσι
 μὲν οὖν τοῦτον τὸν τρόπον· (8) ἀνάγκη δὲ προσθεῖναι
 25 τοῖς οὕτω διορίζουσι μὴ μόνον τὸ κενὸν ἔχειν πλεῖον,
 ἂν ᾖ κούφωτερον, ἀλλὰ καὶ τὸ στερεὸν ἔλαττον· εἰ γὰρ
 ὑπὲρξῃ τῆς τοιαύτης ἀναλογίας, οὐκ ἔσται κούφω-
 τερον. Διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸ πῦρ εἶναι φασι κούφω-
 30 τατον, ὅτι πλεῖστον ἔχει κενόν. Συμβήσεται οὖν
 μικροῦ πυρὸς πολλὸν χρυσοῦν πλεῖον ἔχοντα τὸ κενόν
 εἶναι κούφωτερον, εἰ μὴ καὶ στερεὸν ἔξει πολλαπλά-
 σιον· ὥστε τοῦτο λεχτέον. (9) Ἐνιοὶ μὲν οὖν τῶν μὴ
 φασκόντων εἶναι κενὸν οὐδὲν διώρισαν περὶ κούφου καὶ
 βαρέος, οἷον Ἀναξαγόρας καὶ Ἐμπεδοκλῆς· οἱ δὲ διο-
 35 ρίσαντες μὲν, οὐ φάσκοντες δὲ εἶναι κενόν, οὐδὲν εἶπον
 διὰ τί τὰ μὲν ἀπλῶς κούφα τὰ δὲ βαρῆα τῶν σωμάτων,
 καὶ φέρεται τὰ μὲν αἰεὶ ἄνω τὰ δὲ κάτω. Ἐτι δὲ περὶ
 τοῦ ἕνια μείζω τὸν ὄγκον ὄντα κούφωτερα τῶν ἐλατ-
 τόνων εἶναι σωμάτων οὐδὲν ἐπεμήθησαν, οὐδὲ δῆλον
 40 πῶς ἐκ τῶν εἰρημένων ὁμολογοῦμενα τοῖς φαινόμενοις
 συμβήσεται λέγειν αὐτοῖς. (10) Ἀναγκαῖον δὲ καὶ
 τοῖς περὶ τῆς τοῦ πυρὸς κούφωτητος αἰτιωμένοις τὸ
 πολὺ κενὸν ἔχειν σχεδὸν ἐν ταῖς αὐταῖς ἐνέχεσθαι
 δυσχερεῖαις. Ἐλαττον μὲν γὰρ ἔξει στερεὸν τῶν ἄλλων
 σωμάτων, καὶ τὸ κενὸν πλεῖον· ἀλλ' ὁμῶς ἔσται τι
 45 πυρὸς πλῆθος ἐν ᾧ τὸ στερεὸν καὶ τὸ πλῆρες ὑπερ-
 βάλλει τῶν περιεχομένων στερεῶν ἐν τινι μικρῷ πλήθει
 γῆς. Ἐὰν δὲ φύσι καὶ τὸ κενόν, πῶς διοριῶσι τὸ
 ἀπλῶς βαρῆ; ἢ γὰρ τῷ πλεῖον στερεὸν ἔχειν ἢ τῷ
 ἐλαττον κενόν. Εἰ μὲν οὖν τοῦτο φήσουσιν, ἔσται τι
 50 πλῆθος γῆς οὕτως ὀλίγον ἐν ᾧ στερεὸν ἔσται ἐλαττον
 ἢ ἐν πολλῷ πλήθει πυρὸς. Ὅμοιως δὲ καὶ τῷ κενῷ
 διορίσωσιν, ἔσται τι κούφωτερον τοῦ ἀπλῶς κούφου καὶ
 φερομένου αἰεὶ ἄνω αὐτὸ φερόμενον αἰεὶ κάτω. Τοῦτο
 δὲ ἀδύνατον· τὸ γὰρ ἀπλῶς κούφον αἰεὶ κούφωτερον τῶν

cidit : semper enim major aer magis sursum fertur, et
 omnino pars quævis aeris sursum ex aqua fertur. Quidam
 igitur ita de gravi levique definiunt. (5) Quibusdam au-
 tem non satis visum est hoc pacto dividere, sed quamvis
 ætate vetustiores essent, de hisce tamen quæ nunc sunt
 dicta, modo magis novo intellexerunt. Nonnulla namque
 corpora mole quidem minora, sed graviora esse apparet.
 Patet igitur, non satis esse, ex æqualibus ipsis primis ea
 quæ sunt ponderis æqualis, dicere constare : essent enim
 æqualia mole. (6) Majus autem ipsorum, gravius esse,
 absurdum quidem est eos dicere, qui prima ipsa ac indivi-
 dua, ex quibus ea corporum constant, quæ pondus ha-
 bent, plana inquit esse : ii autem qui solida esse dicunt,
 magis dicere possunt. Compositorum vero quoniam singula
 non hoc modo sese habere cernuntur, sed multa graviora,
 minora mole esse videmus, quemadmodum æs lanæ : aliam
 quidam causam et putant esse, et aiunt. (7) Vacuum enim
 comprehensum levare corpora dicunt, et interdum majora
 facere leviora, quum plus habeant, ut inquit, vacui.
 Propterea et molem habere majorem ex æqualibus solidis
 persæpe aut ex minoribus composita, dicunt. Et omnino
 cuilibet leviori, plus inesse vacui, causam aiunt esse. Dicunt
 igitur hoc modo de ipsis. (8) Sed addant necesse est, qui
 hoc pacto definiunt, si sit quippiam levius, non solum va-
 cui plus, sed et solidi minus habere. Si enim talem ratio-
 nem excedet, levius sane non erit. Ob id enim ipsum etiam
 ignem inquit levissimum esse, quia vacui plurimum ha-
 beat. Eveniet igitur, magnum aurum plus habens vacui,
 igne parvo levius esse, nisi et solidum ipsum habuerit mul-
 tiplex. Quare hoc est dicendum. (9) Quidam igitur eorum
 qui non inquit esse vacuum, nihil de levi gravique de-
 terminarunt, ut Anaxagoras et Empedocles. Qui vero de-
 terminarunt quidem, non dicunt autem esse vacuum, ni-
 hil dixere cur alia corporum levia, alia gravia sint, et alia
 sursum, alia deorsum semper ferantur. Nullam præterea
 de hoc mentionem fecerunt, nonnulla, inquam, corporum
 majorem habentia molem, leviora minoribus esse. Neque
 patet ex iis quæ dicta sunt, quonam pacto fieri possit ut
 ipsi consentanea dicant iis quæ apparent. (10) Eos etiam
 qui levitatis ignis causam vacui multitudinem inquit
 esse, eisdem obnoxios difficultatibus esse necesse est. Minus
 enim ceteris corporibus solidi, et vacui plus habebit. At-
 tamen erit ignis aliqua multitudo, in qua solidum et ple-
 num ea quæ continentur in aliqua parva terra, solida exsu-
 perabit. Quodsi et vacui dixerint, quonam modo definiunt
 ipsum simpliciter grave? Aut enim hoc, quod plurima so-
 lidorum habet, aut hoc, quod vacui minus habet. Si igitur
 hoc dicent modo, erit quædam terra adeo parva, ut in illa
 minus sit solidorum quam magno in igne. Similiter si va-
 cuo etiam definiant, erit quippiam eorum quæ semper deor-
 sum feruntur, levius eo quod simpliciter est leve, semper-
 que fertur ad supra loca. Quod quidem est impossibile.
 Id enim quod absolute est leve, levius est semper iis quæ

ἐχόντων βάρος καὶ κάτω φερομένων, τὸ δὲ κουφότερον οὐκ αἰεὶ κοῦφον διὰ τὸ λέγεσθαι καὶ ἐν τοῖς ἔχουσι βάρος ἕτερον ἕτερου κουφότερον, οἷον γῆς ὕδωρ. Ἄλλὰ μὴν οὐδὲ τῷ τὸ κενὸν ἀνάλογον ἔχειν πρὸς τὸ πλήρες ἰκανὸν
 6 λῦσαι τὴν λεγομένην νῦν ἀπορίαν. Συμβήσεται γὰρ καὶ τοῦτον τὸν τρόπον λέγουσιν ὡσαύτως τὸ ἀδύνατον. Ἐν γὰρ τῷ πλείονι πυρὶ καὶ ἐν τῷ ἐλάττονι τὸν αὐτὸν ἔξει λόγον τὸ στερεὸν πρὸς τὸ κενόν. Φέρεται δὲ γε ὕαττον τὸ πλείον ἄνω πῦρ τοῦ ἐλάττονος, καὶ κάτω
 10 δὲ πάλιν ὡσαύτως ὁ πλείων χρυσὸς καὶ ὁ μόλιδος· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν ἐχόντων βάρος. Οὐκ ἔδει δὲ τοῦτο συμβαίνειν, εἴπερ τοῦτω διώρισται τὸ βαρὺ καὶ κοῦφον. (11) Ἄτοπον δὲ καὶ εἰ διὰ τὸ κενὸν μὲν ἄνω φέρονται, τὸ δὲ κενὸν αὐτὸ μὴ. Ἄλλὰ
 15 μὴ εἴ γε τὸ μὲν κενὸν ἄνω πέφυκε φέρεσθαι, κάτω δὲ τὸ πλήρες, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ἄλλοις αἷτια τῆς φορᾶς ἑκατέρας, οὐθὲν περὶ τῶν συνθέτων ἔδει σκοπεῖν διὰ τί τὰ μὲν κοῦφα τὰ δὲ βαρῆα τῶν σωματίων, ἀλλὰ περὶ τούτων αὐτῶν εἰπεῖν διὰ τί τὸ μὲν κοῦφον, τὸ δ' ἔχει
 20 βάρος· ἔτι δὲ τί τὸ αἷτιον τοῦ μὴ διεστάναι τὸ πλήρες καὶ τὸ κενόν. (12) Ἄλογον δὲ καὶ τὸ χῶρον τῷ κενῷ ποιεῖν, ὡσπερ οὐκ αὐτῷ χῶρον τινὰ οὔσαν· ἀναγκαῖον δ' εἴπερ κινεῖται τὸ κενόν, εἶναι αὐτοῦ τινὰ τόπον, ἐξ οὗ μεταβάλλει καὶ εἰς ὄν. (13) Πρὸς δὲ τού-
 25 τοις τί τῆς κινήσεως αἷτιον; οὐ γὰρ ὁ γὰρ τὸ κενόν· οὐ γὰρ αὐτὸ κινεῖται μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ στερεόν. Ὅσαύτως δὲ συμβαίνει καὶ τις ἄλλως διορίζῃ, μεγέθει καὶ σμικρότητι ποιῶν βαρύτερα καὶ κουφότερα θάτερα τῶν ἑτέρων, καὶ ἄλλον ὄντινον τρόπον κατασκευάζων,
 30 μόνον δὲ τὴν αὐτὴν ὕλην ἄπασιν ἀποιδούς, ἢ πλείους μὲν ὑπεναντίας δὲ μόνον. Μίᾳς μὲν γὰρ οὔσης οὐκ ἔσται τὸ ἀπλῶς βαρὺ καὶ κοῦφον, ὡσπερ τοῖς ἐκ τῶν τριγώνων συνιστάσιν· ἐναντίας δὲ, καθάπερ οἱ τὸ κενὸν καὶ πλήρες, οὐκ ἔσται τὰ μεταξὺ τῶν ἀπλῶς βαρέων
 35 καὶ κοῦφων διὰ τίν' αἷτιαν βαρύτερα καὶ κουφότερα ἀλλήλων καὶ τῶν ἀπλῶν ἔστιν. (14) Τὸ δὲ μεγέθει καὶ μικρότητι διορίζειν πεπλασμένῳ μὲν ἔοικε μᾶλλον τῶν πρότερον, ὅτι δ' ἐνδέχεται καθ' ἕκαστον ποιεῖν διαφορὰν τῶν τεττάρων στοιχείων, ἀσφαλεστέρως ἔχει
 40 πρὸς τὰς ἐμπροσθεν ἀπορίας. Τὸ δὲ μίαν ποιεῖν φύσιν τῶν τῷ μεγέθει διαφερόντων ἀναγκαῖον ταῦτον συμβαίνειν τοῖς μίαν ποιοῦσιν ὕλην, καὶ μὴθ' ἀπλῶς εἶναι μὴθὲν κοῦφον μὴτε φερόμενον ἄνω, ἀλλ' ἢ ὑστερίζον ἢ ἐλθλιθόμενον, καὶ πολλὰ μικρὰ ὀλίγων μεγάλων
 46 βαρύτερα εἶναι. Εἰ δὲ τοῦτο ἔσται, συμβήσεται πολλὴν ἀέρα καὶ πολλὴν πῦρ ὕδατος εἶναι βαρύτερα καὶ γῆς ὀλίγης. Τοῦτο δ' ἔστιν ἀδύνατον. Τὰ μὲν οὖν παρὰ τῶν ἄλλων εἰρημένα ταῦτα καὶ τοῦτον λέγεται τὸν τρόπον.

pondus habent ac deorsum feruntur; id autem quod est levius, non semper est leve, propterea quod et in iis quæ pondus habent, aliud alio levius dicitur esse, ut aqua terrâ. At vero neque hoc, vacuum, inquam, rationem ad plenum habere, sufficiens ad solvendam dubitationem esse videtur. Accidet enim et hunc modum dicentibus, ipsum identidem impossibile. In majore enim igni, atque minore, eandem solidum ad vacuum rationem habebit. At major ignis minore celerius sursum fertur; et majus aurum plumbumque celerius deorsum movetur, et ceterorum quodque simili modo, quæ pondus habent. At hoc accidere profecto non oportebat, si hoc pacto grave leveque est definitum. (11) Absurdum autem est etiam, si ob vacuum quidem sursum ferantur, vacuum autem ipsum non sursum feratur. At vero si vacuum quidem aptum est sursum ferri, plenum vero deorsum; et ob hoc utriusque lationis sunt ceteris causæ: nihil de compositis considerare oportebat, cur alia corporum gravia, alia levia sint; sed de his ipsis dicere, cur leve alterum sit, alterum pondus habeat; et insuper, quænam sit causa ut plenum vacuumque non distent. (12) Vacat autem ratione, et locum vacuo facere, quasi ipsum locum quidem non sit. Quodsi vacuum movetur, esse quendam ipsius locum, e quo et ad quem mutetur, necesse est. (13) Et insuper, quidnam ipsius motus est causa? non est enim vacuum ipsum. Non enim solum ipsum, sed solidum etiam movetur. Similiter absurda accidunt, si quispiam alter definit, magnitudine parvitateque faciens graviora levioraque alia aliis, et alio quovis extruens modo, universis modo eadem materies assignetur, aut plures quidem, subcontrariæ tamen. Nam si una sit, non erit grave simpliciter atque leve, quemadmodum iis accidit qui ex triangulis constituunt elementa: sin contrariæ sint, ut ii qui vacuum plenumque dicunt, dici non potest quam ob causam ea quæ sunt inter simpliciter gravia levioraque, graviora levioraque sint inter sese, et simplicibus etiam ipsis. (14) Magnitudine autem parvitateque definire, figmento quidem magis, quam priora, est simile: sed quia differentiam elementorum quattuor in quoque facere possunt, securius ad anteriores dubitationes se habet. Ei vero qui naturam unam eorum facit quæ magnitudine differunt, idem accidere quæ hisce accidunt, qui materiam faciunt unam, necesse est, et neque leve quicquam simpliciter esse, neque ferri sursum, sed aut posterius ferri, aut extrudi; et multa parva paucis magnis graviora esse. Quodsi hoc erit, accidet, magnum aerem, magnumque ignem aqua terraque parva graviorem esse: quod quidem fieri nequit. Ea igitur quæ ab aliis sunt dicta, hæc sunt atque hoc modo dicuntur.

CAP. III.

Ἡμεῖς δὲ λέγομεν πρῶτον διορίσαντες περὶ οὗ μάλιστα ἀποροῦσι τινες, διὰ τί τὰ μὲν ἄνω φέρεται τὰ δὲ κάτω τῶν σωμάτων αἰεὶ κατὰ φύσιν, τὰ δὲ καὶ ἄνω καὶ κάτω, μετὰ δὲ ταῦτα περὶ βαρέος καὶ κούφου καὶ τῶν συμβαινόντων περὶ αὐτὰ παθημάτων, διὰ τίν' αἰτίαν ἕκαστον γίνεται. (2) Περὶ μὲν οὖν τοῦ φέρεσθαι εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον ἕκαστον ὁμοίως ὑποληπτέον ὡς περ καὶ περὶ τὰς ἄλλας γενέσεις καὶ μεταβολάς. Ἐπεὶ γὰρ εἰσι τρεῖς αἱ κινήσεις, ἡ μὲν κατὰ μέγεθος, ἡ δὲ κατ' εἶδος, ἡ δὲ κατὰ τόπον, ἐν ἑκάστη τούτων τὴν μεταβολὴν ὁρῶμεν γινομένην ἐκ τῶν ἐναντιῶν εἰς τὰ ἐναντία καὶ τὰ μεταξὺ καὶ οὐκ εἰς τὸ τυχόν τῶ τυχόντι μεταβολὴν οὖσαν· ὁμοίως δὲ οὐδὲ κινήτικόν τὸ τυχόν τοῦ τυχόντος· ἀλλ' ὡς περ τὸ ἀλλοιωτὸν καὶ τὸ αὐξητὸν ἕτερον, οὕτω καὶ τὸ ἀλλοιωτικὸν καὶ τὸ αὐξητικόν. Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ὑποληπτέον καὶ τὸ κατὰ τόπον κινήτικόν καὶ κινήτὸν οὐ τὸ τυχόν εἶναι τοῦ τυχόντος. Εἰ οὖν εἰς τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω κινήτικόν μὲν τὸ βαρυντικὸν καὶ τὸ κουριστικόν, κινήτὸν δὲ τὸ δυνάμει βαρὺ καὶ κούφον, τὸ δ' εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον φέρεσθαι ἕκαστον τὸ εἰς τὸ αὐτοῦ εἶδος ἐστὶ φέρεσθαι. Καὶ ταύτη μᾶλλον ἂν τις ὑπολάβῃσι ὁ λέγων οἱ ἀρχαῖοι, ὅτι τὸ ὁμοίον φέροισι πρὸς τὸ ὁμοίον. Τοῦτο γὰρ οὐ συμβαίνει πάντως· οὐ γὰρ εἰάν τις μεταθῆ τὴν γῆν οὗ νῦν ἢ σεληνῆν, οἰσθήσεται τῶν μορίων ἕκαστον πρὸς αὐτήν, ἀλλ' ὅπου περ καὶ νῦν. Ὅλως μὲν οὖν τοῖς ὁμοίσι καὶ ἀδιαφόροις ὑπὸ τῆς αὐτῆς κινήσεως ἀνάγκη τοῦτο συμβαίνειν, ὡσθ' ὅπου πέφυκεν ἐν τῷ φέρεσθαι μόριον, καὶ τὸ πᾶν. (3) Ἐπεὶ δ' ὁ τόπος ἐστὶ τὸ τοῦ περιέχοντος πέρασ, περιέχει δὲ πάντα τὰ κινούμενα ἄνω καὶ κάτω τὸ τε ἕσχατον καὶ τὸ μέσον, τοῦτο δὲ τρόπον τινὰ γίνεται τὸ εἶδος τοῦ περιεχομένου, τὸ εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον φέρεσθαι πρὸς τὸ ὁμοίον ἐστὶ φέρεσθαι· τὰ γὰρ ἐξῆς ὁμοία ἐστὶν ἀλλήλοισι, οἷον ὕδωρ ἀερί καὶ ἀήρ πυρρί. Ἀνάπαλιν δὲ λέγειν τοῖς μὲν μέσοις ἐστὶ, τοῖς δ' ἄκροις οὐ, οἷον ἀέρα μὲν ὕδατι, ὕδωρ δὲ γῆ· αἰεὶ γὰρ τὸ ἀνώτερον πρὸς τὸ ἑφ' αὐτὸ, ὡς εἶδος πρὸς ὕλην, οὕτως ἔχει πρὸς ἀλλήλα. (4) Ἐὶ δὲ ζητεῖν διὰ τί φέρεται τὸ πῦρ ἄνω καὶ ἡ γῆ κάτω, τὸ αὐτὸ ἐστὶ καὶ διὰ τί τὸ ὑγιαστὸν ἂν κινήται καὶ μεταβάλλῃ ἢ ὑγιαστὸν, εἰς ὑγίαιαν ἔρχεται ἀλλ' οὐκ εἰς λευκότητα. Ὅμοίως δὲ καὶ τὰλλα πάντα τὰ ἀλλοιωτά. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ αὐξητὸν ὅταν μεταβάλλῃ ἢ αὐξητὸν, οὐκ εἰς ὑγίαιαν ἔρχεται ἀλλ' εἰς μεγέθους ὑπεροχὴν. Ὅμοίως δὲ καὶ τούτων ἕκαστον τὸ μὲν ἐν τῷ ποιῶ τὸ δ' ἐν τῷ ποσῶ μεταβάλλει, καὶ ἐν τῷ πᾶσι τὰ μὲν κούφα ἄνω τὰ δὲ βαρέα κάτω, πλὴν ὅτι τὰ μὲν ἐν αὐτοῖς δοκεῖ ἔχειν ἀρχὴν τῆς μεταβολῆς, λέγω δὲ τὸ βαρὺ καὶ τὸ κούφον, τὰ δ' οὐ, ἀλλ' ἔξωθεν, οἷον τὸ ὑγιαστὸν καὶ τὸ αὐξητὸν. Καίτοι ἐνίοτε καὶ ταῦτα ἐξ αὐτῶν μεταβάλλει, καὶ μικρᾶς γενομένης ἐν τοῖς ἔξω κινήσεως τὸ μὲν εἰς ὑγίαιαν ἔρχεται τὸ δ' εἰς αὐξήν· καὶ ἐπεὶ ταῦτὸν τὸ

Nos autem jam dicimus primum id definientes, quo de maxime quidam dubitant : cur alia corporum sursum, alia deorsum semper, alia sursum deorsumque secundum naturam ferantur; deinde de gravi levique, atque affectibus iis qui circa ipsa accidunt, quam ob causam fiant, dicentes. (2) De hoc itaque, ferri (inquam) unumquodque suum in locum, perinde atque de ceteris generationibus et mutationibus, existimandum est. Nam quum tres sint motus, alius in magnitudine, alius in forma, alius in loco : in horum unoquoque mutationem e contrariis in contraria, atque in media fieri, et non in quodvis cujusvis mutationem esse videmus. Simili modo neque motivum cujusvis quodvis, sed ut alterabile ac accrescibile sunt diversa, sic et alterativum ac accrescitivum. Eodem modo et loco motivum non quodvis cujusvis mobilis, existimandum est esse. Ad superum igitur locum ac inferum motiva quidem sunt, id quod ponderis, et id quod levitatis est effectivum : mobile autem, id quod potentia grave est, atque leve. Ferri vero quodque suum in locum, nihil aliud est, quam in suam formam ferri. Atque hoc pacto magis quispiam existimaverit id quod antiqui dicebant, simile (inquam) in simile ferri : hoc enim non omnino accidit. Non enim si quispiam ferram eo in loco posuerit ubi nunc est luna, quæque partium ad ipsam feretur, sed eum in locum ubi etiam nunc est collocata. Omnino igitur similibus, et differentiam non subeuntibus, hoc accidat eodem motu necesse est. Quare quo pars una quædam apta est ferri, eo et totum aptum est ferri. (3) Quum autem locus ipsius continentis sit finis, extremum autem atque medium omnia quæ sursum moventur deorsumque, contineat; atque hoc forma ejus quodammodo sit quod continetur : suum in locum ferri nil aliud est, quam in simile ferri. Ea enim quæ deinceps sunt collocata, similia invicem sunt, ut aqua aeri, et aer igni. Contra vero dici in mediis quidem potest, in extremis vero non potest : velut aerem aquæ, et aquam terræ. Semper enim id quod superius est, ad id quod sub ipso collocatur, sic se habet, ut ad materiam forma. (4) Quærerere vero cur ignis ad supera loca, et terra ad infera feratur, idem quod hoc est, cur sanabile, si movetur atque mutatur, ea ratione qua est sanabile, in sanitatem, et non ad albedinem veniat. Similiter et cetera alterabilia cuncta. At vero et accrescibile quum hoc mutatur, quo est accrescibile, non in sanitatem, sed in excessionem magnitudinis venit. Similiter et horum unumquodque, aliud in qualitate, aliud in quantitate mutatur; et in loco, levia quidem ad supera, gravia vero ad infera loca proficiscuntur : excipitur tamen hoc : hæc enim, grave, inquam, ac leve, in se ipsis mutationis principium habere videntur; illa vero non in se ipsis, sed foris, ceu sanabile ac accrescibile : quanquam et hæc interdum ex se ipsis mutantur, et parvo facto in externis motu, alterum in sanitatem, alterum in incrementum accedit. Et quum idem sit sanabile et ægri-

ύγιαστόν καί τὸ νόσου δεκτικόν, ἐὰν μὲν κινήθῃ ἢ ὑγια-
 στόν, εἰς ὑγίειαν φέρεται, ἐὰν δ' ἢ νοσερόν, εἰς νόσον.
 Μᾶλλον δὲ τὸ βαρὺ καὶ τὸ κοῦφον τούτων ἐν ἑαυτοῖς
 ἔχει φαίνεται τὴν ἀρχὴν διὰ τὸ ἐγγύτατα τῆς οὐσίας
 εἶναι τὴν τούτων ὕλην· σημεῖον δ' ὅτι ἡ φορὰ ἀπολέ-
 λυμένων ἐστὶ, καὶ γενέσει ὑστάτη τῶν κινήσεων, ὅστε
 πρώτη ἂν εἴη κατὰ τὴν οὐσίαν αὐτῆς κινήσις. (5) Ὅταν
 μὲν οὖν γίγνηται ἐξ ὕδατος ἀήρ καὶ ἐκ βαρέος κοῦφον,
 ἔρχεται εἰς τὸ ἄνω. Ἄμα δ' ἐστὶ κοῦφον, καὶ οὐκέτι
 γίνεται, ἀλλ' ἐκεῖ ἐστίν. Φανερόν δὲ ὅτι δυνάμει ὄν,
 εἰς ἐντελέγειαν ἰὸν ἔρχεται ἐκεῖ καὶ εἰς τοσοῦτον καὶ
 τοιοῦτον, οὗ ἢ ἐντελέγεια καὶ ὅσου καὶ οἴου καὶ ὄπου.
 Τὸ δ' αὐτὸ αἰτιον καὶ τοῦ ἤδη ὑπάρχοντα καὶ ὄντα γῆν
 καὶ πῦρ κινεῖσθαι εἰς τοὺς αὐτῶν τόπους μηδενὸς ἐμπο-
 δίζοντος. Καὶ γὰρ ἡ τροφή, ὅταν τὸ κωλύον, καὶ τὸ
 ὑγιαστόν, ὅταν τὸ ἐπίσχον μὴ ἦ, φέρεται εὐθὺς· καὶ
 κινεῖ δὲ τό τε ἐξ ἀρχῆς ποιῆσαν καὶ τὸ ὑποσπάσαν
 ἢ ἄθεν ἀπεπήδησεν, καθάπερ εἴρηται ἐν τοῖς πρώτοις
 λόγοις, ἐν οἷς διωρίζομεν ὅτι οὐθὲν τούτων αὐτὸ ἑαυτὸ
 κινεῖ. Διὰ τίνα μὲν οὖν αἰτίαν φέρεται τῶν φερομένων
 ἑκάστον, καὶ τὸ φέρεσθαι εἰς τὸν αὐτοῦ τὸπον τί ἐστίν,
 εἴρηται.

tudinis susceptivum : si ea ratione qua sanabile est, moveatur, in sanitatem pergit; sin eo, quo ægrotabile est, in ægritudinem fertur. Magis tamen grave leveque in se ipsis principium habere videntur, propterea quod horum materia propinquissima substantiæ est. Signum huius est, lationem absolutorum esse, et ultimum motuum generatione. Quare motus hic substantia primus erit. (5) Quum igitur aer ex aqua fit, atque e gravi leve, in superum locum venit. Simul autem est leve, et jam non fit, sed illic est. Patet igitur, quum potentia sit, ad actum proficiscens, venire illud et ad tantum, et ad tale, ubi est actus et quanti, et qualis, et ubi. Eadem est causa, et ut terra æ ignis jam actu ad sua loca nullo impediante moveantur. Etenim alimentum, quum prohibens, et sanabile, quum detinens sublatum fuerit, continuo fertur : et movet etiam et id quod initio fecit, et id quod subtraxit, aut id unde resilit, ut prius in sermonibus dictum est, in quibus definiabamus, nihil horum ipsum se ipsum movere. Dictum est igitur quam ob causam feratur quodque eorum quæ feruntur, et quid sit, suum in locum ferri.

CAP. IV.

Τὰς δὲ διαφορὰς καὶ τὰ συμβαίνοντα περὶ αὐτὰ νῦν
 λέγομεν. Πρῶτον μὲν οὖν διωρίσθω, καθάπερ φαί-
 νεται πᾶσι, βαρὺ μὲν ἀπλῶς τὸ πᾶσιν ὑφιστάμενον,
 κοῦφον δὲ τὸ πᾶσιν ἐπιπολάζον. Ἀπλῶς δὲ λέγω εἰς
 τε τὸ γένος βλέπων, καὶ ὅσοις μὴ ἀμφοτέρα ὑπάρχει·
 οἷον φαίνεται πυρὸς μὲν τὸ τυχόν μέγεθος ἄνω φερό-
 μενον, ἐὰν μὴ τὴ τυγῆ κωλύον ἕτερον, γῆς δὲ κάτω·
 τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἄετον τὸ πλεῖον. Ἄλλως δὲ
 βαρὺ καὶ κοῦφον, ὅς ἀμφοτέρα ὑπάρχει· καὶ γὰρ ἐπι-
 πολάζουσι τισὶ καὶ ὑφίστανται, καθάπερ ἀήρ καὶ ὕδωρ·
 (2) ἀπλῶς μὲν γὰρ οὐδέτερον τούτων κοῦφον ἢ βαρὺ·
 γῆς μὲν γὰρ ἄμφω κουφότερα (ἐπιπολάζει γὰρ αὐτῇ τὸ
 τυχόν αὐτῶν μόριον), πυρὸς δὲ βαρύτερα (ὑφίσταται
 γὰρ αὐτῶν ὁπόσον ἂν ἦ μόριον), πρὸς ἑαυτὰ δὲ ἀπλῶς
 τὸ μὲν βαρὺ τὸ δὲ κοῦφον· ἀήρ μὲν γὰρ ὁπόσος ἂν
 ἦ, ἐπιπολάζει ὕδατι, ὕδωρ δὲ ὁπόσος ἂν ἦ, ἀέρι ὑφί-
 σταται. (3) Ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν ἄλλων τὰ μὲν ἔχει βάρος
 τὰ δὲ κουφότητα, ὁτλον ὅτι τούτων μὲν αἰτία πάντων
 ἢ ἐν τοῖς ἀσυνθέτοις διαφορὰ· κατὰ γὰρ τὸ ἐκείνων τε-
 τυχηθέναι τοῦ μὲν πλεῖον τοῦ δ' ἕλαττον, ἔσται τὰ μὲν
 κοῦφα τὰ δὲ βαρέα τῶν σωματίων. Ὅστε περὶ ἐκείνων
 λεκτέον· τᾶλλα γὰρ ἀκολουθεῖ τοῖς πρώτοις, ὅπερ
 ἔφαμεν χρῆναι ποιεῖν καὶ τοὺς διὰ τὸ πλήρες τὸ βαρὺ
 λέγοντας καὶ διὰ τὸ κενὸν τὸ κοῦφον. (4) Συμβαίνει
 ὁ μὴ πανταχοῦ ταῦτα βαρέα δοκεῖν εἶναι καὶ κοῦφα
 διὰ τὴν τῶν πρώτων διαφορὰν· λέγω δ' οἷον ἐν μὲν
 ἀέρι βαρύτερον ἔσται ταλαντιαῖον ξύλον μολίβδου
 μναΐαιου, ἐν δὲ ὕδατι κουφότερον· αἰτιον δ' ὅτι πάντα
 βάρος ἔχει πλὴν πυρὸς καὶ κουφότητα πλὴν γῆς. Ἰὴν
 μὲν οὖν καὶ ὅσα γῆς ἔχει πλεῖστον, πανταχοῦ βάρος

Differentias autem, et ea quæ accidunt circa ipsa, nunc dicamus oportet. Primum igitur sit definitum, ut universis videtur, grave quidem simpliciter id esse, quod omnibus subst; leve autem id quod super omnia natat. Simpliciter autem dico, et in ipsum genus respiciens, et in ea in quibus ambo non insunt. Sic ignis quævis magnitudo, nisi forte quippiam aliud prohibeat, ferri sursum cernitur; et terræ etiam quævis magnitudo, deorsum : eodem modo etiam celerius id fertur quod majus est. Alio vero modo gravia leviaque sunt ea quibus utrumque inest. Etenim natant super aliqua, et subst, ut aer et aqua. (2) Absolute namque neutrum horum leve est, aut grave : terræ enim ambo sunt leviora (quævis enim pars ipsorum huic supernat), igni autem graviora (quantacumque enim earum particula igni subsidet); ad se ipsa vero simpliciter aliud est grave, aliud est leve. Aer enim quantavis magnitudine semper est super aquam; aqua autem quantavis quantitate, subsidet aeri semper. (3) Quoniam autem et ceterorum alia pondus habent, alia levitatem, patet, eam differentiam, quæ in simplicibus est, horum omnium causam esse. Ex eo namque, quod aliud plus, aliud minus illorum sunt assecuta, alia corporum levia, alia gravia erunt. Quare de illis dicendum est. Cetera enim illa prima sequuntur. Quod et eos oportere facere diximus, qui ob plenum, grave esse dicunt, et ob vacuum, leve. (4) Accidit igitur, eadem non ubique gravia leviaque ob differentiam primorum videri. Lignum enim centum librarum, plumbo unius libræ in aere gravius, in aqua levius erit. Causa autem est, omnia, præter ignem, pondus, et levitatem, præter terram, habere. Terram igitur, et quæ terræ plurimum habent, ubique gravitatem habere necesse

ἔχει ἀναγκαῖον, ὕδωρ δὲ πανταχοῦ πληθὲν ἐν γῆ, ἀέρα δὲ πληθὲν ἐν ὕδατι καὶ γῆ· (6) ἐν τῇ αὐτοῦ γὰρ χώρα πάντα βάρους ἔχει πληθὺν πυρός, καὶ δ' ἀήρ. Σημεῖον δ' ὅτι ἔλκει πλείον ὁ περυσμημένος ἀσκὸς τοῦ κενοῦ· ὡστ' εἴ τι ἀέρος ἔχει πλείον ἢ γῆς καὶ ὕδατος, ἐν μὲν ὕδατι ἐνδέχεται κουφότερον εἶναι τινός, ἐν δὲ ἀέρι βαρύτερον· ἀέρι μὲν γὰρ οὐκ ἐπιπολάζει, τῷ δὲ ὕδατι ἐπιπολάζει. (6) Ὅτι δ' ἔστι τι ἀπλῶς κοῦφον καὶ ἀπλῶς βαρὺ, ἐκ τῶνδ' ἐστὶ φανερόν. Λέγω δ' ἀπλῶς κοῦφον ὁ αἰ ἀνω καὶ βαρὺ ὁ αἰ κάτω πέφυκε φέρεσθαι μὴ κωλυόμενον· τοιαῦτα γὰρ ἐσὶ τινὰ, καὶ οὐχ ὥσπερ οἰονταί τινες πάντ' ἔχειν βάρους· (7) βαρὺ μὲν γὰρ δοκεῖ τισὶν εἶναι καὶ ἐτέροις, καὶ αἰ φέρεσθαι πρὸς τὸ μέσον. Ἔστι δ' ὁμοίως καὶ τὸ κοῦφον· ὁρῶμεν γάρ, καθάπερ εἰρηται πρότερον, ὅτι τὰ γεγραπὰ πᾶσιν ὑφίσταται καὶ φέρεται πρὸς τὸ μέσον. Ἀλλὰ μὴν ὠρισταὶ τὸ μέσον. Εἰ τοίνυν ἔστι τι ὁ πᾶσιν ἐπιπολάζει, καθάπερ φαίνεται τὸ πῦρ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ ἀέρι ἀνω φερόμενον, ὁ δ' ἀήρ ἡσυγάζων, ὄηλον ὅτι τοῦτο φέρεται πρὸς τὸ ἔσχατον. Ὅστε βάρους οὐδὲν οἶόντ' ἔχειν αὐτό· ὑφίστατο γὰρ ἂν ἄλλω· εἰ δὲ τοῦτο, εἴη ἂν τὸ ἔτερον, ὁ φέρεται ἐπὶ τὸ ἔσχατον, ὁ πᾶσι τοῖς φερομένοις ἐπιπολάζει. Νῦν δ' οὐδὲν φαίνεται. Τὸ ἄρα πῦρ οὐδὲν ἔχει βάρους, οὐδὲ ἡ γῆ κουφότητα οὐδεμίαν, εἴπερ ὑφίσταται πᾶσι καὶ τὸ ὑφιστάμενον φέρεται ἐπὶ τὸ μέσον. (8) Ἀλλὰ μὴν ὅτι γ' ἐστὶ μέσον πρὸς δ' ἡ φορὰ τοῖς ἔχουσι βάρους καὶ ἀπ' οὗ τοῖς κούφους, ὄηλον πολλαχόθεν, πρῶτον μὲν τῷ εἰς ἀπειρον μὴ ἐνδέχεσθαι φέρεσθαι μηθέν. Ὅσπερ γὰρ οὐκ ἔστιν οὐθὲν ἀδύνατον, οὕτως οὐδὲ γίγνεται· ἡ δὲ φορὰ γένεσις ποθέν ποι. Ἔπειτα πρὸς ὁμοίας φαίνεται γωνίας τὸ μὲν πῦρ ἀνω φερόμενον, ἡ δὲ γῆ κάτω καὶ πᾶν τὸ βάρους ἔχον. Ὅστ' ἀνάγκη φέρεσθαι πρὸς τὸ μέσον. Τοῦτο δὲ πρότερον συμβαίνει πρὸς τὸ τῆς γῆς μέσον ἢ πρὸς τὸ τοῦ παντός, ἐπεὶ ταῦτόν ἐστιν, ἄλλος λόγος. (9) Ἐπεὶ δὲ τὸ πᾶσιν ὑφιστάμενον φέρεται πρὸς τὸ μέσον, ἀνάγκη τὸ πᾶσιν ἐπιπολάζον φέρεσθαι πρὸς τὸ ἔσχατον τῆς χώρας, ἐν ᾗ ποιοῦνται τὴν κίνησιν· ἐναντίον γὰρ τὸ μὲν μέσον τῷ ἔσχατῷ, τὸ δὲ ὑφιστάμενον αἰ τῷ ἐπιπολάζοντι. Διὸ καὶ εὐλόγως τὸ βαρὺ καὶ κοῦφον δύο ἐστίν· καὶ γὰρ οἱ τόποι δύο, τὸ μέσον καὶ τὸ ἔσχατον. Ἔστι δὲ δὴ τι καὶ τὸ μεταξὺ τούτων, ὁ πρὸς ἑκάτερον αὐτῶν λέγεται θάτερον· ἐστὶ γὰρ ὡς ἔσχατον καὶ μέσον ἀμφοτέρων τὸ μεταξύ. Διὰ τοῦτο ἔστι τι καὶ ἄλλο βαρὺ καὶ κοῦφον, οἷον ὕδωρ καὶ ἀήρ· (10) φανερόν δὲ τὸ μὲν περιέχον τοῦ εἶδους εἶναι, τὸ δὲ περιεχόμενον τῆς ὕλης. Ἔστι δ' ἐν πᾶσι τοῖς γένεσιν αὕτη ἡ διάστασις· καὶ γὰρ ἐν τῷ ποίω καὶ ἐν τῷ ποσῷ ἐστὶ τὸ μὲν ὡς εἶδος μᾶλλον, τὸ δ' ὡς ὕλη. Καὶ ἐν τοῖς κατὰ τόπον ὁσαύτως τὸ μὲν ἀνω τοῦ ὠρισμένου, τὸ δὲ κάτω τῆς ὕλης. Ὅστε καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ὕλῃ τῇ τοῦ βαρέος καὶ κούφου, ἡ μὲν τοιοῦτον δυνάμει, βαρέος ὕλη, ἡ δὲ τοιοῦτον, κούφου· καὶ ἔστι μὲν ἡ αὐτῇ, τὸ δ' εἶναι οὐ ταῦτόν, ὡσπερ καὶ τὸ νοσερόν καὶ τὸ ὑγιαστόν, τὸ

est; aquam autem ubique præterquam in terra; et aerem similiter, præterquam in aqua ac terra. (5) Suo enim in loco gravitatem habent omnia, præter ignem, etiam ipse aer. Signum hujus est, utrem inflatum plus ponderis quam vacuum habere. Quare si quid plus aeris habet, quam terræ et aquæ, id in aqua quidem alio levius, in aere vero gravius esse potest: nam non natat quidem super aerem, natat autem super aquam. (6) Esse autem quippiam simpliciter grave, atque simpliciter leve, ex hisce perspicuum est. Atque leve simpliciter id dico, quod semper sursum ferri aptum est, nisi prohibeatur; et grave, id quod semper deorsum aptum est ferri. Sunt enim aliqua talia, et non omnia pondus habent, ut quidam putant. (7) Nam et aliis quibusdam grave esse videtur, semperque ad medium ferri. Est autem et leve simili modo. Videmus enim, uti dictum est prius, terrea ipsa sub omnibus esse collocata, atque ad medium ferri. At vero medium ipsum est definitum. Si igitur est quippiam, quod super omnia eminent, ut ignis in ipso aere sursum ferri videtur, aere quiescente, patet hunc ad ipsum extremum ferri: quare nihil ipse ponderis habere potest: sub alio enim collocaretur. At si hoc esset, aliquid aliud esset profecto, quod ad ipsum extremum moveretur, quod super omnia, quæ feruntur, collocaretur. Nunc autem nihil ejusmodi cernitur. Ignis igitur nullum pondus habet, neque etiam terra levitatem ullam habet: siquidem subsidet universis, idque quod subsidet, ad ipsum medium fertur. (8) At vero medium esse, ad quod latio fit eorum quæ pondus habent, et ex quo levia sursum feruntur, ex multis patet. Primo quidem ex eo, quia nihil ferri in infinitum potest: ut enim nihil est impossibile, sic neque fit impossibile; latio vero e quoquam in quippiam generatio est. Deinde ignis quidem sursum, terra vero, et quicquid pondus habet, deorsum, similes ad angulos fertur. Quare ad medium ipsum feratur necesse est. Utrum autem ad terræ medium, an ad universi feratur, quum idem medium sit ipsorum, alibi tractanda quæstio est. (9) Quum autem id quod omnibus substat, ad medium ipsum feratur, id quod super omnia natat, ad ultimum capedinis, in qua fit motus, feratur necesse est. Sunt enim contraria, medium et extremum, et substare atque natare. Quapropter et cum ratione duo sunt grave et leve: et loca enim sunt duo, medium atque extremum. Est igitur quid et id quod est inter hæc, quod ad utrumque ipsorum alterum dicitur. Id enim quod est inter ea, extremum aliquo modo, et medium est amborum: quocirca est quid et aliud grave et leve, ceu aer et aqua. (10) Dicimus autem id quidem quod continet, formæ esse; id autem quod continetur, materiei. Atque hæc differentia universis in generibus est. In aliis ut enim et quantitate est aliud ut forma magis, aliud ut materies: et in loco simili modo superum est definiti: inferum autem materiei. Quare et in ipsa materia, quæ est ipsius gravis et levis, quo quidem tale est potentia, eo gravis materies est; quo vero tale est, eo levis materies est. Atque eadem quidem est, esse autem non idem est; quemadmo-

ὅτι εἶναι αὐτὸν διόπερ οὐδὲ τὸ νοσῶδες εἶναι ἢ ὑγεινῶ.

dum et ægrotabile ac sanabile, idem est, esse vero non idem est; quare nec ægrotum esse aut sanum.

CAP. V.

Τὸ μὲν οὖν ἔχον τοιαύτην ὕλην κοῦφον καὶ αἰεὶ ἄνω, τὸ δὲ τὴν ἐναντίαν βαρὺ καὶ αἰεὶ κάτω· τὸ δ' ἐτέρας
 6 μὲν τούτων, ἔχουσας δ' οὕτω πρὸς ἀλλήλας ὡς αὐται, ἀπλῶς καὶ ἄνω καὶ κάτω φερομένας· διὸ ἀήρ καὶ ὕδωρ ἔχουσι καὶ κουφότητα καὶ βάρος ἐκάτερον, καὶ ὕδωρ μὲν πλὴν γῆς πᾶσιν ὑψίσταται, ἀήρ δὲ πλὴν πυρὸς πᾶσιν ἐπιπολάζει. (2) Ἐπει δ' ἐστὶν ἐν μόνον ὁ πᾶσιν
 10 ἐπιπολάζει καὶ ἐν δὲ πᾶσιν ὑψίσταται, ἀνάγκη δύο ἄλλα εἶναι ἃ καὶ ὑψίσταται τινὶ καὶ ἐπιπολάζει τινί. Ὅστε ἀνάγκη καὶ τὰς ὕλας εἶναι τοσαύτας ὅσαπερ ταῦτα, τέτταρας, οὕτω δὲ τέτταρας ὡς μίαν μὲν ἀπάντων τὴν κοινήν, ἄλλως τε καὶ εἰ γίνονται ἐξ ἀλλήλων, ἀλλὰ
 15 τὸ εἶναι ἕτερον. (3) Οὐδὲν γὰρ κωλύει τῶν ἐναντίων εἶναι μεταξὺ καὶ ἐν καὶ πλείω, ὥσπερ ἐν χρώμασιν· πολλαχῶς γὰρ λέγεται τὸ μεταξὺ καὶ τὸ μέσον. (4) Ἐν μὲν οὖν τῇ αὐτοῦ χώρᾳ τῶν ἐχόντων καὶ βάρος καὶ κουφότητα ἕκαστον ἔχει βάρος· ἢ δὲ γῆ ἐν ἅπασιν ἔχει
 20 βάρος, κουφότητα δ' οὐκ ἔχει, εἰ μὴ ἐν οἷς ἐπιπολάζει. Διὸ καὶ ὑποσπωμένω μὲν φέρεται εἰς τὸ ἐφεξῆς κάτω, ἀήρ μὲν εἰς τὴν τοῦ ὕδατος χώραν, ὕδωρ δὲ εἰς τὴν τῆς γῆς. Ἄνω δ' εἰς τὴν τοῦ πυρὸς, ἀναιρουμένου τοῦ πυρὸς, οὐκ οἰσθήσεται ὁ ἀήρ, ἀλλ' ἢ βία, ὥσπερ καὶ τὸ
 25 ὕδωρ σπᾶται, ὅταν γένηται τὸ ἐπίπεδον ἐν καὶ θᾶττον σπᾶση τις ἄνω τῆς φορᾶς, ἢ φέρεται τὸ ὕδωρ κάτω. Οὐδὲ τὸ ὕδωρ εἰς τὴν τοῦ ἀέρος, ἀλλ' ἢ ὡς νῦν εἴρηται. Ἡ γῆ δὲ τοῦτο οὐ πάσχει, ὅτι οὐκ ἐν τὸ ἐπίπεδον. Διὸ τὸ μὲν ὕδωρ εἰς τὸ ἀγγεῖον πυρωθὲν σπᾶται, γῆ
 30 δ' οὐ. Ὅσπερ δὲ οὐδ' ἢ γῆ ἄνω, οὐδὲ τὸ πῦρ κάτω εἶσιν ὑφαιρουμένου τοῦ ἀέρος· οὐδὲν γὰρ ἔχει βάρος οὐδ' ἐν τῇ αὐτοῦ χώρᾳ, ὥσπερ οὐδ' ἢ γῆ κουφότητα. Φέρεται δὲ κάτω τὰ δύο ὑποσπωμένων, ὅτι τὸ μὲν ἀπλῶς βαρὺ ἐστίν, ὁ πᾶσιν ὑψίσταται, τὸ δὲ πρὸς
 35 τι βαρὺ ὄν εἰς τὴν αὐτοῦ χώραν ἢ οἷς ἐπιπολάζει, δι' ὁμοιότητα τῆς ὕλης. (5) Ὅτι δ' ἀναγκαῖον ποιεῖν ἴσας τὰς διαφορὰς αὐτοῖς, δῆλον. Εἰ μὲν γὰρ μία ὕλη πάντων, οἷον ἢ τὸ κενὸν ἢ τὸ πλήρες ἢ τὸ μέγεθος ἢ τὰ τρίγωνα, ἢ πάντα ἄνω ἢ πάντα κάτω οἰσθήσεται,
 40 ἢ δὲ ἐτέρα φορὰ οὐκέτι ἔσται· ὥστ' ἢ τοῦ κοῦφου οὐδὲν ἔσται ἀπλῶς, εἰ πάντα ῥέπει μάλλον τῶ ἐκ μειζόνων εἶναι σωμάτων ἢ ἐκ πλειόνων, ἢ ὅτι πλήρη. Τοῦτο δὲ ὁρῶμεν τε, καὶ δέδεικται ὅτι ὁμοίως κάτω τε αἰεὶ καὶ πανταχοῦ φέρεται καὶ ἄνω. Ἐὰν δὲ τὸ κενὸν ἢ τι
 45 τοιοῦτον ὁ αἰεὶ ἄνω, οὐκ ἔσται τὸ αἰεὶ κάτω. Καὶ τῶν μεταξὺ δὲ ἑνια ἔσται κάτω θᾶττον γῆ· ἐν γὰρ τῷ πολλῷ ἀέρι τρίγωνα πλείω ἢ τὰ στερεὰ ἢ τὰ μικρὰ ἔσται. Οὐ φαίνεται δ' οὐδὲ ἐν μόριον ἀέρος κάτω φερόμενον. Ὅμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ κοῦφου, ἐὰν ἐκείνο
 50 ποιῆ τις ὑπερέχειν τῇ ὕλῃ. (6) Ἐὰν δὲ δύο τὰ μεταξὺ, πῶς ἔσται ποιούντα ἃ ποιεῖ ἀήρ τε καὶ ὕδωρ; οἷον εἰ τις φαίη εἶναι κενὸν καὶ πλήρες. Τὸ μὲν οὖν πῦρ

Id igitur quod talem materiam habet, leve est, semperque sursum fertur; id vero quod contrarium habet, grave est, semperque deorsum fertur. At ea quæ diversas quidem ab his habent, sic vero inter sese habentes ut hæc se habent, simpliciter et sursum et deorsum feruntur. Quapropter aer et aqua levitatem habent, et pondus: atque aqua quidem universis, terra excepta, substat; aer autem super omnia eminet, igne excepto. (2) Quum autem unum sit solum, quod super omnia natat, et unum item, quod subsidet universis, duo alia esse necesse est, quæ et cuiuspiam substant, et super aliquid collocantur. Quare et materias quot hæc sunt, tot esse necesse est, quattuor, inquam, adeo vero quattuor, ut una quidem sit omnium communis, præsertim si ex sese mutuo fiant: esse vero diversum sit. (3) Nihil enim vetat ut inter contraria unum sit, atque plura: quemadmodum in coloribus. Multis enim modis dicitur id quod est inter, ac medium ipsum. (4) Unumquodque igitur eorum quæ pondus habent levitatemque, pondus habet suo in loco; terra vero in omnibus pondus habet, levitatem autem non habet, nisi in iis super quæ natat. Quapropter etiam, si subtrahatur, deorsum in id fertur, quod deinceps est collocatum: aer quidem in locum aquæ, aqua vero in locum terræ. Sursum autem in locum ignis, si ignis ipse tollatur, aer non feretur nisi vi: sicut et ipsa aqua trahitur, quum ipsum planum fuerit unum, atque celerius quispiam traxerit aquam sursum, quam sit ea latio qua fertur ipsa deorsum. Neque aqua similiter in aeris locum fertur, nisi uti nunc diximus. Terra autem hoc non patitur, in qua planum non est unum. Quapropter aqua quidem in via ignitum trahitur, terra vero non trahitur. Ut autem terra non fertur sursum, sic neque ignis deorsum fertur, si subtrahatur aer: nihil enim ponderis habet neque suo in loco, quemadmodum neque terra ullius est particeps levitatis. Feruntur autem duo deorsum, si infera subtrahantur: quia aliud est absolute grave, quod quidem omnibus subsidet; aliud ad aliquid grave, quod quidem suum in locum, aut in eorum super quæ natat, propter materiei similitudinem fertur. (5) Esse autem necessarium, æquales facere differentias ipsis, patet. Nam si una sit omnium materies, ut aut vacuum, aut plenum, aut magnitudo, aut trianguli, aut universa sursum, aut universa deorsum ferentur, altera vero latio non erit. Quare nihil erit simpliciter leve, si cuncta inclinantur magis deorsum, eo quod aut ex majoribus sunt corporibus, aut ex pluribus, aut quia sunt plena. Hoc autem et videmus, et demonstratum est, similiter (inquam) deorsum semper et ubique, ac sursum corpora ferri. Si vero vacuum sit, aut quippiam tale, quod sursum semper feratur, non erit id quod semper deorsum fertur: et mediorem aliqua celerius deorsum, quam terra, ferentur. Magno enim in aere trianguli plures erunt, aut solida, aut plana: at nulla pars aeris deorsum ferri videtur. Similiter et in levi, si illud fecerit quispiam excedere materia. (6) Sin vero duo sunt in medio, ipsa media, aer (inquam) et aqua, quoniam pacto facient ea quæ faciunt? veluti si quis dixerit esse vacuum, atque plenum. Ignem igitur vacuum esse

κενόν, διὸ καὶ ἄνω, τὴν δὲ γῆν πλήρες, διὸ καὶ κάτω. Ἄερα δὲ πλείον πυρὸς ἔχειν, ὕδωρ δὲ γῆς· ἔσται γὰρ τι ὕδωρ ἢ πλείον ἔξει πῦρ ὀλίγου ἀέρος, καὶ ἀήρ πολλὸς ὀλίγου ὕδατος γῆν πλείω, ὥστε δεήσει ἀέρος τι πλῆθος
 5 θᾶττον φέρεσθαι κάτω ὕδατος ὀλίγου. Τοῦτο δ' οὐ φαίνεται οὐδαμοῦ οὐδέποτε. Ἀνάγκη τοίνυν, ὥσπερ καὶ τὸ πῦρ ἄνω, ὅτι τοδὶ ἔχει, οἷον τὸ κενόν, τὰ δ' ἄλλα οὐ, καὶ τὴν γῆν κάτω, ὅτι τὸ πλῆρες ἔχει, καὶ τὸν ἀέρα εἰς τὸν αὐτοῦ καὶ ἀνώτερον τοῦ ὕδατος,
 10 ὅτι τοδὶ τε ἔχει, καὶ τὸ ὕδωρ κάτω, ὅτι τοιόνδε τι. Εἰ δὲ ἦν ἔδ' τι ἄμφω ἢ δύο, ἄμφω δ' ὑπάρξει ταῦτα ἑκατέρω, ἔσται τι πλῆθος ἑκατέρω οὐ ὑπερέξει ὕδωρ τε ἀέρος ὀλίγου τῷ ἄνω καὶ ἀήρ ὕδατος τῷ κάτω, καθάπερ εἴρηται πολλάκις.

CAP. VI.

15 Τὰ δὲ σχήματα οὐκ αἴτια τοῦ φέρεσθαι ἀπλῶς ἢ κάτω ἢ ἄνω, ἀλλὰ τοῦ θᾶττον ἢ βραδύτερον. Δι' ἃς δ' αἰτίας, οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν· ἀπορείται γὰρ νῦν διὰ τί τὰ πλατέα σιδήρια καὶ μόλιθος ἐπιπλεῖ ἐπὶ τοῦ ὕδατος, ἀλλὰ δὲ ἐλάττω καὶ ἤττον βαρέα, ἢ ἡ στρογγύλα
 20 ἢ μακρά, οἷον βελόνη, κάτω φέρεται, καὶ ὅτι ἐνια διὰ μικρότητα ἐπιπλεῖ, οἷον τὸ ψῆγμα καὶ ἄλλα γεώδη καὶ κοινορώδη ἐπὶ τοῦ ἀέρος. Περὶ δὲ τούτων ἀπάντων τὸ μὲν νομίζειν αἴτιον εἶναι ὥσπερ Δημόκριτος οὐκ ὀρθῶς ἔχει. Ἐκεῖνος γὰρ φησι τὰ ἄνω φερόμενα
 25 θερμὰ ἐκ τοῦ ὕδατος ἀνακωχεύειν τὰ πλατέα τῶν ἐγόντων βάρους, τὰ δὲ στενὰ διαπίπτειν· ὀλίγα γὰρ εἶναι τὰ ἀντικρούοντα αὐτοῖς. (2) Ἐδεῖ δ' ἐν τῷ ἀέρι εἶτι μᾶλλον τοῦτο ποιεῖν, ὥσπερ ἐνίσταται κακείνος αὐτός. Ἄλλ' ἐνστάς λύει μαλακῶς· φησὶ γὰρ οὐκ εἰς
 30 ἐν ὁμοῦ τὸν σοῦν, λέγων σοῦν τὴν κίνησιν τῶν ἄνω φερομένων σωματίων. (3) Ἐπεὶ δ' ἐστὶ τὰ μὲν εὐδιαίρετα τῶν συνεχῶν τὰ δ' ἤττον, καὶ διαιρητικά δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον τὰ μὲν μᾶλλον τὰ δ' ἤττον, ταύτας εἶναι νομιστέον αἰτίας. Εὐδιαίρετον μὲν οὖν τὸ εὐόρι-
 35 στον, καὶ μᾶλλον τὸ μᾶλλον· ἀήρ δὲ μᾶλλον ὕδατος τοιοῦτον, ὕδωρ δὲ γῆς. Καὶ τὸ ἐλαττον δὲ ἐν ἑκάστῳ γένει εὐδιαίρετώτερον καὶ διασπᾶται ῥᾶον· (4) τὰ μὲν οὖν ἔχοντα πλάτος διὰ τὸ πολλὸν περιλαμβάνειν ἐπιμένει, διὰ τὸ μὴ διασπᾶσθαι τὸ πλείον ῥαδίως· τὰ δ' ἐναντίως
 40 ἔχοντα τοῖς σχήμασι διὰ τὸ ὀλίγον περιλαμβάνειν φέρεται κάτω, διὰ τὸ διαρεῖν ῥαδίως. Καὶ ἐν ἀέρι πολλὸ μᾶλλον, ὅσῳ εὐδιαίρετώτερος ὕδατος ἐστίν. (5) Ἐπεὶ δὲ τό τε βάρος ἔχει τινὰ ἰσχύον καθ' ἣν φέρεται κάτω, καὶ τὰ συνεχῆ πρὸς τὸ μὴ διασπᾶσθαι, ταῦτα δεῖ πρὸς
 45 ἀλλήλα συμβάλλειν· ἐὰν γὰρ ὑπερβάλλῃ ἡ ἰσχύς ἢ τοῦ βάρους τῆς ἐν τῷ συνεχῆ πρὸς τὴν διάσπασιν καὶ διαίρεσιν, βιάσεται κάτω θᾶττον, ἐὰν δὲ ἀσθενεστέρα ἢ, ἐπιπολάσει. (6) Περὶ μὲν οὖν βαρέος καὶ κούφου καὶ τῶν περὶ αὐτὰ συμβεβηκότων διορίσθω τούτων
 50 ἡμῖν τὸν τρόπον.

dicunt; quapropter et sursum fertur : terram autem plenum, quocirca deorsum fertur : aerem vero plus ignis habere, et aquam plus terræ. Erit itaque quaedam aqua, quæ plus ignis habebit, quam parvus aer; et aer magnus plus terræ quam parva aqua. Quare magnam aliquam aeris partem aqua parva deorsum ferri celerius oportebit : hoc autem nusquam unquam fieri apparet. Ut igitur et ignem ideo sursum ferri necesse est, quia hoc habet, vacuum, inquam, cetera vero non; et terram ideo deorsum ferri, quia plenum habet : sic et aerem ideo suum in locum ferri ac super aquam collocari necesse est, quia hoc habet; et aquam ideo deorsum ferri ac sub ipso aere collocari, quia hoc habet. Si vero aut unum quid ambo sint, aut duo, ambo vero insint utrique, erit aliqua multitudo utriusque, quæ quidem aerem aqua parum excedet supero, et aer aquam infero, quemadmodum sæpe est dictum.

Figuræ autem causæ non sunt ut aut sursum aut deorsum absolute ferantur, sed ut celerius tardiusque ferantur. Propter quas autem causas, non est difficile videre. Dubitatur enim nunc, cur latum ferrum plumbumque super aquam natet, alia vero minora, minusque gravia, si rotunda sint, aut longa, ut acus, deorsum ferantur; et nonnulla ob parvitatem, ut ramenta auri, aliaque terrea, pulverisque similia, super aerem natent. Causam igitur omnium horum esse putare, uti Democritus censet, non recte se habet. Ille enim dicit, ea calida que sursum ex aqua feruntur, gravium ea quæ lata sunt, sustinere, angusta vero delabi : pauca enim ea esse quæ ipsa offendunt.
 (2) In aere autem magis etiam id ipsum fieri oportebat, ut objicit ille ipse : objectione vero allata, molliter solvit. Dicit enim non in unum motionem eorum corporum ferri, quæ sursum feruntur. (3) Quum autem continuorum alia facile alia minus facile dividi possint, et divisiva modo eodem, alia magis, alia minus : has esse causas est putandum. Id igitur facile divisibile est, quod facile terminos suscipere potest : et id magis quod magis. Aer autem magis est tale, quam aqua, et aqua magis quam terra. Minus etiam quoque in genere corpus, magis facile dividitur, faciliusque dirumpitur. (4) Ea igitur quæ latitudinem habent, quia multum comprehendunt, ideo supra manent, quod non facile plus illud dirumpitur : ea vero quæ contrario modo sese habent figuris, quia parum comprehendunt, ideo deorsum feruntur, propterea quod facile illud dividunt : et in aere multo magis, quo facilius, quam aqua, dividitur. (5) Quum autem et pondus aliquas habeat vires, quibus deorsum fertur, et continua simili modo, ut non dirumpantur, hæc inter sese conferre oportet. Si vires enim ponderis eas vires, quæ in continuo sunt, ad dirruptionem divisionemque exsuperent, vim inferet ipsum grave, celeriusque deorsum feretur : sin imbecilliores sint, supra manebit atque natabit. (6) De gravi igitur atque levi, et de iis quæ circa ipsa accidunt, a nobis hoc modo sit definitum.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΠΕΡΙ
ΓΕΝΕΣΕΩΣ
ΚΑΙ ΦΘΟΡΑΣ

BIBAION A.

ARISTOTELIS
DE
GENERATIONE
ET CORRUPTIONE

LIBER I.

CAP. I.

Περὶ δὲ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῶν φύσει γινομένων καὶ φθειρομένων, ὁμοίως κατὰ πάντων, τὰς τε αἰτίας διαιρετέον καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν, ἔτι δὲ περὶ αὐξήσεως καὶ ἀλλοιώσεως, τί ἐκάτερον, καὶ πότερον τὴν αὐτὴν ὑποληπτέον φύσιν εἶναι ἀλλοιώσεως καὶ γενέσεως, ἢ χωρὶς, ὥσπερ διώριστα καὶ τοῖς ὀνόμασιν. (2) Τῶν μὲν οὖν ἀρχαίων οἱ μὲν τὴν καλουμένην ἀπλῆν γένεσιν ἀλλοίωσιν εἶναι φασιν, οἱ δ' ἕτερον ἀλλοίωσιν καὶ γένεσιν. Ὅσοι μὲν γὰρ ἐν τῷ πᾶν λέγουσιν εἶναι καὶ πάντα ἐξ ἑνὸς γεννῶσιν, τούτοις μὲν ἀνάγκη τὴν γένεσιν ἀλλοίωσιν φάναι καὶ τὸ κυρίως γιγνόμενον ἀλλοιοῦσθαι· ὅσοι δὲ πλείω τὴν ὕλην ἐνὸς τίθεασιν, οἷον Ἐμπεδοκλῆς καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Λευκίππος, τούτοις δὲ ἕτερον. (3) Καίτοι Ἀναξαγόρας γε τὴν οἰκείαν φωνὴν ἠγνόησεν· λέγει γοῦν ὡς τὸ γίγνεσθαι καὶ ἀπόλλυσθαι ταῦτ' ὁ καθέστηκεν τῷ ἀλλοιοῦσθαι. Πολλὰ δὲ λέγει τὰ στοιχεῖα, καθάπερ καὶ ἕτεροι. Ἐμπεδοκλῆς μὲν γὰρ τὰ μὲν σωματικὰ τέτταρα, τὰ δὲ πάντα μετὰ τῶν κινούντων ἐξ τῶν ἀριθμῶν, Ἀναξαγόρας δὲ ἄπειρα καὶ Λευκίππος καὶ Δημοκρίτος. (4) Ὁ μὲν γὰρ τὰ ὁμοιομερῆ στοιχεῖα τίθησιν, οἷον ὀστοῦν καὶ σάρκα καὶ μυελόν, καὶ τῶν ἄλλων ὧν ἐκάστου συνώνυμον τὸ μέρος ἐστίν· Δημοκρίτος δὲ καὶ Λευκίππος ἐκ σωμάτων ἀδιαιρέτων τὰλλα συγκεῖσθαι φασί, ταῦτα δ' ἄπειρα καὶ τὸ πλῆθος εἶναι καὶ τὰς μορφάς, αὐτὰ δὲ πρὸς αὐτὰ διαφέρειν τούτοις ἐξ ὧν εἰσὶ καὶ θέσει καὶ τάξει τούτων. (5) Ἐναντίας δὲ φαίνονται λέγοντες οἱ περὶ Ἀναξαγόραν τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέα· ὁ μὲν γὰρ φησὶ πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα καὶ γῆν στοιχεῖα τέσσαρα καὶ ἀπλᾶ εἶναι μᾶλλον ἢ σάρκα καὶ ὀστοῦν καὶ τὰ τοιαῦτα τῶν ὁμοιομερῶν, οἱ δὲ ταῦτα μὲν ἀπλᾶ καὶ στοιχεῖα, γῆν δὲ καὶ πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα σύνθετα· πανσπερμῖαν γὰρ εἶναι τούτων.

De ortu autem ac interitu eorum quæ natura gignuntur intereuntque, universim de omnibus, tum causas tum rationes eorum distinguendo, dicamus oportet, præterea quid accretio quidque alteratio sit; et eandemne alterationis atque generationis esse naturam existimare liceat, an diversam, perinde ut ipsis quoque nominibus discretæ sunt. (2) Priscorum igitur quidam generationem simplicem absolutamque alterationem esse inquirunt; quidam a generatione alterationem aliud esse. Nam qui universum ipsum aiunt unum quippiam esse, et omnia ex uno oriri censent, ii generationem alterationem esse, et quod proprie generatur, id alterari dicant, est necesse. At qui plures quam unam esse materies astruunt, uti Empedocles, Anaxagoras et Leucippus, illas differre dicant oportet. (3) Quanquam Anaxagoras suam profecto vocem ignoravit: quippe quum oriri ac interire idem esse quod alterari dicat. -At nulla esse rerum elementa, perinde atque alii, asserit. Nam Empedocles corporea quidem elementa, quattuor; omnia vero una cum hisce quæ motu ciendi vim habent, numero sex ait esse; Anaxagoras vero et Leucippus et Democritus, infinita. (4) Etenim Anaxagoras ea facit elementa rerum, quæ simularia sunt, ut os, ut carnem, medullam, ceteraque, quorum cujusque pars eandem cum toto sortita est appellationem. Democritus autem et Leucippus, ex invisibilibus corporibus, quæ et multitudine et formis infinita sunt, cetera componi dicunt: atque hæc inter sese differre per illa, nimirum situ ac ordine eorum ex quibus constant. (5) Porro Anaxagoras et Empedocles contrariò dicere modo videntur. Ille enim terram, aquam, aerem, et ignem, elementa quattuor, eaque simplicia magis quam carnem, os, et id genus simularia: hi vero, hæc quidem simplicia elementaque, illa vero, terram, inquam, aquam aeremque et ignem, composita esse: utpote quibus gignendis illa

(6) Τοῖς μὲν οὖν ἐξ ἐνός πάντα κατασκευάζουσιν ἀναγκαῖον λέγειν τὴν γένεσιν καὶ τὴν φθορὰν ἀλλοίωσιν· αἰεὶ γὰρ μένειν τὸ ὑποκείμενον ταῦτο καὶ ἕν· τὸ δὲ τοιοῦτον ἀλλοιοῦσθαι φαμεν· τοῖς δὲ τὰ γένη πλείω 5 ποιοῦσι διαφέρειν τὴν ἀλλοίωσιν τῆς γενέσεως· συνιόντων γὰρ καὶ διαλυομένων ἡ γένεσις συμβαίνει καὶ ἡ φθορά. Διὸ λέγει τούτων τὸν τρόπον καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ὅτι « φύσις οὐδενός ἐστιν, ἀλλὰ μόνον μίξις τε διάλλαξις τε μιγέντων ». (7) Ὅτι μὲν οὖν οἰκεῖος 10 ὁ λόγος αὐτῶν τῇ ὑποθέσει οὕτω φάναι, ὅηλον, καὶ ὅτι λέγουσι τὸν τρόπον τούτων· ἀναγκαῖον δὲ καὶ τούτοις τὴν ἀλλοίωσιν εἶναι μὲν τι φάναι παρὰ τὴν γένεσιν, ἀδύνατον μέντοι κατὰ τὰ ὑπ' ἐκείνων λεγόμενα. Τοῦτο δ' ὅτι λέγομεν ὀρθῶς, βράδιον συνιδεῖν. Ὡς περ γὰρ 15 ὁρῶμεν ἡρεμούσης τῆς οὐσίας ἐν αὐτῇ μεταβολὴν κατὰ μέγεθος, τὴν καλουμένην αὐξῆσιν καὶ φθῖσιν, οὕτω καὶ ἀλλοίωσιν. (8) Οὐ μὴν ἄλλ' ἐξ ὧν λέγουσιν οἱ πλείους ἀρχὰς ποιοῦντες μίξιν ἀδύνατον ἀλλοιοῦσθαι. Ἐὰν γὰρ πάθη, καθ' ἃ φαμεν τοῦτο συμβαίνειν, δια- 20 φοραὶ τῶν στοιχείων εἰσιν, λέγω δ' ὅσον θερμὸν ψυχρὸν, λευκὸν μέλαν, ξηρὸν ὑγρὸν, μαλακὸν σκληρὸν καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, ὥσπερ καὶ φησὶν Ἐμπεδοκλῆς·

Ἥλιον μὲν λευκὸν ὄραν καὶ θερμὸν ἀπάντη, ὀμβρὸν δ' ἐν πάσιν ἀνοφερόντά τε βιγαλέον τε.

25 Ὁμοίως δὲ διορίζει καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν. (9) Ὡς τ' εἰ μὴ δύνατον ἐκ πυρὸς γενέσθαι ὕδωρ μηδ' ἐξ ὕδατος γῆν, οὐδ' ἐκ λευκοῦ μέλαν ἔσται οὐδὲν οὐδ' ἐκ μαλακοῦ σκληρόν· ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν ἄλλων. Τοῦτο δ' ἦν ἀλλοίωσις. Ἡ καὶ φανερόν ὅτι μίαν αἰεὶ τοῖς 70 ἐναντίοις ὑποθετέον ὕλην, ἃν τε μεταβάλλῃ κατὰ τόπον, ἃν τε κατ' αὐξῆσιν καὶ φθῖσιν, ἃν τε κατ' ἀλλοίωσιν. (10) Ἐτι δ' ὁμοίως ἀναγκαῖον εἶναι τοῦτο καὶ ἀλλοίωσιν· εἴτε γὰρ ἀλλοίωσις ἔστι, καὶ τὸ ὑποκείμενον ἐν στοιχείῳ καὶ μία ἢ πάντων ὕλη τῶν ἐχόντων εἰς 35 ἄλλα μεταβολήν, κἄν εἰ τὸ ὑποκείμενον ἓν, ἔστιν ἀλλοίωσις. (11) Ἐμπεδοκλῆς μὲν οὖν ἔοικεν ἐναντία λέγειν καὶ πρὸς τὰ φαινόμενα καὶ πρὸς αὐτὸν αὐτός. Ἄμα μὲν γὰρ οὐ φησὶν ἕτερον ἐξ ἐτέρου γίνεσθαι τῶν στοιχείων οὐδέν, ἀλλὰ τἄλλα πάντα ἐκ τούτων, ἔμα 40 ὁ δ' ὅταν εἰς ἓν συναγάγῃ τὴν ἅπασαν φύσιν πλὴν τοῦ νεύκου, ἐκ τοῦ ἐνός γίνεσθαι πάλιν ἕκαστον. Ὡς τ' ἐξ ἐνός τινος ὅηλον ὅτι διαφοραῖς τισι χωριζομένων καὶ πάθεισιν ἐγένετο τὸ μὲν ὕδωρ τὸ δὲ πῦρ, καθάπερ λέγει τὸν μὲν ἥλιον λευκὸν καὶ θερμὸν, τὴν δὲ γῆν βαρὺ 45 καὶ σκληρόν. (12) Ἀραιρουμένων οὖν τούτων τῶν διαφορῶν (εἰσὶ γὰρ ἀραιρεταὶ γενόμεναί γε) ὅηλον ὡς ἀνάγκη γίνεσθαι καὶ γῆν ἐξ ὕδατος καὶ ὕδωρ ἐκ γῆς, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, οὐ τότε μόνον ἀλλὰ καὶ νῦν, μεταβάλλοντά γε τοῖς πάθεισιν. (13) Ἔστι 50 δ' ἐξ ὧν εἴρηκε δυνάμενα προσγίνεσθαι καὶ χωρίζεσθαι πάλιν, ἄλλως τε καὶ μαχομένων ἀλλήλοις ἔτι τοῦ νεύκου καὶ τῆς φιλίας. Διόπερ καὶ τότε ἐξ ἐνός ἐγενήθησαν· οὐ γὰρ δὴ πῦρ γε καὶ γῆ καὶ ὕδωρ ἔτι ὄντα ἐν

ARISTOTELIS. II.

sint semina. (6) Igitur qui ex uno omnia conficiunt, generationem et corruptionem esse dicant alterationem, est necesse: nam subjectum ipsum semper idem atque unum manere dicant oportet: quod autem tale est, id dici-mus alterari. Qui vero plura genera statuunt, a genera-tione alterationem differre censeant necesse est. Quum enim ea coeunt aut dissolvuntur, generatio corruptiove fit. Quocirca et Empedocles ad hunc canit modum: « nullius est natura, sed ipsa Mistio mistorumque prius divulsio so-lum. » Patet igitur, sermonem eorum suppositioni esse ac-commodatum, quum hoc pacto dicunt, atque eos ad hunc dicere modum. At necessarium illis quoque est ut altera-tionem dicant a generatione quippiam esse diversum: fieri tamen haudquaquam potest, juxta ea quæ ab eis dicuntur. Quod autem hoc recte dicamus, facile est perspicere: nam quiescente substantia, ut in ea mutationem prius magnitudine, quæ vocatur accretio et decretio; ita et alterationem vide-mus. (8) Verumenim fieri nequit ut alteratio fiat per ea quæ dicunt, qui plura uno principia faciunt. Siquidem affectus ipsi juxta quos id accidere dicimus, differentiæ sunt ele-mentorum: quod genus sunt, caliditas, frigiditas, albedo, nigredo, ariditas, humiditas, mollities, durities, et ceteræ alix, uti et Empedocles ait:

Albentem penitus solem, calidumque videri; ast imbrem inter cuncta nigrum simul atque rigentem.

Similiter de reliquis quoque ille definit pronuntiatque. (9) Quare si fieri nequeat ut ex igni oriatur aqua, aut ex aqua terra: neque profecto ex albo quicquam nigrum fiet, aut e molli durum. Eadem de ceteris quoque ratio est. Hoc autem est alteratio. Hinc etiam perspicuum est oportere semper contraria ipsi unam subjicere materiam, sive loco, sive accretione decretionere, sive alteratione muta-tio fiat. (10) Præterea similiter et hoc alterationem esse est necesse. Etenim si alteratio sit, etiam subjectum est ele-mentum unum, et omnium quæ in sese vicissim mutantur, una est materia: et si subjectum unum sit, alteratio esse solet. (11) Empedocles igitur et iis quæ apparent, et ipse sibi contraria dicere videtur. Nam et elementorum nullum ex alio fieri, sed ex eis cetera omnia; et quum uni-versam naturam in unum coegit præter discordiam, ex illo uno rursus quodque fieri asserit. Quare ex uno quodam, ut patet, eorum quæ differentiis quibusdam ac affectibus distincta separataque sunt, aliud aqua, aliud ignis factum est; quemadmodum solem ait album et calidum, terram vero gravem atque durum. (12) Detrahit igitur hisce differ-entia (detrahi enim possunt, nam genitæ sunt), tunc ex aqua terram et ex terra aquam necessario fieri constat. Eodem pacto et ceterorum quodque, nec tum solum, ve-rum etiam nunc, si modo mutantur juxta affectus. (13) Nam de numero eorum sunt quæ adesse et abesse rursus posse dixit: præsertim adhuc inter sese pugnantibus discordia et concordia. Quocirca et tum ex uno orta sunt ac genita. Non enim universum ipsum ignis, aer, aqua et terra, quum

28

ἦν τὸ πᾶν. (14) Ἄθλον δὲ καὶ πότερον ἀρχὴν αὐτῶν θετέον τὸ ἐν ἧ τὰ πολλά, λέγω δὲ πῦρ καὶ γῆν καὶ τὰ σύστοιχα τούτων. Ἡ μὲν γὰρ ὡς ὕλη ὑπόκειται, ἐξ οὗ μεταβάλλοντα διὰ τὴν κίνησιν γίνονται γῆ καὶ πῦρ, τὸ ἐν στοιχείον· ἧ δὲ τοῦτο μὲν ἐκ συνθέσεως γίγνεται συνιόντων ἐκείνων, ἐκείνα δ' ἐκ διαλύσεως, στοιχειωδέστερα ἐκείνα καὶ πρότερα τὴν φύσιν.

adhuc unum essent, erat. (14) Sed id quoque nequaquam liquet, utrum ipsum unum principium statui debeat, an ipsa nulla, ignem inquam et terram, et quæ cum his ejusdem sunt seriei. Nam qua ipsum unum ut materia subjicitur, ex quo mutatione (quæ motionis opera fit) terra et ignis fiunt, elementum est: at qua hoc quidem ex compositione fit, coeuntibus, inquam, illis, illa vero ex dissolutione, elementis appellatione digniora sunt, naturaque priora.

CAP. II.

Ὅλωσ τε δὴ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς ἀπλῆς λεκτέον, πότερον ἔστιν ἢ οὐκ ἔστι καὶ πῶς ἔστιν, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἀπλῶν κινήσεων, οἷον περὶ αὐξήσεως καὶ ἀλλοιώσεως. (2) Πλάτων μὲν οὖν μόνον περὶ γενέσεως ἐσκέψατο καὶ φθορᾶς, θπος ὑπάρχει τοῖς πράγμασι, καὶ περὶ γενέσεως οὐ πάσης ἀλλὰ τῆς τῶν στοιχείων· πῶς δὲ σάρκες ἢ ὄσθα ἢ τῶν ἄλλων τι τῶν τριούτων, οὐδέν· ἐτι οὔτε περὶ ἀλλοιώσεως οὔτε περὶ αὐξήσεως, τίνα τρόπον ὑπάρχουσι τοῖς πράγμασιν. Ὅλωσ δὲ παρὰ τὰ ἐπιπολῆς περὶ οὐδενὸς οὐδεὶς ἐπέστησεν ἔω Δημοκρίτου. (3) Οὗτος δ' εἴκει μὲν περὶ ἀπάντων φροντίσαι, ἧδὴ δὲ ἐν τῷ πῶς διαφέρει. Οὔτε γὰρ περὶ αὐξήσεως οὐδεὶς οὐδὲν διώρισεν, ὡσπερ λέγομεν, ὅτι μὴ κἄν ὁ τυχῶν εἴπειεν, ὅτι προσιόντος αὐξάνονται τῷ ὁμοίῳ (πῶς δὲ τοῦτο, οὐκέτι), οὐδὲ περὶ μίξεως, οὐδὲ περὶ τῶν ἄλλων ὡς εἴπειν οὐδενός, οἷον τοῦ ποιεῖν καὶ τοῦ πάσχειν, τίνα τρόπον τὸ μὲν ποιεῖ τὸ δὲ πάσχει τὰς φυσικὰς ποιήσεις. (4) Δημοκρίτος δὲ καὶ Λευκίππος ποιήσαντες τὰ σχήματα, τὴν ἀλλοίωσιν καὶ τὴν γένεσιν ἐκ τούτων ποιῶσι, διακρίσει μὲν καὶ συγκρίσει γένεσιν καὶ φθοράν, τάξει δὲ καὶ θέσει ἀλλοίωσιν. Ἐπεὶ δ' ὄντο τὰληθῆς ἐν τῷ φαίνεσθαι, ἐναντία δὲ καὶ ἄπειρα τὰ φαινόμενα, τὰ σχήματα ἄπειρα ἐποίησαν, ὥστε ταῖς μεταβολαῖς τοῦ συγκειμένου τὸ αὐτὸ ἐναντίον δοκεῖ ἄλλω καὶ ἄλλω, καὶ μετακινεῖσθαι μικροῦ ἐμμιγνυμένου, καὶ ὅλωσ ἕτερον φαίνεσθαι ἐνὸς μετακινήθέντος· ἐκ τῶν αὐτῶν γὰρ τραγωδία καὶ κωμῳδία γίνεται γραμμάτων. (5) Ἐπεὶ δὲ δοκεῖ σχεδὸν πᾶσιν ἕτερον εἶναι γένεσις καὶ ἀλλοίωσις, καὶ γίνεσθαι μὲν καὶ φθεῖρεσθαι συγκρινόμενα καὶ διακρινόμενα, ἀλλοιοῦσθαι δὲ μεταβαλλόντων τῶν παθημάτων, περὶ τούτων ἐπιστήσασι θεωρητέον. Ἀπορίας γὰρ ἔχει ταῦτα καὶ πολλὰς καὶ εὐλόγους. (6) Εἰ μὲν γὰρ ἔστι σύγκρισις ἢ γένεσις, πολλὰ ἀδύνατα συμβαίνει· εἰ δ' αὖ λόγοι ἕτεροι ἀναγκαστικοὶ καὶ οὐκ εὐποροὶ διαλύειν ὡς οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν. Εἴτε μὴ ἔστι σύγκρισις ἢ γένεσις, ἢ ὅλωσ οὐκ ἔστι γένεσις ἢ ἀλλοίωσις, ἢ εἰ καὶ τοῦτο διάλυσαι χαλεπὸν ὄν πειρατέον. (7) Ἀρχὴ δὲ τούτων πάντων, πότερον οὕτω γίνεται καὶ ἀλλοιοῦται καὶ αὐξάνεται τὰ ὄντα καὶ τάναντία τούτοις πάσχει, τῶν πρώτων ὑπαρχόντων μεγεθῶν ἀδιαιρέτων, ἢ οὐθέν ἐστι μέγεθος ἀδιαιρέτων· διαφέρει γὰρ τοῦτο πλείστον. (8) Καὶ πάλιν εἰ μεγέθη, πότερον, ὡς Δημοκρίτος καὶ Λευκίππος, σώματα ταῦτ' ἔστιν, ἢ ὡσπερ ἐν τῷ Τιμαίῳ, ἐπίπεδα. Τοῦτο μὲν οὖν αὐτό, καθάπερ

Omnino itaque de generatione et corruptione simplici absoluteque, utrum sit necne, et quo pacto sit, et de ceteris absolutis motibus, verbi causa de accretione et alteratione, dicendum est. (2) Plato igitur de generatione ac corruptione, quomodo rebus ipsis competant, consideravit solum; nec id quidem de omni, sed elementorum: quomodo vero carnes, aut ossa, aut quippiam aliud tale signatur, nequaquam; insuper nec de alteratione, nec de accretione, quonam pacto rebus ipsis contingant. Ad summam, de nulla mutatione nisi superficie tenus, quicquam ullus definiuit, præterquam Democritus. (3) Huic omnia fuisse curæ videntur; sed in hoc nempe, qua via ac ratione fiant, jam discrepat. Nam nec de accretione quisquam quicquam definiuit, sicuti diximus, quod non vel quivis dicat (dixerunt enim, res ipsas accessu rei similis augeri: id autem quonam pacto fiat, nihil præterea dixere); nec de mitione, nec de aliorum prope dixerim ullo, verbi causa de actione et passione, quonam modo aliud agat, aliud patiatur in actione naturali. (4) Democritus autem et Leucippus figuras concinnant, ex quibus alterationem faciunt atque generationem: et congregationem quidem et segregationem, generationem atque corruptionem; ordine vero et positu, alterationem. Ceterum quoniam quæ apparent, ea vera esse putabant, contraria autem et infinita sunt quæ apparent, infinitas fecere figuras: ita ut per compositi transmutationes idem contrarium videatur alii atque alii, transmuteturque inserta re pusilla, et omnino permutato uno quopiam diversum quid appareat, quandoquidem tragodia et comœdia eisdem fiunt literis. (5) At quum generatio et corruptio diversum quid esse omnibus fere videantur, et ea quæ sunt congregatione atque segregatione oriri ac occidere, et e mutatione affectuum alterari: de his contemplantur, qui hoc instituti habent, oportet. Hæc autem et multas, et quæ rationis fines non egrediuntur, dubitationes habent. (6) Nam si generatio congregatio sit, multa ex eorum numero quæ fieri nequeunt, eveniunt. Sunt autem rursus alia rationes quæ urgent, quæque haud facile solvi possunt: quod fieri non potest ut res aliter sese habeat. Si generatio congregatio non sit, aut omnino generatio non est, aut eadem alterationis est. Atque id, quamquam difficile, enitendum est solvere. (7) Principium autem horum omnium est, utrum ea quæ sunt, generentur hoc pacto, accrescant alterenturque, et hisce contrarias subeant mutationes, magnitudinibus primis nullam divisionem admittentibus; an nulla sit magnitudo indivisibilis. Hoc enim interest quamplurimum. (8) Et rursus, si magnitudines sint insectiles, utrum hæc corpora sint, ut Democrito placet atque Leucippo; an plana, ut in Timæo scribitur. Hoc igitur ipsum, fieri, iu-

καὶ ἐν ἄλλοις εἰρήκαμεν, ἄλογον μέχρι ἐπιπέδων δια-
 λῦσαι. Διὸ μᾶλλον εὐλογον σώματα εἶναι ἀδιαίρετα.
 (9) Ἄλλὰ καὶ ταῦτα πολλὴν ἔχει ἀλογίαν. Ὅμως δὲ
 τούτοις ἀλλοίωσιν καὶ γένεσιν ἐνδέχεται ποιεῖν, καθά-
 5 περ εἴρηται, τροπῇ καὶ διαθιγῇ μετακινούντα τὸ αὐτὸ
 καὶ ταῖς τῶν σχημάτων διαφοραῖς, ὅπερ ποιεῖ Δημό-
 κριτος. Διὸ καὶ χροῖαν οὐ φησιν εἶναι τροπῇ γὰρ χρω-
 ματίζεσθαι. Τοῖς δ' εἰς ἐπίπεδα διαιροῦσιν οὐκέτι· οὐ-
 10 δὲν γὰρ γίνεται πλὴν στερεὰ συντιθεμένων· πάθος γὰρ
 οὐδ' ἐγγειροῦσι γεννᾶν οὐδὲν ἐξ αὐτῶν. (10) Αἴτιον δὲ τοῦ
 ἐπ' ἔλαττον δύνασθαι τὰ δημολογούμενα συνοραῖν ἢ ἀπει-
 ρία. Διὸ ὅσοι ἐνωκῆκασιν μᾶλλον ἐν τοῖς φυσικοῖς, μᾶλ-
 λον δύνανται ὑποτιθεσθαι τοιαύτας ἀρχὰς αἱ ἐπὶ πολλῷ
 15 δύνανται συνείρειν· οἱ δ' ἐκ τῶν πολλῶν λόγων ἀθεώ-
 ρητοι τῶν ὑπαρχόντων ὄντες, πρὸς ὀλίγα βλέψαντες,
 ἀποραίνονται βῆρον. (11) Ἴδοι δ' ἂν τις καὶ ἐκ τούτων
 ὅσον διαφέρουσιν οἱ φυσικῶς καὶ λογικῶς σκοποῦντες·
 περὶ γὰρ τοῦ αὐτοῦ εἶναι μεγέθη οἱ μὲν φασιν ὅτι τὸ
 αὐτοτρίγωνον πολλὰ ἔσται, Δημόκριτος δ' ἂν φρασίη
 20 οἰκείους καὶ φυσικοῦς λόγους πεπεισῆται. Δῆλον δ' ἔσται
 ὃ λέγομεν προοῦσιν. Ἐχει γὰρ ἀπορίαν, εἰ τις θεῖη
 σώμα τι εἶναι καὶ μέγεθος πάντη διαιρετόν, καὶ τοῦτο
 δυνατόν. Τί γὰρ ἔσται ὅπερ τὴν διαίρεσιν διαφεύγει;
 εἰ γὰρ πάντη διαιρετόν, καὶ τοῦτο δυνατόν, κἂν ἅμα
 25 εἴη τοῦτο πάντη διηρημένον, καὶ εἰ μὴ ἅμα διήρηται·
 κἂν εἰ τοῦτο γένοιτο, οὐδὲν ἂν εἴη ἀδύνατον. Οὐκοῦν
 καὶ κατὰ τὸ μέσον ὡσαύτως. Καὶ ὅπως δὲ εἰ πάντη πέ-
 φυκε διαιρετόν, κἂν διαιεθῆ, οὐδὲν ἔσται ἀδύνατον γε-
 γονός, ἐπεὶ οὐδ' ἂν εἰς μυρία μυριάκις διηρημένα
 30 ᾗ, οὐδὲν ἀδύνατον· καίτοι ἴσως οὐδεὶς ἂν διέλθοι.
 (12) Ἐπεὶ τοίνυν πάντη τοιοῦτόν ἐστι τὸ σῶμα, διη-
 ρήσθω. Τί οὖν ἔσται λοιπόν; μέγεθος; οὐ γὰρ ὁόντε,
 ἔσται γὰρ τι οὐ διηρημένον, ᾗ δὲ πάντη διαιρετόν.
 Ἄλλὰ μὴν εἰ μηδὲν ἔσται σῶμα μηδὲ μέγεθος, διαίρε-
 35 σις δ' ἔσται, ἢ ἐκ στιγμῶν ἔσται, καὶ ἀμεγέθη ἐξ ὧν
 συγκρίεται, ἢ οὐδὲν παντάπασιν, ὥστε κἂν γένοιτο ἐκ
 μηδενὸς κἂν εἴη συγκείμενον, καὶ τὸ πᾶν δὴ οὐδὲν
 ἀλλ' ἢ φαινόμενον. (13) Ὅμοιως δὲ κἂν ᾗ ἐκ στιγμῶν,
 οὐκ ἔσται ποσόν. Ὅποτέ γὰρ ἤπτοντο καὶ ἐν ᾗν μέγε-
 40 θος καὶ ἅμα ἦσαν, οὐδὲν ἐποίουν μείζον τὸ πᾶν. Διαί-
 ρεθέντος γὰρ εἰς δύο καὶ πλείω, οὐδὲν ἔλαττον οὐδὲ
 μείζον τὸ πᾶν τοῦ πρότερον, ὥστε κἂν πᾶσαι συντεθῶ-
 σιν, οὐδὲν ποιήσουσι μέγεθος. (14) Ἄλλὰ μὴν καὶ εἴ τι
 διαιρουμένου ὄντος ἐκπρισμα γίνεται τοῦ σώματος, καὶ
 45 οὕτως ἐκ τοῦ μεγέθους σώμα τι ἀπέρχεται, ὃ αὐτὸς λό-
 γος, ἐκεῖνο πῶς διαιρετόν. Εἰ δὲ μὴ σῶμα ἀλλ' εἰδός
 τι χωριστόν ἢ πάθος ὃ ἀπῆλθεν, καὶ ἔστι τὸ μέγεθος
 στιγμαὶ ἢ ἀφαί τοδὶ παθοῦσαι, ἄτοπον ἐκ μὴ μεγεθῶν
 μέγεθος εἶναι. (15) Ἐτι δὲ ποῦ ἔσσονται καὶ ἀκίνητοι
 50 ἢ κινούμεναι αἱ στιγμαί; ἀφῆ τε αἰεὶ μία δυοῖν τινῶν,
 ὡς ὄντος τινὸς παρὰ τὴν ἀφῆν καὶ τὴν διαίρεσιν καὶ
 τὴν στιγμῆν. Εἰ δὴ τίς θήσεται ὄτι οὖν ἢ ὀηλικον-
 οῦν σῶμα εἶναι πάντη διαιρετόν, πάντα ταῦτα συμ-
 βαίνει. (16) Ἐτι ἐὰν διελθῶν συνθῶ τὸ ξύλον ἢ τι ἄλλο,

quam, dissolutionem ad plana usque, cancellos egreditur
 rationis : id quod alio quoque loco jam diximus. Idcirco
 magis consentaneum rationi fuerit, corpora non posse di-
 vidi. (9) Verum hæc quoque perabsurda sunt : sed
 tamen hisce alterationem generationemque, uti dictum est,
 facere contingit, conversione et attractu atque figurarum
 varietate permutando, quod Democritus facit. Quocirca
 non esse colorem asserit : nam res ipsas per conversionem
 colore tingi censet. At illis, qui in plana divisionem faciunt,
 minime contingit. Nihil enim, planis compositis, præter soli-
 da fit : nam qualitatem affectumve ne tentant quidem ullum
 ex illis gignere. (10) Sed cur parum valeant, quæ consen-
 tanea sunt, perspicere, causam habet ipsa experientiæ vacui-
 tas. Quamobrem quolquod diutius circa rerum naturalium
 speculationem versati sunt, ii ejusmodi principia quæ inter
 se cohereant consentiantque quamplurimum, supponere
 magis possunt. At qui e multis rationibus quænam vere
 sint, haudquaquam expendere consueverunt, paucis in-
 spectis facile pronunciant. (11) Porro ex his perpendere
 etiam quis potest, quantum inter eos intersit, qui naturaliter,
 quique via rationali quampiam exercent considerationem.
 Nam de eo quod est magnitudines esse indivisibiles, nonnulli
 quidem inquirunt quod ipse idealisque triangulus plures
 erit : at Democritus rationibus propriis, naturæque accom-
 modatis, persuasus esse profecto videbitur. Quod autem
 dicimus, in progressu evadit apertum. Nam res ipsa dubi-
 tationem habet, si quis corpus aliquid magnitudinemque
 omnino atque omni ex parte divisibilem esse statuat, atque
 fieri posse ut penitus dividatur. Quid enim erit quod effu-
 giat divisionem? Nam si omni ex parte atque omnino sit
 divisibile, et ita dividi queat, sive simul erit hoc omni ex
 parte divisum, etsi non simul dividatur; sive id fiat, nihil
 accidet impossibile. Igitur et secundum medium haud se-
 cus. Et in summa, si omni ex parte ac omnino dividi aptum
 sit, si dividatur, nullum emerget impossibile : quando ne
 ullum quidem oriatur impossibile, si in decies millies dena
 millia divisum sit, quamvis forte nemo unquam dividat.
 (12) Itaque quum corpus ipsum omnino tale sit, dividatur.
 Quid ergo erit reliquum? magnitudo? Id enim fieri non po-
 test : esset enim quippiam haud divisum. At erat omni ex
 parte omninoque divisibile. At vero si nec corpus nec ma-
 gnitudo relinquatur, divisio tamen sit : aut corpus ex punctis
 constabit, et ea ex quibus componitur, magnitudinem care-
 bunt; aut nihil omnino erit. Quare, sive factum ex nihilo,
 sive compositum sit, profecto totum ipsum nihil præter-
 quam apparens erit. (13) Similiter si ex punctis constare
 dicatur, quantum non erit. Nam quum una in magnitudine
 sese tangunt, et magnitudo una perpetuaque est, atque illa
 simul sunt, nihilo majus totum ipsum reddunt. Quoniam si
 totum in duo aut plura dividatur, nihilo ipsum minus
 quam prius evadit. Quare puncta, etiamsi omnia coagmen-
 tata sint, nullam efficient magnitudinem. (14) Verumenim-
 vero si quid tale inter dividendum corpus fiat, quale est ra-
 mentum serra secti, et hoc pacto corpus aliquid e magnitu-
 dine abeat : idem sermo recidit, quomodo, inquam, divisi-
 bile illud fit. Quodsi id quod abscedere solet, corpus non sit,
 sed forma quædam affectusve separabilis, sitque magnitudo
 ipsa puncta vel tactus sic affecti : magnitudinem ex non-
 magnitudinibus constare incongruum atque abhorrens est.
 (15) Ad hæc puncta ipsa sive a motu vaocent, sive eum
 subeant, ubinam erunt? unus enim semper duorum quo-
 rundam tactus est, tanquam re quapiam alia præter tactum
 punctumque atque divisionem existente. Si quis ergo quod-
 vis aut quantumlibet corpus esse omni ex parte atque om-
 nino divisibile ponat, hæc accidunt universa. (16) Præterea

πάλιν ἴσον τε καὶ ἓν. Οὐκοῦν οὕτως ἔχει διγλονότι κἀν
 τέμνω τὸ ζῦλον καθ' ὅτι οὖν σημείον. Πάντη ἄρα διήρη-
 ται δυνάμει. Τί οὖν ἐστι παρὰ τὴν διαίρεσιν; εἰ γὰρ καὶ
 ἐστι τι πάθος, ἀλλὰ πῶς εἰς ταῦτα διαλύεται καὶ γίνε-
 5 ται ἐκ τούτων; ἢ πῶς χωρίζεται ταῦτα; ὥστ' εἴπερ
 ἀδύνατον ἐξ ἄφῶν ἡ στιγμῶν εἶναι τὰ μεγέθη, ἀνάγκη
 εἶναι σώματα ἀδιαίρετα καὶ μεγέθη. (17) Οὐ μὴν
 ἀλλὰ καὶ ταῦτα θεμένοις οὐχ ἤττον συμβαίνει ἀδύνα-
 10 πειρατέον λύειν· διὸ πάλιν ἐξ ἀρχῆς τὴν ἀπορίαν λε-
 κτέον. (18) Τὸ μὲν οὖν ἅπαν σῶμα αἰσθητὸν εἶναι
 διαίρετον καθ' ὅτι οὖν σημείον καὶ ἀδιαίρετον οὐδὲν
 ἄτοπον· τὸ μὲν γὰρ δυνάμει διαίρετον, τὸ δ' ἐντελεχεία
 ὑπάρξει. Τὸ δ' εἶναι ἅμα πάντη διαίρετον δυνάμει
 15 ἀδύνατον δόξειεν ἂν εἶναι. Εἰ γὰρ δυνατὸν, κἀν γένοιτο,
 οὐχ ὥστε εἶναι ἅμα ἀμφω ἐντελεχεία ἀδιαίρετον καὶ
 διηρημένον, ἀλλὰ διηρημένον καθ' ὅτι οὖν σημείον.
 Οὐδὲν ἄρα ἐστὶ λοιπὸν, καὶ εἰς ἀσώματον ἐφθαρμένον
 20 τὸ σῶμα. Καὶ γένοιτο δ' ἂν πάλιν ἦτοι ἐκ στιγμῶν
 ἢ ὅλως ἐξ οὐδενός. Καὶ τοῦτο πῶς δυνατόν; ἀλλὰ μὴν
 ὅτι γε διαίρεται εἰς χωριστὰ καὶ αἰεὶ εἰς ἐλάττω με-
 γέθη καὶ εἰς ἀπέχοντα καὶ κεχωρισμένα, φανερόν.
 Οὔτε δὴ κατὰ μέρος διαφροῦντι εἴη ἂν ἄπειρος ἡ θρύ-
 ψις, οὔτε ἅμα οἴοντε διαιεθῆναι κατὰ πᾶν σημείον
 25 (οὐ γὰρ δυνατόν) ἀλλὰ μέχρι του. (19) Ἀνάγκη ἄρα
 ἄτομα ἐνυπάρχειν μεγέθη ἀόρατα, ἄλλως τε καὶ εἴπερ
 ἐστὶ γένεσις καὶ φθορὰ ἢ μὲν διακρίσει ἢ δὲ συγκρίσει.
 Ὁ μὲν οὖν ἀναγκάζειν δοκῶν λόγος εἶναι μεγέθη ἄτομα
 οὗτος ἐστίν· ὅτι δὲ λανθάνει παραλογιζόμενος, καὶ
 30 ἢ λανθάνει, λέγωμεν. (20) Ἐπει γὰρ οὐκ ἐστι στιγμή
 στιγμής ἐχομένη, τὸ πάντη εἶναι διαίρετον ἔστι μὲν
 ὡς ὑπάρχει τοῖς μεγέθεσιν, ἐστὶ δ' ὡς οὐ. Δοκεῖ δ' ὅταν
 τοῦτο τεθῆ, καὶ ὀρηθῶν, καὶ πάντη στιγμήν εἶναι,
 ὥστ' ἀναγκαῖον εἶναι διαιεθῆναι τὸ μέγεθος εἰς μηδέν·
 35 πάντη γὰρ εἶναι στιγμήν· ὥστε ἢ ἐξ ἄφῶν ἢ ἐκ στι-
 μῶν εἶναι. Τὸ δ' ἔστιν ὡς ὑπάρχει πάντη, ὅτι μία
 ὀρηθῶν ἐστὶ, καὶ πᾶσαι ὡς ἐκάστη, πλείους δὲ μιᾶς
 οὐκ εἰσίν· ἐφεξῆς γὰρ οὐκ εἰσίν, ὥστ' οὐ πάντη. Εἰ
 γὰρ κατὰ μέσον διαίρετον, καὶ κατ' ἐχομένην στιγμήν
 40 ἐστὶ διαίρετον· οὐ γὰρ ἐστὶν ἐχομένον σημείον ση-
 μείου ἢ στιγμή στιγμής. Τοῦτο δ' ἐστὶ διαίρεσις
 ἢ σύνθεσις. Ὡστ' ἐστὶ καὶ διάκρισις καὶ σύγκρισις,
 ἀλλ' οὐτ' εἰς ἄτομα καὶ ἐξ ἀτόμων (πολλὰ γὰρ τὰ ἀδύ-
 νατα) οὔτε οὕτως ὥστε πάντη διαίρεσιν γενέσθαι· εἰ
 45 γὰρ ἦν ἐχομένη στιγμή στιγμής, τοῦτ' ἂν ἦν· ἀλλ' εἰς
 μικρὰ καὶ ἐλάττω ἐστὶ, καὶ σύγκρισις ἐξ ἐλαττόνων.
 Ἄλλ' οὐχ ἡ ἀπλῆ καὶ τελεία γένεσις συγκρίσει καὶ δια-
 κρίσει ὄρισται, ὡς τινὲς φασιν, τὴν δ' ἐν τῷ συνεχεῖ
 μεταβολῆν ἀλλοίωσιν. (21) Ἀλλὰ τοῦτ' ἐστὶν ἐν ᾧ σφάλλ-
 50 λεται πάντα. Ἐστὶ γὰρ γένεσις ἀπλῆ καὶ φθορὰ οὐ
 συγκρίσει καὶ διακρίσει, ἀλλ' ὅταν μεταβάλλῃ ἐκ
 τοῦδε εἰς τὸδε ὄλον. Οἱ δὲ οἴονται ἀλλοίωσιν πᾶσαν εἶ-
 ναι τὴν τοιαύτην μεταβολῆν· τὸ δὲ διαφέρει. Ἐν γὰρ
 τῷ ὑποκειμένῳ τὸ μὲν ἐστὶ κατὰ τὸν λόγον, τὸ δὲ κατὰ

si lignum aut quippiam aliud jam divisum rursum compo-
 nam, iterum æquabile pariter atque unum evadit. Igitur ad
 hunc modum res sese habet, ut patet, etiamsi illud quolibet
 in puncto incidam. Potentia ergo omni ex parte ac omnino
 dividitur. Quid igitur præter divisionem erit? Nam si est
 affectio quædam, at quonam pacto dissolvitur in hæc, fitque
 ex his? aut qualiter hæc separari queunt? Itaque si fieri
 nequeat ut magnitudines ex punctis aut tactibus constent,
 indivisibilia sint corpora magnitudinesque necesse est.
 (17) At vero iis quoque qui hæc astruunt, non minus
 accidit impossibile: de quibus quanquam alias fuit a nobis
 consideratum, tamen ea ipsa solvere eniti oportet. Quamob-
 rem iterum ab initio dicenda dubitatio est. (18) Igitur
 omne corpus sensibile, quovis in puncto esse divisibile atque
 indivisibile, nihil est absurdum: potentia siquidem divisi-
 bile existet, actu indivisibile. At ut simul sit omni ex parte
 potentia divisibile, fieri non posse videatur. Nam si fieri
 possit, et fiat: haudquaquam ad hunc fiet modum ut simul
 ambo sint actu, indivisibile inquam atque divisum, sed
 quolibet in puncto divisum. Nihil igitur erit reliquum; at-
 que corpus ipsum corruptione abibit in incorporeum. Et
 rursum, aut ex punctis, aut prorsus ex nihilo fiet. At id
 quid fieri potest? At vero quod in separabiles et subinde mi-
 nores atque inter se distantes separatasque magnitudines
 dividatur corpus, certum est. Itaque nec per partes divi-
 denti sectio quæ in minutula fit, infinita occurrit: nec
 insuper continget, ut omni in signo (non enim est possi-
 bile), sed quadamtenus dividatur. (19) Individuas igitur
 inesse magnitudines quæ oculi aciem fugiant, necesse est:
 et præsertim si generatio congregatione, et corruptio segre-
 gatione fieri debeat. Quæ igitur ratio magnitudines esse in-
 divisibiles necessario colligere videbatur, hæc est. Sed quod
 clanculo perversa ratiocinatione utatur, et quatenus lateat,
 exponamus oportet. (20) Nam quia punctum puncto non
 hæret, magnitudines partim sunt, et partim non sunt omni
 ex parte divisibiles. Sed quum hoc positum assertumque est,
 punctum ubivis ac omni in parte videtur esse: ita ut in
 puncta dividi magnitudinem sit necesse; quippe quum omni
 in parte punctum sit; quo fit ut ea vel tactibus vel punctis
 constet. At omni in parte divisibilis est: quia ubi unum est,
 et omnia, ut singulum quodque. Uno autem plura non sunt;
 non enim sunt deinceps. Quare non omni in parte divisibilis
 est. Nam si per medium divisibilis sit, et per punctum ad-
 hærens erit divisibilis. At id haudquaquam fit; siquidem
 nec signum signo, nec punctum puncto hæret. Hoc autem
 est divisio aut compositio. Quare tam congregatio quam segre-
 gatio est: sed non ex insectilibus et in insectilia (com-
 plura enim inde emergunt absurda), nec hoc pacto ut omni
 ex parte fiat divisio (id enim eveniret, si punctum puncto
 hæreret): sed segregatio in parva et minora, et congregatio
 ex minoribus fit. At simplex perfecta que generatio con-
 gregatione et segregatione definita non est, quemadmodum
 nonnullis placet: qui et eam quæ in continuo fit mutatio-
 nem, alterationem esse asserunt. (21) Verum id ipsum
 est, in quo prorsus errant: non enim generatio simplex
 atque corruptio congregatione segregatione ve fit; sed quum
 ex hoc in totum hoc mutatio fit. Alii vero omnem ejusmodi
 mutationem, alterationem esse putant. At in hoc discrimen
 subit; nam hæc ratione, illa materiâ in subjecto existit.

τὴν ὕλην. (22) Ὅταν μὲν οὖν ἐν τούτοις ἢ ἡ μεταβολή, γένεσις ἔσται ἢ φθορά, ὅταν δ' ἐν τοῖς πάθεσι καὶ κατὰ συμβεθεκός, ἀλλοίωσις. Διακρινόμενα δὲ καὶ συγκρινόμενα εὐφάρτα γίνονται. Ἐὰν μὲν γὰρ εἰς ἐλάττω ὕδατι αἰαρεθῆ, θάπτων ἀήρ γίνονται, ἐὰν δὲ συγκριθῆ, βραδύτερον. Μᾶλλον δ' ἔσται ὁ ἄλλων ἐν τοῖς ὕστερον. Νῦν δὲ τοσοῦτον διωρισθῶ, ὅτι ἀδύνατον εἶναι τὴν γένεσιν σύγκρισιν, ὅαν δὴ τινὲς φασιν.

(22) Igitur quum in hisce fuerit mutatio, generatio erit vel corruptio; quum in affectibus et iis quæ per accidens alicui competunt, alteratio. Sed quæ congregantur, ægre; quæ vero segregantur, facile corruptioni redduntur obnoxia. Nam si aqua in minores aquæ particulas sit discerpta, in aerem ocius mutari solet: si vero collecta sit, segnius. Quod in iis quæ posterius dicentur, apertius fiet. Nunc vero sit haec definitum, fieri non posse ut generatio sit ejusmodi congregatio, qualem nonnulli esse asserunt.

CAP. III.

 πειρῶνται μίξαντες ἄρδαιν. Ἐπεὶ δ' ἔστιν ἡ μὲν τροφή
 τῆς ὕλης, τὸ δὲ τρεφόμενον συνειλημένον τῇ ὕλῃ, ἡ
 10 μορφή καὶ τὸ εἶδος, εὐλογον ἤδη τὸ μόνον τῶν ἀπλῶν
 σωμάτων τρέφεται τὸ πῦρ ἀπάντων ἐξ ἀλλήλων γινω-
 μένων, ὡσπερ καὶ οἱ πρότεροι λέγουσιν· μόνον γὰρ ἔστι
 καὶ μάλιστα τοῦ εἶδους τὸ πῦρ διὰ τὸ πεφυκέναι φέρε-
 σθαι πρὸς τὸν ὄρον. (5) Ἐκαστον δὲ πέφυκεν εἰς τὴν
 15 ἑαυτοῦ χώραν φέρεσθαι· ἡ δὲ μορφή καὶ τὸ εἶδος ἀπάν-
 των ἐν τοῖς ὄροις. Ὅτι μὲν οὖν ἅπαντα τὰ σώματα ἐξ
 ἀπάντων συνέστηκε τῶν ἀπλῶν, εἴρηται.

CAP. IX.

Ἐπεὶ δ' ἔστιν ἕνια γενητὰ καὶ φθορτὰ, καὶ ἡ γένεσις
 τυγχάνει οὕσα ἐν τῷ περὶ τὸ μέσον τόπῳ, λεκτέον περὶ
 20 πάσης γενέσεως ὁμοίως πόσαι τε καὶ τίνες αὐτῆς αἱ
 ἀρχαί· ἔβον γὰρ οὕτω τὰ καθ' ἕκαστον θεωρήσομεν,
 ὅταν περὶ τῶν καθόλου λάβωμεν πρῶτον. (2) Εἰσὶν
 οὖν καὶ τὸν ἀριθμὸν ἴσαι καὶ τῷ γένει αἱ αὐτὰ αἴπερ
 ἐν τοῖς αἰδέοις τε καὶ πρώτοις· ἡ μὲν γὰρ ἔστιν ὡς ὕλη,
 25 ἡ δ' ὡς μορφή. Δεῖ δὲ καὶ τὴν τρίτην εἶτι προσυπάρ-
 χειν· οὐ γὰρ ἴκαναί πρὸς τὸ γεννησθαι αἱ δύο, καθάπερ
 οὐδ' ἐν τοῖς πρώτοις. (3) Ὡς μὲν οὖν ὕλη τοῖς γενητοῖς
 ἔστιν αἴτιον τὸ δυνατόν εἶναι καὶ μὴ εἶναι. Τὰ μὲν
 γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἔστιν, οἷον τὰ αἰδέια, τὰ δ' ἐξ ἀνάγκης
 30 οὐκ ἔστιν. Τούτων δὲ τὰ μὲν ἀδύνατον μὴ εἶναι, τὰ
 δὲ ἀδύνατον εἶναι διὰ τὸ μὴ ἐνδέχεσθαι παρὰ τὸ ἀναγ-
 καῖον ἄλλως εἶναι. Ἐνια δὲ καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι
 δυνατὰ, ὅπερ ἔστι τὸ γενητὸν καὶ φθορτὸν ποτὲ μὲν
 γὰρ ἔστι τοῦτο, ποτὲ δ' οὐκ ἔστιν. Ὡστ' ἀνάγκη γέ-
 35 νεσιν εἶναι καὶ φθορὰν περὶ τὸ δυνατόν εἶναι καὶ μὴ
 εἶναι. (4) Διὸ καὶ ὡς μὲν ὕλη τοῦτ' ἔστιν αἴτιον τοῖς
 γενητοῖς, ὡς δὲ τὸ οὐ ἐνεκεν ἡ μορφή καὶ τὸ εἶδος τοῦτο
 δ' ἔστιν ὁ λόγος ὁ τῆς ἐκάστου οὐσίας. (5) Δεῖ δὲ
 προσεῖναι καὶ τὴν τρίτην, ἣν ἅπαντες μὲν ὀνειρώττουσι,
 40 λέγει δ' οὐδεὶς, ἀλλ' οἱ μὲν ἱκανῆν ὤθησαν αἰτίαν
 εἶναι πρὸς τὸ γίνεσθαι τὴν τῶν εἰδῶν φύσιν, ὡσπερ
 ὁ ἐν Φαίδωνι Σωκράτης· καὶ γὰρ ἐκεῖνος, ἐπιτιμῆσας
 τοῖς ἄλλοις ὡς οὐδὲν εἰρηκόσιν, ὑποτίθεται ὅτι ἔστι τῶν
 ὄντων τὰ μὲν εἶδη, τὰ δὲ μεθεκτικὰ τῶν εἰδῶν, καὶ
 45 ὅτι εἶναι μὲν ἕκαστον λέγεται κατὰ τὸ εἶδος, γίνεσθαι
 δὲ κατὰ τὴν μετάληψιν καὶ φθεῖρεσθαι κατὰ τὴν ἀπο-
 βολήν, ὡστ' εἰ ταῦτα ἀληθῆ, τὰ εἶδη οἶεται ἐξ ἀνάγκης
 αἰτία εἶναι καὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς. Οἱ δ' αὐτὴν τὴν
 ὕλην ἀπὸ ταύτης γὰρ εἶναι τὴν κίνησιν. (6) Οὐδέτε-
 50 ροὶ δὲ λέγουσι καλῶς. Εἰ μὲν γὰρ ἔστιν αἰτία τὰ εἶδη,
 διὰ τί οὐκ αἰεὶ γενᾶ συνεχῶς, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ποτὲ δ' οὐ
 ὄντων καὶ τῶν εἰδῶν αἰεὶ καὶ τῶν μεθεκτικῶν; Ἐτι δ' ἐπ'

rum insit, alterum quoque inesse est necesse. Quare in omni
 composito simplicia omnia inerunt. (4) Sed et id eujusque rei
 nutritio comprobare videtur. Omnia enim eisdem aluntur,
 quibus constant : omnia vero pluribus aluntur. Nam
 quaecumque uno solo ali maxime videntur, ut plantæ aqua,
 pluribus aluntur : terra enim aquæ admixta est. Quam-
 obrem ipsi quoque agricolæ miscentes irrigare conantur.
 Quum autem alimentum ad materiam pertineat, quod autem
 nutritionem suscipit cum materia conjunctum, forma sit
 atque species, rationi consentaneum fuerit, ex omnibus
 simplicibus corporibus quæ mutua generatione oriuntur,
 solum ignem nutrirī, quemadmodum et priores aiunt :
 quippe qui solus ac maxime formæ sit, propterea quod
 suapte natura ad terminum fertur universi. (5) In suum
 autem locum quodque ferri natum est. Forma vero spe-
 ciesque omnium in ipsis consistit terminis. Quod igitur cor-
 pora omnia ex simplicibus constant omnibus, dictum est.

Quum autem nonnulla generabilia corruptibiliaque sint,
 et generatio in eo qui circa mundi medium est loco sit : de
 omni generatione similiter, et quot et quæ sint ejus princi-
 pia, dicendum est. Sic enim facilius singularia contem-
 plabimur, quum de universalibus prius sumpserimus. (2) Sunt igitur tot numero, et genere eadem, quæ in æternis
 primisque. Nam alterum ut materia, alterum ut forma
 existit. Oportet autem et tertium insuper adesse. Nam duo
 haudquaquam satis sunt ad generandum, sicuti nec in ipsis
 primis. (3) Igitur quod esse et non esse potest generabili-
 bus causa ut materies existit. Nam quædam necessario
 sunt, ut æterna : quædam necessario non sunt. Quorum
 illa quidem non esse, hæc vero esse est impossibile : eo quod
 fieri non possit ut necessarium aliter sese habeat. Nonnulla
 et esse possunt, et non esse, de quorum numero generabile
 existit, atque corruptibile. Hoc enim interdum est, inter-
 dum non est. Quare necesse est ut generatio atque cor-
 ruptio circa id sit, quod esse et non esse potest. (4) Quo-
 circa et hoc causa ut materies generabilibus existit :
 at forma speciesque, ut eujus gratia ; hæc autem est substan-
 tiæ eujusque ratio. (5) Oportet autem tertium quoque
 adesse, quod omnes quidem somniant, nemo tamen dicit :
 sed alii specierum naturam causam esse sufficientem ad
 generandum arbitrati sunt, quemadmodum in Phædone
 Socrates. Nam ubi ille ceteros increpuit, tanquam qui nihil
 dixerint, eorum quæ sunt quædam species esse, quædam
 quæ species participant, et eorum quodque per speciem
 esse dici, susceptione vero oriri et abjectione interire sup-
 ponit. Quare si hæc vera sunt, species esse causas genera-
 tionis et corruptionis necessario putat. Alii ipsam mate-
 riam, nimirum a qua sit motus. (6) At neutri recte dicunt.
 Nam si species causæ sunt, cur non semper gignunt con-
 tinenter, sed quandoque et quandoque non, quum semper
 tum species tum quæ eas participant, in ratione rerum
 sint? Præterea in nonnullis aliam quandam esse causam

ένων θεωροῦμεν ἄλλο τὸ αἴτιον ὄν· ὑγίειαν γὰρ ὁ ἰατρὸς ἐμποιεῖ καὶ ἐπιστήμην ὁ ἐπιστήμων, οὕσης καὶ ὑγείας αὐτῆς καὶ ἐπιστήμης καὶ τῶν μεθεκτικῶν· οὐσαύτως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν κατὰ δύναμιν πραττομένων.

- 5 (7) Εἰ δὲ τὴν ὕλην τις φήσκει γενεῶν διὰ τὴν κίνησιν, φυσικώτερον μὲν ἂν λέγοι τῶν οὕτω λεγόντων· τὸ γὰρ ἀλλοιοῦν καὶ τὸ μετασχηματίζον αἰτιώτερόν τε τοῦ γενεῶν, καὶ ἐν ἅπασιν εἰώθαμεν τοῦτο λέγειν τὸ ποιοῦν, δμοίως ἔν τε τοῖς φύσει καὶ ἐν τοῖς ἀπὸ τέχνης, ὃ ἂν
10 ἦ κινήτικόν. (8) Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ οὐτοιοῦκ ὀρθῶς λέγουσιν· τῆς μὲν γὰρ ὕλης τὸ πάσχειν ἐστὶ καὶ τὸ κινεῖσθαι, τὸ δὲ κινεῖν καὶ ποιεῖν ἑτέρας δυνάμειως. Δῆλον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τέχνη καὶ ἐπὶ τῶν φύσει γινομένων· οὐ γὰρ αὐτὸ ποιεῖ τὸ ὕδωρ ζῶον ἐξ αὐτοῦ, θὺδὲ τὸ ξύλον κλίνην, ἀλλ'
15 ἡ τέχνη. Ὡστε καὶ οὕτοι διὰ τοῦτο λέγουσιν οὐκ ὀρθῶς, καὶ ὅτι παραλείπουσι τὴν κυριωτέραν αἰτίαν· ἐξαιροῦσι γὰρ τὸ τί ἦν εἶναι καὶ τὴν μορφήν. (9) Ἐτι δὲ καὶ τὰς δυνάμεις ἀποδιόδοσι τοῖς σώμασι, δι' ἧς γεννῶσι, λίαν ὀργανικῶς, ἀφαιροῦντες τὴν κατὰ τὸ εἶδος αἰτίαν.
20 Ἐπειδὴ γὰρ πέφυκεν, ὡς φασί, τὸ μὲν θερμὸν διακρίνειν τὸ δὲ ψυχρὸν συνιστάναι, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τὸ μὲν ποιεῖν τὸ δὲ πάσχειν, ἐκ τούτων λέγουσι καὶ διὰ τούτων ἅπαντα τἄλλα γίνεσθαι καὶ φθεῖρεσθαι· φαίνεται δὲ καὶ τὸ πῦρ αὐτὸ κινούμενον καὶ πάσχον.
25 (10) Ἐτι δὲ παραπλήσιον ποιοῦσιν ὥσπερ εἰ τις τῶν πρίονι καὶ ἑκάστῳ τῶν ὀργάνων ἀπονέμοι τὴν αἰτίαν τῶν γινομένων· ἀνάγκη γὰρ πρίοντος διαρεῖσθαι καὶ ξέοντος λεαίνεσθαι, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δμοίως. Ὡστ' εἰ ὅτι μάλιστα ποιεῖ καὶ κινεῖ τὸ πῦρ, ἀλλὰ πῶς κινεῖ
30 οὐκ ὀρθῶς, ὅτι χειρόν ἢ τὰ ὄργανα. Ἡμῖν δὲ καθόλου τε πρότερον εἰρηται περὶ τῶν αἰτίων, καὶ νῦν διώρισται περὶ τε τῆς ὕλης καὶ τῆς μορφῆς.

spectamus. Nam medicus in corpore sanitatem efficit, et scientiam sciens, existente et ipsa sanitate, et scientia, et his quæ eas participant: eodem modo et in ceteris, quæ facultate quadam fiunt. (7) Quodsi qui materiam ipsam ob motum generare dicant, naturalius profecto dixerint, quam qui ita dicunt. Etenim quod alterat, quodque transfigurationem facit, causæ ut quippiam oriatur rationem sibi vindicat magis. Et in omnibus ex æquo, tam hisce quæ natura constant, quam quæ ab arte proficiuntur, hoc agens dicere consuevimus, quod movendi vim obtinet. (8) Verum enim vero etiam hi non recte dicunt. Pati namque et moveri, materiæ est: agere vero et movere, alterius potentiæ. Palam autem est, quum in iis quæ arte, tum iis quæ natura fiunt. Nam neque aqua ex se animal facit, sed natura; neque lignum lecticam, sed ars. Quare et isti ob hoc, et quia potiore omittunt causam, haud recte dicunt. Quidditatem enim formamque exterminant. (9) Præterea potentias atque vires corporibus tribuunt, per quas generant, admodum quidem instrumentaliter, eam quæ a specie sumitur, causam auferentes. Etenim quoniam, ut aiunt, calidum segregat, et frigidum congregat natura sua, et ceterorum quodque ita natura comparatum est, ut aliud agat, aliud patiat: ex his et per hæc gigni et corrumpi cetera omnia dicunt. At ipse quoque ignis moveri ac pati cernitur. (10) Præterea perinde faciunt, ac si quis serræ et instrumentorum cuique, eorum quæ generantur, causam tribuat. Nam quum quis serra secat, dividi quippiam; et quum corradit, læve fieri necesse est, et in ceteris simili modo. Quare si quammaxime agit movetque ignis, quomodo tamen moveat, non ultra contemplantur, nempe quod deterius quam ipsa instrumenta. Sed et prius a nobis universaliter de causis dictum est, et nunc de materia et forma pertractatum atque determinatum.

CAP. X.

- Ἐτι δὲ ἐπεὶ ἡ κατὰ τὴν φορὰν κίνησις δέδεικται ὅτι
35 αἰδίοσ, ἀνάγκη τούτων ὄντων καὶ γένεσιν εἶναι συνεχῶς· ἡ γὰρ φορὰ ποιήσει τὴν γένεσιν ἐνδελεχῶς διὰ τὸ προσάγειν καὶ ἀπάγειν τὸ γεννητικόν. Ἄμα δὲ δῆλον ὅτι καὶ τὰ πρότερον καλῶς εἴρηται, τὸ πρῶτην τῶν μεταβολῶν τὴν φορὰν ἀλλὰ μὴ τὴν γένεσιν εἰπεῖν· πολλὴ γὰρ
40 εὐλογώτερον τὸ ὄν τῶν μὴ ὄντι γενέσεως αἴτιον εἶναι ἢ τὸ μὴ ὄν τῶν ὄντι τοῦ εἶναι. Τὸ μὲν οὖν φερόμενον ἐστὶ, τὸ δὲ γινόμενον οὐκ ἐστίν· διὸ καὶ ἡ φορὰ προτέρα τῆς γενέσεως. (2) Ἐπεὶ δ' ὑπόκειται καὶ δέδεικται συνεχῆς οὕσα τοῖς πράγμασι καὶ γένεσις καὶ φθορά,
45 φαμὲν δ' αἰτίαν εἶναι τὴν φορὰν τοῦ γίνεσθαι, φανερόν ὅτι μιᾶς μὲν οὕσης τῆς φορᾶς οὐκ ἐνδέχεται γίνεσθαι ἄμφω διὰ τὸ ἐναντία εἶναι· τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ οὐσαύτως ἔχον αἰεὶ τὸ αὐτὸ πέφυκε ποιεῖν. Ὡστε ἤτοι γένεσις αἰεὶ ἐστὶ ἢ φθορά. (3) Δεῖ δὲ πλείους εἶναι τὰς κινήσεις καὶ ἐναντίας, ἢ τῆς φορᾶς ἢ τῆς ἀνωμαλίας· τῶν γὰρ
50 ἐναντιῶν τάναντία αἰτία. Διὸ καὶ οὐκ ἡ πρῶτη φορὰ αἰτία ἐστὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, ἀλλ' ἡ κατὰ τὸν λοξὸν κύκλον· ἐν ταύτῃ γὰρ καὶ τὸ συνεχῆς ἐστὶ καὶ τὸ κινεῖ-

Præterea quum demonstratum sit, motum eum esse perpetuum, qui lationi accommodatur: his existentibus, generationem quoque continenter esse necesse est. Latio namque continuæ generationem ideo facit, quia admovet et abmoveret id quod gignendi vim obtinet. Insuper et priora esse dicta recte, lationem, inquam, mutationum primam esse et non generationem, dilucidum est. Nam multo magis consonum est rationi, id quod est ei quod non est, ut nascatur causam esse, quam id quod non est ei quod est, ut sit. Sed quod lationem subit, est: quod vero oritur, non est. Idcirco et latio generatione prior est. (2) Quum autem supponatur, et demonstratum sit, continuam rebus ipsis generationem corruptionemque competere, et lationem generationis causam esse dicamus: patet, si unica latio foret, fieri non posse ut ambæ fierent, propterea quod contrariæ sunt. Nam idem eodemque modo semper habens, idem ut faciat natura comparatum est. Quare aut generatio semper esset, aut corruptio. (3) Multos autem esse motus, contrariosque aut latione aut inæqualitate, convenit: contrariorum enim, contrariæ sunt causæ. Quocirca et prima latio, ortus ac interitus causa non est, sed obliqui circuli latio. Ea nam-

σθαι δύο κινήσεις· ἀνάγκη γάρ, εἴ γε αἰ ἐστὶ συνεχῆς γένεσις καὶ φθορά, αἰ μὲν τι κινεῖσθαι, ἵνα μὴ ἐπιλείπωσιν αὐταὶ αἰ μεταβολαί, δύο δ', ὅπως μὴ θάτερον συμβαίνει μόνον. (4) Τῆς μὲν οὖν συνεχείας ἡ τοῦ δλου φορὰ αἰτία, τοῦ δὲ προσιέναι καὶ ἀπιέναι ἡ ἐγκλισις· συμβαίνει γὰρ ὅτι μὲν πόρρω γίνεσθαι ὅτε δ' ἐγγύς. Ἄνισου δὲ τοῦ διαστήματος ὄντος ἀνώμαλος ἐστὶ ἡ κινήσις· ὥστ' εἰ τῷ προσιέναι καὶ ἐγγύς εἶναι γενῶν, τῷ ἀπιέναι ταῦτόν τοῦτο καὶ πόρρω γίνεσθαι φθείρει, καὶ εἰ τῷ πολλακίς προσιέναι γενῶν, καὶ τῷ πολλακίς ἀπελθεῖν φθείρει· τῶν γὰρ ἐναντίων τὰναντία αἰτία. (5) Καὶ ἐν ἴσῳ χρόνῳ καὶ ἡ φθορὰ καὶ ἡ γένεσις ἡ κατὰ φύσιν. Διὸ καὶ οἱ χρόνοι καὶ οἱ βίοι ἐκάστων ἀριθμὸν ἔχουσι καὶ τούτῳ διορίζονται πάντων γάρ ἐστι τάξις, καὶ πᾶς βίος καὶ χρόνος μετρεῖται περιόδῳ, πλὴν οὐ τῇ αὐτῇ πάντες, ἀλλ' οἱ μὲν ἐλάττονι οἱ δὲ πλείονι· τοῖς μὲν γὰρ ἐνιαυτός, τοῖς δὲ μείζων, τοῖς δὲ ἐλάττων ἡ περίοδος ἐστὶ τὸ μέτρον. (6) Φαίνεται δὲ καὶ κατὰ τὴν αἰσθησιν ὁμολογούμενα τοῖς παρ' ἡμῶν λόγοις· ὁρώμεν γὰρ ὅτι προσιόντος μὲν τοῦ ἡλίου γένεσις ἐστίν, ἀπιόντος δὲ φθίσις, καὶ ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἐκάτερον ἴσος γὰρ ὁ χρόνος τῆς φθορᾶς καὶ τῆς γενέσεως τῆς κατὰ φύσιν. Ἀλλὰ συμβαίνει πολλακίς ἐν ἐλάττονι φθεῖρεσθαι διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλα σύγκρασιν· ἀνωμάλου γὰρ οὕσης τῆς ὕλης καὶ οὐ πανταχοῦ τῆς αὐτῆς ἀνάγκη καὶ τὰς γενέσεις ἀνωμάλους εἶναι καὶ τὰς μὲν θάττους τὰς δὲ βραδυτέρας, ὥστε συμβαίνει διὰ τὴν τούτων γένεσιν ἄλλοις γίνεσθαι φθοράν. (7) Αἰεὶ δ', ὥσπερ εἴρηται, συνεχῆς ἐστὶ ἡ γένεσις καὶ ἡ φθορὰ, καὶ οὐδέποτε ὑπολείπει δι' ἡν εἴπομεν αἰτίαν. Τοῦτο δ' εὐλόγως συμβέβηκεν· ἐπεὶ γὰρ ἐν ἅπασιν αἰ τοῦ βελτιόνος ὀρέγεσθαι φαμεν τὴν φύσιν, βέλτιον δὲ τὸ εἶναι ἢ τὸ μὴ εἶναι (τὸ δ' εἶναι ποσαχῶς λέγομεν, ἐν ἄλλοις εἴρηται), τοῦτο δ' ἀδύνατον ἐν ἅπασιν ὑπάρχειν διὰ τὸ πόρρω τῆς ἀρχῆς ἀφίστασθαι, τῷ λειπομένῳ τρόπῳ συνεπλήρως τὸ δλον ὁ θεός, ἐντελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν· οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα συνεῖροτο τὸ εἶναι διὰ τὸ ἐγγύτατα εἶναι τῆς οὐσίας τὸ γίνεσθαι αἰεὶ καὶ τὴν γένεσιν. Τοῦτου δ' αἴτιον, ὥσπερ εἴρηται πολλακίς, ἡ κύκλω φορὰ· μόνη γὰρ συνεχῆς. (8) Διὸ καὶ τᾶλλα ὅσα μεταβάλλει εἰς ἀλλήλα κατὰ τὰ πάθη καὶ τὰς δυνάμεις, οἷον τὰ ἀπλᾶ σώματα, μιμεῖται τὴν κύκλω φορὰν· ὅταν γὰρ ἐξ ὕδατος ἀήρ γένηται καὶ ἐξ αἰέρος πῦρ καὶ πάλιν ἐκ πυρός ὕδωρ, κύκλω φαμέν περιεληλυθέναι τὴν γένεσιν διὰ τὸ πάλιν ἀνακάμπτειν. Ὅσπερ καὶ ἡ εὐθεῖα φορὰ μιμουμένη τὴν κύκλω συνεχῆς ἐστίν. (9) Ἄμα δὲ δῆλον ἐκ τούτων ὅτινες ἀποροῦσιν, διὰ τί ἐκάστου τῶν σωμάτων εἰς τὴν οἰκείαν φερομένου χώρον ἐν τῷ ἀπειρου χρόνῳ οὐ διεσπᾶσι τὰ σώματα. Αἴτιον γὰρ τούτου ἐστὶν ἡ εἰς ἀλλήλα μετάθασις· εἰ γὰρ ἐκάστον ἔμενον ἐν τῇ αὐτοῦ χώρᾳ καὶ μὴ μετέβαλλεν ὑπὸ τοῦ πλησίον, ἤδη ἂν διεσπᾶσθαι. Μεταβάλλει μὲν οὖν διὰ τὴν φορὰν διπλῆν οὖσαν· διὰ δὲ τὸ μεταβάλλειν οὐκ ἐνδέχεται μένειν οὐδὲν αὐτῶν ἐν οὐδεμιᾷ χώρᾳ τεταγμένη. (10) Διότι

ARISTOTELES. II.

que et continua est, et duobus motibus fit. Nam si generatio corruptione futura sit semper continua, semper quippiam quidem moveri necesse est, ut ne mutationes istæ deficiant; sed duobus motibus, ut ne altera dumtaxat eveniat. (4) Continuitatis igitur causa est latio universi; accessus vero et recessus, ipsa declivitas; accidit enim ut interdum procul, interdum prope existat. Atque quum intervallum sit inæquale, motus erit inæqualis. Quare si ex eo generat, quia accedit et prope est; etiam quia abscedit et procul existit, hoc idem corrumpit. Atque si quia sæpenumero accedit, generat; etiam quia sæpe recedit, corrumpit. Contrariorum enim causæ sunt contrariæ. (5) Et generatio atque corruptio secundum naturam æquali in tempore fiunt. Quocirca et cujusque tempus et vita numerum habent, numeroque præfinitur. Omanium enim ordo est: et omne tempus ac vita circuitu mensuratur: verum non eodem omni, sed alia minori, alia majori mensuratur. Alii siquidem annus, alii major, alii minor circuitus, mensura est. (6) Apparent autem et ad sensum hisce quæ dicimus consentanea. Accedente namque sole generationem fieri, et recedente, corruptionem, et in tempore æquali utrumque videmus. Nam corruptionis et generationis naturalis tempus æquabile existit. Sed sæpe accidit ut in minori corruptio fiat, ob mutuam invicem conspirationem. Si enim matrics inæqualis sit, nec omni ex parte eadem, generationes quæque inæquales, et quasdam celeriores, quasdam tardiores esse necesse est. Unde fit ut ob horum generationem alia corrumpi accidat. (7) Semper autem, sicut dictum est, generatio et corruptio continentes erunt, nec unquam deficient, ob eam quam diximus causam: idque ratione optima evenit. Nam quum in omnibus quod præstabilius est natura semper expetere dicatur, præstabilius autem sit esse quam non esse (esse autem quot modis dicamus, alibi dictum), hoc vero in omnibus inesse impossibile sit, propterea quod longe ab ipso principio distent: reliquo modo deus ipse universum complevit, continua facta generatione. Nam ita maxime ipsum esse continenter erit, propterea quod illud, semper inquam generationem fieri, ad substantiam proximè accedit. Cujus rei, ut sæpe diximus, causa circularis latio est; sola enim continens est. (8) Quocirca et cetera alia quæ in sese secundum affectus atque vires transmutari solent, ut corpora simplicia, circularem imitantur lationem. Nam quum ex aqua gignitur aer et ex aere ignis, et rursum ex igni aer, et ex aere aqua: in orbem ire generationem ideo dicimus, quia rursum eodem redit reciprocaturque. Quare et recta horum latio circularem imitata lationem continens existit. (9) Simul ex hisce colliquet id quod nonnulli addubitant: cur, quum corporum quodque ad suum feratur focus, in tempore infinito corpora diducta separataque non fuerunt. Nam mutua in sese migratio, hujusce rei causa est. Si enim in suo quodque loco mansisset, nec a vicino fuisset transmutatum: jam separata forent atque discreta. Transmutantur igitur ob lationem, quæ duplex est; et quia transmutationem subeunt, fieri non potest ut ex ipsis ullum aliquo in loco stato maneat. (10) Quod igitur generatio sit atque

30

μὲν οὖν ἔστι γένεσις καὶ φθορὰ καὶ διὰ τίν' αἰτίαν, καὶ τί τὸ γενητὸν καὶ φθαρόν, φανερόν ἐκ τῶν εἰρημέων. Ἐπεὶ δ' ἀνάγκη εἶναι τι τὸ κινουόν, εἰ κινήσις ἔσται, ὡσπερ εἴρηται πρότερον ἐν ἑτέροις, καὶ εἰ αἰεὶ, ὅτι αἰεὶ
 6 τὸ δεῖ εἶναι, καὶ εἰ συνεχῆς, ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἀκίνητον καὶ ἀγενήτον καὶ ἀναλλοιώτων· καὶ εἰ πλείους ἔεν αἱ κύκλω κινήσεις, πλείους μὲν, πάσας δὲ πως εἶναι ταύτας ἀνάγκη ὑπὸ μιᾶν ἀρχήν· συνεχῶς δ' ὄντος τοῦ χρόνου ἀνάγκη τὴν κίνησιν συνεχῆ εἶναι, εἴπερ ἀδύνατον χρό-
 10 νον χωρὶς κινήσεως εἶναι· συνεχῶς ἄρα τινὸς ἀριθμὸς ὁ χρόνος· τῆς κύκλω ἄρα, καθάπερ ἐν τοῖς ἐν ἀρχῇ λόγοις διωρίσθη. (11) Συνεχῆς δ' ἡ κινήσις πότερον τῷ τὸ κινούμενον συνεχῆς εἶναι ἢ τῷ τὸ ἐν ᾧ κινεῖται, οἷον τὸν τόπον λέγω ἢ τὸ πάθος; δῆλον δὲ ὅτι τῷ τὸ
 15 κινούμενον· πῶς γὰρ τὸ πάθος συνεχῆς ἀλλ' ἢ τῷ τὸ πρᾶγμα ᾧ συμβέβηκε συνεχῆς εἶναι; εἰ δὲ καὶ τῷ ἐν ᾧ, μόνω τοῦτο τῷ τόπῳ ὑπάρχει· μέγεθος γὰρ τι ἔχει, τοῦτου δὲ τὸ κύκλω μόνον συνεχῆς, ὥστε αὐτὸ αὐτῷ αἰεὶ συνεχῆς. Τοῦτο ἄρα ἔστιν ὁ ποιεῖ συνεχῆ κίνησιν,
 20 τὸ κύκλω σῶμα φερόμενον· ἢ δὲ κινήσις τὸν χρόνον.

corruptio, et quam ob causam, et quid generabile et corruptibile, ex his quæ diximus manifestum est. Quom autem sit necesse, quippiam esse movens, si futurum est ut sit motus, quemadmodum antea dictum est in allis; et si motus semper sit, semper esse quippiam movens; et si continuus, unum idemque et immobile et ab alteratione generationeve immune; et si plures sint motus circulares, plura quidem, sed omnia hæc quodammodo sub uno esse principio necesse sit; et quom tempus sit continuum, motum esse continuum, siquidem fieri nequit ut sit tempus sine motu: tempus profecto continui cuiuspiam numerus erit: ejus igitur qui in gyrum est, sicuti in iis quæ initio diximus, præfinitum est. (11) Sed utrum motus ideo est continuus, quia id quod motum subit, continuum sit, an quia id in quo fit motus, locus inquam aut affectus? palam sane est, motum ideo continuum esse, quia id quod movetur, continuum est. Nam quo pacto continuus est affectus, nisi quia res ea cui accidit, continua est? Si vero et quia id in quo, hoc soli loco competit: quippe qui magnitudinem quandam habeat: e magnitudinibus autem sola circularis continua est, adeo ut ipsa sibi semper continua sit. Corpus igitur circulare quod ferri assolet, motum facit continuum; motus vero, tempus.

CAP. XI.

Ἐπεὶ δ' ἐν τοῖς συνεχῶς κινουμένοις κατὰ γένεσιν ἢ ἀλλοίωσιν ἢ ὄλως μεταβολὴν ὀρώμεν τὸ ἐφεξῆς ὄν καὶ γινόμενον τὸδε μετὰ τὸδε ὥστε μὴ διαλείπειν, σκεπτεόν πότερον ἔστι τι εἰς ἀνάγκης ἔσται, ἢ οὐδέν,
 25 ἀλλὰ πάντα ἐνδέχεται μὴ γενέσθαι. Ὅτι μὲν γὰρ ἔνια, δῆλον, καὶ εὐθύς τὸ ἔσται καὶ τὸ μέλλον ἕτερον διὰ τοῦτο· ὁ μὲν γὰρ ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι ἔσται, δεῖ τοῦτο εἶναι ποτε ἀληθὲς ὅτι ἔστιν· ὁ δὲ νῦν ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι μέλλει, οὐδὲν κωλύει μὴ γενέσθαι· μέλλων γὰρ
 30 ἂν βαδίζειν τις οὐκ ἂν βαδίσειεν. (2) Ὅλως δ', ἐπεὶ ἐνδέχεται ἔνια τῶν ὄντων καὶ μὴ εἶναι, δῆλον ὅτι καὶ τὰ γινόμενα οὕτως ἔχει, καὶ οὐκ εἰς ἀνάγκης τοῦτ' ἔσται. Πότερον οὖν ἅπαντα τοιαῦτα ἢ οὐ, ἀλλ' ἔνια ἀναγκαῖον ἀπλῶς γίνεσθαι, καὶ ἔστιν ὡσπερ ἐπὶ τοῦ εἶναι τὰ μὲν
 35 ἀδύνατα μὴ εἶναι τὰ δὲ δυνατά, οὕτως καὶ περὶ τὴν γένεσιν; οἷον τροπὰς ἄρα ἀνάγκη γενέσθαι, καὶ οὐχ οἴοντε μὴ ἐνδέχεσθαι. (3) Εἰ δὲ τὸ πρότερον ἀνάγκη γενέσθαι, εἰ τὸ ὕστερον, ἔσται, οἷον εἰ οἰκία, θεμελίον, εἰ δὲ τοῦτο, πηλὸν ἄρ' οὖν καὶ εἰ θεμελίος γέγονεν,
 40 ἀνάγκη οἰκίαν γενέσθαι; ἢ οὐκέτι, εἰ μὴ κάκεινο ἀνάγκη γενέσθαι ἀπλῶς· εἰ δὲ τοῦτο, ἀνάγκη καὶ θεμελίου γενομένου γενέσθαι οἰκίαν· οὕτω γὰρ ἦν τὸ πρότερον ἔχον πρὸς τὸ ὕστερον, ὡστ' εἰ ἐκεῖνο ἔσται, ἀνάγκη ἐκεῖνο πρότερον. (4) Εἰ τοίνυν ἀνάγκη γενέσθαι τὸ
 45 ὕστερον, καὶ τὸ πρότερον ἀνάγκη· καὶ εἰ τὸ πρότερον, καὶ τὸ ὕστερον τοίνυν ἀνάγκη, ἀλλ' οὐ δι' ἐκεῖνο, ἀλλ' ὅτι ὑπέκειτο εἰς ἀνάγκης ἐσόμενον. Ἐν οἷς ἄρα τὸ ὕστερον ἀνάγκη εἶναι, ἐν τούτοις ἀντιστρέφει, καὶ αἰεὶ τοῦ προτέρου γενομένου ἀνάγκη γενέσθαι τὸ ὕστε-
 50 ρον. (5) Εἰ μὲν οὖν εἰς ἄπειρον εἰσιν ἐπὶ τὸ κάτω, οὐκ ἔσται ἀνάγκη τὸ ὕστερον τὸδε γενέσθαι ἀπλῶς. Ἄλλ' οὐδ' εἰς ὑποθέσεως· αἰεὶ γὰρ ἕτερον ἐμπροσθεν

Quom autem in iis quæ per ortum alterationemve, aut omnino transmutationem continenter moventur, hoc post hoc deinceps esse ac oriri in tantum ut non deficiant, videamus: utrum quippiam sit, quod erit necessario, an nihil, sed omnia non fore contingat, considerandum est. Palam enim est, quod nonnulla. Atque continuo fore et esse futurum, hac de causa diversa sunt. Nam de quo verum est dicere ipsum fore, de eo tandem hoc ipsum inquam esse, verum sit oportet: de quo vero nunc verum est dicere ipsum fore, hoc non esse futurum nihil vetat. Nam tametsi futurum est ut quispiam ambulet: tamen fieri potest ut non ambulet. (2) Omnino autem quom ex entibus nonnulla, et esse et non esse contingat: quod et ea quæ gigni solent ita sese habebunt, et non necessario erunt, apertum est. Utrum igitur universa sunt ejusmodi, an non, sed aliqua simpliciter fore necessarium est; et sicut in ipso esse fit ut quædam non possint non esse, quædam possint non esse, sic et in ipsa quoque generatione? verbi gratia, solstitia fore necesse est, nec fieri potest ut non contingant. (3) Si igitur prius fore necesse est, si posterius erit, ut si domus, fundamentum, si vero fundamentum, lutum: an ergo, si fundamentum factum est, domum quoque fore necesse est? an non adhuc, nisi et eam fore simpliciter necesse sit? quodsi hoc sit, facto fundamento fore domum necesse est. Nam sic prius sese habet ad posterius. Qua de causa si hoc erit, ante fore illud est necesse. (4) Si itaque est necesse fore posterius, prius quoque necesse est: et si prius, etiam posterius. Verum non ob illud, sed quia necessario futurum, supponebatur. In quibus ergo posterius esse necesse est, in hisce recurrit; semperque, si prius est factum, posterius fore necesse est. (5) Quodsi deorsum versus in infinitum abeant, haudquaquam ex posterioribus hocce fore simpliciter, sed ne ex suppositione quidem, erit necesse. Nam

ἀνάγκη ἔσται, δι' ὃ ἐκεῖνο ἀνάγκη γενέσθαι. Ὡστ' εἰ μὴ ἔστιν ἀρχὴ τοῦ ἀπείρου, οὐδὲ πρῶτον ἔσται οὐδέν, δι' ὃ ἀναγκαῖον ἔσται γενέσθαι. (6) Ἄλλὰ μὴν οὐδ' ἐν τοῖς πέρασ ἔχουσι τοῦτ' ἔσται εἰπεῖν ἀληθῶς, ὅτι ἀπλῶς ἀνάγκη γενέσθαι, ὅσον οἰκίαν, δεκν θεμέλιος γίνηται· δεκν γὰρ γένηται, εἰ μὴ αἰεὶ τοῦτο ἀνάγκη γίνεσθαι, συμβῆσεται αἰεὶ εἶναι τὸ ἐνδεχόμενον μὴ αἰεὶ εἶναι. Ἄλλὰ δεῖ τῇ γενέσει αἰεὶ εἶναι, εἰ ἐξ ἀνάγκης αὐτοῦ ἔστιν ἡ γένεσις· τὸ γὰρ ἐξ ἀνάγκης καὶ αἰεὶ ἀμα-
 10 δ γὰρ εἶναι ἀνάγκη οὐχ οἶόντε μὴ εἶναι· ὡστ' εἰ ἔστιν ἐξ ἀνάγκης, αἰδιόν ἐστι, καὶ εἰ αἰδιόν, ἐξ ἀνάγκης. Καὶ εἰ ἡ γένεσις τοίνυν ἐξ ἀνάγκης, αἰδιός ἡ γένεσις τούτου, καὶ εἰ αἰδιός, ἐξ ἀνάγκης. Εἰ ἄρα τινὸς ἐξ ἀνάγκης ἀπλῶς ἡ γένεσις, ἀνάγκη ἀνακυκλεῖν καὶ
 16 ἀνακάμπτειν. Ἀνάγκη γὰρ ἦτοι πέρασ ἔχειν τὴν γένεσιν ἢ μή, καὶ εἰ μή, ἢ εἰς εὐθὺ ἢ κύκλω. Τούτων δ' εἴπερ ἔσται αἰδιός, οὐκ εἰς εὐθὺ οἶόντε διὰ τὸ μηδαμῶς εἶναι ἀρχὴν μῆτ' ἂν κάτω, ὡς ἐπὶ τῶν ἐσομένων λαμβάνομεν, μῆτ' ἄνω, ὡς ἐπὶ τῶν γινομένων.
 20 ἀνάγκη δ' εἶναι ἀρχὴν, μὴ πεπερασμένης οὐσης, καὶ αἰδιόν εἶναι. Διὸ ἀνάγκη κύκλω εἶναι. Ἀντιστρέφειν ἄρα ἀνάγκη ἔσται, ὅσον εἰ τοδὶ ἐξ ἀνάγκης, καὶ τὸ πρότερον ἄρα· ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο, καὶ τὸ ὑστερον ἀνάγκη γενέσθαι. Καὶ τοῦτο αἰεὶ δὴ συνεχῶς· οὐδὲν
 26 γὰρ τοῦτο διαφέρει λέγειν διὰ δύο ἢ πολλῶν. Ἐν τῇ κύκλω ἄρα κινήσει καὶ γενέσει ἔσται τὸ ἐξ ἀνάγκης ἀπλῶς· καὶ εἴτε κύκλω, ἀνάγκη ἕκαστον γίνεσθαι καὶ γεγονέναι, καὶ εἰ ἀνάγκη, ἢ τούτων γένεσις κύκλω. (7) Ταῦτα μὲν δὴ εὐλόγως, ἐπεὶ αἰδιός καὶ ἄλλως ἐφάνη
 30 ἢ κύκλω κινήσει καὶ εἰ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι ταῦτα ἐξ ἀνάγκης γίνεσται καὶ ἔσται, δεκν ταύτης κινήσεις καὶ δεκν διὰ ταύτην· εἰ γὰρ τὸ κύκλω κινούμενον αἰεὶ τι κινεῖ, ἀνάγκη καὶ τούτων κύκλω εἶναι τὴν κίνησιν, ὅσον τῆς ἄνω φορᾶς οὐσης ὁ ἥλιος κύκλω ὠδί, ἐπεὶ
 36 δ' οὕτως, αἰ ὄρισι διὰ τοῦτο κύκλω γίνονται καὶ ἀνακάμπτουσιν, τούτων δ' οὕτω γινομένων πάλιν τὰ ὑπὸ τούτων. (8) Τί οὖν δὴ ποτε τὰ μὲν οὕτω φαίνεται, ὅσον ὕδατα καὶ ἀτμὴ κύκλω γινομένα, καὶ εἰ μὲν νέφος ἔσται, δεῖ ὕσαι, καὶ εἰ ὕσαι γε, δεῖ καὶ νέφος εἶναι,
 40 ἀνθρωποὶ δὲ καὶ ζῶα οὐκ ἀνακάμπτουσιν εἰς αὐτοὺς ὥστε πάλιν γίνεσθαι τὸν αὐτὸν; οὐ γὰρ ἀνάγκη, εἰ ὁ πατὴρ ἐγένετο, σὲ γενέσθαι· ἀλλ' εἰ σύ, ἐκείνον. Εἰς εὐθὺ δὲ εἴκειν εἶναι αὕτη ἡ γένεσις. (9) Ἀρχὴ δὲ τῆς σκέψεως πάλιν αὕτη, πότερον ὁμοίως ἅπαντα ἀνακάμπτει ἢ οὐ, ἀλλὰ τὰ μὲν ἀριθμῶ τὰ δὲ εἶδει μόνον. Ὅσων μὲν οὖν ἀφθαρτος ἢ οὐσία ἢ κινουμένη, φανερόν ἐστι καὶ ἀριθμῶ ταῦτα ἔσται (ἢ γὰρ κινήσει ἀκολουθεῖ τῷ κινουμένῳ), δεκν δὲ μὴ ἀλλὰ φθαρτῆ, ἀνάγκη τῶν εἶδει, ἀριθμῶ δὲ μὴ ἀνακάμπτειν. Διὸ
 50 ὕδωρ ἐξ ἀέρος καὶ ἀτμὴ ἐξ ὕδατος εἶδει ὁ αὐτός, οὐκ ἀριθμῶ. Εἰ δὲ καὶ ταῦτα ἀριθμῶ, ἀλλ' οὐχ ὧν ἢ οὐσία γίνεσται οὕσα τοιαύτη οἶα ἐνδέχεσθαι μὴ εἶναι.

semper aliud ante necessario erit : quocirca et illud fore, necessarium erit. Quare si infiniti non sit principium, nec primum quicquam erit, ob quod fore erit necessarium. (6) At vero nec in iis quidem quæ finem habent atque terminum, hoc vere dici continget : simpliciter inquam fore quippiam, ut domum, quum factum fuerit fundamentum. Nam quum fuerit factum : nisi semper eam fieri sit necesse, semper id esse quod potest non esse, eveniet. At generatione semper sit est necesse, si ipsius generatio necessario sit; nam necessario et semper, simul sunt; quod enim esse est necesse, non potest non esse. Quare si quid necessario est, sempiternum est : et si sempiternum est, necessario est. Si itaque hujusce generatio necessario est, sempiterna est : et si sempiterna, necessario. Si igitur generatio cuiuspiam necessario simpliciter sit, in orbem eat eodemque revertatur necesse est. Nam generationem aut terminum habere, aut non habere, necesse est : et, si non habeat, aut in rectum, aut in circulum. Horum autem si sempiterna sit, in rectum minime possibile est : quia nequaquam sit principium, neque deorsum ut in futuris accipimus, neque sursum ut in iis quæ jam facta sunt. At esse principium, si finita non sit, atque eam sempiternam esse necesse est. Quocirca circularis sit, est necesse. Igitur regressum fieri necesse erit : ut si hoc necessario sit, ergo et prius. At vero si hoc, et posterius fore erit necesse. Atque hoc semper continue : nihil enim refert, per duo an multa hoc dicamus. Igitur necessario simpliciter circulari motui atque generationi competit. Et si in orbem fiat generatio, fore quodque et esse factum necesse est : et si necesse sit, horum generatio circularis erit. (7) Hæc itaque non sine ratione accidunt, quandoquidem et alio modo motus ille circularis atque celestis perpetuus apparuit. Nam hæc necessario fiunt et erunt, quæcumque hujusce motiones sunt, et quæcumque propter hunc fiunt motum. Nam si id quod in orbem movetur, aliqua semper moveat, eorum quoque motum circularem esse necesse est; ut si supera latio orbita sit, sol orbita movetur. Quoniam autem hoc pacto movetur, hæc sane de causa anni tempora in circulum fiunt redeuntque. Quæ quum ita fiant, omnia profecto quæ sub ipsis sunt, hand secus fient. (8) Curnam igitur quædam ita fieri videntur, nempe circulatim oriri, ut pluvia et aer (nam si nubes erat, pluat etiam oportet : et si pluet, nubem quoque fore convenit); homines vero et animalia in sese non redeunt remeantque, ita ut idem rursus oriatur? Non enim si pater sit, te fore; sed illum, si tu sis, necesse est. Hæc autem generatio in rectum proficisci videtur. (9) Rursus autem hoc considerationis iuitium sumatur : similine modo universa redeant an non, sed quædam numero, quædam specie solum? Quorum igitur substantia motum subiens incorruptibilis est, ea omnia, ut patet, etiam numero eadem redire solent (nam motus id comitari solet, quod motu cietur; quorum vero non, sed corruptibilis : specie, non item numero, reverti necesse est. Quocirca quum ex aere aqua fit, et ex aqua aer, aer specie idem, non numero, redit. Quodsi et eadem numero aliqua redeant, non tamen ea quorum substantia ortum subit, ejuscemodi existens, quæ non esse possit.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΤΑ
ΜΕΤΑ ΤΑ ΦΥΣΙΚΑ.

ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

ARISTOTELIS
METAPHYSICORUM

LIBER I.

[Pag. 3, 4 Brand.]

CAP. I.

(980,981 Bkk.)

Πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι δρέγονται φύσει· ση-
μείον δ' ἡ τῶν αἰσθήσεων ἀγάπησις· καὶ γὰρ χωρὶς τῆς
χρείας ἀγαπῶνται δι' αὐτάς, καὶ μάλιστα τῶν ἄλλων
ἢ διὰ τῶν ὀμμάτων. Οὐ γὰρ μόνον ἵνα πράττωμεν,
ἢ ἀλλὰ καὶ μηθὲν μέλλοντες πράττειν τὸ δρᾶν αἰρούμεθα
ἀντὶ πάντων ὡς εἰπεῖν τῶν ἄλλων. Λίτιον δ' ἔστι μάλ-
ιστα ποιεῖ γνωρίζειν τι ἡμᾶς αὐτῆ τῶν αἰσθήσεων καὶ
πολλὰς δηλοῖ διαφοράς. (2) Φύσει μὲν οὖν αἰσθησιν
ἐχόντα γίνεται τὰ ζῶα, ἐκ δὲ τῆς αἰσθήσεως τοῖς μὲν
10 αὐτῶν οὐκ ἐγγίγνεται μνήμη, τοῖς δ' ἐγγίγνεται. Καὶ
διὰ τοῦτο ταῦτα φρονιμώτερα καὶ μαθητικώτερα τῶν
μὴ δυναμένων μνημονεῦειν ἐστίν. Φρόνιμα μὲν ἄνευ
τοῦ μαθᾶναι, ὅσα μὴ δύναται τῶν ψόφων ἀκούειν, οἷον
μελιττα, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἄλλο γένος ζῴων ἐστίν· μα-
15 θᾶναι δ' ὅσα πρὸς τῇ μνήμῃ καὶ ταύτῃ ἔχει τὴν αἰ-
σθησιν. (3) Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ταῖς φαντασίαις ζῆ καὶ
ταῖς μνήμαις, ἐμπειρίας δὲ μετέχει μικρόν· τὸ δὲ τῶν
ἀνθρώπων γένος καὶ τέχνη καὶ λογισμοῖς. (4) Γίγνεται
δ' ἐκ τῆς μνήμης ἐμπειρία τοῖς ἀνθρώποις· αἱ γὰρ πολ-
20 λαὶ μνήμαι τοῦ αὐτοῦ πράγματος μίᾳ ἐμπειρίας δύνα-
μιν ἀποτελοῦσιν. Καὶ δοκεῖ σχεδὸν ἐπιστήμη καὶ
τέχνη ὅμοιον εἶναι ἢ ἐμπειρία. Ἀποβαίνει δ' ἐπιστήμη
καὶ τέχνη διὰ τῆς ἐμπειρίας τοῖς ἀνθρώποις· ἡ μὲν γὰρ
ἐμπειρία τέχνην ἐποίησεν, ὡς φησὶ Πύλλος, ὀρθῶς λέ-
25 γων, ἢ δ' ἀπειρία τύχην. (5) Γίγνεται δὲ τέχνη, ὅταν
ἐκ πολλῶν τῆς ἐμπειρίας ἐννοημάτων μία καθόλου γέ-
νηται περὶ τῶν ὁμοίων ὑπόληψις. Τὸ μὲν γὰρ ἔχειν
ὑπόληψιν ὅτι Καλλιὰ κάμνοντι τὴνδὲ τὴν νόσον τοδὶ
συνήνεγκε καὶ Σωκράτει καὶ καθ' ἕκαστον οὕτω πολ-
30 λοις, ἐμπειρίας ἐστίν· τὸ δ' ὅτι πᾶσι τοῖς τοιοῖσδε
κατ' εἶδος ἐν ἀφορισθεῖσι, κάμνουσι τὴνδὲ τὴν νόσον,
συνήνεγκεν, οἷον τοῖς φλεγματώδεσιν ἢ γολώδεσιν ἢ πυ-
ρέττουσι καύσω, τέχνης. (6) Πρὸς μὲν οὖν τὸ πράτ-
τειν ἐμπειρία τέχνης οὐδὲν δοκεῖ διαφέρειν, ἀλλὰ καὶ
35 μᾶλλον ἐπιτυγχάνοντας ὀρώμεν τοὺς ἐμπείρους τῶν ἄνευ
τῆς ἐμπειρίας λόγον ἐχόντων. Αἴτιον δ' ὅτι ἡ μὲν
ἐμπειρία τῶν καθ' ἕκαστόν ἐστι γνώσις, ἡ δὲ τέχνη
τῶν καθόλου, αἱ δὲ πράξεις καὶ αἱ γενέσεις πᾶσαι περὶ

Ombes homines natura scire desiderant. Signum autem
est sensuum dilectio : nam et absque usu propter se ipsos
amantur ; præ ceteris autem, qui per oculos fit : non enim
ut agamus solum, verum etiam nil acturi, ipsum videre
præ omnibus aliis (ut ita dicam) eligimus. Causa autem
est quod sensuum hic vel maxime nos cognoscere quicquam
facit, multasque differentias manifestat. (2) Natura itaque
animalia sensum habentia fiunt : a sensu vero quibusdam
eorum non innascitur memoria, quibusdam vero innascitur.
Et ob hoc prudentiora et disciplinarum capaciora sunt hæc,
quam illa quæ memorare non possunt. Prudentia quidem,
absque eo quod discant, quæcumque scilicet audire sonos
non possunt, ut apes, et si quod animalium genus simile est :
discunt autem quæcumque una cum memoria hunc quoque
sensum habent. (3) Cetera igitur phantasiis ac memoriis
vivunt, experientia vero parum participant : humanum
autem genus arte etiam ac ratiocinationibus. (4) Fit autem
ex memoria experientia hominibus. Multæ etenim ejus-
dem rei memoriæ unius experientiæ vim efficiunt. Quare
experientia præne simile quid scientiæ ac arti esse videtur.
Per experientiam autem ars et scientia hominibus efficitur.
Experientia enim, ut recte ait Polus, artem efficit, impe-
ritia vero casum. (5) Fit autem ars, quæ e multis expe-
rientalibus notionibus una de similibus universalis existi-
matio fiat. Existimare etenim, quod Calliæ hoc morbo
laboranti hoc conducit, similiter Socrati ac singillatim aliis
multis, experientiæ : quod autem omnibus hujuscemodi
secundum unam speciem determinatis hoc morbo laboran-
tibus conducit, utpote phlegmaticis, ac cholericis, aut
febre ardente laborantibus, hoc artis proprium est. (6) Ad
agendum itaque nihil videtur experientia differre ab arte :
quin imo videmus expertos magis id quod intendunt, con-
sequi, quam illos qui rationem absque experientia tenent.
Causa vero est, quod experientia singularium, ars autem
universalium cognitio est. Actiones autem ac generatio-

τὸ καθ' ἑκάστον εἰσιν· οὐ γὰρ ἄνθρωπον ὑγιαίνει ὁ ἰα-
 τρεύων, πλὴν ἄλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ Καλλίαν
 ἢ Σωκράτην ἢ τῶν ἄλλων τινὰ τῶν οὕτω λεγομένων,
 ᾧ συμβέβηκε καὶ ἀνθρώπων εἶναι. (7) Ἐὰν οὖν ἀνευ
 5 τῆς ἐμπειρίας ἔχῃ τις τὸν λόγον, καὶ τὸ καθόλου μὲν γνω-
 ρίῃ, τὸ δ' ἐν τούτῳ καθ' ἑκάστον ἀγνοῇ, πολλάκις δια-
 μαρτυρήσεται τῆς θεραπείας· θεραπεία τὸν γὰρ τὸ καθ' ἑκά-
 στον μᾶλλον. Ἄλλ' ὁμοίως τό γε εἰδέναι καὶ τὸ ἐπαίειν
 τῇ τέχνῃ τῆς ἐμπειρίας ὑπάρχειν οἰόμεθα μᾶλλον, καὶ
 10 σοφωτέρους τοὺς τεχνίτας τῶν ἐμπείρων ὑπολαμβάνο-
 μεν, ὡς κατὰ τὸ εἰδέναι μᾶλλον ἀκολουθοῦσαν τὴν σο-
 φίαν πᾶσιν. Τοῦτο δ', ὅτι οἱ μὲν τὴν αἰτίαν ἴσασιν,
 οἱ δ' οὐ. Οἱ μὲν γὰρ ἐμπειροὶ τὸ ἐπι μὲν ἴσασιν, διότι
 δ' οὐκ ἴσασιν· οἱ δὲ τὸ διότι καὶ αἰτίαν γνωρίζουσι.
 15 (8) Διὸ καὶ τοὺς ἀρχιτέκτονας περὶ ἑκάστον τιμωτέρους
 καὶ μᾶλλον εἰδέναι νομίζομεν τῶν χειροτεχνῶν καὶ σο-
 φωτέρους, ὅτι τὰς αἰτίας τῶν ποιουμένων ἴσασιν, τοὺς
 δ' ὡσπερ καὶ τῶν ἀψύχων ἕνια, ποιεῖν μὲν, οὐκ εἰδότες
 δὲ ποιεῖν ἀ ποιεῖ, οἷον καίει τὸ πῦρ. Τὰ μὲν οὖν
 20 ἀψυχα φύσει τινὲ ποιεῖν τούτων ἑκάστον, τοὺς δὲ χει-
 ροτέχνους δι' ἔθος ὡς οὐ κατὰ τὸ πρακτικὸς εἶναι σοφω-
 τέρους ὄντας, ἀλλὰ κατὰ τὸ λόγον ἔχειν αὐτοὺς καὶ τὰς
 αἰτίας γνωρίζειν. (9) Ὅπως τε σημείον τοῦ εἰδότες τὸ
 δύνασθαι διδάσκειν ἐστί, καὶ διὰ τοῦτο τὴν τέχνην τῆς
 25 ἐμπειρίας οἰόμεθα μᾶλλον ἐπιστήμην εἶναι· δύνανται
 γάρ, οἱ δὲ οὐ δύνανται διδάσκειν. Ἐπι δὲ τῶν αἰσθη-
 σεων οὐδεμίαν ἡγούμεθα εἶναι σοφίαν· καίτοι κυριώ-
 ταταί γ' εἰσὶν αὗται τῶν καθ' ἑκάστα γνώσεις· ἀλλ' οὐ
 λέγουσι τὸ διὰ τί περὶ οὐδενός, οἷον διὰ τί θερμὸν τὸ
 30 πῦρ, ἀλλὰ μόνον ὅτι θερμόν. (10) Τὸ μὲν οὖν πρῶτον
 ἐκὸς τὸν ὅποιον εὐρόντα τέχνην παρὰ τὰς κοινὰς
 αἰσθήσεις θαυμάζεσθαι ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, μὴ μόνον
 διὰ τὸ χρήσιμον εἶναι τι τῶν εὐρεθέντων, ἀλλ' ὡς σοφὸν
 καὶ διαφέροντα τῶν ἄλλων. Πλείονον δ' εὐρισκομέ-
 35 νων τεχνῶν, καὶ τῶν μὲν πρὸς ἀναγκαῖα τῶν δὲ πρὸς
 διαγωγὴν οὐσῶν, αἰεὶ σοφωτέρους τοὺς τοιοῦτους ἐκείνων
 ὑπολαμβάνομεν, διὰ τὸ μὴ πρὸς χρῆσιν εἶναι τὰς ἐπι-
 στήμας αὐτῶν. (11) Ὅθεν ἤδη πάντων τῶν τοιοῦτων
 κατεσκευασμένων αἰ μὴ πρὸς ἡδονὴν μηδὲ πρὸς ἀναγκ-
 40 καῖα τῶν ἐπιστημῶν εὐρέθησαν, καὶ πρῶτον ἐν τού-
 τοις τόποις οὐπερ ἐσχόλασαν. Διὸ περὶ Αἴγυπτον αἰ
 μαθηματικαὶ πρῶτον τέχναι συνέστησαν· ἐκεῖ γὰρ
 ἀφείθη σχολάζειν τὸ τῶν ἱερέων ἔθος. (12) Εἴρηται
 μὲν οὖν ἐν τοῖς Ἑλλήκοις τίς διαφορά τέχνης καὶ ἐπιστή-
 45 μης καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἁπογενοῦν· οὐ δ' ἕνεκα νῦν
 ποιούμεθα τὸν λόγον, τοῦτ' ἐστίν, ὅτι τὴν ὀνομαζομένην
 σοφίαν περὶ τὰ πρῶτα αἰτία καὶ τὰς ἀρχὰς ὑπολαμβάνο-
 νοῦσι πάντες, ὥστε, καθάπερ εἴρηται πρότερον, ὁ μὲν
 ἐμπειρος τῶν ὀποιούντων ἔχοντων αἰσθησιν εἶναι δοκεῖ
 50 σοφώτερος, ὁ δὲ τεχνίτης τῶν ἐμπείρων, χειροτέχνου δὲ
 ὁ ἀρχιτέκτων, αἱ δὲ θεωρητικαὶ τῶν ποιητικῶν μᾶλλον.
 Ὅτι μὲν οὖν ἡ σοφία περὶ τινὰς αἰτίας καὶ ἀρχὰς ἐστὶν
 ἐπιστήμη, δῆλον.

nes omnes circa singulare sunt : non enim hominem , nisi
 per accidens , sanat qui medetur , sed Calliam , aut Socra-
 tem , aut alium quempiam eorum qui sic dicuntur , cui ac-
 cidit homini esse. (7) Si quis itaque rationem absque ex-
 perientia teneat , et universale quidem cognoscat , quod
 autem sub eo particulare est , ignoret , saepenumero aberrabit
 a sanando : id enim magis sanabile est , quod singulare est.
 Nihilominus scire et cognoscere magis arti quam experien-
 tia arbitramur inesse ; ac eos qui artem tenent , quam eos
 qui experientiam habent , sapientiores esse putamus , eo
 quod sapientia propter scientiam magis omnes sequitur.
 Hoc autem , quoniam illi quidem sciunt causam , hi vero mi-
 nime : experti etenim sciunt quidem quod est , propter quod
 autem nesciunt ; illi vero , propter quod et causam cognos-
 cunt. (8) Quare et eos qui in quaque re architecti sunt ,
 honorabiliores et doctiores , ac eis qui manibus operantur ,
 sapientiores putamus , quoniam causas eorum quæ fiunt ,
 sciunt : illi vero , sicut et quæ inanimata , faciunt quidem ,
 sed nescientia faciunt ea quæ faciunt , ut ignis comburit .
 Sed inanimata natura quadam horum singula faciunt ; ma-
 nibus autem laborantes , propter consuetudinem : tanquam
 sapientiores sint , non prout activi sunt , sed prout ratio-
 nem habent , causasque cognoscunt. (9) Et prorsus signum
 scientis est , posse docere . Quamobrem magis artem quam
 experientiam , scientiam esse putamus . Illi enim possunt ,
 hi vero minime possunt docere . Præterea sensum nullum
 putamus sapientiam esse ; tametsi singularium hæ maxime
 propriæ cognitiones sunt : de nullo tamen dicunt propter
 quid , ut propter quid calidus ignis , sed solum quod calidus .
 (10) Primum itaque cuiuscumque artis supra com-
 munitis sensus inventorem , non solum quoniam utile esset
 quod inventum erat , verum etiam ut sapientem , et ceteris
 præstantem (ut verisimile est) homines admirabantur .
 Quum autem plures artes invenirentur , quarum aliæ ad
 necessaria , aliæ ad oblectandum essent , semper tales sa-
 pientiores illis putamus , quod eorum scientiæ non ad uti-
 litatem essent . (11) Quo fit ut huiusmodi jam omnibus
 institutis , illæ sapientiarum , quæ neque ad degendum
 voluptarie , neque ad necessaria conducunt , inventæ sint ,
 et in illis locis primo , ubi vacabant ; quare circa Ægyptium
 primum mathematicæ artes constitutæ sunt : illic enim
 genti sacerdotum vacare permissum est . (12) Dictum au-
 tem in Moralibus est , quænam sit artis et scientiæ dif-
 ferentia , ac ceterorum quæ ejusdem generis sunt . Cujus
 autem gratia nunc sermonem facimus , illud est , quod ap-
 pellatam sapientiam circa primas causas et principia omnes
 arbitrantur versari . Quare (ut dictum est prius) expertus
 quidem sensum quemcunque habentibus sapientior esse
 videtur : artifex vero , expertis : architectus etiam , manibus
 laborante : speculativi autem , factivis . Quod igitur sa-
 pientia circa aliquas causas et principia scientia sit , patet .

CAP. II.

Ἐπει δὲ ταύτην τὴν ἐπιστήμην ζητοῦμεν, τοῦτ' ἂν εἴη σκοπεῖον, ἥ περὶ ποίας αἰτίας καὶ περὶ ποίας ἀρχῆς ἐπιστήμη σοφία ἐστίν. Ἐὶ δὴ λάβοι τις τὰς ὑπολήψεις ἃς ἔχομεν περὶ τοῦ σοφοῦ, τάχ' ἂν ἐκ τούτου φανερόν γένοιτο μᾶλλον. (2) Ἰπολαμβάνομεν δὴ πρῶτον μὲν ἐπίστασθαι πάντα τὸν σοφὸν ὡς ἐνδέγεται, μὴ καθ' ἕκαστον ἔχοντα ἐπιστήμην αὐτῶν· εἶτα τὸν τὰ χαλεπὰ γινῶναι δυνάμενον καὶ μὴ βράδια ἀνθρώπῳ γινώσκειν, τοῦτον σοφόν (τὸ γὰρ αἰσθάνεσθαι πάντων κοινόν, διὸ βράδιον, καὶ οὐδὲν σοφόν)· εἶτι τὸν ἀκριβέστερον καὶ τὸν διδασκαλικώτερον τῶν αἰτίων σοφώτερον εἶναι περὶ πᾶσαν ἐπιστήμην. (3) Καὶ τῶν ἐπιστημῶν δὲ τὴν αὐτῆς ἕνεκεν καὶ τοῦ εἰδέναι χάριν αἰρετὴν οὖσαν μᾶλλον εἶναι σοφίαν ἢ τὴν τῶν ἀποβαινόντων ἕνεκεν, καὶ τὴν ἀρχικωτέραν τῆς ὑπηρετούσης μᾶλλον εἶναι σοφίαν· οὐ γὰρ δεῖν ἐπιτάττεσθαι τὸν σοφὸν ἀλλ' ἐπιτάττειν, καὶ οὐ τοῦτον ἐτέρῳ πειθεσθαι, ἀλλὰ τούτῳ τὸν ἥττον σοφόν. (4) Τὰς μὲν οὖν ὑπολήψεις τοιαύτας καὶ τοσαύτας ἔχομεν περὶ τῆς σοφίας καὶ τῶν σοφῶν. Τούτων δὲ τὸ μὲν πάντα ἐπίστασθαι τῷ μάλιστα ἔχοντι τὴν καθόλου ἐπιστήμην ἀναγκαῖον ὑπάρχειν· οὗτος γὰρ οἰδέ πως πάντα τὰ ὑποκειμένα. Σγεδὸν δὲ καὶ χαλεπώτατα αὐτὰ γνωρίζειν τοῖς ἀνθρώποις, τὰ μάλιστα καθόλου· πορρωτάτω γὰρ τῶν αἰσθησέων ἐστίν. Ἀκριβέσταται δὲ τῶν ἐπιστημῶν αἱ μάλιστα τῶν πρῶτων εἰσίν· αἱ γὰρ ἐξ ἐλαττόνων ἀκριβέστεραι τῶν ἐκ προσθέσεως λεγομένων, οἷον ἀριθμητικῆ γεωμετρίας. (5) Ἀλλὰ μὴ καὶ διδασκαλική γε ἢ τῶν αἰτίων θεωρητικῆ μᾶλλον· οὗτοι γὰρ διδάσκουσιν οἱ τὰς αἰτίας λέγοντες περὶ ἕκαστον. Τὸ δ' εἰδέναι καὶ τὸ ἐπίστασθαι αὐτῶν ἕνεκα μάλιστα ὑπάρχει τῇ τοῦ μάλιστα ἐπιστητοῦ ἐπιστήμῃ. Ὁ γὰρ τὸ ἐπίστασθαι δι' ἑαυτοῦ αἰρούμενος τὴν μάλιστα ἐπιστήμην μάλιστα αἰρήσεται, τοιαύτη δ' ἐστίν ἡ τοῦ μάλιστα ἐπιστητοῦ, μάλιστα δ' ἐπιστητὰ τὰ πρῶτα καὶ τὰ αἴτια· διὰ γὰρ ταῦτα καὶ ἐκ τούτων ἄλλα γνωρίζεται, ἀλλ' οὐ ταῦτα διὰ τῶν ὑποκειμένων. (6) Ἀρχικωτάτη δὲ τῶν ἐπιστημῶν, καὶ μᾶλλον ἀρχικῆ τῆς ὑπηρετούσης, ἡ γνωρίζουσα τίνος ἕνεκεν ἐστὶ πρακτέον ἕκαστον· τοῦτο δ' ἐστὶ τὰγαθὸν ἐν ἕκαστοις, ὅπως δὲ τὸ ἀριστον ἐν τῇ φύσει πάσῃ. (7) Ἐξ ἀπάντων οὖν τῶν εἰρημένων ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην πίπτει τὸ ζητούμενον ὄνομα· δεῖ γὰρ ταύτην τῶν πρῶτων ἀρχῶν καὶ αἰτιῶν εἶναι θεωρητικὴν· καὶ γὰρ τὰγαθὸν καὶ τὸ οὐ ἕνεκα ἐν τῶν αἰτίων ἐστίν. Ὅτι δ' οὐ ποιητικῆ, δῆλον καὶ ἐκ τῶν πρῶτων φιλοσοφῶντων. (8) Διὰ γὰρ τὸ θαυμάζειν οἱ ἄνθρωποι καὶ νῦν καὶ τὸ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν, ἐξ ἀρχῆς μὲν τὰ πρόχειρα τῶν ἀπόρων θαυμάσαντες, εἶτα κατὰ μικρὸν οὕτω προϊόντες καὶ περὶ τῶν μειζόνων διαπορήσαντες, οἷον περὶ τε τῶν τῆς σελήνης παθημάτων καὶ τῶν περὶ τὸν ἥλιον καὶ ἄστρα καὶ περὶ τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως. Ὁ δ' ἀπορῶν καὶ θαυμάζων οἰεῖται ἀγνωεῖν. Διὸ καὶ ὁ φιλόμυθος φιλό-

Quoniam autem hanc scientiam quærinus, hoc utique fuerit considerandum, circa quales causas et qualia principia scientia sit sapientia. Si itaque repetat quisquam quas de sapiente opiniones habemus, fortassis ex hoc magis appareat. (2) Primo igitur opinamur, sapientem maxime omnia, ut possibile est, scire, non habentem singulariter eorum scientiam : deinde illum, qui difficiliora, neque scitu facilia homini, cognoscere possit, sapientem existimamus (sentire enim omnibus commune est : quamobrem facile, et neutiquam sapiens est) ; item illum, qui exactior ac magis docere valens, causas reddat, sapientem in omni scientia esse. (3) Scientiarum quoque illam, quæ gratia sui ipsius, et propter ipsum scire, quam illam, quæ aliorum gratia eligenda sit, magis sapientiam esse. Et principalior quam ei subministrantem, potius sapientiam esse : non enim ut sapienti præcipiatur, sed ut ille præcipiat, nec ut ille ab altero, sed ut ab eo minus sapienti suadeatur, decet. (4) Opiniones itaque tales, ac tot, de sapientia et sapientibus habemus. Horum autem hoc quidem, omnia (inquam) scire, illi, qui maxime universalem scientiam habeat, necesse est inesse : hic enim quodam modo omnia notioni subjecta scit. Fere autem et difficillima hominibus cognita sunt ea quæ maxime universalialia sunt, siquidem remotissima sunt a sensibus. Scientiarum autem illæ certiores sunt, quæ maxime primorum sunt. Nam quæ sunt ex paucioribus, exactiores iis sunt quæ ex additione dicuntur : ut Arithmetica, quam Geometria. (5) At vero illa magis docet, quæ causas speculatur. Ii enim docent, qui causas singulorum dicunt. Intelligere autem et scire eorum ipsorum gratia illi præcipue scientiæ inest, quæ ejus est quod maxime scibile est. Qui enim scire ejus ipsius gratia eligit, eam quæ maxime scientia est, præcipue eligit. Talis autem est ejus quod maxime scibile. Maxime autem scibilia sunt ipsa prima, et cause. Propter hæc enim et ex iis cetera cognoscuntur, sed non hæc per subjecta. (6) Principalissima autem scientiarum, et principalior subministrante est, quæ cognoscat id ob quod quodque agendum sit. Hoc autem est bonum in quoque, et universaliter quod in omni natura optimum est. (7) Ex omnibus itaque dictis in eandem scientiam cadit quod quæritur nomen. Oportet etenim hanc primorum principiorum et causarum speculativam esse. Nam et bonum, et cujus gratia, una de causis est. Quod autem non factiva, etiam ex primis philosophantibus patet. (8) Propter admirationem enim et nunc et primo inceperunt homines philosophari : a principio quidem admirando ea quæ de dubitandis facilliora erant ; deinde paulatim ulterius procedentes, etiam de majoribus dubitando, ut de passionibus lunæ, et eorum quæ circa solem et stellas fiunt, ac de generatione universi. Qui vero dubitat et admiratur, putat se ignorare : quare philosophus amator fabularum quodammodo est, eo quod fabula ex

σοφός πώς ἐστίν· ὁ γὰρ μῦθος σύγκειται ἐκ θαυμασίων.
 Ὡστ' εἶπερ διὰ τὸ φεύγειν τὴν ἄγνοιαν ἐφιλοσόφησαν,
 φανερόν ἐστι διὰ τὸ εἰδέναί το ἐπίστασθαι εἰδῶκον, καὶ
 οὐ χρήσεώς τινος ἕνεκεν. (9) Μαρτυρεῖ δὲ αὐτὸ τὸ
 5 συμβεβηκός· σχεδὸν γὰρ πάντων ὑπαρχόντων τῶν ἀναγκαιῶν
 καὶ πρὸς βρασιῶν καὶ διαγωγῆν ἢ τοιαύτη φρόνησις ἤρξατο
 ζητεῖσθαι. Δῆλον οὖν ὡς δι' οὐδεμίαν αὐτῆν
 ζητούμεν γρίαν ἑτέραν, ἀλλ' ὥσπερ ἄνθρωπός φαιμεν
 10 ἐλεύθερος ὁ αὐτοῦ ἕνεκα καὶ μὴ ἄλλου ὧν, οὕτω καὶ αὐτῆ
 μόνη ἐλευθερά οὔσα τῶν ἐπιστημῶν· μόνη γὰρ αὐτῆ
 αὐτῆς ἕνεκὲν ἐστίν. Διὸ καὶ δικαίως ἂν οὐκ ἀνθρωπίνῃ
 νομίζοιτο αὐτῆς ἢ κτήσις· πολλαγῆ γὰρ ἢ φύσις δούλη
 τῶν ἀνθρώπων ἐστίν, ὥστε κατὰ Σιμωνίδην θεὸς ἂν
 15 μόνος τοῦτο ἔχοι τὸ γέρας, ἄνδρα δ' οὐκ ἀξίον μὴ οὐ
 ζητεῖν τὴν καθ' αὐτὸν ἐπιστήμην. (10) Εἰ δὲ λέγουσιν οἱ
 ποιηταὶ καὶ πέφυκε φρονεῖν τὸ θεῖον, ἐπὶ τούτου συμβαίνει
 μάλιστα εἰκὸς καὶ δυστυχεῖς εἶναι πάντας τοὺς περιττοὺς.
 Ἄλλ' οὔτε τὸ θεῖον φρονερόν ἐνδέχεται εἶναι, ἀλλὰ
 20 καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν « πολλὰ ψεύδονται αἰδοί, » οὔτε
 τῆς τοιαύτης ἄλλην χρῆσιν νομίζειν τιμιωτέραν. Ἡ γὰρ
 θεοσιμότης καὶ τιμιωτάτης. Τοιαύτη δὲ δίχως ἂν εἴη
 μόνον· ἦν τε γὰρ μάλιστα ἂν ὁ θεὸς ἔχοι, θεῖα τῶν
 25 ἐπιστημῶν ἐστίν, καὶ εἴ τις τῶν θεῶν εἴη. Μόνη δ' αὐτῆ
 τούτων ἀμφοτέρων τετύχηκεν· ὁ γὰρ θεὸς δοκεῖ τῶν
 αἰτίων πᾶσιν εἶναι καὶ ἀρχή τις, καὶ τὴν τοιαύτην
 ἢ μόνος ἢ μάλιστα ἂν ἔχοι ὁ θεός. (11) Ἀναγκαιοτέραι
 30 μὲν οὖν πᾶσαι αὐτῆς, ἀμείνων δ' οὐδεμία. Δεῖ μέντοι
 πῶς καταστῆναι τὴν κτήσιν αὐτῆς εἰς τὸναντίον
 ἡμῖν τῶν ἐξ ἀρχῆς ζητήσεων. Ἀρχονται μὲν γὰρ, ὥσπερ
 εἶπομεν, ἀπὸ τοῦ θαυμάζειν πάντες εἰ οὕτως ἔχει,
 καθάπερ τῶν θαυμάτων ταυτομάτα τοῖς μήπω
 35 θεωρηκόσι τὴν αἰτίαν, ἢ περὶ τὰς τοῦ ἡλίου τροπὰς
 ἢ τὴν τῆς διαμέτρου ἀσυμμετρίαν· θαυμασπὸν γὰρ
 εἶναι δοκεῖ πᾶσιν, εἰ τὴν τῶν ἐλαχίστων μὴ μετρεῖται.
 (12) Δεῖ δὲ εἰς τὸναντίον καὶ τὸ ἀμείνων κατὰ τὴν
 παροιμίαν ἀποτελεῦσθαι, καθάπερ καὶ ἐν τούτοις
 40 ὅταν μάθωσιν οὐδὲν γὰρ ἂν οὕτω θαυμάσειεν ἀνήρ
 γεωμετρικός ὡς εἰ γένοιτο ἡ διάμετρος μετρητή. Τίς
 μὲν οὖν ἢ φύσις τῆς ἐπιστήμης τῆς ζητούμενης, εἴρηται,
 καὶ τίς ὁ σκοπὸς οὗ δεῖ τυγχάνειν τὴν ζήτησιν καὶ τὴν
 45 ὄλην μέθοδον.

mirandis constat. Quare si propter fugam ignorantiae philosophati sunt, patet quod causa cognoscendi, et nullius usus gratia, ipsum scire persequantur. (9) Testatur autem id ipsum quod contingit. Fere enim omnibus inventis, quae ad necessaria et facilitatem ac ad oblectandum conducant, huiusmodi prudentia quaeri coepit. Patet itaque quod ob aliam nullam utilitatem quaerimus, sed quemadmodum dicimus « liber homo » de eo qui sui ipsius, et non alterius gratia est, ita et haec sola scientiarum libera est, siquidem sola haec sui ipsius gratia est. Quare merito non humana ejus possessio putabitur : natura etenim hominum in plerisque serva est. Quapropter secundum Simonidem, Deus utique solus hanc habet dignitatem ; hominem vero indignum est non quaerere illam, quae sibi convenit, scientiam. (10) Quodsi quid poetae dicunt, et natura comparatum est ut divinitas invidet, in hoc maxime id verisimile est contingere, et infelices omnes esse, qui alteriora se quaerunt. Sed nec divinitatem naturam invidiam esse convenit, « poetaeque (secundum proverbium) multa mentiuntur » ; nec aliam, quam huiusmodi, decet honorabiliorum putare. Quam enim divinissima, eadem etiam honorabilissima est. Talis vero bifariam dumtaxat utique fuerit. Nam et illa, quam maxime Deus habeat, divina scientiarum est, et si qua est quae divinatorum sit. Haec autem sola utrumque consecuta est. Deus etenim tum causa omnibus esse videtur, tum quoddam principium, et talem aut solus, aut praecipue Deus habeat. (11) Ceterae itaque omnes magis ea necessariae sunt, nulla vero melior. Oportet autem quodammodo ejus possessionem in contrarium nobis inquisitionum, quae a principio siebant, constitui. Incipiunt enim omnes (ut diximus) ab admiratione, an sic se habeat : sicut de praestigiosis, quae per se ipsa moventur, illi qui nondum speculati sunt causam ; aut de solstitiis, aut de diametri commensurabilitate : admirabile enim omnibus videtur, si quid eo quod dividi possit in minimum, non mensuretur. (12) Decet autem in contrarium et in melius (secundum proverbium) consummare, quemadmodum in his fit, quum discant. Nil enim magis vir geometricus admiretur, quam si diameter commensurabilis fieret. Quenam igitur natura sit ejus scientiae, quae quaeritur, et quae intentio, quam debet quaestio et tota tractatio consequi, dictum est.

CAP. III.

Ἐπεὶ δὲ φανερόν ἐστι τῶν ἐξ ἀρχῆς αἰτίων δεῖ λαβεῖν ἐπιστήμην (τότε γὰρ εἰδέναί φαιμεν ἕκαστον, ὅταν τὴν
 45 πρῶτην αἰτίαν οἰώμεθα γνωρίζειν), τὰ δ' αἴτια λέγεται τετραχῶς, ὧν μίαν μὲν αἰτίαν φαιμεν εἶναι τὴν οὐσίαν καὶ τὸ τί ἦν εἶναι (ἀνάγεται γὰρ τὸ διὰ τί εἰς τὸν λόγον ἔσχατον, αἰτίον δὲ καὶ ἀρχὴ τὸ διὰ τί πρῶτον), ἑτέραν δὲ τὴν ὕλην καὶ τὸ ὑποκειμένον, τρίτην δὲ ὅθεν ἢ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, τετάρτην δὲ τὴν ἀντικειμένην
 50 αἰτίαν ταύτην, τὸ ὅ ἕνεκα καὶ τὰγαθόν (τέλος γὰρ γενέσεως καὶ κινήσεως πάσης τοῦτ' ἐστίν)· θεωρεῖται μὲν οὖν ἰκανῶς περὶ αὐτῶν ἡμῖν ἐν τοῖς Περὶ φύσεως,

 20 βέβηκεν ἑτέρῳ τινί. (13) Ἐπει τοίνυν τὰ μὲν οὕτως τὰ δ' ἐκείνως λέγεται συμβεβηκότη, ὅσα οὕτως λέγε-
 25 ται ὡς τὸ λευκὸν τῷ Σωκράτει, οὐκ ἐνδέχεται ἄπειρα εἶναι ἐπὶ τὸ αἶνω, ὅτι τῷ Σωκράτει τῷ λευκῷ ἕτερον τι συμβεβηκός· οὐ γὰρ γίγνεται τι ἐν ἐξ ἀπάντων. Οὐδὲ δὴ τῷ λευκῷ ἕτερον τι ἔσται συμβεβηκός, ὅτι τὸ μουσικόν· οὐθέν τι γὰρ μᾶλλον τοῦτο ἐκείνῳ ἢ ἐκείνῳ τούτῳ συμβέβηκεν. Καὶ ἅμα διώριστα ὅτι τὰ μὲν οὕτω συμβέβηκε, τὰ δ' ὡς τὸ μουσικόν Σωκράτει· ὅσα δ' οὕτως, οὐ συμβεβηκότη συμβέβηκε τὸ συμβεβηκός, ἀλλ' ὅσα ἐκείνως· ὥστ' οὐ πάντα κατὰ συμβεβηκός λε-
 30 γήσεται. Ἔσται ἄρα τι καὶ ὡς οὐσίαν σημαίνει. Εἰ δὲ τοῦτο, δέδεικται ὅτι ἀδύνατον ἅμα κατηγορεῖσθαι τὰς ἀντιφάσεις. (14) Ἐτι εἰ ἀληθεῖς αἱ ἀντιφάσεις ἅμα κατὰ τοῦ αὐτοῦ πᾶσαι, δῆλον ὡς ἅπαντα ἔσται ἐν. Ἔσται γὰρ τὸ αὐτὸ καὶ τριήρης καὶ τοίχος καὶ ἀνθρώπος, εἰ κατὰ παντός τι ἢ καταφῆσαι ἢ ἀποφῆσαι ἐνδέχεται,
 35 καθάπερ ἀνάγκη τοῖς τὸν Πρωταγόρου λέγουσι λόγον. Εἰ γὰρ τῷ δοκεῖ μὴ εἶναι τριήρης ὁ ἀνθρώπος, δῆλον ὅτι οὐκ ἔστι τριήρης· ὥστε καὶ ἔστιν, εἴπερ ἢ ἀντίφα- σεις ἀληθῆς. Καὶ γίγνεται δὴ τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου, « ἑμοῦ πάντα γρήματα »· ὥστε μηδὲν ἀληθῶς ὑπάρ-
 40 χειν. (15) Τὸ ἀόριστον οὖν εἰκόσιαι λέγειν, καὶ οἰόμε- νοι τὸ ὄν λέγειν περὶ τοῦ μὴ ὄντος λέγουσιν· τὸ γὰρ οὐνάμει ὄν καὶ μὴ ἐντελεγεῖα τὸ ἀόριστόν ἐστιν. (16) Ἀλλὰ μὴν λεκτέον γ' αὐτοῖς κατὰ παντός [παντός] τὴν κατάφασιν ἢ τὴν ἀπόφασιν· ἄτοπον γὰρ εἰ ἐκάστῳ
 45 ἢ μὲν αὐτοῦ ἀπόφασιν ὑπάρξει, ἢ δ' ἑτέρου ὁ μὴ ὑπάρχει αὐτῷ οὐχ ὑπάρξει. Λέγω δ' ὅτι εἰ ἀληθῆς εἰπεῖν τὸν ἀνθρώπον ὅτι οὐκ ἀνθρώπος, δῆλον ὅτι καὶ οὐ τριήρης. Εἰ μὲν οὖν ἢ κατάφασιν, ἀνάγκη καὶ τὴν ἀπόφασιν· εἰ δὲ μὴ ὑπάρχει ἢ κατάφασιν, ἢ γε ἀπόφασιν ὑπάρξει
 50 μᾶλλον ἢ ἢ αὐτῷ. Εἰ οὖν κἀκεῖνη ὑπάρχει, ὑπάρ- χει καὶ ἢ τῆς τριήρους· εἰ δ' αὕτη, καὶ ἢ κατάφασιν. (17) Ταῦτά τε οὖν συμβαίνει τοῖς λέγουσι τὸν λόγον τοῦτον, καὶ ὅτι οὐκ ἀνάγκη ἢ φάναι ἢ ἀποφάναι. Εἰ γὰρ ἀληθῆς ἐστὶν ὅτι ἀνθρώπος καὶ οὐκ ἀνθρώπος, δῆ-

significabat, et hoc erat alicujus substantia. Substantiam vero significare, est quod non est ei esse aliud quippiam. (13) Si autem ipsum homini esse, est ei ipsum non-homini esse aut non esse homini, aliud erit. Quare necesse est eis dicere quod nullius talis ratio erit, sed omnia secundum accidens: hoc enim substantia et accidens differunt. Albedo etenim homini accidit, quoniam est quidem albus, sed non est ipsa albedo. Si autem omnia secundum accidens dicuntur, nihil erit primum de quo prædicentur: si accidens semper de aliquo subjecto significat prædicationem. (14) Necesse est in infinitum progredi. Sed impossibile est: plura enim quam duo, non conjunguntur. Accidens enim non est accidenti accidens, nisi quia utrumque accidit eidem. Dico autem veluti album est musicum, et hoc album, quoniam utrumque homini accidit: sed non ita Socrates musicus, quoniam utrumque alicui alteri accidit. (15) Quum itaque quædam ita, quædam aliter accidentia dicantur, quæcumque ita dicuntur ut album Socrati, non possunt infinita sursum versus esse, ut Socrati albo alterum aliquod quoque accidens. Non enim fit aliquid unum ex omnibus. Neque etiam albo aliquid aliud accidens erit, utputa musicum. Non enim magis hoc illi quam illud huic accidit. Et ad hæc distinctum est quod quædam ita accidunt, quædam ut musicum Socrati. Quotcumque vero hoc modo, non accidenti accidit accidens, sed quocumque illo modo. Quare non omnia secundum accidens dicuntur. Erit ergo aliquid tanquam substantiam significans. Quod si est, monstratum est quod impossibile est simul contradictiones prædicari. (16) Item si contradictiones simul veræ de eodem omnes, patet quod omnia erunt unum: erit etenim idem et triremis, et paries, et homo, si de omni contingit quicquam aut affirmare aut negare, sicuti illis necesse est, qui Protagoræ opinionem sequuntur. Si enim cuiquam videatur homo non esse triremis, patet quod non erit triremis: sed est etiam, si contradictio vera est. Et jam fit quod Anaxagoras aiebat, « simul omnes res esse », ita ut nihil vere unum sit. (17) Indefinitum itaque videntur dicere. Et putantes de ente tractare, de non-ente dicunt. Quod enim potentia et non actu est, illud est indefinitum. (18) At vero dicenda est eis de omni affirmatio aut negatio omnis rei. Inconveniens namque est, si cuique sua quidem negatio inerit, alterius vero, quod non inest ei, non inerit. Dico autem, utputa si verum est dicere de homine, quod non est homo, manifestum est, quod etiam non triremis est. Si affirmatio igitur, necesse est etiam negationem inesse. Quodsi affirmatio non inest, negatio tamen inerit, magis quam quæ ipsius est. Si igitur et illa inest, inerit etiam triremis negatio: et si hæc, etiam affirmatio. (19) Hæc igitur eis accidunt, qui hanc orationem dicunt, et quod non est necesse aut affirmare aut negare. Nam si verum est quod homo et non homo, patet quod etiam nec homo

λον ὅτι καὶ οὐτ' ἄνθρωπος οὐτ' οὐκ ἄνθρωπος ἔσται·
 τῶν γὰρ δυοῖν δύο ἀποφάσεις. Εἰ δὲ μία ἐξ ἀμφοῖν
 ἐκείνη, καὶ αὕτη μία ἂν εἴη ἀντικειμένη. (20) Ἐτι
 ἦτοι περὶ ἅπαντα οὕτως ἔχει, καὶ ἔστι καὶ λευκὸν καὶ
 6 οὐ λευκὸν καὶ ὄν καὶ οὐκ ὄν, καὶ περὶ τὰς ἄλλας φάσεις
 καὶ ἀποφάσεις ὁμοιοτρόπως, ἢ οὐ ἀλλὰ περὶ μὲν τινας,
 περὶ τινας δ' οὐ. Καὶ εἰ μὲν μὴ περὶ πάσας, αὐταὶ
 ἂν εἶεν ὁμολογούμεναι· εἰ δὲ περὶ πάσας, πάλιν ἦτοι
 καθ' ὅσων τὸ φῆσαι καὶ ἀποφῆσαι καὶ καθ' ὅσων ἀπο-
 10 φῆσαι καὶ φῆσαι, ἢ κατὰ μὲν ὧν φῆσαι καὶ ἀποφῆσαι,
 καθ' ὅσων δὲ ἀποφῆσαι οὐ πάντων φῆσαι. Καὶ εἰ μὲν
 οὕτως, εἴη ἂν τι παγίως οὐκ ὄν, καὶ αὕτη βεβαία δόξα·
 καὶ εἰ τὸ μὴ εἶναι βέβαιον τι καὶ γνώριμον, γνωριμω-
 τέρα ἂν εἴη ἢ φάσις ἢ ἀντικειμένη. (21) Εἰ δὲ ὁμοίως
 15 καὶ ὅσα ἀποφῆσαι φάναι ἀνάγκη, ἦτοι ἀληθὲς διαι-
 ροῦντα λέγειν, οἷον ὅτι λευκὸν καὶ πάλιν ὅτι οὐ λευκὸν,
 ἢ οὐ. Καὶ εἰ μὲν μὴ ἀληθὲς διαιροῦντα λέγειν, οὐ
 λέγειν ταῦτα καὶ οὐκ ἔστιν οὐδὲν· τὰ δὲ μὴ ὄντα
 πῶς ἂν φερόμενοι ἢ βαδίσαιεν; Καὶ πάντα δ' ἂν εἴη
 20 ἔν, ὥσπερ καὶ πρότερον εἴρηται, καὶ ταῦτόν ἐσται καὶ
 ἄνθρωπος καὶ θεὸς καὶ τριῆρης καὶ αἱ ἀντιφάσεις αὐτῶν.
 (22) Εἰ δ' ὁμοίως καθ' ἑκάστου, οὐδὲν διοίσει ἕτερον
 ἑτέρου· εἰ γὰρ διοίσει, τοῦτ' ἔσται ἀληθὲς καὶ ἴδιον.
 Ὅμοίως δὲ καὶ εἰ διαιροῦντα ἐνδέχεται ἀληθεύειν,
 25 συμβαίνει τὸ λεγθέν. Πρὸς δὲ τούτῳ ὅτι πάντες ἂν
 ἀληθεύοιεν καὶ πάντες ἂν ψεύδοιντο, καὶ αὐτὸς αὐτὸν
 ὁμολογεῖ ψεύδεσθαι. (23) Ἄμα δὲ φανερόν ὅτι περὶ
 οὐθενὸς ἔστι πρὸς τοῦτον ἢ σκέψις· οὐδὲν γὰρ λέγει.
 Οὔτε γὰρ οὕτως οὐτ' οὐχ οὕτως λέγει, ἀλλ' οὕτως τε
 30 καὶ οὐχ οὕτως. Καὶ πάλιν γε ταῦτα ἀπόφησιν ἄμφω,
 ὅτι οὐδ' οὕτως οὔτε οὐχ οὕτως· εἰ γὰρ μή, ἦδη ἂν τι εἴη
 ὠρισμένον. Ἐτι εἰ ὅταν ἢ φάσις ἀληθὲς ἢ, ἢ ἀπό-
 φασις ψευδὴς, καὶ αὕτη ἀληθὲς ἢ, ἢ καταφάσις ψευ-
 δὴς, οὐκ ἂν εἴη τὸ αὐτὸ ἅμα φάναι καὶ ἀποφάναι ἀλη-
 35 θούς. Ἄλλ' ἴσως φαίεν ἂν τοῦτ' εἶναι τὸ ἐξ ἀρχῆς κεί-
 μενον. (24) Ἐτι ἄρα ὁ μὲν ἢ ἔχειν πῶς ὑπολαμβάνων
 ἢ μὴ ἔχειν διέψευσταί, ὁ δὲ ἄμφω ἀληθεύει; εἰ γὰρ
 ἀληθεύει, τί ἂν εἴη τὸ λεγόμενον ὅτι τοιαύτη τῶν ὄν-
 των ἢ φύσις; εἰ δὲ μὴ ἀληθεύει, ἀλλὰ μᾶλλον ἀλη-
 40 θεύει ὁ ἐκείνους ὑπολαμβάνων, ἦδη πῶς ἔχει ἂν τὰ
 ὄντα, καὶ τοῦτ' ἀληθὲς ἂν εἴη, καὶ οὐχ ἅμα καὶ οὐκ
 ἀληθὲς. Εἰ δὲ ὁμοίως ἅπαντες καὶ ψεύδονται καὶ
 ἀληθῆ λέγουσιν, οὔτε φερόμενοι οὐτ' εἰπεῖν τῷ τοιοῦτῳ
 ἔστιν· ἅμα γὰρ ταῦτά τε καὶ οὐ ταῦτα λέγει. Εἰ δὲ
 45 μὴθὲν ὑπολαμβάνει ἀλλ' ὁμοίως οἴεται καὶ οὐκ οἴεται,
 τί ἂν διαφερόντως ἔχοι τῶν φυτῶν; ὅθεν καὶ μάλιστα
 φανερόν ἐστιν ὅτι οὐδεὶς οὕτω διάκειται οὔτε τῶν ἄλλων
 οὔτε τῶν λεγόντων τὸν λόγον τοῦτον. Διὰ τί γὰρ βα-
 δίζει Μέγαράδῃ ἀλλ' οὐχ ἡσυχάζει οἰόμενος βαδίζειν;
 50 οὐδ' εὐθὺς ἔωθεν πορεύεται εἰς φρέαρ ἢ εἰς φάραγγα,
 ἔὰν τύχη, ἀλλὰ φαίνεται εὐλαβοῦμενος, ὡς οὐχ ὁμοίως
 οἰόμενος μὴ ἀγαθὸν εἶναι τὸ ἐμπεσεῖν καὶ ἀγαθόν;
 (25) Ἀπὸ ἄρα ὅτι τὸ μὲν βέλτιον ὑπολαμβάνει τὸ
 δ' οὐκ βέλτιον. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὸ μὲν ἄνθρωπον τὸ

nec non homo erit. Duorum enim, duæ negationes. Quodsi
 illa ex utrisque una, etiam hæc una profecto opposita esset.
 (20) Item aut in omnibus ita se habet, et est album et non
 album, et ens et non-ens; et circa ceteras affirmationes et
 negationes simili modo, aut non, sed circa aliquas, circa
 aliquas vero non. Et si non circa omnes, istæ utique certæ
 essent. Quodsi circa omnes, rursus aut de quibuscumque
 est affirmare, etiam negare est; et de quibuscumque ne-
 gare, etiam affirmare: aut de quibus quidem est affirmare,
 etiam negare est; de quibusquæ vero negare, non de
 omnibus est affirmare. Et si ita esset, esset aliquid utique
 pro certo non-ens: et hæc firma opinio. Quodsi ipsum non
 esse certum quid et notum est, notior crit opposita affir-
 matio. (21) Quodsi quodcumque est negare, similiter etiam
 affirmare necesse sit, aut verum est dividendo dicere, ut-
 puta album, et rursus quod non album, aut non. Et si non
 est verum dividendo dicere, neque dicit hæc, nihilque
 prorsus sunt: sed illa quæ non sunt, quomodo loquentur,
 aut ambulabunt? Et, ut etiam antea dictum est, omnia
 unum erunt: et homo, Deus, triremis, ac eorum contra-
 dictoria, idem erunt. (22) Quodsi de quocumque simili-
 ter, nihil aliud ab alio differet. Nam si differet, hoc verum
 et proprium erit. Similiter autem et si dividentem vera di-
 cere contingit, quod dictum est, accidit: et ad hæc, quod
 omnes vera dicarent, omnesque mentirentur, ipseque se
 ipsum mentiri concederet. (23) Simul autem manifestum
 est quod de nullo est ad hunc consideratio: nihil enim di-
 cit. Neque enim ita, neque non ita ait, sed ita, et non ita.
 Et rursus hæc ambo negat, quod nec ita, neque non ita
 dicit. Nam si non, jam esset aliquid utique determinatum.
 Item, si, quum affirmatio vera sit, negatio falsa; et quum
 hæc vera sit, affirmatio falsa est: non sit simul idem affir-
 mare et negare vere. Sed dicent fortassis, hoc esse quod
 a principio positum est. (24) Item, utrum ille quidem,
 qui quamque rem aut aliquo modo se habere existimat, aut
 non se habere, fallitur, qui vero ambo, verum dicit?
 Nam si verum dicit, quid aliud, quod dicitur, est, nisi
 quod talis natura entium est? Quodsi non iste, sed ille
 magis dicit verum, qui illo modo existimat, jam aliquo
 modo se habebunt existentia: et hoc verum esset, et non
 simul etiam non verum. Quodsi cuncti similiter et men-
 tiuntur et verum dicunt, nec loqui nec dicere quicquam tali
 homini possibile est: simul enim eadem et non eadem di-
 cit. Quodsi nihil existimat, sed similiter arbitratur, et
 non arbitratur, quidnam differat a plantis? Unde et maxime
 manifestum est quod nemo, nec ceterorum, nec eorum
 qui hanc orationem dicunt, ita affectus est. Cur enim Me-
 gara vadit, et non quiescit ire putans? nec mox a dilucio
 ad puteum aut ad præcipitium aliquod pergit; sed videtur
 veritus, tanquam non similiter non bonum et bonum esse
 putans, cadere in illa? (25) Patet itaque quod hoc quidem
 melius esse putat, illud vero minime. Si autem hoc, ne-

δ' οὐκ ἄνθρωπον καὶ τὸ μὲν γλυκὺ τὸ δ' οὐ γλυκὺ
ἀνάγκη ὑπολαμβάνειν. Οὐ γὰρ ἐξ ἴσου ἅπαντα ζητεῖ
καὶ ὑπολαμβάνει, ὅταν οἰηθεὶς βέλτιον εἶναι τὸ πιεῖν
ὑδωρ καὶ ἰδεῖν ἄνθρωπον εἶτα ζητῆ αὐτά· καίτοι γ' ἔδει,
5 εἰ ταῦτ' ἦν ὁμοίως καὶ ἄνθρωπος καὶ οὐκ ἄνθρωπος.
Ἄλλ' ὅπερ ἐλέχθη, οὐβεις ὅς οὐ φαίνεται τὰ μὲν εὐλα-
βούμενος τὰ δ' οὐ. (26) Ὡστε, ὡς ἔοικε, πάντες ὑπο-
λαμβάνουσιν εἶχειν ἅπλως, εἰ μὴ περὶ ἅπαντα, ἀλλὰ
περὶ τὸ ἀμεινον καὶ χείρον. Εἰ δὲ μὴ ἐπιστάμενοι
10 ἀλλὰ δοξάζοντες, πολὺ μᾶλλον ἐπιμελητέον ἂν εἴη τῆς
ἀληθείας, ὥσπερ καὶ νοσῶδες ὄντι ἢ υγιεινῶ τῆς υγιείας·
καὶ γὰρ ὁ δοξάζων πρὸς τὸν ἐπιστάμενον οὐκ υγιεινῶς
διάκειται πρὸς τὴν ἀλήθειαν. (27) Ἐτι εἰ ὅτι μάλιστα
πάντα οὕτως ἔχει καὶ οὐκ οὕτως, ἀλλὰ τό γε μᾶλλον
15 καὶ ἦττον ἐνεστιν ἐν τῇ φύσει τῶν ὄντων· οὐ γὰρ ἂν
ὁμοίως φῆσαιμεν εἶναι τὰ δύο ἄρτια καὶ τὰ τρία, οὐδ'
ὁμοίως διέψευσται ὁ τὰ τέτταρα πέντε οἰόμενος καὶ ὁ
χίλια. Εἰ οὖν μὴ ὁμοίως, ὅῃλον ὅτι ἄτερος ἦττον,
ὥστε μᾶλλον ἀληθεύει. (28) Εἰ οὖν τὸ μᾶλλον ἐγγύ-
20 τερον, εἴη γε ἂν τι ἀληθές οὗ ἐγγύτερον τὸ μᾶλλον
ἀληθές. Κἂν εἰ μὴ ἐστιν, ἀλλ' ἤδη γέ τι ἐστὶ βε-
βαιότερον καὶ ἀληθινότερον, καὶ τοῦ λόγου ἀπηλλα-
γμένοι ἂν εἴημεν τοῦ ἀκράτου καὶ κωλύοντός τι τῇ δια-
νοίᾳ δρῖσαι.

cesse est ut et hoc quidem hominem, illud vero non-ho-
minem, et hoc quidem dulce, illud vero non dulce putet.
Non enim æqualiter omnia quærit et putat, quum melius
esse bibere aquam, aut hominem visitare, arbitretur.
deinde quærat ea : altamen oportebat, si similiter idem
esset homo et non-homo. Sed, ut dictum est, nemo est
qui non videatur aliqua veritus, aliqua non. (26) Quare,
ut apparet, omnes arbitrantur, res simpliciter se habere,
si non circa omnia, saltem circa melius et deterius. Quodsi
non scientes, sed opinantes arbitrentur, multo magis curan-
dum erit de veritate, sicuti et infirmo magis, quam sano,
de sanitate. Opinans namque ad scientem, non saniter
ad veritatem dispositus est. (27) Item, etsi quammaxime
omnia ita et non ita se habeant, attamen ipsum magis
et minus inest entium naturæ. Non enim similiter paria
esse duo ac tria dicemus; nec eodem modo mentitus est,
qui quattuor esse putet quinque, aut qui mille. Si itaque
non similiter, patet quod aller minus. Quare magis verum
dicit. (28) Si igitur quod magis est, propinquius est, pro-
fecto erit aliquid verum, cui propinquius est quod magis
verum est. Quod si non est, at jam saltem aliquid est cer-
tius et verius. Atque ita ab illa intemperata oratione remoti
erimus, quæ prohibet quicquam mente determinare.

CAP. V.

25 Ἐστι δ' ἀπὸ τῆς αὐτῆς δόξης καὶ ὁ Πρωταγόρου
λόγος, καὶ ἀνάγκη ὁμοίως ἀμφω αὐτοὺς ἢ εἶναι ἢ μὴ
εἶναι. Εἴτε γὰρ τὰ δοκοῦντα πάντα ἐστὶν ἀληθῆ καὶ
τὰ φαινόμενα, ἀνάγκη πάντα ἅμα ἀληθῆ καὶ ψευδῆ
εἶναι. Πολλοὶ γὰρ τάναντία ὑπολαμβάνουσιν ἀλλή-
30 λους, καὶ τοὺς μὴ ταῦτα δοξάζοντας ἑαυτοῖς διεψεύσθαι
νομίζουσιν· ὥστ' ἀνάγκη τὸ αὐτὸ εἶναι τε καὶ μὴ εἶναι.
Καὶ εἰ τοῦτ' ἐστίν, ἀνάγκη τὰ δοκοῦντα εἶναι πάντ'
ἀληθῆ· τὰ ἀντικείμενα γὰρ δοξάζουσιν ἀλλήλοισι οἱ
διεψευσμένοι καὶ ἀληθεύοντες. Εἰ οὖν ἔχει τὰ ὄντα
35 οὕτως, ἀληθεύουσιν πάντες. (2) Ὅτι μὲν οὖν ἀπὸ
τῆς αὐτῆς εἰσὶ διανοίας ἀμφοτέροι οἱ λόγοι, ὅῃλον.
Ἐστι δ' οὐχ ὁ αὐτὸς τρόπος πρὸς πάντας τῆς ἐντεύ-
ξεως· οἱ μὲν γὰρ πειθοῦς δέονται, οἱ δὲ βίας. Ὅσοι
μὲν γὰρ ἐκ τοῦ ἀπορῆσαι ὑπέλαθον οὕτως, τούτων
40 εὐτάτος ἡ ἀγνοία· οὐ γὰρ πρὸς τὸν λόγον ἀλλὰ πρὸς
τὴν διάνοιαν ἢ ἀπάντησις αὐτῶν· ὅσοι δὲ λόγου χάριν
λέγουσι, τούτων δ' ἐλεγχοῦ ἴσασιν τοῦ τ' ἐν τῇ φωνῇ
λόγου καὶ τοῦ ἐν τοῖς νόμοισιν. (3) Ἐλήλυθε δὲ τοῖς
διαποροῦσιν αὐτῇ ἡ δόξα ἐκ τῶν αἰσθητῶν, ἢ μὲν τοῦ ἅμα
45 τὰς ἀντιφάσεις καὶ τάναντία ὑπάρχειν ὁρῶσιν ἐκ ταυτοῦ
γινόμενα τάναντία. Εἰ οὖν μὴ ἐνδέχεται γενέσθαι τὸ
μὴ ὄν, προὔπῃρχεν ὁμοίως τὸ πρᾶγμα ἀμφω ὄν, ὥσπερ
καὶ Ἀναξαγόρας μεμῖχθαι πᾶν ἐν παντί φησι καὶ Δη-
μόκριτος· καὶ γὰρ οὗτος τὸ κενὸν καὶ τὸ πλήρες ὁμοίως
50 καθ' ὅτι οὖν ὑπάρχειν μέρος, καίτοι τὸ μὲν ὄν τούτων
εἶναι, τὸ δὲ μὴ ὄν. (4) Πρὸς μὲν οὖν τοὺς ἐκ τούτων
ὑπολαμβάνοντας ἐρούμεν ὅτι τρόπον μὲν τινα ὁρθῶς

Ex eadem vero opinione, Protagoræ quoque oratio est;
et similiter est necesse, ipsas ambas, aut esse, aut non
esse. Si enim omnia, de quibus opinantur, quæque ap-
parent, vera sunt, necesse est omnia simul vera et falsa
esse. Siquidem multi contraria invicem opinantur, ac eos,
qui non opinantur eadem, quæ ipsi, falli putant. Quare
necesse est idem esse, et non esse. Quod si est, necesse
est omnia, de quibus opinentur, vera esse. Opposita nam-
que opinantur qui mentiuntur, et qui verum dicunt. Si
igitur ea quæ sunt, ita se habent, verum omnes dicent.
(2) Quod itaque ambæ orationes ex eadem mente sint,
patet. Non est autem idem omnes coarguendi modus.
Quidam enim persuasionem, quidam vero vi indigent. Qui-
cumque namque propterea quod dubitent, ita existimarunt,
horum ignorantia sanabilis est. Non enim ad sermonem,
sed ad mentem eorum obviatio fieri debet. Quicumque vero
sermonis gratia dicunt, horum sanatio, redargutio est, et
ejus sermonis qui in voce, et ejus qui in nominibus. (3) Ad-
venit autem illis qui dubitant, hæc opinio, a sensibilibus,
ea quidem, qua dicitur, simul contradictoria et contra-
ria esse, quoniam vident ex eodem contraria fieri. Si igitur
non est possibile, quod non est, fieri, præexistit similiter
utrumque ens : sicut Anaxagoras omne in omni misceri
ait, atque Democritus. Etenim licet quoque vacuum et
plenum similiter in quacumque parte esse : atqui horum
hoc quidem ens, hoc vero non-ens esse. (4) Ad illos
itaque, qui ex his ita arbitrantur, dicemus quod quo-

λέγουσι, τρόπον δὲ τινα ἀγνοοῦσιν. Ἐὶ γὰρ ὃν λέγεται
 διχῶς, ὥστ' ἔστιν ὃν τρόπον ἐνδέχεται γίνεσθαι τι ἐκ
 τοῦ μὴ ὄντος, ἔστι δ' ὃν οὐ, καὶ ἅμα τὸ αὐτὸ εἶναι ὃν
 καὶ μὴ ὃν, ἀλλ' οὐ κατὰ ταῦτ' ὃν· δυνάμει μὲν γὰρ
 5 ἐνδέχεται ἅμα ταῦτ' εἶναι τὰ ἐναντία, ἐντελεχείᾳ δ' οὐ.
 Ἐτι δ' ἀζιώσωμεν αὐτοὺς ὑπολαμβάνειν καὶ ἄλλην τινα
 οὐσίαν εἶναι τῶν ὄντων, ἥ οὔτε κίνησις ὑπάρχει οὔτε
 φθορὰ οὔτε γένεσις τὸ παράπαν. (5) Ὅμοιως δὲ καὶ
 ἢ περὶ τὰ φαινόμενα ἀλήθεια ἐνίοις ἐκ τῶν αἰσθητῶν
 10 ἐλήλυθεν. Ἐὶ μὲν γὰρ ἀληθὲς οὐ πλῆθει κρίνεσθαι
 οἴονται προσήκειν οὐδὲ ὀλιγότῃ, τὸ δ' αὐτὸ τοῖς μὲν
 γλυκὺ γευσόμενοι δοκεῖν εἶναι, τοῖς δὲ πικρὸν· ὥστ' εἰ
 πάντες ἕκαμνον ἢ πάντες παρεφρόνουν, δύο δ' ἢ τρεῖς
 ὑγίαινον ἢ νοῦν εἶχον, δοκεῖν ἂν τούτους κάμνειν καὶ
 15 παραφρονεῖν, τοὺς δ' ἄλλους οὐ. (6) Ἐτι δὲ πολλοῖς
 τῶν ἄλλων ζῶων τάναντία περὶ τῶν αὐτῶν φαίνεσθαι
 καὶ ἡμῖν, καὶ αὐτῷ δὲ ἑκάστῳ πρὸς αὐτὸν οὐ ταῦτα
 κατὰ τὴν αἰσθησιν αἰεὶ δοκεῖν. Ποῖα οὖν τούτων ἀληθῆ
 ἢ ψευδῆ, ἀδῆλον· οὐδὲν γὰρ μάλλον τάδε ἢ τάδε ἀληθῆ,
 20 ἀλλ' ὁμοίως. Διὸ Δημοκρίτος γέ φησιν ἦτοι οὐθὲν
 εἶναι ἀληθὲς ἢ ἡμῖν γ' ἀδῆλον. (7) Ὅλως δὲ διὰ τὸ
 ὑπολαμβάνειν φρόνησιν μὲν τὴν αἰσθησιν, ταύτην
 δ' εἶναι ἀλλοίωσιν, τὸ φαινόμενον κατὰ τὴν αἰσθησιν
 εἰ ἀνάγκης ἀληθὲς εἶναι φασιν· ἐκ τούτων γὰρ καὶ
 25 Ἐμπεδοκλῆς καὶ Δημοκρίτος καὶ τῶν ἄλλων ὡς ἔπος
 εἰπεῖν ἕκαστος τοιαύταις δόξαις γεγεννηται ἔνοχοι.
 (8) Καὶ γὰρ Ἐμπεδοκλῆς μεταβάλλοντας τὴν ἕξιν με-
 ταβάλλειν φησὶ τὴν φρόνησιν·

Πρὸς παρεὸν γὰρ μητις ἐναυξεται ἀνθρώποισιν.

30 Καὶ ἐν ἑτέροις δὲ λέγει ὅτι

ὄσον ἄλλοιτοι μετέφυν, τόσον ἄρ σφισιν αἰεὶ
 καὶ τὸ φρονεῖν ἄλλοῖα παρίστατο.

Καὶ Παρμενίδης δὲ ἀποφαίνεται τὸν αὐτὸν τρόπον·

Ἦς γὰρ ἕκαστος ἔχει κράσιν μελέων πολυκάμπτων,
 35 τὼς νόος ἀνθρώποισι παρίσταται.

Τὸ γὰρ αὐτὸ ἔστιν

Ὅπερ φρονεῖ μελέων φύσις ἀνθρώποισιν
 καὶ πάσιν καὶ παντὶ· τὸ γὰρ πλεόν ἐστὶ νόημα.

(9) Ἀναξάγορου δὲ καὶ ἀπόφθεγμα μνημονεύεται πρὸς
 40 τῶν ἐταίρων τινάς, ὅτι τοιαῦτ' αὐτοῖς ἔσται τὰ ὄντα
 οἷα ἂν ὑπολάβωσιν. Φασὶ δὲ καὶ τὸν Ὀμηρον ταύτην
 ἔχοντα φαίνεσθαι τὴν δόξαν, ὅτι ἐποίησε τὸν Ἔκτορα,
 ὡς ἐξέστη ὑπὸ τῆς πληγῆς, κείσθαι ἄλλοφρονέοντα,
 ὡς φρονούντας μὲν καὶ τοὺς παραφρονούντας ἀλλ' οὐ
 45 ταῦτά. (10) Δῆλον οὖν ὅτι, εἰ ἀμφοτέραι φρονή-
 σεις, καὶ τὰ ὄντα ἅμα οὕτω τε καὶ οὐχ οὕτως ἔχει.
 Ἐἴ καὶ χαλεπώτατον τὸ συμβαίνον ἔστιν· εἰ γὰρ οἱ μά-
 λιστα τὸ ἐνδεχόμενον ἀληθὲς ἐωρακότες (οὗτοι δ' εἰσὶν
 50 οἱ μάλιστα ζητοῦντες αὐτὸ καὶ φιλοῦντες) οὗτοι τοιαύ-
 τας ἔχουσι τὰς δόξας καὶ ταῦτα ἀποφαίνονται περὶ τῆς
 ἀληθείας, πῶς οὐκ ἀξίον ἀθυμῆσαι τοὺς φιλοσοφεῖν

dam modo quidem vere dicunt, quodam modo vero igno-
 rant. Ens namque dupliciter dicitur. Quare aliquo modo
 quidem possibile est aliquid ex non ente fieri, aliquo vero
 modo, non est: simulque idem ens et non-ens esse, sed
 non secundum idem ens. Potentia namque contingit,
 simul idem contraria esse, actu vero minime. Item eos
 effragitabimus aliam quoque substantiam entium existimare,
 cui neque motus, neque corruptio, neque omnino generatio
 insit. (5) Similiter autem veritas quæ est circa ea quæ
 apparent, quibusdam ex sensibilibus advenit. Nam verum
 non pluralitate, neque paucitate, judicari censent debere;
 idem autem quibusdam gustantibus dulce, quibusdam
 amarum esse videri. Quare si omnes ægrotaent, aut
 omnes insanirent, duo vero vel tres sani aut mentis com-
 potes essent, hi utique videri possent ægrotae atque insa-
 nire, ceteri vero minime. (6) Item multis aliorum ani-
 malium contraria apparere quam nobis: ac nostrum cuique
 non eadem ad se ipsum semper secundum sensum appa-
 rent. Qualia igitur horum vera vel falsa sint, non est ma-
 nifestum. Nihilominus enim vel magis hæc quam illa vera
 sunt, sed æqualiter. Quare Democritus, aut nihil esse
 verum, aut nobis ignotum esse, ait. (7) Et simpliciter
 propterea quod sensum quidem mentem putant, hunc vero
 alterationem esse: quod secundum sensum apparet, neces-
 sario verum aiunt. Ex his enim et Empedocles, et Demo-
 critus, ceterorum quoque singuli, talibus opinionibus irra-
 titi sunt. (8) Empedocles etenim habitu mutato, mentem
 quoque mutari ait:

Ad præsens etenim se mens mortalibus auget.

In aliis autem dicit:

Quantum alii fiunt mutantque, etiam sapere ipsis
 altera semper adest tantum.

Parmenides quoque eodem asserit modo:

Namque ut membrorum est mollis complexio cuique,
 Sic intellectus mortalibus adstat.

Namque est idem hoc:

Quod natura sapit membrorum hominis cuiusque,
 cunctorumque: intellectus nam pluribus horum (mem-
 brorum).

(9) Anaxagoræ autem apophthegma quoque a quodam
 suorum necessariorum memoriæ traditum est. Talia eis
 entia futura esse, qualia ea esse putarint. Homerum etiam
 talem aiunt opinionem habere videri: quippe qui faciat
 Hectorem, quum a vulnere insaniret, jacere « aliud sapien-
 tem », tanquam et insanientes saperent quidem, sed non
 eadem. (10) Patet itaque quod, si utraque mens est,
 entia quoque simul ita et non ita se habent. Qua ex re
 difficillimum quod sequitur est. Si enim qui maxime pos-
 sibile verum vident (ii autem sunt, qui maxime illud
 quærunt et amant), ii tales opiniones habent et talem de
 veritate sententiam ferunt, quomodo non desperatio illis

ἐγγειροῦντας; τὸ γὰρ τὰ πετόμενα διώκειν τὸ ζητεῖν ἂν εἴη τὴν ἀλήθειαν. (11) Αἴτιον δὲ τῆς δόξης τούτοις ὅτι περὶ τῶν ὄντων μὲν τὴν ἀλήθειαν ἐσκόπου, τὰ δ' ὄντα ὑπέλαβον εἶναι τὰ αἰσθητὰ μόνον· ἐν δὲ τούτοις πολλὰ ἢ τοῦ ἀορίστου φύσις ἐνυπάρχει, καὶ ἡ τοῦ ὄντος οὕτως ὡσπερ εἶπομεν· διὸ εἰκότως μὲν λέγουσιν, οὐκ ἀληθῆ δὲ λέγουσιν. Οὕτως γὰρ ἀρμόττει μᾶλλον εἰπεῖν ἢ ὡσπερ Ἐπίχαρμος εἰς Ξενοφάνην. (12) Ἔτι δὲ πᾶσαν δρῶντες ταύτην κινουμένην τὴν φύσιν, κατὰ δὲ τοῦ μεταβάλλοντος οὐθὲν ἀληθεύομενον, περὶ γε τὸ πάντῃ πάντως μεταβάλλον οὐκ ἐνδέχεται ἀληθεύειν. Ἐκ γὰρ ταύτης πῆς ὑπολήψεως ἐξήγησεν ἡ ἀκροτάτη δόξα τῶν εἰρημένων, ἢ τῶν φασκότων ἠρακλειτίζειν, καὶ οἷαν Κρατύλος εἶπεν, ὅς τὸ τελευταῖον οὐθὲν ᾔετο δεῖν λέγειν ἀλλὰ τὸν δάκτυλον ἐκίνει μόνον, καὶ Ἡρακλείτῳ ἐπετίμα εἰπόντι ὅτι δις τῷ αὐτῷ ποταμῷ οὐκ ἔστιν ἐμβλῆναι· αὐτὸς γὰρ ᾔετο οὐδ' ἄπαξ. (13) Ἡμεῖς δὲ καὶ πρὸς τοῦτον τὸν λόγον ἐροῦμεν ὅτι τὸ μὲν μεταβάλλον ὅτε μεταβάλλει ἔχει τινὰ αὐτοῖς ἀληθῆ λόγον μὴ οἰεσθαι εἶναι. Καίτοι ἔστι γε ἀμφισβητήσιμον· τό τε γὰρ ἀποβάλλον ἔχει τι τοῦ ἀποβαλλομένου, καὶ τοῦ γιγνομένου ἤδη ἀνάγκη τι εἶναι. Ὅπως τε εἰ φθείρεται, ὑπάρχει τι ὄν· καὶ εἰ γίγνεται, ἐξ οὗ γίγνεται καὶ ὑπ' οὗ γεννᾶται ἀναγκαῖον εἶναι, καὶ τοῦτο μὴ εἶναι εἰς ἄπειρον. (14) Ἀλλὰ ταῦτα παρέντες ἐκεῖνα λέγωμεν, ὅτι οὐ ταῦτόν ἐστι τὸ μεταβάλλειν κατὰ τὸ ποσὸν καὶ κατὰ τὸ ποιόν. Κατὰ μὲν οὖν τὸ ποσὸν ἔστω μὴ μένον· ἀλλὰ κατὰ τὸ εἶδος ἅπαντα γινώσκομεν. (15) Ἔτι δ' ἄξιον ἐπιτιμῆσαι τοῖς οὕτως ὑπολαμβάνουσιν, ὅτι καὶ αὐτῶν τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τῶν ἐλαττόνων τὸν ἀριθμὸν ἰδόντες οὕτως ἔχοντα περὶ θλου τοῦ οὐρανοῦ ἁμοίως ἀπεσήναντο. Ὁ γὰρ περὶ ἡμᾶς τοῦ αἰσθητοῦ τόπος ἐν φθορᾷ καὶ γενέσει διατελεῖ μόνος ὢν· ἀλλ' οὕτως οὐθὲν ὡς εἰπεῖν μόνον τοῦ παντός ἐστιν, ὡστε δικαιότερον ἂν δι' ἐκεῖνα τούτων ἀπεψηρίσαντο ἢ διὰ ταῦτα ἐκεῖνων κατεψηρίσαντο. (16) Ἔτι δὲ ὄηλον ὅτι καὶ πρὸς τούτους ταῦτα τοῖς πάλαι λεγθεῖσιν ἐροῦμεν· ὅτι γὰρ ἔστιν ἀκίνητός τις φύσις δεικτέον αὐτοῖς καὶ πειστέον αὐτούς. Καίτοι συμβαίνει γε τοῖς ἅμα φάσκουσιν εἶναι καὶ μὴ εἶναι ἡρεμεῖν μᾶλλον φάναι πάντα ἢ κινεῖσθαι· οὐ γὰρ ἔστιν εἰς τὴν μεταβάλλειν ἅπαντα γὰρ ὑπάρχει ἅπασιν. (17) Περὶ δὲ τῆς ἀληθείας, ὡς οὐ πᾶν τὸ φαινόμενον ἀληθές, πρῶτον μὲν ὅτι οὐδ' ἡ αἰσθησις ψευδῆς τοῦ ἰδίου ἐστίν, ἀλλ' ἡ φαντασία οὐ ταῦτόν τῃ αἰσθήσει. Ἐἴτ' ἄξιον θαυμάσαι εἰ τοῦτ' ἀποροῦσι, πότερον τῆλικαυτὰ ἐστὶ τὰ μεγέθη καὶ τὰ χρώματα τοιαῦτα ὅσα τοῖς ἄποθεν φαίνεται ἢ ὅσα τοῖς ἐγγύθεν, καὶ πότερον ὅσα τοῖς ὑγιαίνουσιν ἢ ὅσα τοῖς κάμνουσιν, καὶ βραρύτερα πότερον ἢ τοῖς ἀσθενοῦσιν ἢ ἢ τοῖς ἰσχυροῖσιν, καὶ ἀληθῆ πότερον ἢ τοῖς καθεύδουσιν ἢ ἢ τοῖς ἐγρηγοροῦσιν. Ὅτι μὲν γὰρ οὐκ οἰονταί γε, φανερόν· οὐδεὶς γοῦν ἐὰν ὑπολάβῃ νύκτωρ Ἀθήνησιν εἶναι ὢν ἐν Λιβύῃ, πορεύεται εἰς τὸ ᾧδεῖον. (18) Ἔτι δὲ περὶ τοῦ μέλλοντος, ὡσπερ καὶ

sit, qui philosophari conantur? nam quærere veritatem, non esset nisi volucres persequi. (11) Causa vero hujus opinionis his fuit, quia veritatem quidem de entibus considerabant; entia vero arbitrati sunt sensibilia esse sola. In his autem magna indeterminati natura inest, et ejus, quod ita ens est, ut praxidiximus. Quare verisimiliter quidem, sed non vere dicunt. Ita enim magis convenit dicere, quam ut Epiclarmus in Xenophanem. (12) Item quum hanc omnem naturam moveri viderent, de eo autem quod mutatur, nihil verificari, circa illud quod omnino mutatur, nihil verificari posse putabant. Ex hac enim existimatione summa illa eorum opinio pullulavit, qui se Heraclitum sequi affirmabant, qualem et Cratylus habebat, qui tandem nihil putabat dicere oportere, sed solum digitum movebat, et Heraclitum, quod bis dixisset in eundem fluvium non esse intrare, reprehendebat: ipse enim existimabat, ne semel quidem. (13) Nos autem ad hanc etiam rationem dicemus, quod id quod mutatur, quum mutatur, habet aliquam veritatem, non esse putare. At hoc quidem ambiguum est. Abjiciens enim habet aliquid ejus quod abjicit, ac necesse est, aliquid etiam ejus, quod fit, esse. Et simpliciter si corrumpitur, erit aliquid ens: et si fit, necesse est esse ex quo fit et a quo generatur, et hoc non esse in infinitum. (14) Sed his omissis, illa dicamus, quod non est idem, secundum quantitatem, et secundum qualitatem transmutari. Detur itaque non permanere secundum quantitatem: attamen secundum speciem omnia cognoscimus. (15) Item dignum est reprehendere eos qui ita arbitrantur, quoniam, quum et ipsorum sensibilibum pauciora numero ita se habere viderent, de toto tamen cælo similiter senserunt. Hic enim qui circa nos est sensibilibum locus, in corruptione et generatione solus est: at hic nulla, ut ita dicam, universi pars est. Unde justius fuisset propter illa, ista etiam absolvisse, quam propter ista, illa condemnasse. (16) Item manifestum est quod et ad istos eadem dicemus, quæ olim dicta sunt. Quod enim est immobilis quædam natura, ostendendum et persuadendum est eis. Atque accidit eis qui simul dicunt esse et non esse, magis dicere quiescere cuncta, quam moveri. Non enim est, in quod quicquam mutetur: nam omnia omnibus insunt. (17) De veritate vero, quod non omne, quod apparet, verum sit: primo quidem neque sensus proprii fallax est: at phantasia non est idem quod sensus. Deinde admiratione dignum est, si hoc dubitant, utrum tantæ sint magnitudines, talesque colores, quales eminus, an quales cominus apparent; et utrum qualia sanis, an qualia ægrolantibus; et graviora, utrum qualia debilibus, an qualia robustis; et vera, utrum qualia dormientibus, an qualia vigilantibus. Quod enim non arbitrantur, patet: nemo etenim, si noctu existimet se Athenis esse, quum in Libya sit, ad Arcopagum vadit. (18) Item de futuro, ut Plato quoque

Πλάτων λέγει, οὐ δὴπου ὁμοίως κυρία ἢ τοῦ ἱατροῦ
δοξα καὶ ἢ τοῦ ἀγνοοῦντος, οἷον περὶ τοῦ μέλλοντος
ἔσεσθαι ὑγιούς ἢ μὴ μέλλοντος. Ἔτι δὲ ἐπ' αὐτῶν
τῶν αἰσθήσεων οὐχ ὁμοίως κυρία ἢ τοῦ ἀλλοτρίου καὶ
5 ἰδίου ἢ τοῦ πλησίον καὶ τοῦ αὐτῆς, ἀλλὰ περὶ μὲν χρώ-
ματος ὄψις, οὐ γεύσις, περὶ δὲ χυμοῦ γεῦσις, οὐκ ὄψις·
ὣν ἐκάστη ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ περὶ τὸ αὐτὸ οὐδέποτε
φθῖναι ἅμα οὕτω καὶ οὐχ οὕτως ἔχειν. (19) Ἄλλ' οὐδ'
ἐν ἐτέρῳ χρόνῳ περὶ γε τὸ πάθος ἡμφισβήτησεν, ἀλλὰ
10 περὶ τὸ ὅτι συμβέβηκε τὸ πάθος· λέγειν δ' οἷον ὁ μὲν
αὐτὸς οἶνος δοξοῖεν ἂν ἢ μεταβαλὼν ἢ τοῦ σώματος με-
ταβαλόντος ἐτέ· μὲν εἶναι γλυκύς δὲ δὲ οὐ γλυκύς·
ἀλλ' οὐ τό γε γλυκὺ οἶον ἐστὶν ὅταν ἦ, οὐδέποτε
μετέβαλεν, ἀλλ' αἰεὶ ἀλθίθει περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐστὶν
15 ἐξ ἀνάγκης τὸ ἐσόμενον γλυκὺ τοιοῦτον. (20) Καίτοι
τοῦτο ἀναιροῦσιν οὗτοι οἱ λόγοι ἅπαντες, ὥσπερ καὶ
οὐσίαν μὴ εἶναι μηθὲν, οὕτω μτ' ἐξ ἀνάγκης μηθέν·
τὸ γὰρ ἀναγκαῖον οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως καὶ ἄλλως
ἔχειν, ὥστ' εἴ τι ἐστὶν ἐξ ἀνάγκης, οὐχ ἔξει οὕτω τε
20 καὶ οὐχ οὕτως. (21) Ὅλωσ τ' εἴπερ ἐστὶ τὸ αἰσθητὸν
μόνον, οὐθὲν ἂν εἴη μὴ ὄντων τῶν ἐμψύχων· αἰσθη-
σις γὰρ οὐκ ἂν εἴη. Τὸ μὲν οὖν μήτε τὰ αἰσθητὰ εἶναι
μήτε τὰ αἰσθητά ἴσως ἀληθές (τοῦ γὰρ αἰσθανο-
μένου πάθος τοῦτο ἐστὶ), τὸ δὲ τὰ ὑποκείμενα μὴ εἶναι,
25 ἃ ποιεῖ τὴν αἰσθησιν, καὶ ἄνευ αἰσθήσεως, ἀδύνατον.
Οὐ γὰρ δὴ ἢ γ' αἰσθησις αὐτῆ ἐαυτῆς ἐστὶν, ἀλλ' ἐστὶ
τι καὶ ἕτερον παρὰ τὴν αἰσθησιν, ὃ ἀνάγκη πρότερον
εἶναι τῆς αἰσθήσεως· τὸ γὰρ κινῶν τοῦ κινουμένου
φύσει πρότερον ἐστὶ· κἂν εἴ λέγεται πρὸς ἀλληλα ταῦτα,
30 οὐθὲν ἦττον.

ait, non est profecto similiter certa medici et ignari opinio :
utputa, de futuro sano, aut non futuro. Item in ipsismet
sensibus, non est similiter certus qui alieni est, et qui pro-
prij; nec qui illius quod prope est et ejus quod longe : sed
de colore quidem visus, non gustus, de sapore gustus, et
non visus, quorum nullus unquam ait eodem tempore circa
idem simul ita et non ita se habere. (19) At nec in alio tem-
pore circa passionem quidem dubitarint, sed circa illud, cui
passio accidit : dico autem veluti idem quidem vinum, aut
ipsum mutatum, aut corpore mutato, videri possit quan-
doque dulce, quandoque non dulce, sed non ipsum dulce,
quum est quale est, unquam mutatum est, sed semper veri-
ficatur de eo; et quod futurum est dulce, necessario tale est.
(20) Attamen omnes illæ orationes hoc perimunt· et quem-
admodum substantiam non esse ullius, ita nec quicquam
necessario esse; necessarium enim non contingit aliter et
aliter se habere. Quare si quid necessario est, non ita et
non ita habebit. (21) Et simpliciter, si sensibile solum
est, nihil fuerit profecto, quoniam tum animata non essent.
Sensus enim non esset. Neque sensibilia itaque neque
sensiones esse, fortassis verum esset : sentientis enim hæc
passio est : at ipsa subjecta, quæ sensum faciunt, non esse
etiam absque sensu, hoc impossibile est. Sensus namque
non ipse est sui ipsius, sed est aliquid aliud etiam præter
sensem, quod necesse est prius sensu esse. Movens enim,
natura prius est moto : et si ad se invicem hæc esse dicun-
tur, nihilo minus.

CAP. VI.

Εἰσὶ δὲ τινες οἱ ἀποροῦσι καὶ τῶν ταῦτα πεπεισμέ-
νων καὶ τῶν τοὺς λόγους τούτους μόνον λεγόντων· ζη-
τοῦσι γὰρ τίς ὁ κρινὼν τὸν ὑμικίνοντα καὶ ὄλωσ τὸν περὶ
ἕκαστα κρινῶντα ὀρθῶς. Τὰ δὲ τοιαῦτα ἀπορήματα
35 ὁμοία ἐστὶ τῷ ἀπορεῖν πρότερον καθυεδομένον νῦν ἢ ἐρη-
γόραμεν. (2) Δύναται δ' αἱ ἀπορίαι αἱ τοιαῦται πᾶσαι
τὸ αὐτό· πάντων γὰρ λόγον ἀξιοῦσιν οὗτοι εἶναι· ἀρχὴν
γὰρ ζητοῦσι, καὶ ταύτην δι' ἀποδείξεως λαμβάνειν,
ἐπεὶ οἱ γε οὐ πεπεισμένοι εἰσὶ, φανεροὶ εἰσιν ἐν ταῖς
40 πράξεσιν. Ἄλλ' ὅπερ εἶπομεν, τοῦτο αὐτῶν τὸ πάθος
ἐστὶν· λόγον γὰρ ζητοῦσιν ὣν οὐκ ἐστὶ λόγος· ἀποδεί-
ξεως γὰρ ἀρχὴ οὐκ ἀπόδειξις ἐστὶν. Οὗτοι μὲν οὖν
ῥαδίως ἂν τοῦτο πεισθεῖεν· ἐστὶ γὰρ οὐ χαλεπὸν λα-
βεῖν. Οἱ δ' ἐν τῷ λόγῳ τὴν βίαν μόνον ζητοῦντες
45 ἀδύνατον ζητοῦσιν· ἐναντία γὰρ εἰπεῖν ἀξιοῦσιν, εὐθὺς
ἐναντία λέγοντες. (3) Εἰ δὲ μὴ ἐστὶ πάντα πρὸς τι,
ἀλλ' ἐνία ἐστὶ καὶ αὐτὰ καθ' αὐτά, οὐκ ἂν εἴη πᾶν τὸ
φαινόμενον ἀληθές· τὸ γὰρ φαινόμενον τινὲ ἐστὶ φαι-
νόμενον· ὥστε ὁ λέγων ἅπαντα τὰ φαινόμενα εἶναι
50 ἀληθῆ, ἅπαντα ποιεῖ τὰ ὄντα πρὸς τι. (4) Διὸ καὶ φυ-
λακτέον τοῖς τὴν βίαν ἐν τῷ λόγῳ ζητοῦσιν, ἅμα δὲ καὶ
ὑπέχειν λόγον ἀξιοῦσιν, ὅτι οὐ τὸ φαινόμενον ἐστὶν,

Sunt autem quidam qui dubitent et eorum quibus de his
persuasum est, et eorum qui has orationes solum dicis causa
edunt. Quærunt etenim, quis eum, qui sanus est, et omnino
qui circa singula recte judicari, examinet. Tales autem
dubitaciones similes sunt, ac si quis dubitaret utrum dor-
mimus nunc, an vigilamus. (2) Tales namque cunctæ du-
bitationes idem possunt. De omnibus etenim hi volunt de-
monstrationem esse. Principium namque, et hoc per
demonstrationem accipere quærunt. Quod autem non
est eis persuasum, ex eorum actionibus manifeste apparet.
Sed, ut diximus, iste eorum affectus est : rationem nam-
que eorum quærunt, quorum non est ratio. Demonstra-
tionis enim principium non est demonstratio His quidem
igitur facile hoc persuadebitur : non enim est difficile per-
ceptu. Qui vero in oratione solum quærunt ut vi convin-
cantur, impossibile quærunt. Contraria namque dicere
adversarium volunt, ipsi statim ab initio contraria dicen-
tes. (3) Si autem non sunt omnia ad aliquid, sed quædam
ipsa per se ipsa sunt, non erit utique verum omne, quod
apparet. Apparens enim, alicui est apparens. Quare qui
dicit omnia vera, quæ apparent, esse, omnia entia facit ad
aliquid. (4) Quare observandum est iis qui vim in oratione
quærunt, simulque reddere orationem volunt, quod non

ἀλλὰ τὸ φαινόμενον ᾧ φαίνεται καὶ ὅτε φαίνεται καὶ ἤ και ὤς. Ἄν δ' ὑπέχωσι μὲν λόγον, μὴ οὕτω δ' ὑπέχωσι, συμβήσεται αὐτοῖς τάναντία ταχὺ λέγειν. (5) Ἐνδέχεται γὰρ τῷ αὐτῷ κατὰ μὲν τὴν ὄψιν μέλι φαίνεσθαι, τῇ δὲ γέουσι μί, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν δυοῖν ὄντων μὴ ταῦτα ἑκατέρω τῇ ὄψει, ἂν ὣσιν ἀνόμοιοι. Ἐπεὶ πρὸς γε τοὺς διὰ τὰς πάλαι εἰρημένας αἰτίας τὸ φαινόμενον φάσκοντας ἀληθές εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο πάνθ' ὁμοίως εἶναι ψευδῆ καὶ ἀληθῆ (οὔτε γὰρ ἅπασιν ταῦτα φαίνεσθαι οὔτε τῷ αὐτῷ αἰεὶ ταῦτά, ἀλλὰ πολλάκις τάναντία κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον· ἢ μὲν γὰρ ἀπὸ οὗ λέγει ἐν τῇ ἐπαλλάξει τῶν δακτύλων, ἢ δ' ὄψιν ἐν), ἀλλ' οὔτε τῇ αὐτῇ γε καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ αἰσθῆσει καὶ ὡσαύτως καὶ ἐν τῷ αὐτῷ χρόνῳ, ὥστε τοῦτ' ἂν εἴη ἀληθές. (6) Ἄλλ' ἴσως διὰ τοῦτ' ἀνάγκη λέγειν τοῖς μὴ δι' ἀπορίαν ἀλλὰ λόγου χάριν λέγουσιν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀληθές τοῦτο, ἀλλὰ τούτω ἀληθές. Καὶ ὡσπερ δὴ πρότερον εἰρηται, ἀνάγκη καὶ πρὸς τι ποιεῖν ἅπαντα καὶ πρὸς δόξαν καὶ αἰσθησιν, ὡστ' οὔτε γέγονεν οὐτ' ἔσται οὐθὲν μηθενὸς προδοξάσαντος. Εἰ δὲ γέγονεν ἢ ἔσται, δῆλον ὅτι οὐκ ἂν εἴη ἅπαντα πρὸς δόξαν. (7) Ἐτι εἰ ἐν, πρὸς ἐν ἢ πρὸς ὀρισμένον· καὶ εἰ ταῦτο καὶ ἡμισυ καὶ ἴσον, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸ διπλάσιόν γε τὸ ἴσον. Πρὸς δὴ τὸ δοξάζον εἰ ταῦτο ἄνθρωπος καὶ τὸ δοξαζόμενον, οὐκ ἔσται ἄνθρωπος τὸ δοξάζον, ἀλλὰ τὸ δοξαζόμενον. Εἰ δ' ἕκαστον ἔσται πρὸς τὸ δοξάζον, πρὸς ἅπειρα ἔσται τῷ εἶδει τὸ δοξάζον. (8) Ὅτι μὲν οὖν βεβαιοτάτη δόξα πασῶν τὸ μὴ εἶναι ἀληθεῖς ἅμα τὰς ἀντικειμένους φάσεις, καὶ τί συμβαίνει τοῖς οὕτω λέγουσι, καὶ διὰ τί οὕτω λέγουσι, τοσαῦτα εἰρήσθω. (9) Ἐπει δ' ἀδύνατον τὴν ἀντίφρασιν ἀληθεύεσθαι ἅμα κατὰ τοῦ αὐτοῦ, φανερόν ἐστι οὐδὲ τάναντία ἅμα ὑπάρχειν ἐνδέχεται τῷ αὐτῷ. Ἰῶν μὲν γὰρ ἐναντίων θάτερον στέρησις ἔστιν οὐχ ἥττον, οὐσίας δὲ στέρησις, ἢ δὲ στέρησις ἀπόφρασις ἔστιν ἀπὸ τινος ὀρισμένου γένους. Εἰ οὖν ἀδύνατον ἅμα καταφάναι καὶ ἀποφάναι ἀληθῶς, ἀδύνατον καὶ τάναντία ὑπάρχειν ἅμα, ἀλλ' ἢ πῆ ἅμφω, ἢ θάτερον μὲν πῆ θάτερον δὲ ἀπλῶς.

CAP. VII.

Ἄλλὰ μὴν οὐδὲ μεταξὺ ἀντιφάσεως ἐνδέχεται εἶναι οὐθὲν, ἀλλ' ἀνάγκη ἢ φάναι ἢ ἀποφάναι ἐν καθ' ἑνὸς ὀτιοῦν. Δῆλον δὲ πρῶτον μὲν ὀρισμένοις τί τὸ ἀληθές καὶ ψεῦδος. Τὸ μὲν γὰρ λέγειν τὸ ὄν μὴ εἶναι ἢ τὸ μὴ ὄν εἶναι ψεῦδος, τὸ δὲ τὸ ὄν εἶναι καὶ τὸ μὴ ὄν μὴ εἶναι ἀληθές, ὥστε καὶ ὁ λέγων τοῦτο εἶναι ἢ μὴ εἶναι ἢ εἶναι οὔτε τὸ μὴ ὄν. (2) Ἐτι ἦτοι τὸ μεταξὺ ἔσται τῆς ἀντιφάσεως, ὡσπερ τὸ φαῖον μέλανος καὶ λευκοῦ, ἢ ὅς τὸ μηδέτερον ἀνθρώπου καὶ ἵππου. Εἰ μὲν οὖν οὕτως, οὐκ ἂν μεταβάλλοι (ἐκ μὴ ἀγαθοῦ γὰρ εἰς ἀγαθὸν μεταβάλλει, ἢ ἐκ τούτου εἰς μὴ ἀγαθόν)· νῦν δ' αἰεὶ φαίνεται· οὐ γὰρ ἔστι μεταβολὴ ἀλλ' ἢ εἰς τὰ ἀντικείμενα καὶ μεταξὺ. Εἰ δ' ἔστι μεταξὺ, καὶ

quod apparet, est, sed quod apparet, cui apparet, et quando apparet, et quatenus, et quomodo. Quodsi reddant quidem orationem, non tamen ita reddant, accidet eis quamprimum contraria dicere. (5) Potest etenim eidem secundum visum quidem mel apparere, gustu autem non; et quum oculi duo sint, non eadem utriusque visui, si visus sint dissimiles. Etenim ad eos, qui propter olim dictas causas, quod apparet, verum esse dicunt, et ob hoc omnia similiter esse falsa et vera (nec enim omnibus eadem apparere, nec eidem semper eadem, sed plerumque contraria, etiam eodem tempore: tactus etenim duo dicit in digitorum variatione, visus autem unum) dicant: sed neque eodem sensu et secundum idem, et eodem modo, et in eodem tempore: quare hoc esset verum profecto. (6) Sed ob hoc fortassis iis qui non propter dubitationem, sed orationis gratia dicunt, necesse est dicere, quod hoc non sit verum, sed huic verum. Et, ut antea dictum est, necesse est, ad aliquid, et ad opinionem, et ad sensum omnia facere: quare nec factum est, nec erit quicquam, si nemo prius opinatus sit. At si factum fuit, aut erit, patet quod non ad opinionem omnia sunt. (7) Item, si unum, ad unum aut ad determinatum; et si idem est, et didimium, et æquale, non tamen ad duplum, quod æquale est. Ad opinionem itaque si idem est homo et quod opinatum est, non est homo, quod opinatur, sed quod opinatum est. Quodsi unumquodque ad illud erit quod opinatur, ad infinita specie, quod opinatur, erit. (8) Quod igitur omnium certissima opinio est, non simul vera esse contradictorie opposita, et quid illis, qui sic dicunt, accidat, et cur ita dicant, hæc demum dicta sint. (9) Quum vero impossibile sit contradictionem simul de eodem verificari, patet quod neque contraria simul eidem inesse contingit. Contrariorum enim alterum non minus privatio est, ac substantiæ quidem privatio: est autem privatio, negatio a quodam determinato genere. Si impossibile itaque est simul affirmare et negare, vere impossibile est etiam contraria simul inesse: sed aut ambo secundum aliquid, aut alterum secundum aliquid, alterum simpliciter.

At vero nec inter contradictionem possibile est quicquam medium esse, sed necesse est dicere aut negare unumquodque de uno: manifestum autem est primo quidem definientibus, quid verum, quidve falsum est. Dicere namque ens non esse, aut non-ens esse, falsum: ens autem esse, et non-ens non esse, verum est. Quare et qui dicit hoc esse aut non esse, verum dicit, aut mentitur. Sed nec ens dicitur non-esse, aut esse, nec non-ens. (?) Item medium inter contradictionem, aut erit quemadmodum fuscum inter album et nigrum, aut quemadmodum neutrum inter hominem et equum. Si itaque ita est, non mutabitur profecto: ex non-bono namque in bonum mutatur, aut ex hoc in non-bonum: nunc vero semper apparet; non enim est mutatio, nisi ad opposita, et media. Quodsi est me-

οὕτως εἴη ἂν τις εἰς λευκὸν οὐκ. ἐκ μὴ λευκοῦ γένεσις·
 νῦν δ' οὐχ ὁρᾶται. (3) Ἐτι πᾶν τὸ διανοητὸν καὶ
 νοητὸν ἢ διάνοια ἢ κατὰφησιν ἢ ἀπόφησιν· τοῦτο δ' ἐξ
 ὀρισμοῦ δῆλον ὅταν ἀληθεύῃ ἢ ψεύδῃται. Ὅταν μὲν
 6 ὠδὶ συνθῆ φᾶσα ἢ ἀποφᾶσα, ἀληθεύει, ὅταν δὲ ὠδί,
 ψεύδεται. (4) Ἐτι παρὰ πάσας δεῖ εἶναι τὰς ἀντιφά-
 σεις, εἰ μὴ λόγου ἕνεκα λέγεται· ὥστε καὶ οὔτε ἀλη-
 θεύσει τις οὐτ' οὐκ ἀληθεύσει. Καὶ παρὰ τὸ ὄν καὶ τὸ
 μὴ ὄν ἔσται, ὥστε καὶ παρὰ γένεσιν καὶ φθορὰν μετα-
 10βολὴ τις ἔσται. (5) Ἐτι ἐν ὄσοις γένεσιν ἢ ἀπόφασιν
 τὸ ἐναντίον ἐπιφέρει, καὶ ἐν τούτοις ἔσται, ὅσον ἐν
 ἀριθμοῖς οὔτε περιττός οὔτε οὐ περιττός ἀριθμός.
 Ἄλλ' ἀδύνατον· ἐκ τοῦ ὀρισμοῦ δὲ δῆλον. (6) Ἐτι
 εἰς ἄπειρον βαδιεῖται, καὶ οὐ μόνον ἡμιόλια τὰ ὄντα
 15 ἔσται ἀλλὰ πλείω. Πάλιν γὰρ ἔσται ἀποφῆσαι τοῦτο
 πρὸς τὴν φάσιν καὶ τὴν ἀπόφασιν, καὶ τοῦτ' ἔσται τι·
 ἢ γὰρ οὐσία ἐστὶ τις αὐτοῦ ἄλλη. (7) Ἐτι ὅταν ἐρο-
 μένου εἰ λευκὸν ἔστιν εἴρησθαι οὐ, οὐθὲν ἄλλο ἀποπέ-
 φυκεν ἢ τὸ εἶναι· ἀπόφασιν δὲ τὸ μὴ εἶναι. (8) Ἐλή-
 20λυθε δ' ἐνίοσις αὐτῆ ἢ ὄξα ὡσπερ καὶ ἄλλαι τῶν παρα-
 δόξων· ὅταν γὰρ λύειν μὴ δύνανται λόγους ἐριστικούς,
 ἐνδόντες τῷ λόγῳ σύμφασιν ἀληθές εἶναι τὸ συλλο-
 γισθέν. Οἱ μὲν οὖν διὰ τοιαύτην αἰτίαν λέγουσιν, οἱ
 δὲ διὰ τὸ πάντων ζητεῖν λόγον. (9) Ἄρχῃ δὲ πρὸς
 25 ἅπαντας τούτους ἐξ ὀρισμοῦ. Ὅρισμός δὲ γίνεται ἐκ
 τοῦ σημαίνειν τι ἀναγκαῖον εἶναι αὐτούς· ὁ γὰρ λόγος,
 οὗ τὸ ὄνομα σημεῖον, ὀρισμός γίνεται. Ἔοικε δ' ὁ μὲν
 Ἡρακλείτου λόγος, λέγων πάντα εἶναι καὶ μὴ εἶναι,
 ἅπαντα ἀληθῆ ποιεῖν, ὁ δ' Ἀναξαγόρου εἶναι τι με-
 30ταζῶ τῆς ἀντιφάσεως, ὥστε πάντα ψευδῆ· ὅταν γὰρ
 μιγῶσθαι, οὐτ' ἀγαθὸν οὐτ' οὐκ ἀγαθὸν τὸ μίγμα, ὥστ'
 οὐθὲν εἰπεῖν ἀληθές.

CAP. VIII.

Διωρισμένων δὲ τούτων φανερόν ὅτι καὶ τὰ μονα-
 χῶς λεγόμενα καὶ τὰ κατὰ πάντων ἀδύνατον ὑπάρχειν,
 35 ὡσπερ τινες λέγουσιν, οἱ μὲν οὐθὲν φάσκοντες ἀληθές εἶ-
 ναι (οὐθὲν γὰρ κωλύειν φασὶν οὕτως ἅπαντα εἶναι ὡσπερ
 τὸ τὴν διάμετρον σύμμετρον εἶναι), οἱ δὲ πάντ' ἀληθῆ.
 Σχεδὸν γὰρ οὗτοι οἱ λόγοι οἱ αὐτοὶ τῷ Ἡρακλείτου· ὁ
 γὰρ λέγων ὅτι πάντ' ἀληθῆ καὶ πάντα ψευδῆ, καὶ χωρὶς
 40 λέγει τῶν λόγων ἐκάτερον τούτων, ὥστ' εἴπερ ἀδύνατα
 ἔχειν, καὶ ταῦτα ἀδύνατον εἶναι. (2) Ἐτι δὲ φανε-
 ρῶς ἀντιφάσεις εἰσὶν ἄς οὐχ οἴοντες ἅμα ἀληθεῖς εἶναι.
 Οὐδὲ δὴ ψευδεῖς πάσας· καίτοι δοξεῖ γ' ἂν μᾶλλον ἐν-
 δέχεσθαι ἐκ τῶν εἰρημένων. (3) Ἄλλὰ πρὸς ἅπαντας
 45 τοὺς τοιοῦτους λόγους αἰτεῖσθαι δεῖ, καθάπερ ἐλέγθη
 καὶ ἐν τοῖς ἐπάνω λόγοις, οὐκ εἶναι τι ἢ μὴ εἶναι
 ἀλλὰ σημαίνειν τι, ὥστε ἐξ ὀρισμοῦ διαλεκτέον λαβόν-
 τας τί σημαίνει τὸ ψεῦδος ἢ τὸ ἀληθές. Εἰ δὲ μὴθὲν
 ἄλλο ἢ τὸ ἀληθές φάναι ἢ ἀποφάναι ψεῦδος ἔστιν, ἀδύ-
 50 νατον πάντα ψευδῆ εἶναι· ἀνάγκη γὰρ τῆς ἀντιφάσεως
 ὁύτερον εἶναι μῶριον ἀληθές. (4) Ἐτι εἰ πᾶν ἢ φάναι
 ἢ ἀποφάναι ἀναγκαῖον, ἀδύνατον ἀμφοτέρω ψευδῆ εἶ-

ARISTOTELIS. II.

dium, sic etiam aliqua erit in album non ex non-albo ge-
 neratio : nunc autem non cernitur. (3) Item omne intel-
 lectuale et cogitabile mens aut affirmat, aut negat. Hoc
 vero ex definitione patet, quum verum dicat, aut mentiatur.
 Quum enim sic componens dicit aut negat, verum dicit :
 quum vero sic, mentiatur. (4) Item, in omnibus contradi-
 ctionibus medium esse oportet, nisi orationis gratia dicatur.
 Quare neque verum dicit aliquis, neque non-verum : et erit
 præter ens, et non-ens. Quare etiam, præter generatio-
 nem et corruptionem, transmutatio *substantiæ* aliqua erit.
 (5) Item in quibuscumque generibus negatio contrarium
 inducit, in his etiam erit : utputa in numeris nec impar,
 nec non impar numerus. Sed impossibile est : ex defini-
 tione autem est manifestum. (6) Item in infinitum pro-
 cedet, et entia non solum sesquialtera, sed etiam plura
 erunt. Rursus namque hoc negare erit ad affirmationem
 et negationem : et hoc quicumque erit : substantia namque
 ejus est alia quædam. (7) Item, quum aliquo interrogante
 an album sit, dicat quod non, nihil aliud negavit, nisi
 ipsum esse : ipsum vero non esse negatio est. (8) Advenit
 autem quibusdam opinio ista, sicuti ceteræ quoque præter
 communem opinionem : quum enim non possunt argu-
 menta contentiosa solvere, cedunt orationi, assentiuntque
 verum esse quod syllogismo effectum est. Quidam itaque ob
 talem causam dicunt ; quidam vero, propterea quod omnium
 causam quæriunt. (9) Principium vero ad hos omnes, ex
 definitione. Fit autem definitio ex eo, quod necessarium
 est aliquid eos significare. Ratio enim, cujus signum est
 nomen, definitio fit. Videtur autem Heraclitii quidem opi-
 nio, omnia esse et non esse dicens, vera omnia facere ;
 Anaxagoræ vero, esse aliquod contradictionis medium :
 quare omnia falsa. Quum enim miscentur, neque bonum,
 neque non-bonum est illud mixtum. Quare nihil est dicere
 verum.

His autem determinatis, manifestum est quod illa quo-
 que quæ uno modo et de omnibus dicuntur, impossibile
 est esse, ut quidam aiunt, quidam quidem nullum dicentes
 verum esse (nihil enim prohibere ita cuncta esse aiunt,
 uti diametrum commensurabilem esse) ; quidam vero omnia
 vera. Fere enim rationes eorum, eadem quæ et Heraclitii
 sunt. Qui enim dicit quod omnia vera et omnia falsa,
 etiam separatim utramque harum orationum dicit. Quare
 si illa impossibilia sunt, hæc quoque impossibilia esse ne-
 cesse est. (2) Item patet quod contradictiones sunt, quas
 non possibile est simul veras esse. Ergo neque falsas omnes :
 etsi id videri possit magis contingere ex jam dictis. (3) Ad
 has tamen omnes rationes petere oportet, ut et in supe-
 rioribus sermonibus dictum est, non si sit aliquid, aut non
 sit, sed si aliquid significat. Quare ex definitione dispu-
 tandum est, accipientibus quid verum quidve falsum signi-
 ficat. Si autem nihil aliud est, quam affirmare aut negare,
 verum aut falsum est, impossibile est omnia falsa esse.
 Necesse est enim alteram contradictionis partem veram
 esse. (4) Item, si omne aut affirmare aut negare necesse
 est, impossibile est utraque falsa est : altera enim pars con-

ναι· θάτερον γὰρ μέρος τῆς ἀντιφάσεως ψευδὸς ἔστιν.
 (β) Συμβαίνει δὴ καὶ τὸ θρυλούμενον πᾶσι τοῖς τοιούτοις
 λόγοις, αὐτοὺς ἑαυτοὺς ἀναιρεῖν. Ὁ μὲν γὰρ πάντα
 ἀληθῆ λέγων καὶ τὸν ἐναντίον αὐτοῦ λόγον ἀληθῆ ποιεῖ,
 5 ὥστε τὸν αὐτοῦ οὐκ ἀληθῆ (ὁ γὰρ ἐναντίος οὐ φησιν αὐ-
 τὸν ἀληθῆ), ὁ δὲ πάντα ψευδῆ καὶ αὐτὸς αὐτόν. Ἐὰν
 δ' ἐξαιρῶνται ὁ μὲν τὸν ἐναντίον ὡς οὐκ ἀληθῆς μόνος
 ἔστιν, ὁ δὲ τὸν αὐτὸς αὐτοῦ ὡς οὐ ψευδῆς, οὐθὲν ἤττον
 ἀπειροῦς συμβαίνει αὐτοῖς αἰτεῖσθαι λόγους ἀληθεῖς καὶ
 10 ψευδεῖς· ὁ γὰρ λέγων τὸν ἀληθῆ λόγον ἀληθῆ ἀληθῆς,
 τοῦτο δ' εἰς ἀπειρον βυθίζεται. (γ) Φανερόν δ' ὅτι
 οὐδ' οἱ πάντα ἡρεμεῖν λέγοντες ἀληθῆ λέγουσιν, οὐδ' οἱ
 πάντα κινεῖσθαι. Εἰ μὲν γὰρ ἡρεμεῖ πάντα, αἰ
 ταῦτά ἀληθῆ καὶ ψευδῆ ἔσται, φαίνεται δὲ τοῦτο με-
 15 ταβάλλον· ὁ γὰρ λέγων ποτὲ αὐτὸς οὐκ ἦν καὶ πάλιν
 οὐκ ἔσται. Εἰ δὲ πάντα κινεῖται, οὐθὲν ἔσται ἀληθές·
 πάντα ἄρα ψευδῆ. Ἀλλὰ δέδεικται ὅτι ἀδύνατον.
 (7) Ἐτι τὸ δὴ ἀνάγκη μεταβάλλειν· ἐκ τινος γὰρ εἰς
 τι ἢ μεταβολή. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ πάντα ἡρεμεῖ ἢ κι-
 20 νεῖται ποτέ, αἰεὶ δ' οὐθέν· ἔστι γὰρ τι ὁ αἰεὶ κινεῖ τὰ
 κινούμενα, καὶ τὸ πρῶτον ἀκίνητον αὐτό.

traditionis est falsum. (5) Accidit igitur id quod fertur
 vulgo his omnibus orationibus, eas se ipsas perimere. Quæ
 enim omnia vera dicit, contrariam quoque sibi orationem
 veram facit : quare suam ipsius non veram (contraria
 namque dicit eam non esse veram) : quæ vero omnia
 falsa, et hæc se ipsam. Quodsi excipiant illa quidem con-
 trariam, quod sola non vera est, hæc vero se ipsam, quod
 sola non falsa, nihilominus infinitas accidit eis pelere
 orationes veras et falsas. Qui enim dicit veram orationem
 esse veram, consentit huic quod vera est : hoc vero in in-
 finitum procedet. (6) Clarum autem est, quod nec illi,
 qui omnia quiescere dicunt, verum dicunt, nec qui omnia
 moveri. Etenim si omnia quidem quiescunt, semper eadem
 vera et falsa erunt : apparet autem hoc transmutari. Qui
 enim hoc dicit, aliquando ipse non orat, et rursus non erit.
 Si vero omnia moventur, nihil erit verum : cuncta ergo
 falsa. Sed demonstratum est hoc impossibile esse. (7) Item
 necesse est, ens transmutari : ex aliquo namque ad aliquid
 transmutatio. At vero, nec omnia quiescunt aut moven-
 tur aliquando, semper vero nihil. Est enim quiddam,
 quod semper movet ea quæ moventur : et primum movens,
 ipsum immobile est.

LIBER IV.

CAP. I.

Ἄρχῃ λέγεται ἢ μὲν ὅθεν ἂν τις τοῦ πράγματος
 κινηθεῖ πρῶτον, οἷον τοῦ μήκους καὶ ὁδοῦ ἐντεῦθεν
 μὲν αὕτη ἀρχή, ἐξ ἐναντίας δ' ἑτέρα· ἢ δὲ ὅθεν ἂν
 25 κάλλιστα ἕκαστον γένοιτο, οἷον καὶ μαθησεως οὐκ ἀπὸ
 τοῦ πρώτου καὶ τῆς τοῦ πράγματος ἀρχῆς ἐνίοτε ἀρ-
 κτέον, ἀλλ' ὅθεν ῥᾶσ' ἂν μάθοι· ἢ δὲ ὅθεν πρῶτον
 γίνεται ἐνυπάρχοντος, οἷον ὡς πλοίου τρόπις καὶ οἰκίας
 θεμέλιος, καὶ τῶν ζώων οἱ μὲν καρδίαν, οἱ δὲ ἐγκέφα-
 30 λον, οἱ δ' ὅτι ἂν τύχωσι τοιούτων ὑπολαμβάνουσιν.
 (2) Ἡ δὲ ὅθεν γίνεται πρῶτον μὴ ἐνυπάρχοντος καὶ
 ὅθεν πρῶτον ἢ κίνησις πέφυκεν ἀρχεσθαι καὶ ἢ μετα-
 βολή, οἷον τὸ τέκνον ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς
 καὶ ἢ μάχη ἐκ τῆς λοιδορίας· ἢ δὲ οὐ κατὰ προαίρε-
 35 σιν κινεῖται τὰ κινούμενα καὶ μεταβάλλει τὰ μεταβάλ-
 λοντα, ὥσπερ αἶτε κατὰ πόλεις ἀρχαὶ καὶ αἱ δυνα-
 στεῖαι καὶ αἱ βασιλεῖαι καὶ τυραννίδες ἀρχαὶ λέγονται,
 καὶ αἱ τέχναι, καὶ τούτων αἱ ἀρχιτεκτονικαὶ μάλιστα.
 (3) Ἐτι ὅθεν γνωστὸν τὸ πᾶγμα πρῶτον καὶ αὕτη ἀρχῇ
 40 λέγεται τοῦ πράγματος, οἷον τῶν ἀποδείξεων αἱ ὑπο-
 θέσεις. Ἰσαχῶς δὲ καὶ τὰ αἷτια λέγεται· πάντα γὰρ
 τὰ αἷτια ἀρχαί. (4) Πασῶν μὲν οὖν κοινὸν τῶν ἀρχῶν
 τὸ πρῶτον εἶναι ὅθεν ἢ ἔστιν ἢ γίνεται ἢ γινώσκει-
 ται· τούτων δὲ αἱ μὲν ἐνυπάρχουσαι εἰσιν αἱ δὲ ἐκτός.
 45 (5) Διὸ ἢ τε φύσις ἀρχῆ καὶ τὸ στοιχεῖον καὶ ἢ διάνοια
 καὶ ἢ προαίρεσις καὶ οὐσία καὶ τὸ οὐ ἕνεκα· πολλῶν
 γὰρ καὶ τοῦ γινῶναι καὶ τῆς κινήσεως ἀρχῇ τάγαθὸν
 καὶ τὸ καλόν.

Principium hoc quidem dicitur illud rei, a quo quis pri-
 mum movetur : utputa, magnitudinis, et viæ, hinc quidem
 hoc principium est, ex opposito vero aliud. Aliud princi-
 pium est illud unde quodque optime fiat : ut doctrinæ, non
 a primo ac rei principio aliquando inchoandum est, sed
 unde quis facilius discat. Aliud autem, a quo primo insito
 fit : ut navis, carina ; et domus, fundamentum : animalium
 quoque quidam cor, quidam cerebrum, quidam quodcum-
 que tale contingit, putant. (2) Aliud vero a quo primo
 non insito fit, et a quo primo natura aptus est motus in-
 choari, et transmutatio, ut proles, ex patre et matre ; et
 bellum, ex contumelia. Aliud porro id, ad cuius electio-
 nem moventur quæ moventur, et mutantur quæ mutantur :
 quemadmodum civitatum principatus, potentia, regna, et
 tyrannides principia dicuntur : etiam artes, et ex his
 maxime architectonicæ. (3) Item, unde primum res co-
 gnita est, illud quoque principium rei dicitur : utputa, de-
 monstrationum suppositiones. Toties autem causæ quoque
 dicuntur : omnes namque causæ, principia. (4) Omnibus
 igitur principiis commune est, esse primum unde aut est,
 aut fit, aut cognoscitur. Horum vero quædam intrinsecus,
 quædam extrinsecus sunt. (5) Quare et natura principium
 est, et elementum, et mens, et electio, et substantia, et
 quod cuius causa. Multis etenim et cognitionis et motus
 principium ipsum bonum et honestum.

CAP. II.

Αἴτιον λέγεται ἓνα μὲν τρόπον ἐξ οὗ γίνεταί τι ἐνυπάρχοντος, οἷον ὁ χαλκὸς τοῦ ἀνδριάντος καὶ ὁ ἀργυρὸς τῆς φιάλης, καὶ τὰ τούτων γένη· ἄλλον δὲ τὸ εἶδος καὶ τὸ παράδειγμα, τοῦτο δ' ἐστὶν ὁ λόγος τοῦ τί ἦν εἶναι, καὶ τὰ τούτου γένη, οἷον τοῦ διὰ πασῶν τὰ δύο πρὸς ἓν καὶ ὄλιος ὁ ἀριθμὸς, καὶ τὰ μέρη τὰ ἐν τῷ λόγῳ. (2) Ἐτι ὄθεν ἡ ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς ἢ πρώτη ἢ τῆς ἡρεμῆσεως, οἷον ὁ βουλευσας αἴτιος, καὶ ὁ πατὴρ τοῦ τέκνου, καὶ ὄλιος τὸ ποιῶν τοῦ ποιουμένου καὶ τὸ μεταβλητικὸν τοῦ μεταβάλλοντος. (3) Ἐτι ὡς τὸ τέλος τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ οὗ ἕνεκα, οἷον τοῦ περιπατεῖν ἢ ὑγίεια. Διὰ τί γὰρ περιπατεῖ; φαμέν, ἵνα ὑγιαίνῃ, καὶ εἰπόντες οὕτως οἴομεθα ἀποδεδωκέναι τὸ αἴτιον. Καὶ ὅσα δὴ κινήσαντος ἄλλου μεταξὺ γίνεταί τοῦ τέλους, οἷον τῆς ὑγείας ἢ ἰσχυασία ἢ ἡ κάθαρσις ἢ τὰ φάρμακα ἢ τὰ ὄργανα· πάντα γὰρ ταῦτα τοῦ τέλους ἕνεκά ἐστι, διαφέρει δὲ ἀλλήλων ὡς ὄντα τὰ μὲν ὄργανα τὰ δ' ἔργα. (4) Τὰ μὲν οὖν αἴτια σχεδὸν τοσαυτῶς λέγεται, συμβαίνει δὲ πολλαχῶς λεγομένων τῶν αἰτίων καὶ πολλὰ τοῦ αὐτοῦ αἴτια εἶναι, οὐ κατὰ συμβεβηκός, οἷον τοῦ ἀνδριάντος καὶ ἡ ἀνδριαντοποιικὴ καὶ ὁ χαλκός, οὐ καθ' ἕτερον τι ἀλλ' ἢ ἀνδριάς, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸ μὲν ὡς ὕλη τὸ δ' ὡς ὄθεν ἡ κίνησις· καὶ ἀλλήλων αἴτια, οἷον τὸ πονεῖν τῆς εὐεξίας καὶ αὐτῆ τοῦ πονεῖν· ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸ μὲν ὡς τέλος τὸ δ' ὡς ἀρχὴ κινήσεως. (5) Ἐπι δὲ ταῦτο ἐνίστε τῶν ἐναντίων ἐστίν· ὁ γὰρ παρὸν αἴτιον τοῦτο, τοῦτ' ἀπὸν αἰτιώμεθα ἐνίστε τοῦ ἐναντίου, οἷον τὴν ἀπουσίαν τοῦ κυβερνήτου τῆς τοῦ πλοίου ἀνατροπῆς, οὗ ἦν ἡ παρουσία αἰτία τῆς σωτηρίας. Ἄμφω δέ, καὶ ἡ παρουσία καὶ ἡ στέρησις, αἴτια ὡς κινούντα. (6) Ἄπαντα δὲ τὰ νῦν εἰρημένα αἴτια εἰς τέτταρας τρόπους πίπτει τοὺς φανερωτάτους. Τὰ μὲν γὰρ στοιχεῖα τῶν συλλαβῶν καὶ ἡ ὕλη τῶν σκευαστῶν καὶ τὸ πῦρ καὶ ἡ γῆ καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα τῶν σωματίων, καὶ τὰ μέρη τοῦ ὄλου καὶ αἱ ὑποθέσεις τοῦ συμπεράσματος, ὡς τὸ ἐξ οὗ αἰτία ἐστίν· τούτων δὲ τὰ μὲν ὡς τὸ ὑποκείμενον, οἷον τὰ μέρη, τὰ δὲ ὡς τὸ τί ἦν εἶναι, τό τε ὄλον καὶ ἡ σύνθεσις καὶ τὸ εἶδος. (7) Τὸ δὲ σπέρμα καὶ ὁ ἰατρός καὶ ὁ βουλευσας καὶ ὄλιος τὸ ποιῶν, πάντα ὄθεν ἡ ἀρχὴ τῆς μεταβολῆς ἢ στάσεως. Τὰ δ' [ἄλλα] ὡς τὸ τέλος καὶ τάγαθόν τῶν ἄλλων· τὸ γὰρ οὗ ἕνεκα βέλτιστον καὶ τέλος τῶν ἄλλων ἐθέλει εἶναι. Διαφερέτω δὲ μηδὲν αὐτὸ εἰπεῖν ἀγαθὸν ἢ φαίνον ἀγαθόν. (8) Τὰ μὲν οὖν αἴτια ταῦτα καὶ τοσαῦτά ἐστι τῶν εἰδῶν, τρόποι δὲ τῶν αἰτίων ἀριθμῶ μὲν εἰσι πολλοί, κεφαλαίουμενοι δὲ καὶ οὗτοι ἐλάττους. Λέγεται γὰρ αἴτια πολλαχῶς, καὶ αὐτῶν τῶν ὁμοειδῶν προτέρως καὶ ὑστερώς ἄλλο ἄλλου, οἷον ὑγείας ὁ ἰατρός καὶ ὁ τεχνίτης, καὶ τοῦ διὰ πασῶν τὸ διπλάσιον καὶ ἀριθμὸς, καὶ ἀεὶ τὰ περιέχοντα ὀτιοῦν τῶν καθ' ἕκαστα. (9) Ἐτι δ' ὡς τὸ συμβεβηκός καὶ τὰ

Causa vero uno modo dicitur id, ex quo insito aliquid fit, ut æs statuæ, et argentum pateræ causa est, et horum genera. Alio vero, species, et exemplar. Hæc autem est ratio ejus quod quid erat esse, et hujus genera : ut ipsius diapason, duo ad unum; et simpliciter, numerus, et partes, quæ in hac ratione sunt. (2) Item, unde principium mutationis primum, aut quietis, ut qui consuluit, causa est, et pater, prolis : simpliciter, faciens, ejus quod factum est; et transmutativum, transmutati. (3) Item, ut finis : hæc autem est cujus causa, ut ambulandi sanitas. Propter quid enim ambulat? dicimus, Ut sanetur. Et quum ita diximus, putamus causam reddidisse. Et quæcumque inter illud movens et finem media fiunt : ut sanitatis, attenuatio, purgatio, medicamenta, aut instrumenta : omnia etenim hæc finis gratia sunt, differunt vero ab invicem, eo quod hæc quidem instrumenta, illa vero ut opera sunt. (4) Causæ itaque fere toties dicuntur. At quum multifariam causæ dicantur, accidit multas quoque ejusdem causas esse, non secundum accidens : ut statuæ, et ars statuaria, et ipsum æs, non secundum aliud quippiam, sed prout statua est : non tamen eodem modo; sed hoc quidem ut materia, illud vero ut unde motus. Et invicem causas esse : ut laborare, bonæ habitudinis; hæc vero, laborandi : non tamen eodem modo, sed hæc quidem ut finis, illud vero principium motus. (5) Item, idem aliquando contrariorum causa est. Quod enim quum adsit, alicujus causa est : idem, quum absit, causam contrarii nonnunquam dicimus : ut absentiam gubernatoris, naufragi : cujus præsentia, salutis causa erat. Ambæ autem, et præsentia et privatio, tanquam moventes causæ sunt. (6) Omnes autem nunc dictæ causæ, in quattuor incidunt manifestissimos modos : elementa etenim syllabarum, et materia factorum, et ignis, et terra, et omnia hujusmodi corporum, partes quoque totius, et suppositiones conclusionis, causæ sunt ut ex quo. Harum vero hæc quidem tanquam subjectum, ut partes : hæc vero tanquam quod quid erat esse, ut totum, et compositio, et species. (7) Semen vero, et medicus, et consiliator et simpliciter efficiens, omnia unde transmutationis aut status principium. Alia vero, tanquam finis et bonum quidem ceterorum : quod enim cujus causa, optimum et finis ceterorum vult esse : nil autem differat, bonum id an apprensens bonum dicatur. (8) Hæc itaque causæ, ac tot specie sunt. Modi autem causarum, numero quidem multi sunt, pauciores vero fiunt per reductionem in capita. Dicuntur etenim causæ multipliciter, et earum quæ ejusdem speciei sunt, prius videlicet et posterius alia, quam alia : ut sanitatis, medicus, et artifex : et ipsius diapason, duplum, et numerus, et illa semper, quæ continent quodcumque particularium. (9) Item, ut ipsum accidens, et eorum genera,

τούτων γένη, ὡς ἀνδριάντος ἄλλως Πολύκλειτος καὶ ἄλλως ἀνδριαντοπιός, ὅτι συμβέβηκε τῷ ἀνδριαντοπιῷ Πολυκλείτῳ εἶναι, καὶ τὰ περιέχοντα δὲ τὸ συμβεβηκός, ὡς ἄνθρωπος αἴτιος ἀνδριάντος, ἢ καὶ ὄλως ζῶν, ὅτι ὁ Πολύκλειτος ἄνθρωπος, ὁ δὲ ἄνθρωπος ζῶν. (π) Ἔστι δὲ καὶ τῶν συμβεβηκῶν ἄλλα ἄλλων πορρώτερον καὶ ἐγγύτερον, ὡς εἰ ὁ λευκός καὶ ὁ μουσικός αἴτιος λέγοιτο τοῦ ἀνδριάντος, ἀλλὰ μὴ μόνον Πολύκλειτος ἢ ἄνθρωπος. [Παρά] πάντα δὲ 10 καὶ τὰ οικείως λεγόμενα καὶ τὰ κατὰ συμβεβηκός τὰ μὲν ὡς δυνάμενα λέγεται τὰ δ' ὡς ἐνεργοῦντα, ὡς τοῦ οἰκοδομῆσθαι οἰκοδόμος ἢ οἰκοδομῶν οἰκοδόμος. (11) Ὁμοίως δὲ λεγθήσεται καὶ ἐφ' ὧν αἴτια τὰ αἴτια τοῖς εἰρημένους, ὡς τοῦδε τοῦ ἀνδριάντος ἢ ἀνδριάντος 15 ἢ ὄλως εἰκόνος, καὶ γαλακτοῦ τοῦδε ἢ γαλακτοῦ ἢ ὄλως ὕλης καὶ ἐπὶ τῶν συμβεβηκῶν ὡσαύτως. Ἔτι δὲ συμπλεκόμενα καὶ ταῦτα κάκεινα λεγθήσεται, ὡς οὐ Πολύκλειτος οὐδὲ ἀνδριαντοπιός, ἀλλὰ Πολύκλειτος ἀνδριαντοπιός. (12) Ἄλλ' ὁμοίως ἅπαντά γε ταῦτ' ἐστὶ 20 τὸ μὲν πλῆθος εἶς, λεγόμενα δὲ διγῶς· ἢ γὰρ ὡς τὸ καθ' ἕκαστον, ἢ ὡς τὸ γένος αὐτοῦ, ἢ ὡς τὸ συμβεβηκός, ἢ ὡς τὸ γένος τοῦ συμβεβηκός, ἢ ὡς συμπλεκόμενα ταῦτα, ἢ ἁπλῶς λεγόμενα, πάντα δὲ ἢ ὡς ἐνεργοῦντα ἢ κατὰ δύναμιν. Διαφέρει δὲ τοσοῦτον, ὅτι 25 τὰ μὲν ἐνεργοῦντα καὶ τὰ καθ' ἕκαστον ἅμα ἔστι καὶ οὐκ ἔστιν [αὐτὰ τε] καὶ ὧν αἴτια, ὡς ὅδε ὁ ἰατροῦν τῷ υγιαζομένῳ, καὶ ὅδε ὁ οἰκοδόμος τῷδε τῷ οἰκοδομῶν, τὰ δὲ κατὰ δύναμιν οὐκ αἰεὶ· φθίρεται γὰρ οὐχ ἅμα ἢ οἰκία καὶ ὁ οἰκοδόμος.

ut statuæ, aliter Polycletus, et aliter statuarius : quia accidit statuario, Polycleto esse : et ea quæ continent accidens, ut homo causa statuæ, aut simpliciter animal, quoniam Polycletus, homo, homo autem animal est. (10) Est autem accidentium quoque aliud alio remotius, et propinquius : utputa, si albus et musicus dicantur statuæ causa, et non solum Polycletus aut homo. Præter omnes autem, quæ propriæ dicuntur, quæve secundum accidens, aliæ ut in potentia dicuntur, aliæ ut agentes : ut ædificii exstruendi, ædificator, aut ædificans ædificator. (11) Similiter autem dictis etiam de iis dicetur quorum causæ sunt : ut hujus statuæ, aut statuæ, aut simpliciter imaginis : aut hujus aris, aut aris, aut simpliciter materiæ : et de accidentibus similiter. Item, hæc et illæ, conjunctæ dicuntur : ut puta non Polycletus, nec statuarius, sed Polycletus statuarius. (12) Attamen hæc omnes, multitudine quidem sex sunt ; dicuntur autem dupliciter : aut enim ut singulare, aut ut genus ejus ; aut ut accidens, aut ut genus accidentis ; aut ut conjunctæ, aut simpliciter dictæ : item tanquam agentes, aut secundum potentiam. Differunt autem, eo quod agentes quidem et singulares simul sunt et non sunt, tam ipsæ quam illa quorum causæ sunt : veluti hic medicans, huic convalescenti ; et hic ædificator, huic quod ædificatur. Quod vero secundum potentiam, non semper : corrumpitur enim non simul domus et ædificator.

CAP. III.

30 Στοιχεῖον λέγεται ἐξ οὗ σύγκειται πρώτου ἐνυπάρχοντος, ἀδιαίρετου τῷ εἶδει εἰς ἕτερον εἶδος, ὡς φωνῆς στοιχεῖα ἐξ ὧν σύγκειται ἡ φωνὴ καὶ εἰς ἃ διαίρεται ἔσχατα, ἐκεῖνα δὲ μηκέτ' εἰς ἄλλας φωνὰς ἑτέρας τῷ εἶδει αὐτῶν, ἀλλὰ κἄν διαίρηται, τὰ μόρια δημοειδῆ, 35 ὡς ὕδατος τὸ μόριον ὕδωρ, ἀλλ' οὐ τῆς συλλαβῆς. (2) Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τῶν σωμάτων στοιχεῖα λέγουσιν οἱ λέγοντες, εἰς ἃ διαίρεται τὰ σώματα ἔσχατα, ἐκεῖνα δὲ μηκέτ' εἰς ἄλλα εἶδη διαφέροντα· καὶ εἴτε ἐν εἴτε πλείω τὰ τοιαῦτα, ταῦτα στοιχεῖα λέγουσιν. (3) Πα- 40 ραπλησίως δὲ καὶ τὰ τῶν διαγραμμάτων στοιχεῖα λέγεται, καὶ ὄλως τὰ τῶν ἀποδείξεων· αἱ γὰρ πρώται ἀποδείξεις καὶ ἐν πλείοσι ἀποδείξεσι ἐνυπάρχουσαι, αὗται στοιχεῖα τῶν ἀποδείξεων λέγονται· εἰσὶ δὲ τοιοῦτοι συλλογισμοὶ οἱ πρώτοι ἐκ τῶν τριῶν δι' ἐνός 45 μέσου. (4) Καὶ μεταφέροντες δὲ στοιχεῖον καλοῦσιν ἐντεῦθεν, ὃ ἂν ἐν ὄν καὶ μικρὸν ἐπὶ πολλὰ ἢ χρήσιμον. Διὸ καὶ τὸ μικρὸν καὶ ἄπλοῦν καὶ ἀδιαίρετον στοιχεῖον λέγεται. Ὅθεν ἐλήλυθε τὰ μάλιστα καθόλου στοιχεῖα εἶναι, ὅτι ἕκαστον αὐτῶν ἐν ὄν καὶ ἄπλοῦν ἐν πολλοῖς 50 ὑπάρχει ἢ πᾶσιν ἢ ὅτι πλείστοις· καὶ τὸ ἐν καὶ τὴν στιγμῆν ἀργάς τισι δοκεῖ εἶναι. (5) Ἐπεὶ οὖν τὰ καλούμενα γένη καθόλου καὶ ἀδιαίρετα (εἰς γὰρ ἐστὶ

Elementum dicitur, ex quo componitur primo inexistente indivisibili specie in aliam speciem : ut vocis elementa ex quibus componitur vox, et in quæ ultima dividitur ; illa vero non amplius in alias voces ab ipsis specie diversas ; sed etsi dividantur, particulæ tamen eorum ejusdem speciei sunt, ut aquæ particula, aqua, sed non syllabæ. (2) Similiter etiam corporum elementa dicunt, ea dicentes ultima, in quæ corpora dividuntur : illa vero, non amplius in alia specie differentia corpora ; et sive unum, sive plura hujuscemodi sint, hæc elementa aiunt. (3) Similiter autem figurationum quoque elementa dicuntur, ac simpliciter demonstrationum. Primæ enim demonstrationes, et quæ in pluribus demonstrationibus insunt, hæc elementa demonstrationum dicuntur. Sunt autem tales, primi ex tribus per unum medium syllogismi. (4) Hinc autem metaphoricè appellant etiam elementum, quod unum et parvum existens, ad plura utile sit. Quare et parvum, et simplex, et indivisibile, elementum dicitur. Unde et eventi, quæ et maxime universalis sunt, elementa esse : quoniam quum unumquodque eorum unum et simplex sit, in multis, aut omnibus, aut quamplurimis inest. Et unum, et punctum, principia quibusdam esse videntur. (5) Quum itaque illa, quæ genera vocantur, universalis et indivisibilia sint (una enim

λόγος αὐτῶν), στοιχεῖα τὰ γένη λέγουσι τινες, καὶ μάλλον ἢ τὴν διαφορὰν, ὅτι καθόλου μάλλον τὸ γένος· ὃ μὲν γὰρ ἡ διαφορὰ ὑπάρχει, καὶ τὸ γένος ἀκολουθεῖ, ὃ δὲ τὸ γένος, οὐ παντὶ ἡ διαφορὰ. Ἀπάντων δὲ κοινὸν τὸ εἶναι στοιχείον ἐκάστου τὸ πρῶτον ἐνυπάρχον ἐκάστῳ.

est ipsorum ratio), genera quidam dicunt elementa, et magis quam differentiam, quoniam genus magis universale est. Cuiusque enim differentia inest, genus quoque sequitur illud: cui vero genus, non utique differentia. Omnibus vero commune est, illud cujusque esse elementum, quod primum cuique inest.

CAP. IV.

Φύσις λέγεται ἓνα μὲν τρόπον ἢ τῶν φυσικῶν γένεσις, ὡς εἰ τις ἐπεκτείνας λέγοι τὸ υ, ἓνα δὲ ἐξ οὗ φύεται πρῶτον τὸ φυσικὸν ἐνυπάρχοντος· ἔτι θθεν ἢ κινήσις ἢ πρώτη ἐν ἐκάστῳ τῶν φύσει ὄντων ἐν αὐτῷ ἢ αὐτὸ ὑπάρχει. (2) Φύεσθαι δὲ λέγεται ὅσα αὐξήσιν ἔχει δι' ἐτέρου τῷ ἀπτεσθαι καὶ συμπεφυκέναι ἢ προσπεφυκέναι ὡςπερ τὰ ἐμβρυα. Διαφέρει δὲ σύμψυσις ἀφῆς· ἔνθα μὲν γὰρ οὐθὲν παρὰ τὴν ἀφῆν ἕτερον ἀνάγκη εἶναι, ἐν δὲ τοῖς συμπεφυκόσιν ἔστι τι ἐν τῷ αὐτῷ ἐν ἀμφοῖν, ὃ ποιεῖ ἀντὶ τοῦ ἀπτεσθαι συμπεφυκέναι καὶ εἶναι ἐν κατὰ τὸ συνεχές καὶ ποσόν, ἀλλὰ μὴ κατὰ τὸ ποῖόν. (3) Ἐτι δὲ φύσις λέγεται ἐξ οὗ πρῶτον ἢ ἔστιν ἢ γίγνεται τι τῶν φύσει ὄντων, ἀρυθμίστου ὄντος καὶ ἀμεταβλήτου ἐκ τῆς δυνάμεως τῆς αὐτοῦ, ὡς ἀνδριάντος καὶ τῶν σκευῶν τῶν χαλκῶν ὃ χαλκός ἢ φύσις λέγεται, τῶν δὲ ξυλίων ξύλον· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Ἐκ τούτων γάρ ἐστιν ἐκάστων διασωζομένης τῆς πρώτης ὕλης· τούτων γὰρ τὸν τρόπον καὶ τῶν φύσει ὄντων τὰ στοιχεῖα φασι εἶναι φύσιν, οἱ μὲν πῦρ, οἱ δὲ γῆν, οἱ δ' ἀέρα, οἱ δ' ὕδωρ, οἱ δ' ἄλλο τι τοιοῦτον λέγοντες, οἱ δ' ἓνα τούτων, οἱ δὲ πάντα ταῦτα. (4) Ἐτι δ' ἄλλον τρόπον λέγεται ἡ φύσις ἢ τῶν φύσει ὄντων οὐσία, ὡς οἱ λέγοντες τὴν φύσιν εἶναι τὴν πρῶτην σύνθεσιν, ὡςπερ Ἐμπεδοκλῆς λέγει ὅτι

φύσις οὐθενός ἐστιν ὄντων,
ἀλλὰ μόνον μίξις τε διάλλαξις τε μίγντων
ἐστί, φύσις δ' ἐπὶ τοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισιν.

Διὸ καὶ ὅσα φύσει ἔστιν ἢ γίγνεται, ἤδη ὑπάρχοντος ἐξ οὗ πέφυκε γίγνεσθαι ἢ εἶναι, οὕτω φαμέν τὴν φύσιν ἔχειν, ἀν μὴ ἔχη τὸ εἶδος καὶ τὴν μορφήν. (5) Φύσει μὲν οὖν τὸ ἐξ ἀμφοτέρων τούτων ἐστίν, ὡς τὰ ζῶα καὶ τὰ μόρια αὐτῶν· φύσις δὲ ἢ τε πρώτη ὕλη, καὶ αὕτη διχῶς, ἢ ἢ πρὸς αὐτὸ πρώτη ἢ ἢ ὄλως πρώτη (ὡς τῶν χαλκῶν ἔργων πρὸς αὐτὰ μὲν πρῶτος ὃ χαλκός, ὄλως δ' ἴσως ὕδωρ, εἰ πάντα τὰ τηκτὰ ὕδωρ), καὶ τὸ εἶδος καὶ ἡ οὐσία, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ τέλος τῆς γενέσεως. Μεταφορᾷ δ' ἤδη καὶ ὄλως πᾶσα οὐσία φύσις λέγεται διὰ ταύτην, ὅτι καὶ ἡ φύσις οὐσία τίς ἐστίν. (6) Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων ἢ πρώτη φύσις καὶ κυρίως λεγομένη ἐστίν ἢ οὐσία ἢ τῶν ἔχόντων ἀρχὴν κινήσεως ἐν αὐτοῖς ἢ αὐτὰ· ἢ γὰρ ὕλη τῷ ταύτης δεκτικῇ εἶναι λέγεται φύσις, καὶ αἱ γενέσεις καὶ τὸ φύεσθαι τῷ ἀπὸ ταύτης εἶναι κινήσεις. Καὶ ἢ ἀρχὴ τῆς κινήσεως τῶν φύσει ὄντων αὕτη ἐστὶν ἐνυπάρχουσα πῶς ἢ δυνάμει ἢ ἐντελεχείᾳ.

Natura dicitur uno quidem modo nascentium generatio: ut si quis producta voce dicat φύσις. Alio vero, ex quo primo inexistente generatur quod gignitur. Item, unde primus motus in unoquoque eorum quæ naturæ sunt, in eo secundum quod ipsum est. (2) Nasci autem dicuntur, quæcumque incrementum per aliud habent, tangendo, et connascendo, aut adnascendo, sicuti embryones. Differt autem connascentia (sic Græci appellant concretionis modum) a lactu: hic enim nihil aliud præter tactum necesse est esse; in connascentibus vero est quiddam unum in ambo- bus idem, quod pro eo quod se contingant, facit ut connascantur, et unum secundum continuationem et quantitatem, et non secundum qualitatem sint. (3) Item natura dicitur, ex quo primo inordinato existente, et immobili ex sua potentia, aut est aut fit aliquid eorum quæ natura sunt, ut statuæ, vasorumque æneorum, æs, natura dicitur, ligneorum vero lignum: similiter autem et de ceteris. Ex his enim unumquodque est, prima materia salva. Hoc enim modo etiam eorum quæ natura sunt elementa dicunt esse naturam: quidam ignem, quidam terram, quidam aerem, quidam aquam, quidam aliquid aliud tale dicentes, et quidam aliqua horum, quidam vero hæc omnia. (4) Alio item modo, natura dicitur substantia eorum quæ natura sunt: veluti qui dicunt, naturam esse primam compositionem, sicut Empedocles dicit, quod

nullius entium natura est,
sed mistio solum, et mixtorum permutatio
est; natura vero ab hominibus nominatur.

Quare et quæcumque natura sunt aut fiunt, jam existente, ex quo aptum est fieri aut esse, nondum dicimus naturam habere, si speciem et formam non habeant. (5) Naturæ igitur est, quod ex ambo- bus his est: ut animalia, et partes eorum. Natura vero est et prima materia, et hæc dupliciter: aut quæ ad ipsum prima, aut simpliciter prima (ut puta operum æneorum, ad ipsa quidem æs primum; simpliciter autem, aqua fortassis, si omnia quidem liquabilia aqua); et species, et substantia: hæc autem est generationis finis. Metaphorice vero jam omnino omnis substantia, natura propter hanc dicitur: quoniam et natura est aliqua substantia. (6) Ex dictis itaque prima et quæ proprie dicitur natura, est substantia eorum quæ in se ipsis, ut ipsa sunt, motus principium habent. Materia enim eo quod huius est susceptiva, dicitur natura: generationes autem, ac ipsum nasci, eo quod ab hac motus sunt. Atque principium motus eorum, quæ natura sunt, hæc est, insita quodam modo aut potentiâ, aut actu.

CAP. V.

Ἀναγκαῖον λέγεται, οὐδ' ἄνευ οὐκ ἐνδέχεται ζῆν ὡς
 συναιτίου, οἷον τὸ ἀναπνεῖν καὶ ἡ τροφή τῶ ζωῶ ἀναγα-
 καῖον· ἀδύνατον γὰρ ἄνευ τούτων εἶναι. Καὶ ὧν ἄνευ
 τὸ ἀγαθὸν μὴ ἐνδέχεται ἢ εἶναι ἢ γενέσθαι, ἢ τὸ κακὸν
 ἀποβαλεῖν ἢ στερηθῆναι, οἷον τὸ πεινῆν τὸ φάρμακον
 ἀναγκαῖον ἵνα μὴ κάμνη, καὶ τὸ πλεῦσαι εἰς Αἴγινα
 ἢ ἀπολάβῃ τὰ χρήματα. (2) Ἐτι τὸ βίαιον καὶ ἡ
 βία· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ παρὰ τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν προαι-
 ρεσιν ἐμποδίζον καὶ κωλυτικόν. Τὸ γὰρ βίαιον ἀνα-
 10 καῖον λέγεται· διὸ καὶ λυπηρόν, ὡσπερ καὶ Εὐήνος
 φησὶ

Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιαρὸν ἔρου.

Καὶ ἡ βία ἀνάγκη τις, ὡσπερ καὶ Σοφοκλῆς λέγει

Ἄλλ' ἡ βία με ταῦτ' ἀναγκάζει ποιεῖν.

15 Καὶ δοκεῖ ἡ ἀνάγκη ἀμετάπειστον τι εἶναι, ὁρῶς·
 ἐναντίον γὰρ τῇ κατὰ τὴν προαιρέσιν κινήσει καὶ κατὰ
 τὸν λογισμόν. (3) Ἐτι τὸ μὴ ἐνδεχόμενον ἄλλως
 ἔχειν ἀναγκαῖον φαμεν οὕτως ἔχειν. Καὶ κατὰ τοῦτο
 τὸ ἀναγκαῖον καὶ τὰλλα λέγεται πως ἅπαντα ἀναγκαῖα·
 20 τὸ τε γὰρ βίαιον ἀναγκαῖον λέγεται ἢ ποιεῖν ἢ πάσχειν
 τότε, ὅταν μὴ ἐνδέχεται κατὰ τὴν ὁρμὴν διὰ τὸ βιαζό-
 μενον, ὡς ταύτην ἀνάγκην οὖσαν, δι' ἣν μὴ ἐνδέχεται
 ἄλλως· (4) καὶ ἐπὶ τῶν συναιτίων τοῦ ζῆν καὶ τοῦ
 ἀγαθοῦ ὡσαύτως· ὅταν γὰρ μὴ ἐνδέχεται ἔνθα μὲν τὸ
 25 ἀγαθὸν ἔνθα δὲ τὸ ζῆν καὶ τὸ εἶναι ἄνευ τινῶν, ταῦτα
 ἀναγκαῖα καὶ ἡ αἰτία ἀνάγκη τις ἐστὶν αὕτη. (5) Ἐτι
 ἡ ἀπόδειξις τῶν ἀναγκαῖων, ὅτι οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως
 ἔχειν, εἰ ἀποδείκνυται ἀπλῶς· τούτου δ' αἰτία τὰ πρῶτα,
 εἰ ἀδύνατον ἄλλως ἔχειν ἐξ ὧν ὁ συλλογισμός. Τῶν
 30 μὲν δὲ ἕτερον αἶτιον τοῦ ἀναγκαῖα εἶναι, τῶν δὲ οὐθέν,
 ἀλλὰ διὰ ταῦτα ἕτερα ἔστιν ἐξ ἀνάγκης. (6) Ὡστε
 τὸ πρῶτον καὶ κυρίως ἀναγκαῖον τὸ ἀπλοῦν ἐστὶν·
 τοῦτο γὰρ οὐκ ἐνδέχεται πλεοναχῶς ἔχειν, ὥστ' οὐδὲ
 ἄλλως καὶ ἄλλως· ἤδη γὰρ πλεοναχῶς ἂν ἔλοι. Εἰ
 35 ἄρα ἐστὶν ἅττα αἰδία καὶ ἀκίνητα, οὐθέν ἐκείνοις ἐστὶ
 βίαιον οὐδὲ παρὰ φύσιν.

Necessarium dicitur, sine quo non contingit vivere, tan-
 quam concausa : ut respirare, et alimentum animali neces-
 sarium est : impossibile enim est, absque his animal esse.
 Et sine quibus bonum non contingit aut esse aut fieri,
 sive aliquid mali repellere, aut eo privari, ut bibere potionem
 medicatam, necessarium est, ut non aegrotet; et
 in Æginam navigare, ut pecuniam recipiat. (2) Item,
 violentum, et vis : hoc autem est, quod præter proposi-
 tum et electionem obstat, et prohibet. Violentum enim,
 necessarium dicitur : quare etiam triste, ut Evenus quoque
 ait,

Omne namque necessarium res tristis est.

Et vis necessitas quædam est, quemadmodum Sophocles
 etiam dicit :

Sed vis me cogit ista facere.

Et recte necessitas videtur inevitabile quiddam esse : contra-
 rium enim voluntario et secundum cogitationem motui est.
 (3) Item, quod non potest aliter se habere, necesse di-
 cimus, ita se habere : et secundum hoc necessarium cetera
 quoque omnia dicuntur quodammodo necessaria. Nam et
 quod vi fit necessarium aut agere aut pati tunc dicitur,
 quum non possit propter illud, quod vim infert, secundum
 propositum fieri, tanquam illa existente necessitate, propter
 quam non potest aliter : (4) et in eis quæ concausæ vivendi,
 et boni sunt, similiter. Quum enim non possit hic quidem
 ipsum bonum, hic vero ipsum vivere, contingere simul et
 esse sine quibusdam, hæc necessaria : et hæc causa, neces-
 sitas quædam est. (5) Item, demonstratio necessariorum :
 quoniam non potest aliter se habere, si simpliciter demon-
 stratum est. Hujus vero causæ ipsa prima, si impossibile est
 aliter se habere, ex quibus fit syllogismus. Quorundam
 itaque alia est causa, ut necessaria sint : quorundam vero
 nihil, sed propter hæc, alia necessario sunt. (6) Quare
 primum et proprie necessarium est, quod simplex est : hoc
 enim non potest multipliciter se habere : quapropter, nec
 aliter et aliter : etenim multipliciter se haberet. Si igitur
 aliqua perpetua et immobilia sunt, nihil in eis violentum,
 aut præter naturam est.

CAP. VI.

* Ἐν λέγεται τὸ μὲν κατὰ συμβεβηκός, τὸ δε καθ' αὐτό·
 κατὰ συμβεβηκός μὲν οἷον Κορίσκος καὶ τὸ μουσικὸν καὶ
 Κορίσκος μουσικός· ταῦτο γὰρ εἰπεῖν Κορίσκος καὶ τὸ
 40 μουσικὸν [ἐν], καὶ Κορίσκος μουσικός, καὶ τὸ μουσικὸν
 καὶ τὸ δίκαιον, καὶ μουσικός καὶ δίκαιος Κορίσκος· πάντα
 γὰρ ταῦτα ἐν λέγεται κατὰ συμβεβηκός, τὸ μὲν δίκαιον
 καὶ τὸ μουσικόν, ὅτι μιᾶ οὐσίᾳ συμβέβηκεν, τὸ δὲ μου-
 σικὸν καὶ Κορίσκος, ὅτι ἕτερον θατέρω συμβέβηκεν.
 45 (2) Ὁμοίως δὲ τρόπον τινὰ καὶ ὁ μουσικός Κορίσκος τῶν
 Κορίσκων ἐν, ὅτι ἕτερον τῶν μορίων θατέρω συμβέβηκε
 τῶν ἐν τῷ λόγῳ, οἷον τὸ μουσικὸν τῶν Κορίσκων, καὶ ὁ
 μουσικός Κορίσκος δικαίῳ Κορίσκῳ, ὅτι ἑκατέρου μέ-

Unum dicitur uno modo secundum accidens : altero, per
 se. Secundum accidens quidem, Coriscus, et musicum, et
 Coriscus musicus. Idem enim est dicere Coriscus et musi-
 cum unum sunt, et Coriscus musicus : et musicum et
 justum, et musicus et justus Coriscus. Cuncta etenim hæc,
 unum dicuntur secundum accidens : justum quidem et mu-
 sicum, quoniam uni substantiæ accident; musicum vero,
 et Coriscus, quoniam alterum alteri accidit. (2) Similiter
 etiam quodammodo musicus Coriscus, cum Corisco unum
 est : quoniam altera partium earum quæ in oratione sunt,
 alteri accidit : utputa musicum Corisco, et musicus Coriscus
 justo Corisco, quoniam utriusque pars una eidem uni acci-

ρος τῶ αὐτῶ ἐνὶ συμβέβηκεν ἐν. (3) Ὡσαύτως δὲ κἀν ἐπὶ γένους κἀν ἐπὶ τῶν καθόλου τινὸς ὀνομάτων λέγεται τὸ συμβεβηκός, ὡς ὅτι ἄνθρωπος τὸ αὐτὸ καὶ μουσικός ἄνθρωπος· ἡ γὰρ ὅτι τῷ ἀνθρώπῳ μὴ οὐσὶ οὐσίᾳ συμβέβηκε τὸ μουσικόν, ἡ ὅτι ἄμφω τῶν καθ' ἕκαστόν τινι συμβέβηκεν, ὡς Κορίσκῳ· πλὴν οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ἄμφω ὑπάρχει, ἀλλὰ τὸ μὲν ἴσως ὡς γένος καὶ ἐν τῇ οὐσίᾳ, τὸ δὲ ὡς ἕξις ἢ πάθος τῆς οὐσίας. Ὅσα μὲν οὖν κατὰ συμβεβηκός λέγεται ἐν, τοῦτον τὸν τρόπον λέγεται. (4) Τῶν δὲ καθ' ἑαυτὰ ἐν λεγομένων τὰ μὲν λέγεται τῷ συνεχῆ εἶναι, ὡς φάκελλος δεσμῶ καὶ ξύλα κόλλη, καὶ γραμμὴ κἀν κεκαμμένη ἢ, συνεχῆς δὲ, μία λέγεται, ὡς περ καὶ τῶν μερῶν ἕκαστον, ὡς σκέλος καὶ βραχίον. (5) Αὐτῶν δὲ τούτων μᾶλλον ἐν τὰ φύσει συνεχῆ ἢ τέχνη. Συνεχῆς δὲ λέγεται, οὐ κίνησις μία καθ' αὐτὸ καὶ μὴ ὁἶοντε ἄλλως· μία δ' οὐ ἀδιαίρετος, ἀδιαίρετος δὲ κατὰ χρόνον. Καθ' αὐτὰ δὲ συνεχῆ ὅσα μὴ ἀφῆ ἐν· εἰ γὰρ θείης ἀπτόμενα ἀλλήλων ξύλα, οὐ φύσει ταῦτα εἶναι ἐν οὔτε ξύλον οὔτε σῶμα οὔτ' ἄλλο συνεχῆς οὐθὲν. Τὰ τε δὲ ὅλων συνεχῆ ἐν λέγεται, κἀν ἐξῆ κάμψιν, καὶ ἐτι μᾶλλον τὰ μὴ ἔχοντα κάμψιν, ὡς κνήμη ἢ μηρὸς σκέλους, ὅτι ἐνδέχεται μὴ μίαν εἶναι τὴν κίνησιν τοῦ σκέλους. Καὶ ἡ εὐθεία τῆς κεκαμμένης μᾶλλον ἐν. Τῆν δὲ κεκαμμένην καὶ ἔχουσαν γωνίαν καὶ μίαν καὶ οὐ μίαν λέγομεν, ὅτι ἐνδέχεται καὶ μὴ ἅμα τὴν κίνησιν αὐτῆς εἶναι καὶ ἅμα· τῆς δ' εὐθείας αἰεὶ ἅμα, καὶ οὐθὲν μόριον ἔχον μέγεθος τὸ μὲν ἡρεμεῖ τὸ δὲ κινεῖται, ὡς περ τῆς κεκαμμένης. (6) Ἐτι ἄλλον τρόπον ἐν λέγεται τῷ τὸ ὑποκείμενον τῷ εἶδει εἶναι ἀδιάφορον. Ἀδιάφορα δ' ὧν ἀδιαίρετον τὸ εἶδος κατὰ τὴν αἴσθησιν· τὸ δ' ὑποκείμενον ἢ τὸ πρῶτον ἢ τὸ τελευταῖον πρὸς τὸ τέλος. Καὶ γὰρ οἶνος εἰς λέγεται καὶ ὕδωρ ἐν, ἢ ἀδιαίρετον κατὰ τὸ εἶδος καὶ οἱ γυμοὶ πάντες λέγονται ἐν, ὡς ἔλαιον, οἶνος καὶ τὰ τεκτά, ὅτι πάντων τὸ ἔσχατον ὑποκείμενον τὸ αὐτό· ὕδωρ γὰρ ἢ ἀήρ πάντα ταῦτ' ἐστίν. (7) Λέγεται δ' ἐν καὶ ὧν τὸ γένος ἐν διαφέρουν ταῖς ἀντικειμέναις διαφοραῖς. Καὶ ταῦτα λέγεται ἐν πάντα, ὅτι τὸ γένος ἐν τὸ ὑποκείμενον ταῖς διαφοραῖς, ὡς ἵππος, ἄνθρωπος, κύων ἐν τι, ὅτι πάντα ζῶα, καὶ τρόπον δὲ παραπλήσιον, ὡς περ ἡ ὕλη μία. Ταῦτα δὲ ὅτε μὲν οὕτως ἐν λέγεται, ὅτε δὲ τὸ ἄνω γένος (δ) ταῦτὸν λέγεται, ἀντὶ τὴν τελευταία τοῦ γένους εἶδη, τὸ ἀνωτέρω τούτων, ὡς τὸ ἴσσοσκελὲς καὶ τὸ ἰσόπλευρον ταῦτὸ καὶ ἐν σχῆμα, ὅτι ἄμφω τρίγωνα· τρίγωνα δ' οὐ ταῦτά. (8) Ἐτι δὲ ἐν λέγεται ὅσον ὁ λόγος ὁ τὸ τί ἦν εἶναι λέγων ἀδιαίρετος πρὸς ἄλλον τὸν δηλοῦντα τί ἦν εἶναι τὸ πρᾶγμα· αὐτὸς γὰρ καθ' αὐτὸν πᾶς λόγος διαίρετός. Οὕτω γὰρ καὶ τὸ ἠδξημένον καὶ φθίνον ἐν ἐστίν, ὅτι ὁ λόγος εἰς, ὡς περ ἐπὶ τῶν ἐπιπέδων ὁ τοῦ εἶδους εἰς. (9) Ὅλως δὲ ὧν ἡ νόησις ἀδιαίρετος ἢ νοοῦσα τὸ τί ἦν εἶναι, καὶ μὴ δύναται χωρῖσαι μήτε χρόνῳ μήτε τόπῳ μήτε λόγῳ, μάλιστα ταῦτα ἐν, καὶ τούτων ὅσα οὐσίαι. Καθόλου γὰρ ὅσα μὴ ἔχει διαίρεσιν, ἢ μὴ

dit. (3) Similiter autem, tam si de genere, quam si de aliquo universalium nominum accidens dicatur: ut puta, quod idem homo, et musicus homo. Aut enim homini, qui una est substantia, musicum accidit, aut quoniam ambo alicui singularium accident, veluti Corisco: non tamen eodem modo ambo insunt; sed hoc quidem ut genus fortassis, et ut in substantia, illud vero ut habitus, aut passio substantia. Quaecumque itaque secundum accidens unum dicuntur, hoc modo dicuntur. (4) Illorum vero, quæ per se unum dicuntur, hæc quidem dicuntur eo quod continua sunt: ut fascis, vinculo; et ligna, visco. Linea quoque, etiam si curva sit, sed continua, una dicitur: sicuti partium etiam unaquæque, crus, et brachium. (5) Ex his autem ipsis, illa magis unum sunt, quæ natura, quam arte continua sunt. Continuum vero dicitur, cujus unus per se motus, et non potest aliter esse: unus vero, cujus indivisibilis: indivisibilis autem, secundum tempus. Secundum se autem continua, quæcumque non tactu unum sunt. Si enim pones invicem se tangentia ligna, non dices ea unum, neque lignum, neque corpus, nec aliquid continuum esse. Igitur et illa quæcumque omnino continua sunt, unum dicuntur, etiam si habeant flexionem: et adhuc magis, quæ non habent, ut tibia, aut femur, quam crus: quoniam contingit, unum non esse motum cruris. Et recta magis, quam curva, unum est. Curvam vero, et angulum habentem, et unam et non unam dicimus: quoniam contingit, et non simul ejus motum, et simul esse. Recta vero, semper simul, nullaque particula magnitudinem habens, hæc quidem quæscit, hæc vero movetur, quemadmodum curvæ. (6) Alio item modo unum dicitur, quom subjectum sit specie indifferens. Indifferens autem, quorum species indivisibilis secundum sensum est: subjectum vero, aut primum aut ultimum ad finem. Etenim vinum unum, et aqua una dicitur, quatenus indivisibilis secundum speciem est. Liquoresque omnes, ut oleum, vinum, et liquabilia, unum dicuntur, quoniam omnium ultimum subjectum idem est. Aqua namque, et aer, hæc omnia sunt. (7) Dicuntur autem unum, etiam quorum unum genus differens oppositis differentiis. Atque cuncta hæc, unum dicuntur, quoniam unum est genus subjectum differentiis: ut homo, equus, canis, unum quid, quoniam omnia animalia: et quodam simili modo, sicuti materia una. Hæc autem quandoque idem ita unum dicuntur, quandoque vero superius genus idem dicitur, si ultimæ generis species sunt, nimirum quod est superius his: utputa, triangulus duorum æqualium laterum, una et eadem figura cum triangulo trium æqualium laterum est: ambo etenim trianguli, sed non iidem sunt trianguli. (8) Item, unum ea dicuntur, quorum ratio, quod quid erat esse dicens, indivisibilis ad aliam est, quid erat esse rei significantem. Ipsa enim per se ipsam omnis ratio, divisibilis est. Sic enim et auctum et diminutum unum est, quoniam ratio una: quemadmodum in superficiebus est ipsius speciei una. (9) Et omnino quorumcumque intellectio, quæ quod quid erat esse intelligit, indivisibilis est, neque separare potest nec tempore, nec loco, nec ratione, hæc maxime unum sunt, et horum quæcumque substantiæ sunt. Universaliter namque quocumque non habent divi-

ἔχει, ταύτη ἐν λέγεται, ὅσον εἶ ἢ ἄνθρωπος μὴ ἔχει
 διαίρεσιν, εἷς ἄνθρωπος, εἰ δ' ἢ ζῶον, ἐν ζῶον, εἰ δὲ
 ἢ μέγεθος, ἐν μέγεθος. (10) Τὰ μὲν οὖν πλείστα ἐν λέ-
 6 γεται τῷ ἑτερόν τι ἢ ποιεῖν ἢ πάσχειν ἢ ἔχειν ἢ πρὸς
 τὸ εἶναι ἐν, τὰ δὲ πρώτως λεγόμενα ἐν, ὧν ἡ οὐσία μία.
 Μία δὲ ἡ συνεχεία ἢ εἶδει ἢ λόγῳ· καὶ γὰρ ἀριθμοῦμεν
 ὡς πλείω ἢ τὰ μὴ συνεχῆ, ἢ ὧν μὴ ἐν τὸ εἶδος, ἢ ὧν
 ὁ λόγος μὴ εἷς. (11) Ἔτι δ' ἔστι μὲν ὡς ὀτιοῦν ἐν φα-
 11 μεν εἶναι, ἂν ἢ ποσὸν καὶ συνεχές, ἔστι δ' ὡς οὗ, ἂν
 μὴ τι ὅλον ἢ, τοῦτο δὲ ἂν μὴ τὸ εἶδος ἔχῃ ἐν· ὅσον οὐκ
 ἂν φαίμεν ὁμοίως ἐν ἰδόντες ὀπισσῶν τὰ μέρη συγκεί-
 μενα τοῦ ὑποδήματος, ἂν μὴ διὰ τὴν συνέχειαν, ἀλλ' ἐὰν
 οὕτως ὥστε ὑπόδημα εἶναι καὶ εἶδος τὴν ἡδὴ ἔχειν ἐν.
 Διὸ καὶ ἡ τοῦ κυκλοῦ μάλιστα μία τῶν γραμμῶν, δι
 15 ὅλη καὶ τελειός ἐστιν. (12) Τὸ δὲ ἐν εἶναι ἀρχῆ· ὅτι
 ἐστὶν ἀριθμῶ εἶναι· τὸ γὰρ πρῶτον μέτρον ἀρχῆ· ὅτι
 γὰρ πρῶτον γνωρίζομεν, τοῦτο πρῶτον μέτρον ἐκάστου
 γένους· ἀρχῆ οὖν τοῦ γνωστοῦ περὶ ἕκαστον τὸ ἐν.
 (13) Οὐ ταῦτο δὲ ἐν πᾶσι τοῖς γένεσι τὸ ἐν. Ἐνθα
 20 μὲν γὰρ δίεσις, ἐνθα δὲ τὸ φωνῆεν ἢ ἄφωνον· βάρους
 δ' ἕτερον καὶ κινήσεως ἄλλο. Πανταγοῦ δὲ τὸ ἐν ἢ τῷ
 ποσῷ ἢ τῷ εἶδει ἀδιαίρετον. (14) Τὸ μὲν οὖν κατὰ τὸ
 ποσὸν καὶ ἢ ποσὸν ἀδιαίρετον, τὸ μὲν πάντη καὶ ἀθε-
 25 τον λέγεται μονάς, τὸ δὲ πάντη καὶ θέσιν ἔχον στιγμῆ,
 τὸ δὲ μοναχῆ γραμμῆ, τὸ δὲ διχῆ ἐπίπεδον, τὸ δὲ
 πάντη καὶ τριχῆ διαίρετον κατὰ τὸ ποσὸν ὄμμα. Καὶ
 ἀντιστρέφονται δὴ τὸ μὲν διχῆ διαίρετον ἐπίπεδον, τὸ
 δὲ μοναχῆ γραμμῆ, τὸ δὲ μηδαμῆ διαίρετον κατὰ τὸ
 30 ποσὸν στιγμῆ καὶ μονάς, ἢ μὲν ἀθετος μονάς, ἢ δὲ
 ποτὸς στιγμῆ. (15) Ἔτι δὲ τὰ μὲν κατ' ἀριθμὸν ἐστὶν
 ἐν, τὰ δὲ κατ' εἶδος, τὰ δὲ κατὰ γένος, τὰ δὲ κατ' ἀνα-
 λογίαν· ἀριθμῶ μὲν ὧν ἡ ὕλη μία, εἶδει δ' ὧν ὁ λόγος
 εἷς, γένει δ' ὧν τὸ αὐτὸ σχῆμα τῆς κατηγορίας, κατ'
 35 ἀναλογίαν δὲ ὅσα ἔχει ὡς ἄλλο πρὸς ἄλλο. Ἄει
 δὲ τὰ ὕστερα τοῖς ἔμπροσθεν ἀκολουθεῖ, ὅσον ὅσα ἀρι-
 θμῶ καὶ εἶδει ἐν, ὅσα δ' εἶδει οὐ πάντα ἀριθμῶ· ἀλλὰ
 γένει πάντα ἐν ὅσα περ καὶ εἶδει· ὅσα δὲ γένει οὐ πάντα
 εἶδει ἀλλ' ἀναλογία· ὅσα δὲ ἐν ἀναλογία, οὐ πάντα
 40 γένει. (16) Φανερόν δὲ καὶ ὅτι τὰ πολλὰ ἀντικειμέ-
 νως λεγθήσεται τῷ ἐνί· τὰ μὲν γὰρ τῷ μὴ συνεχῆ εἶ-
 ναι, τὰ δὲ τῷ διαίρετῳ ἔχειν τὴν ὕλην κατὰ τὸ εἶδος,
 ἢ τὴν πρῶτην ἢ τὴν τελευταίαν, τὰ δὲ τῷ τοὺς λόγους
 πλείους τοὺς τί ἦν εἶναι λέγοντας.

sionem, quatenus non habent, eatenus unum dicuntur :
 utputa, si prout homo non habet divisionem, unus est
 homo : quod si prout animal, unum animal : quod si prout
 magnitudo, una magnitudo. (10) Plurima itaque unum di-
 cuntur, eo quod aliud unum aut agunt, aut patiuntur,
 aut habent, aut ad aliquid unum sunt. Quæ vero primo
 unum dicuntur, illa sunt, quorum substantia una : una
 vero, aut continuatione, aut specie, aut ratione. Numerus
 etenim tanquam plura, aut quæ non continua sunt,
 aut quorum species non est una, aut quorum ratio non
 est una. (11) Item est quidem ut quodcumque dicamus
 continuitate unum esse, modo quantum et continuum sit :
 est autem ut non, si non aliquid totum sit : hoc autem,
 si non habeant speciem unam. Non enim dicemus similitur
 unum quum viderimus partes calceamenti quomodocumque
 compositas, nisi propter continuitatem, si, inquam, ita
 unum est, ut calceamentum sit, ac quandam jam speciem
 habeat. Quare maxime linearum, circuli linea una est,
 quoniam tota et perfecta est. (12) Unum autem esse, prin-
 cipium est alicui numeri esse. Prima enim mensura prin-
 cipium est. Quo namque primo cognoscimus, hæc prima
 cujusque generis mensura. Principium itaque scibilis circa
 unumquodque, ipsum unum. (13) Non est autem idem in
 cunctis generibus unum : sed hic quidem diesis, hic vero
 vocalis, aut muta ; gravitatis autem, aliud, et motus, aliud.
 Ubique autem, ipsum unum aut quantitate, aut specie in-
 dividibile. (14) Illud igitur, quod secundum quantum, et
 prout quantum, indivisibile est : quod quidem omnino et
 sine positione est, dicitur unitas ; quod vero omnino et po-
 sitionem habens, punctum : quod autem secundum unum,
 linea : quod vero secundum duo, superficies : quod autem
 omnino, et in tria secundum quantum divisibile, corpus.
 Et e converso, in duo quidem divisibile, superficies est :
 quod vero in unum, linea : quod autem nequaquam secun-
 dum quantitatem divisibile est, punctum et unitas est :
 quæ quidem sine positione, unitas ; quod vero habet posi-
 tionem, punctum. (15) Item alia numero, alia genere,
 alia specie, alia analogice unum sunt. Numero quidem,
 quorum materia una : specie vero, quorum ratio una : ge-
 nere autem, quorum eadem prædicationis figura : secun-
 dum analogiam vero, quæcumque se habent ut aliud ad
 aliud. Semper autem posteriora sequuntur præcedentia :
 utputa quæcumque numero, specie quoque unum sunt :
 quæcumque vero specie, non etiam numero : sed genere
 cuncta unum sunt, quæcumque etiam specie : quæcumque
 autem genere, non omnia specie, sed secundum analogiam :
 quæcumque vero analogia unum, non omnia genere.
 (16) Manifestum autem etiam est quod multa uni opposite
 dicuntur. Quædam enim eo quod non sint continua ; quæ-
 dam vero, eo quod divisibilem materiam secundum speciem
 habeant, aut primam materiam, aut ultimam : quædam
 autem, eo quod rationes, quod quid erat esse dicentes,
 plures sint.

CAP. VII.

Τὸ δὲ λέγεται τὸ μὲν κατὰ συμβεβηχός, τὸ δὲ
 45 καθ' αὐτό· κατὰ συμβεβηχός μὲν, ὅσον τὸν δικαίον μου-
 σικὸν εἶναι φαιμεν καὶ τὸν ἄνθρωπον μουσικὸν καὶ τὸν
 μουσικὸν ἄνθρωπον, παραπλησίως λέγοντες ὥσπερ τὸν
 μουσικὸν οἰκοδομεῖν, ὅτι συμβέβηκε τῷ οἰκοδόμῳ μου-
 σικῷ εἶναι ἢ τῷ μουσικῷ οἰκοδόμῳ· τὸ γὰρ τόδε εἶναι
 50 τόδε σημαίνει τὸ συμβεβηθέναι τῷδε τόδε. (2) Οὕτω
 δὲ καὶ ἐπὶ τῶν εἰρημένων τὸν ἄνθρωπον ὅταν μουσικὸν
 λέγωμεν καὶ τὸν μουσικὸν ἄνθρωπον, ἢ τὸν λευκὸν μου-

Ens dicitur aliud secundum accidens, aliud per se. Se-
 cundum accidens quidem, ut justum musicum esse dici-
 mus, et hominem musicum, ac musicum hominem similiter
 dicentes : ut quum dicimus musicum ædificare, quia acci-
 dit ædificatori musico esse, aut musico ædificatori. Hoc
 etenim hoc esse dicere, significat hoc huic accidere. (2) Ita
 etiam in iis quæ dicta sunt, quum hominem dicimus musi-
 cum esse, et musicum hominem, aut album musicum, sive

σικὸν ἢ τοῦτον λευκόν, τὸ μὲν ὅτι ἄμφω τῶ αὐτῷ συμ-
 βεβήκασι, τὸ δ' ὅτι συμβέβηκε τῷ ὄντι· τὸ δὲ μουσι-
 κὸν ἄνθρωπον, ὅτι τούτω τὸ μουσικὸν συμβέβηκεν.
 Οὕτω δὲ λέγεται καὶ τὸ μὴ λευκὸν εἶναι, ὅτι ὃ συμ-
 5 βέβηκεν, ἐκείνο ἔστιν. (3) Τὰ μὲν οὖν κατὰ συμβεβη-
 κὸς εἶναι λεγόμενα οὕτω λέγεται ἢ διότι τῶ αὐτῷ ὄντι
 ἄμφω ὑπάρχει, ἢ ὅτι ὄντι ἐκείνω ὑπάρχει, ἢ ὅτι αὐτὸ
 ἔστιν ὃ ὑπάρχει οὗ αὐτὸ κατηγορεῖται. (4) Καθ' αὐτὰ
 10 δὲ εἶναι λέγεται ὅσαπερ σημαίνει τὰ σχήματα τῆς κα-
 τηγορίας· ὅσα γὰρ λέγεται, τοσαυταχῶς τὸ εἶναι
 σημαίνει. Ἐπειὶ οὖν τῶν κατηγορουμένων τὰ μὲν τί
 ἔστι σημαίνει, τὰ δὲ ποιόν, τὰ δὲ ποσόν, τὰ δὲ πρὸς τι,
 τὰ δὲ ποιεῖν ἢ πάσχειν, τὰ δὲ ποῦ, τὰ δὲ ποτέ, ἐκάστῳ
 τούτων τὸ εἶναι ταῦτο σημαίνει. Οὐθὲν γὰρ διαφέρει τὸ
 15 ἄνθρωπος ὑγιαίνειν ἔστιν ἢ τὸ ἄνθρωπος ὑγιαίνει, ἢ τὸ
 ἄνθρωπος βαδίζειν ἔστιν ἢ τὸ ἄνθρωπος βαδί-
 ζει ἢ τέμνει. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. (5) Ἐτι
 τὸ εἶναι σημαίνει καὶ τὸ ἔστιν ὅτι ἀληθές, τὸ δὲ μὴ εἶ-
 ναι ὅτι οὐκ ἀληθές ἀλλὰ ψεῦδος, ὁμοίως ἐπὶ καταφά-
 20 σεως καὶ ἀπορράσεως· οἷον ὅτι ἔστι Σωκράτης μουσικός,
 ὅτι ἀληθές τούτο, ἢ ὅτι ἔστι Σωκράτης οὐ λευκός, ὅτι
 ἀληθές· τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἢ διάμετρος σύμμετρος, ὅτι
 ψεῦδος. (6) Ἐτι τὸ εἶναι σημαίνει καὶ τὸ ὄν τὸ μὲν
 25 δυνάμει (ῥητόν), τὸ δ' ἐντελεχείᾳ τῶν εἰρημένων τού-
 των. Ὅρων τε γὰρ εἶναι φαμεν καὶ τὸ δυνάμει (ῥητῶς)
 ὄρων καὶ τὸ ἐντελεχείᾳ· καὶ ἐπιστάσθαι ὡσαύτως καὶ
 τὸ δυνάμενον χρῆσθαι τῇ ἐπιστήμῃ καὶ τὸ χρώμενον·
 καὶ ἡρεμοῦν καὶ ὃ ἦδη ὑπάρχει ἡρεμία καὶ τὸ δυνά-
 30 μενον ἡρεμεῖν. (7) Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν οὐσιῶν·
 καὶ γὰρ Ἐρμῆν ἔν τῷ λίθῳ φαμέν εἶναι, καὶ τὸ ἤμισυ
 τῆς γραμμῆς, καὶ σίτον τὸν μήλον ἀδρόν. Πότε δὲ δυ-
 νατὸν καὶ πότε οὐπω, ἐν ἄλλοις διοριστέον.

CAP. VIII.

Οὐσία λέγεται τὰ τε ἀπλᾶ σώματα, οἷον γῆ καὶ πῦρ
 καὶ ὕδωρ καὶ ὅσα τοιαῦτα, καὶ ὄλως σώματα καὶ τὰ ἐκ
 35 τούτων συνεστῶτα ζῷα τε καὶ δαιμόνια καὶ τὰ μόρια
 τούτων. Ἄπαντα δὲ ταῦτα λέγεται οὐσία ὅτι οὐ καθ'
 ὑποκειμένου λέγεται, ἀλλὰ κατὰ τούτων τὰ ἄλλα.
 (2) Ἄλλον δὲ τρόπον δ' ἂν ἢ αἴτιον τοῦ εἶναι, ἐνυπάρ-
 χον ἐν τοῖς τοιοῦτοις ὅσα μὴ λέγεται καθ' ὑποκειμένου,
 40 οἷον ἢ ψυχὴ τῷ ζῳῷ. (3) Ἐτι ὅσα μόρια ἐνυπάρχοντά
 ἔστιν ἐν τοῖς τοιοῦτοις δρίζοντά τε καὶ τότε τι σημαί-
 νοντα, ὧν ἀναιρουμένων ἀναιρεῖται τὸ ὄλον, οἷον ἐπι-
 πέδου σῶμα, ὡς φασί τινες, καὶ ἐπίπεδον γραμμῆς·
 καὶ ὄλως δ' ἀριθμὸς δοκεῖ εἶναι τισι τοιοῦτος· ἀναιρου-
 45 μένου τε γὰρ οὐθὲν εἶναι, καὶ δρίζειν πάντα. (4) Ἐτι
 τὸ τί ἦν εἶναι οὐδ' ὁ λόγος ὀρισμός, καὶ τούτο οὐσία λέ-
 γεται ἐκάστου. (5) Συμβαίνει δὴ κατὰ δύο τρόπους
 τὴν οὐσίαν λέγεσθαι, τὸ θ' ὑποκείμενον ἔσχατον, ὃ μῆ-
 50 κέτι κατ' ἄλλου λέγεται, καὶ ὃ ἂν τότε τι ὄν καὶ χω-
 ριστὸν ἢ τοιοῦτον δὲ ἐκάστου ἢ μορφή καὶ τὸ εἶδος.

hunc album : hoc quidem, quoniam ambo eidem accidunt ;
 illud vero, quoniam enti accidit. Hoc autem musicum ho-
 minem esse, quoniam huic musicum accidit. Ita etiam dic-
 citur non album esse, quoniam cui accidit, illud est. (3) Quæ
 igitur secundum accidens esse dicuntur, ita dicuntur, aut
 quoniam eidem enti ambo insunt, aut illi enti inest : aut
 quoniam ipsum est, cui inest, de quo ipsum prædicatur.
 (4) Per se vero esse dicuntur, quæcumque significant præ-
 dicationis figuras. Quoties enim dicuntur, toties ipsum esse
 significant. Quum ergo eorum quæ prædicantur, quædam
 ipsum quid est significant, quædam quale, quædam quan-
 tum, quædam ad aliquid, quædam facere aut pati, quæ-
 dam ubi, quædam quando, horum cuique idem ipsum esse
 significat. Nihil enim differt, homo convalescens est, aut
 homo convalescit : et homo ambulans vel cædens est,
 aut homo ambulat vel cadit. Similiter in ceteris quoque.
 (5) Item ipsum esse, et ipsum est, significat quod verum
 est : ipsum vero non esse, quod non verum, sed falsum.
 Similiter, tam in affirmatione quam in negatione : utputa,
 quod Socrates musicus est, quoniam verum hoc est : aut
 quoniam Socrates non albus, quoniam verum. Quod au-
 tem diameter non sit incommensurabilis, quoniam falsum
 est. (6) Item ipsum esse, et ipsum ens, quoddam eorum
 quæ dicta sunt, potentia esse significat, quoddam actu.
 Videns etenim dicimus esse, quod potentia videt, et quod
 actu. Ipsum quoque sciens similiter, et quod potest uti
 scientia, et quod jam utitur. Ac etiam quiescens, tum il-
 lud cui jam inest quies, tum quod quiescere potest. (7) Si-
 militer etiam in substantiis. Etenim Mercurium in lapide
 dicimus esse, et lineæ medietatem, ac triticum quod non-
 dum maturum est. Quando vero possibile, et quando non,
 in aliis determinandum est.

Substantia dicuntur et simplicia corpora, ut terra, ignis,
 aqua, et quæ talia sunt, et universaliter corpora, et quæ
 ex his consistunt animalia, et dæmonia, ac eorum parti-
 culæ. Hæc vero omnia dicuntur substantia, quoniam non
 dicuntur de subjecto, sed de eis cetera. (2) Alio vero modo,
 quodcumque fuerit causa existentia, talibusque insistentis,
 quæ non dicuntur de subjecto, ut anima animalis. (3) Item,
 quæcumque particulæ insitæ sint in talibus, definientes, et
 quod quid significantes, quibus peremptis totum perimi-
 tur : ut superficie, corpus, ut quidam aiunt, et lineæ, su-
 perficies : et universaliter, numerus videtur quibusdam talis
 esse ; eo etenim perempto, nihil esse, et hunc omnia termi-
 nare. (4) Item, quod quid erat esse, cujus ratio definitio
 est, etiam hoc uniuscujusque substantia dicitur. (5) Accidit
 igitur duobus modis substantiam dici, et ipsum ultimum
 subjectum, quod non dicitur de alio, et id quod, quum
 quod quid sit, etiam separabile fuerit *notione* : tale vero est
 cujusque forma et species.

CAP. IX.

Ταῦτά λέγεται τὰ μὲν κατὰ συμβεβηχός, ὡς τὸ λευκὸν καὶ τὸ μουσικὸν τὸ αὐτό, ὅτι τῷ αὐτῷ συμβέβηκε, καὶ ἄνθρωπος καὶ μουσικὸς, ὅτι θάτερον θάτερον συμβέβηκεν· τὸ δὲ μουσικὸν ἄνθρωπος, ὅτι τῷ ἀνθρώπῳ συμβέβηκεν. Ἐκατέρῳ δὲ τοῦτο καὶ τούτῳ ἑκάτερον ἐκείνων· καὶ γὰρ τῷ ἀνθρώπῳ τῷ μουσικῷ καὶ ὁ ἄνθρωπος καὶ τὸ μουσικὸν ταῦτον λέγεται, καὶ τούτοις ἐκείνο. (2) Διὸ καὶ πάντα ταῦτα καθόλου οὐ λέγεται· οὐ γὰρ ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι πᾶς ἄνθρωπος ταῦτό 10 καὶ τὸ μουσικόν· τὰ γὰρ καθόλου καθ' αὐτὰ ὑπάρχει, τὰ δὲ συμβεβηχότα οὐ καθ' αὐτὰ ἀλλ' ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα ἀπλῶς λέγεται. Ταῦτό γὰρ δοκεῖ Σωκράτης καὶ Σωκράτης εἶναι μουσικός· τὸ δὲ Σωκράτης οὐκ ἐπὶ πολλῶν, διὸ οὐ πᾶς Σωκράτης λέγεται ὡς περ πᾶς ἀνθρώπου. (3) Καὶ τὰ μὲν οὕτως λέγεται ταῦτά, τὰ δὲ 15 καθ' αὐτά, ὡς περ καὶ τὸ ἐν· καὶ γὰρ ὢν ἡ ὕλη μία ἢ εἶδει ἢ ἀριθμῷ ταῦτά λέγεται, καὶ ὢν ἡ οὐσία μία. Ὡστε φανερόν ὅτι ἡ ταυτοῦς ἐνότης τίς ἐστὶν ἢ πλείονων τοῦ εἶναι, ἢ ὅταν χρῆται ὡς πλείοσιν, ὡς ὅταν 20 λέγῃ αὐτὸ αὐτῷ ταῦτόν· ὡς δυσὶ γὰρ χρῆται αὐτῷ. (4) Ἔτερα δὲ λέγεται ὢν ἢ τὰ εἶδη πλείω ἢ ἡ ὕλη ἢ ὁ λόγος τῆς οὐσίας· καὶ διῶς ἀντικειμένως τῷ ταῦτόν λέγεται τὸ ἕτερον. Διάφορα δὲ λέγεται ὅσ' ἕτερα ἐστὶ τὸ αὐτό τι ὄντα, μὴ μόνον ἀριθμῷ, ἀλλ' ἢ εἶδει ἢ γένει 25 ἢ ἀναλογίᾳ. (5) Ἐτι ὢν ἕτερον τὸ γένος, καὶ τὰ ἐναντία, καὶ ὅσα ἔχει ἐν τῇ οὐσίᾳ τὴν ἑτερότητα. (6) Ὅμοια λέγεται τὰ τε πάντα ταῦτο πεπονηότα, καὶ τὰ πλείω ταῦτα πεπονηότα ἢ ἕτερα, καὶ ὢν ἡ ποιότης μία· καὶ 30 καθ' ὅσα ἀλλοιοῦσθαι ἐνδέχεται τῶν ἐναντίων, τούτων τὸ πλείω ἔχον ἢ κυριώτερα ὁμοιον τούτῳ. Ἀντικειμένως δὲ τοῖς ὁμοίοις τὰ ἀνόμοια.

CAP. X.

Ἀντικείμενα λέγεται ἀντίφασσις καὶ τἀναντία καὶ τὰ πρὸς τι καὶ στέρησις καὶ ἐξίς καὶ ἐξ ὢν καὶ εἰς ἃ ἔσχατα, (ὡς) αἱ γενέσεις καὶ φθοραὶ· καὶ ὅσα μὴ ἐνδέχεται ἅμα 35 παρῆναι τῷ ἀμφοῖν δεκτικῷ, ταῦτα ἀντικεῖσθαι λέγεται, ἢ αὐτὰ ἢ ἐξ ὢν ἐστίν. Φαῖον γὰρ καὶ λευκὸν ἅμα τῷ αὐτῷ οὐκ ὑπάρχει· διὸ ἐξ ὢν ἐστὶν ἀντίκειται. (2) Ἐναντία λέγεται τὰ τε μὴ δυνατὰ ἅμα τῷ αὐτῷ παρῆναι τῶν διαφερόντων κατὰ γένος, καὶ τὰ πλείστον 40 διαφέροντα τῶν ἐν τῷ αὐτῷ γένει, καὶ τὰ πλείστον διαφέροντα τῶν ἐν ταῦτῷ δεκτικῷ, καὶ τὰ πλείστον διαφέροντα τῶν ὑπὸ τὴν αὐτὴν δύναμιν, καὶ ὢν ἡ διαφορά μεγίστη ἢ ἀπλῶς ἢ κατὰ γένος ἢ κατ' εἶδος. (3) Ἐὰν δ' ἄλλα ἐναντία λέγεται τὰ μὲν τῷ τὰ τοιαῦτα ἔχειν, τὰ 45 δὲ τῷ δεκτικῷ εἶναι τῶν τοιούτων, τὰ δὲ τῷ ποιητικῷ ἢ παθητικῷ εἶναι τῶν τοιούτων, ἢ ποιοῦντα ἢ πάσχοντα, ἢ ἀποβολαὶ ἢ λήψεις, ἢ ἐξεις ἢ στέρησις εἶναι τῶν τοιούτων. (4) Ἐπεὶ δὲ τὸ ἐν καὶ τὸ ὄν πολλαχῶς λέγεται, ἀκολουθεῖν ἀνάγκη καὶ τᾶλλα ὅσα κατὰ ταῦτα 50 λέγεται, ὥστε καὶ τὸ ταῦτόν καὶ τὸ ἕτερον καὶ τὸ ἐναν-

Eadem vero, quædam secundum accidens dicuntur : ut album, et musicum, idem, quoniam eidem accidunt ; ac homo, et musicum, quoniam alterum alteri accidit ; musicus vero homo, quoniam musicum homini accidit : utriusque vero hoc, et huic utrumque illorum : etenim homini musicum et homo et musicum idem dicitur, et his illud. (2) Quare omnia hæc universaliter non dicuntur. Non enim est verum dicere, quod omnis homo idem et musicum. Universalia namque per se existunt ; accidentia vero non per se, sed de singularibus simpliciter dicuntur. Idem enim videtur Socrates, et Socrates musicus esse. Socrates enim non de multis dicitur. Quare non dicitur omnis Socrates, sicut omnis homo. (3) Quædam igitur ita dicuntur eadem : quædam vero per se, sicuti et unum. Etenim quorum materia aut specie aut numero una, eadem dicuntur, et eorum substantia una. Quare patet quod identitas unitas quædam essentialis est, aut plurium, aut quum ut pluribus utatur : utputa, quum dicat ipsum sibi ipsi idem : ut duobus enim ipso utitur. (4) Diversa vero dicuntur, quorum aut species plures, aut materia, aut ratio substantiæ : et omnino, diversum dicitur oppositè ad id quod idem dicitur. Differentia vero dicuntur, quæcumque diversa sunt, quum idem quid sint, modo non sint idem numero, sed aut specie, aut genere, aut proportione. (5) Item, quorum diversum genus, et contraria, et quæcumque diversitatem in substantia habent. (6) Similia dicuntur et quæ prorsus idem passa sunt, et quæ plura eadem quam diversa, passa sunt, et quorum qualitas una. Ac secundum quæcumque contrariorum alterari contingit, id quod plura horum aut magis propria habet, simile illi est. Oppositè vero similibus dissimilia dicuntur.

Opposita dicuntur, contradictio, contraria, ad aliquid, privatio, et habitus, et ea, ex quibus, et in quæ ultima, generationes, et corruptiones ; et quæcumque susceptivo amborum non contingit simul adesse, hæc opponi dicuntur, aut ipsa, aut ex quibus sunt. Fuscum namque et album simul eidem non insunt : quare ea, ex quibus sunt, opponuntur ipsis. (2) Contraria dicuntur, quæ non possunt simul eidem adesse, quum eorum sint, quæ secundum genus differunt ; et quæ plurimum differunt, quum in eodem genere sint ; quæ plurimum differunt, quum in eodem susceptivo sint ; ac etiam quæ plurimum differunt, quum eorum sint, quæ sub eadem potentia sunt : et quorum differentia maxima, aut simpliciter, aut secundum genus, aut secundum speciem. (3) Cetera vero contraria dicuntur, quædam eo quod talia habent ; quædam eo quod susceptiva talium sunt ; quædam eo quod activa aut passiva talium sunt, aut agentia, aut patientia, aut abiectiones, aut sumptiones, aut habitus, aut privationes sunt horum ac talium. (4) Quum autem unum et ens multipliciter dicuntur, necesse est ut cetera quoque quæcumque secundum hæc dicuntur, sequantur. Quare et idem, et diversum, et

τιόν, ὡστ' εἶναι ἕτερον καθ' ἐκάστην κατηγορίαν.
 (5) Ἐτερα δὲ τῶν εἰδῶν λέγεται ὅσα τε ταυτοῦ γένους ὄντα
 μὴ ὑπάλληλά ἐστι, καὶ ὅσα ἐν τῶν αὐτῶν γένει ὄντα
 διαφορὰν ἔχει, καὶ ὅσα ἐν τῇ οὐσίᾳ ἐναντιώσιν ἔχει·
 5 καὶ τὰ ἐναντία ἕτερα τῶν εἰδῶν ἀλλήλων, ἢ πάντα ἢ τὰ
 λεγόμενα πρῶτως καὶ ὄσων ἐν τῷ τελευταίῳ τοῦ γένους
 εἶδει οἱ λόγοι ἕτεροι, οἷον ἄνθρωπος καὶ ἵππος ἄτομα
 τῶν γένει, οἱ δὲ λόγοι ἕτεροι αὐτῶν· καὶ ὅσα ἐν τῇ
 10 αὐτῇ οὐσίᾳ ὄντα ἔχει διαφορὰν. Ταῦτά δὲ τῶν εἰδῶν τὰ
 ἀντικειμένως λεγόμενα τοῦτοις.

CAP. XI.

Πρότερα καὶ ὕστερα λέγεται ἓνια μὲν ὡς ὄντος τινὸς
 πρώτου καὶ ἀρχῆς ἐν ἐκάστῳ γένει τῶν ἐγγύτερον ἀρχῆς
 τινὸς ὠρισμένης, ἢ ἀπλῶς καὶ τῇ φύσει ἢ πρὸς τι ἢ ποῦ
 ἢ ὑπὸ τινων, οἷον τὰ μὲν κατὰ τόπον τῶν εἶναι ἐγγύτε-
 15 ρον ἢ φύσει τινὸς τόπου ὠρισμένου, οἷον τοῦ μέσου ἢ τοῦ
 ἐσθάτου, ἢ πρὸς τὸ τυχόν, τὸ δὲ πορωτέρον ὕστερον.
 (2) Τὰ δὲ κατὰ χρόνον· τὰ μὲν γὰρ τῶν πορωτέρω τοῦ
 νῦν, οἷον ἐπὶ τῶν γενομένων (πρότερα γὰρ τὰ Τρωϊκὰ
 τῶν Μηδικῶν, ὅτι πορωτέρον ἀπέχει τοῦ νῦν), τὰ δὲ
 20 τῶν ἐγγυτέρω τοῦ νῦν, οἷον ἐπὶ τῶν μελλόντων· πρότερον
 γὰρ Νέμεα Πυθίων, ὅτι ἐγγύτερον τοῦ νῦν ὡς ἀρχῆ καὶ
 πρώτῳ χρησαμένων. (3) Τὰ δὲ κατὰ κίνησιν· τὸ γὰρ
 ἐγγύτερον τοῦ πρώτου κινήσαντος πρότερον, οἷον παις
 ἀνδρός· ἀρχὴ δὲ καὶ αὕτη τις ἀπλῶς. (4) Τὰ δὲ κατὰ
 25 δύναμιν· τὸ γὰρ ὑπερέγον τῇ δυνάμει πρότερον, καὶ τὸ
 δυνατώτερον· τοιοῦτον δ' ἐστὶν οὗ κατὰ τὴν προαίρεσιν
 ἀνάγκη ἀκολουθεῖν θάτερον καὶ τὸ ὕστερον, ὥστε μὴ
 κινουντός τε ἐκείνου μὴ κινεῖσθαι καὶ κινουντος κινεῖ-
 σθαι· ἢ δὲ προαίρεσις ἀρχῆ. (5) Τὰ δὲ κατὰ τάξιν·
 30 ταῦτα δ' ἐστὶν ὅσα πρὸς τι ἐν ὠρισμένον διέστηκε κατὰ
 τὸν λόγον, οἷον παραστάτης τριτοστάτου πρότερον, καὶ
 παρανήτη νήτης· ἔνθα μὲν γὰρ ὁ κορυφαῖος, ἔνθα δὲ
 ἡ μέση ἀρχῆ. Ταῦτα μὲν οὖν πρότερα τοῦτον λέγεται
 τὸν τρόπον, ἄλλον δὲ τρόπον τὸ τῇ γνώσει πρότερον ὡς
 35 καὶ ἀπλῶς πρότερον. (6) Τοῦτων δὲ ἄλλως τὰ κατὰ
 τὸν λόγον καὶ τὰ κατὰ τὴν αἴσθησιν. Κατὰ μὲν γὰρ τὸν
 λόγον τὰ καθόλου πρότερα, κατὰ δὲ τὴν αἴσθησιν τὰ
 καθ' ἕκαστα. Καὶ κατὰ τὸν λόγον δὲ τὸ συμβεβηκὸς τοῦ
 40 ὄλου πρότερον, οἷον τὸ μουσικὸν τοῦ μουσικοῦ ἀν-
 θρώπου· οὐ γὰρ ἔσται ὁ λόγος ὄλος ἄνευ τοῦ μέρους·
 καίτοι οὐκ ἐνδέχεται μουσικὸν εἶναι μὴ ὄντος μουσικοῦ
 τινός. (7) Ἐπι πρότερα λέγεται τὰ τῶν προτέρων
 πάθη, οἷον εὐθύτης λειότητος· τὸ μὲν γὰρ γραμμῆς
 καθ' αὐτὴν πάθος, τὸ δ' ἐπιφανείας. (8) Τὰ μὲν δὲ
 45 οὕτω λέγεται πρότερα καὶ ὕστερα, τὰ δὲ κατὰ φύσιν
 καὶ οὐσίαν, ὅσα ἐνδέχεται εἶναι ἄνευ ἄλλων, ἐκεῖνα δὲ
 ἄνευ ἐκείνων μὴ· ἢ διαιρέσει ἐγρήσατο Πλάτων.
 (9) Ἐπει δὲ τὸ εἶναι πολλαχῶς, πρῶτον μὲν τὸ ὑποκει-
 μενον πρότερον, διὸ ἡ οὐσία πρότερον, ἔπειτα ἄλλως τὰ
 50 κατὰ δύναμιν καὶ κατ' ἐντελέθειαν. Τὰ μὲν γὰρ κατὰ
 δύναμιν πρότερα ἔστι, τὰ δὲ κατ' ἐντελέθειαν, οἷον
 κατὰ δύναμιν μὲν ἢ ἡμίσεια τῆς ὄλης καὶ τὸ μόριον τοῦ

contrarium, ut secundum unumquodque prædicamentum
 diversum sit. (5) Diversa vero specie dicuntur, quæcumque,
 quum ejusdem sint generis, non sunt subalterna; et quæ-
 cumque, quum in eodem genere sint, differentiam habent;
 et quæcumque in substantia contrarietatem habent. Con-
 traria quoque diversa specie invicem sunt, aut omnia, aut
 quæ primo dicuntur; et quorum in ultima generis specie
 rationes diversæ: ut homo et æquus Individua genere,
 rationes vero eorum diversæ: et quæcumque, quum in
 eadem substantia sint, differentiam habent. Eadem vero
 specie sunt, quæcumque his opposite dicuntur.

Priora et posteriora dicuntur, uno quidem modo tan-
 quam aliquo primo et principio in quoque genere existente,
 eo quod propinquius est principio cuidam determinato, aut
 simpliciter et natura, aut ad aliquid, aut ubi, aut ab ali-
 quibus: utputa quædam secundum locum, eo quod propin-
 quiora sunt alicui loco natura determinato, medio videlicet,
 aut ultimo, aut ad quodcumque: quod vero remo-
 tius, est posterius. (2) Quædam, secundum tempus: ali-
 qua enim, eo quod remotiora a Nunc sunt; ut de eis quæ
 facta sunt: Trojana enim priora sunt Persicis, quoniam re-
 motius a Nunc distant. Aliqua vero, eo quod propinquiora
 ipsi Nunc sunt; ut de futuris: prius enim festum Nemeum
 est quam Pythicum, quoniam propinquius ipsi Nunc est, ut
 principio et primo ipso Nunc posito. (3) Quædam, secun-
 dum motum: quod enim propinquius primo moventi est,
 prius est: ut puer, viro. Etenim quoddam et hoc simpliciter
 principium est. (4) Quædam secundum potentiam: quod
 enim excellit potentia et fortius est, prius est. Tale vero est,
 cujus ad electionem alterum posteriori sequatur necesse est:
 ita ut non movente illo, non moveatur, et movente movea-
 tur: electio enim principium est. (5) Quædam, secundum
 ordinem: hæc vero sunt, quæcumque ab aliquo uno deter-
 minato proportionaliter distant, ut in tripodibus, qui secun-
 dum locum oblinet, prior est eo qui tertium tenet, et parane-
 te, quam nete: illic enim tripodii ductor, hic vero media,
 principium est. Hæc itaque hoc modo priora dicuntur. Alio
 vero modo, quod cognitione prius, tanquam et simpliciter
 prius. (6) Horum autem aliter ea quæ secundum rationem,
 atque ea quæ secundum sensum. Secundum rationem enim
 universalia priora; secundum sensum vero, singularia: et
 secundum rationem accidens toto prius: ut musicum, homine
 musico. Non enim erit ratio tota absque parte: tametsi non
 contingit musicum esse, si non sit aliquis musicus. (7) Item,
 διπλάσια τῷ τῆς δυάδος λόγῳ. (5) Τὰ μὲν οὖν οὕτω
 λέγεται ψευδῆ, ἄνθρωπος δὲ ψευδῆς δ εὐζερῆς καὶ προ-
 αιρητικός τῶν τοιοῦτων λόγων, μὴ δι' ἕτερον τι ἀλλὰ
 δι' αὐτό, καὶ δ' ἄλλοις ἐμπορητικός τῶν τοιοῦτων λόγων,
 15 ὥσπερ καὶ τὰ πράγματά φαμεν ψευδῆ εἶναι, ὅσα ἐμ-
 ποιεῖ φαντασίαν ψευδῆ. Διὸ δ' ἐν τῷ Ἰππία λόγῳ πα-
 ρακρούεται ὡς δ αὐτός ψευδῆς καὶ ἀληθής. Τὸν δυ-
 νάμενον γὰρ ψεῦσασθαι λαμβάνει ψευδῆ, οὗτος δ' ὁ εἰδὼς
 καὶ ὁ φρόνιμος· ἐτι τὸν ἐκόντα φαῦλον βελτίω. Τοῦτο
 20 δὲ ψεῦδος λαμβάνει διὰ τῆς ἐπαγωγῆς· ὁ γὰρ ἐκὼν
 χωλαίων τοῦ ἄκοντος κρείττων, τὸ χωλαίνειν τὸ μι-
 μείσθαι λέγων, ἐπεὶ εἶγε χωλὸς ἐκὼν, χείρων ἴσως,
 ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ἤθους, καὶ οὗτος.

quæ circuli, falsa trianguli. (3) Cujusque vero ratio, quo-
 dam modo quidem una, quæ est ejus quod quid erat esse;
 quodam modo vero multæ: quoniam idem quodammodo
 est ipsum, et ipsum passum, ut Socrates, et Socrates mu-
 sicus. Falsa vero ratio, nullius est simpliciter ratio. Quare
 Antisthenes inscite putabat, nihil ducens esse dicendum,
 nisi propria ratione unum de re una: ex quibus accidebat,
 non esse contradicere; fere autem, neque mentiri! (4) Est
 autem unumquodque dicere, non solum sua ratione, sed
 etiam ea quæ alterius est, et false quidem omnino, quodam
 autem modo etiam vere: quemadmodum octo, dupla sunt
 ratione dualitatis. (5) Quædam igitur ita falsa dicuntur.
 Homo vero falsus, qui promptus tales eligit orationes, non
 propter aliquid aliud, sed propter id ipsum, et qui alii:
 talium orationum causa est. Quemadmodum res falsas esse
 dicimus, quæ falsam phantasiam faciunt. Unde oratio, quæ
 in Hippiâ Platonicæ est, soplistica est, quod idem sit men-
 dax et verax. Eum namque, qui potest mentiri, accipit
 ut mendacem, hic vero, sapiens et prudens est. Item, eum
 qui sponte pravus est, meliorem ait. Hoc autem falsum
 per inductionem accipit. Qui enim sponte claudicat, mel-
 lior est eo qui invitus: claudicare dicens, pro imitari. Nam
 si claudus sponte, esset pejor fortassis, quemadmodum in
 moribus, etiam in hoc.

CAP. XXX.

Συμβεβηκὸς λέγεται ὁ ὑπάρχει μὲν τι καὶ ἀληθὲς
 2 εἰπεῖν, οὐ μέντοι οὐτ' ἐξ ἀνάγκης οὐτ' ἐπὶ τὸ πολὺ,
 ὅσον εἰ τις ὀρύττων φυτῶν βόθρον εὔρεθαι θησαυρόν. Τοῦτο
 τοίνυν συμβεβηκὸς τῷ ὀρύττοντι τὸν βόθρον, τὸ εὔρειν
 θησαυρόν· οὔτε γὰρ ἐξ ἀνάγκης τοῦτο ἐκ τούτου ἢ μετὰ
 τοῦτο, οὐθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἂν τις φυτεύη θησαυρόν εὔ-
 6 ρίσκει. (2) Καὶ μουσικός γ' ἂν τις εἴη λευκός· ἀλλ'
 ἐπεὶ οὔτε ἐξ ἀνάγκης οὐθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦτο γίνε-
 ται, συμβεβηκὸς αὐτὸ λέγομεν. Ὅσ' ἐπεὶ ἔστιν
 ὑπάρχον τι καὶ τινί, καὶ ἐνια τούτων καὶ τοῦ καὶ ποτέ,
 8 ὁ τι ἂν ὑπάρχη μὲν, ἀλλὰ μὴ διότι τοδὶ ἦν ἢ νῦν ἢ ἐν-
 28 ταῦθα, συμβεβηκὸς ἔσται. Οὐδὲ δὴ αἰτίον ὀρισμέ-
 νον οὐθὲν τοῦ συμβεβηκός ἀλλὰ τὸ τυχόν· τοῦτο
 δ' ἀόριστον. Συνέβη τῷ εἰς Αἴγινα ἐλθεῖν, εἰ μὴ διὰ
 τοῦτο ἀφίκετο ὅπως ἐκεῖ ἐλθῆ, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος ἐξω-
 σθῆς ἢ ὑπὸ ληστῶν ληφθῆς. Γέγονε μὲν δὴ καὶ ἔστι
 10 τὸ συμβεβηκός, ἀλλ' οὐχ ἢ αὐτὸ ἀλλ' ἢ ἕτερον· ὁ γὰρ
 χειμῶν αἰτίος τοῦ μὴ ὄπου ἐπλεῖ ἐλθεῖν, τοῦτο δ' ἦν
 Αἴγινα. (3) Λέγεται δὲ καὶ ἄλλως συμβεβηκός, ὅσον
 ὅσα ὑπάρχει ἐκάστῳ καθ' αὐτὸ μὴ ἐν τῇ οὐσίᾳ ὄντα,
 ὅσον τῷ τριγώνῳ τὸ δύο ὀρθὰς ἔχειν. Καὶ ταῦτα μὲν
 16 ἐνδέχεται αἰδία εἶναι, ἐκείνων δὲ οὐθέν. Λόγος δὲ τοῦ-
 του ἐν ἑτέροις.

Accidens dicitur, quod inest quidem alicui et verum est
 prædicare: non tamen neque necessario, nec ut plurimum; et
 puta, si quis pro planta fodiens fossam, invenit thesau-
 rum. Hoc itaque accidens fuit fodienti fossam, thesaurum
 invenire: nec enim necessario hoc ex hoc, aut post hoc;
 nec ut plurimum, si quis plantet, thesaurum invenit.
 (2) Musicus quoque fuerit quispiam albus, sed quum nec
 necessario nec ut plurimum hoc fiat, accidens ipsum di-
 cimus. Quum igitur sit existens aliquid et alicui, et horum
 quædam etiam alicubi, et quandoque, quod utcumque ex-
 stitit quidem, sed non propter id quod hoc est, aut nunc,
 aut hic, accidens erit: nec ulla causa determinata acci-
 dentis est, sed quodcumque contingit; hæc autem, indeter-
 minatum: ut abire in Æginam alicui accidit, si non propter
 hoc evenit ut illuc iret, sed a tempestate pulsus, aut a
 latronibus captus. Fuit igitur et est ipsum accidens, verum
 non secundum se, sed secundum alterum. Tempestas enim
 causa ut iret quo non navigabat: hoc autem erat Ægina.
 (3) Dicitur etiam aliter accidens, ut quæcumque existunt
 in unoquoque secundum se, non existentia in substantia,
 ut triangulo, duos rectos habere. Et hæc quidem contin-
 git sempiterna esse, illorum vero nihil. Ratio autem hujus
 in aliis explicatur.

LIBER V.

CAP. I.

Αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἰτία ζητεῖται τῶν ὄντων, ὄηλον δὲ
 εἶναι τὴν ὄντα. Ἔστι γάρ τι αἰτιον ὑγιείας καὶ εὐεξίας,
 καὶ τῶν μαθηματικῶν εἰσὶν ἀρχαὶ καὶ στοιχεῖα καὶ αἴ-
 τια, καὶ ὅλως δὲ πᾶσα ἐπιστήμη διανοητικὴ ἢ μετέ-
 γουσά τι διανοίας περὶ αἰτίας καὶ ἀρχάς ἐστιν ἢ ἀκρι-
 βεστέρας ἢ ἀπλουστέρας. Ἀλλὰ πᾶσαι αὐταὶ περὶ ὄν-
 τι, καὶ γένος τι περιγραφάμεναι περὶ τούτου πραγμα-
 τεύονται, ἀλλ' οὐγὶ περὶ ὄντος ἀπλῶς οὐδὲ τὸ ὄν, οὐδὲ
 10 μὲν αἰσθήσει ποιήσασαι αὐτὸ ὄηλον, αἱ δ' ὑπόθεσιν λα-
 βούσαι τὸ τί ἐστιν, οὕτω τὰ καθ' αὐτὰ ὑπάρχοντα τῶν
 γένει περὶ ὃ εἰσὶν ἀποδεικνύουσιν ἢ ἀναγκαιότερον
 ἢ μαλακώτερον. (2) Διόπερ φανερόν ἐστι οὐκ ἐστὶν ἀπό-
 δεῖξις οὐσίας οὐδὲ τῶν τί ἐστὶν ἐκ τῆς τοιαύτης ἐπαγω-
 15 γῆς, ἀλλὰ τις ἄλλος τρόπος τῆς δηλώσεως. Ὁμοίως
 δὲ οὐδ' εἰ ἐστὶν ἢ μὴ ἐστὶ τὸ γένος περὶ ὃ πραγματεύον-
 ται οὐθὲν λέγουσι, διὰ τὸ τῆς αὐτῆς εἶναι διανοίας τὸ τε
 τί ἐστὶ ὄηλον ποιεῖν καὶ εἰ ἐστίν. (3) Ἐπεὶ δὲ καὶ
 ἢ φυσικῇ ἐπιστήμῃ τυγχάνει οὐσα περὶ γένος τι τοῦ
 20 ὄντος (περὶ γάρ τὴν τοιαύτην ἐστὶν οὐσίαν ἐν τῇ ἢ ἀρχῇ
 τῆς κινήσεως καὶ στάσεως ἐν αὐτῇ), ὄηλον ἐστὶ οὐτε
 πρακτικὴ ἐστὶν οὐτε ποιητικὴ. Τῶν μὲν γὰρ ποιητι-
 κῶν ἐν τῷ ποιοῦντι ἢ ἀρχὴ ἢ νοῦς ἢ τέχνη ἢ δύναμις
 τις, τῶν δὲ πρακτικῶν ἐν τῷ πράττοντι ἢ προαίρεσις·
 25 τὸ αὐτὸ γὰρ τὸ πράκτον καὶ τὸ προαιρετόν. Ὡστε εἰ
 πᾶσα διάνοια ἢ πρακτικὴ ἢ ποιητικὴ ἢ θεωρητικὴ,
 ἢ φυσικὴ θεωρητικὴ τις ἂν εἴη, ἀλλὰ θεωρητικὴ περὶ
 τοιοῦτον ὄν ὃ ἐστὶ δυνατὸν κινεῖσθαι, καὶ περὶ οὐσίαν
 τὴν κατὰ τὸν λόγον ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, οὐ χωριστὴν μόνον.
 30 (4) Δεῖ δὲ τὸ τί ἦν εἶναι καὶ τὸν λόγον πῶς ἐστὶ μὴ
 λαθάνειν, ὡς ἄνευ γε τούτου τὸ ζητεῖν μὴθὲν ἐστὶ
 ποιεῖν. Τῶν δ' ὀριζομένων καὶ τῶν τί ἐστὶ τὰ μὲν οὐ-
 τως ὑπάρχει ὡς τὸ σιμὸν, τὰ δ' ὡς τὸ κοῖλον. Διαφέ-
 ρει δὲ ταῦτα ἐπὶ τὸ μὲν σιμὸν συνειλημμένον ἐστὶ μετὰ
 35 τῆς ὕλης· ἐστὶ γὰρ τὸ μὲν σιμὸν κοιλὴ ρίς, ἢ δὲ κοιλό-
 τῆς ἄνευ ὕλης αἰσθητῆς. Εἰ δὲ πάντα τὰ φυσικὰ
 ὁμοίως τῷ σιμῷ λέγονται, ὡς ρίς, ὀφθαλμὸς, πρόσω-
 πον, σὰρξ, ὄστρον, ὄλως ζῶον, φύλλον, ρίζα, φλοιός,
 40 ὄλως φυτὸν (οὐθενὸς γὰρ ἄνευ κινήσεως ὁ λόγος αὐτῶν,
 ἀλλ' αἰεὶ ἔχει ὕλην), ὄηλον πῶς δεῖ ἐν τοῖς φυσικοῖς τὸ
 τί ἐστὶ ζητεῖν καὶ ὀρίζεσθαι, καὶ διότι καὶ περὶ ψυχῆς
 ἐνίας θεωρησάι τοῦ φυσικοῦ, ὅση μὴ ἄνευ τῆς ὕλης ἐστίν.
 (5) Ὅτι μὲν οὖν ἢ φυσικῇ θεωρητικῇ τίς ἐστὶ, φανερόν
 ἐκ τούτων. Ἀλλ' ἐστὶ καὶ ἢ μαθηματικῇ θεωρητικῇ.
 45 Ἀλλ' εἰ ἀκίνητων καὶ χωριστῶν ἐστὶ, νῦν ἄδηλον· ἐπὶ
 μέντοι ἐνία μαθήματα ἢ ἀκίνητα καὶ ἢ χωριστὰ θεω-
 ρεῖ, ὄηλον. Εἰ δὲ τί ἐστὶν αἰτίον καὶ ἀκίνητον καὶ
 χωριστόν, φανερόν ἐστι θεωρητικῆς τὸ γινῶναι. (Ὁ
 μέντοι φυσικῆς γε (περὶ κινήτων γὰρ τινῶν ἢ φυσικῆς),

Principia et causæ entium quærentur, et patet quod
 prout entia sunt. Est etenim aliqua sanitatis bonaque
 habitudinis causa; mathematicorum quoque principia, ele-
 menta, et causæ sunt: et simpliciter omnis intellectualis
 scientia, sive aliquo modo intellectu participans, circa
 causas, et principia, aut certiora, aut simpliciora, est.
 Attamen hæc omnes circa ens aliquod, et quoddam genus
 circumscribentes, de eo tractant, sed non de ente simpli-
 citer, nec prout ens est, neque ipsius quid est, ullam ra-
 tionem faciunt: sed ex hoc, quædam sensu illud manife-
 stum facientes, quædam suppositione ipsum quid est, acci-
 pientes, consequenter ea quæ per se generi insunt, circa
 quod sunt, aut magis necessario aut debilius demonstrant.
 (2) Quare manifestum est, non esse demonstrationem sub-
 stantiæ ipsiusve quid est ex tali inductione, sed alium ali-
 quem manifestationis modum. Similiter autem nec si est,
 aut non est genus, circa quod tractant, quicquam dicunt,
 eo quod ejusdem intelligentiæ est, et ipsum quid est mani-
 festare, et si est hoc. (3) Quom autem physica etiam circa
 quoddam entis genus scientia sit (etenim circa talem sub-
 stantiam est in qua principium est motus et status, qui in
 ea sunt), patet quod nec activa nec factiva est. Factivarum
 etenim in faciente principium est, aut intellectus, aut ars,
 aut aliqua potentia; activarum vero, in agente electio; idem
 enim agibile et eligibile. Quare si omnis intellectus aut acti-
 vus, aut factivus, aut speculativus est, physica speculativa
 quædam profecto erit, sed speculativa circa tale ens, quod
 possibile est moveri, et circa substantiam ratione ut plurimum
 concipiendam, sed non separabilem. (4) Oportet autem
 ut non lateat, quomodo ipsum quid erat esse, et ratio sit.
 Nam absque hoc quærere, nihil est facere. Sed definitio-
 rum igitur, et ipsorum quid est, quædam quidem ita sunt,
 ut ipsum simum; quædam, ut ipsum concavum. Diffe-
 runt autem hæc, quoniam simum quidem una acceptum
 est cum materia. Est enim simum, concavus nasus: con-
 cavitas vero absque materia sensibili. Si cuncta igitur phy-
 sica ita ut simum dicuntur, ut nasus, oculus, facies, caro,
 os, et omnino animal, folium, radix, cortex, omnino
 planta (nullius enim eorum ratio absque motu, sed semper
 habet materiam), manifestum est, quomodo in Physicis
 oporteat ipsum quid est quærere, et delinire, et cur
 etiam de quadam anima speculati, physici sit, quæ quidem
 non sine materia est. (5) Quod igitur physica speculativa
 est, ex his patet. Sed et mathematica speculativa est. Verum
 si immobilium et separabilium, adhuc non est manifestum:
 quod autem aliqua mathematica, prout immobilia, et prout
 separabilia sunt, speculatur, dilucidum est. Quodsi quippiam
 est immobile et perpetuum et separabile, patet quod specu-
 lativæ est cognoscere (non certe quidem physicæ (de mobili-

οὐδὲ μαθηματικῆς, ἀλλὰ προτέρας ἀμφοῖν. (6) Ἡ μὲν γὰρ φυσικὴ περὶ ἀγώριστα μὲν ἀλλ' οὐκ ἀκίνητα, τῆς δὲ μαθηματικῆς ἕνια περὶ ἀκίνητα μὲν οὐ χωριστὰ δ' ἴσως, ἀλλ' ὡς ἐν ὕλῃ· ἡ δὲ πρώτη καὶ περὶ χωριστὰ καὶ ἀκίνητα. Ἀνάγκη δὲ πάντα μὲν τὰ αἰτία αἰτία εἶναι, μάλιστα δὲ ταῦτα· ταῦτα γὰρ αἰτία τοῖς φανεροῖς τῶν θείων. (7) Ὡστε τρεῖς ἂν εἶεν φιλοσοφίαι θεωρητικαί, μαθηματικὴ, φυσικὴ, θεολογική. Οὐ γὰρ ἀδηλον ὅτι εἰ που τὸ θεῖον ὑπάρχει, ἐν τῇ τοιαύτῃ φύσει ὑπάρχει, καὶ τὴν τιμιωτάτην δεῖ περὶ τὸ τιμιωτάτον γένος εἶναι. Αἱ μὲν οὖν θεωρητικαὶ τῶν ἄλλων ἐπιστημῶν αἰρετώτεροι, αὕτη δὲ τῶν θεωρητικῶν. (8) Ἀπορήσει γὰρ ἂν τις πότερον πῶθ' ἡ πρώτη φιλοσοφία καθόλου ἐστίν, ἢ περὶ τι γένος καὶ φύσιν τινὰ μίαν. Οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς τρόπος οὐδ' ἐν ταῖς μαθηματικαῖς, ἀλλ' ἢ μὲν γεωμετρία καὶ ἀστρολογία περὶ τινὰ φύσιν εἰσίν, ἢ δὲ καθόλου πασῶν φύσεων. (9) Εἰ μὲν οὖν μὴ ἔστι τις ἕτέρα οὐσία παρὰ τὴν φύσιν συνεστηκυίας, ἢ φυσικῆ ἂν εἴη πρώτη ἐπιστήμη· εἰ δ' ἔστι τις οὐσία ἀκίνητος, αὕτη προτέρα, καὶ φιλοσοφία πρώτη, καὶ καθόλου οὕτως ὅτι πρώτη· καὶ περὶ τοῦ ὄντος ἢ ὃν ταύτης ἂν εἴη θεωρῆσαι, καὶ τί ἐστὶ καὶ τὰ ὑπάρχοντα ἢ ὄν.

bu: namque quibusdam physica est), nec mathematica, sed prioris ambabus. (6) Physica etenim circa inseparabilia quidem, sed non immobilia: mathematica vero nonnulla sunt circa immobilia quidem, non tamen separabilia fortasse, sed ut in materia: prima vero etiam circa separabilia et immobilia. Necesse autem est omnes quidem causas perpetuas esse, maxime vero has: hæc etenim cause manifestis divinorum sunt. (7) Quare tres utique erunt speculativæ philosophiæ: mathematica, physica, theologia. Manifestum est enim quod, sicubi divinum existit, in tali natura existit; et honorabilissimam oportet circa honorabilissimum genus esse. Speculativæ itaque ceteris scientiis præponendæ sunt, hæc vero speculativis. (8) Dubitaverit etenim aliquis, utrum prima philosophia universalis sit, an circa aliquod genus, et unam aliquam naturam. Non enim idem modus est neque in mathematicis: sed geometria quidem et astrologia circa quandam naturam sunt; illa vero universaliter omnibus communis est. (9) Si igitur non est aliqua alia substantia præter eas quæ natura consistunt, physica profecto prima scientia est. Verum si est aliqua substantia immobilis, hæc prior, et philosophia prima, et universalis sic, quia prima: et de ente, prout ens est, ac quid est, et quæ ei insunt, prout ens est, speculari hujus est.

CAP. II.

Ἄλλ' ἐπεὶ τὸ ὄν τὸ ἀπλῶς λεγόμενον λέγεται πολλαχῶς, ὄν ἐν μὲν ἦν τὸ κατὰ συμβεβηχός, ἕτερον δὲ τὸ ὡς ἀληθές, καὶ τὸ μὴ ὄν ὡς τὸ ψεῦδος, παρὰ ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ σχήματα τῆς κατηγορίας, ὄν τὸ μὲν τί, τὸ δὲ ποῖόν, τὸ δὲ πῶς, τὸ δὲ πῶ, τὸ δὲ ποτέ, καὶ εἰ τι ἄλλο σημαίνει τὸν τρόπον τοῦτον· ἐτι παρὰ ταῦτα πάντα τὸ δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ· ἐπεὶ δὴ πολλαχῶς λέγεται τὸ ὄν, πρῶτον περὶ τοῦ κατὰ συμβεβηχός λεκτέον, ὅτι οὐδεμία ἐστὶ περὶ αὐτὸ θεωρία. (2) Σημεῖον δέ· οὐδέμια γὰρ ἐπιστήμη ἐπιμελές περὶ αὐτοῦ οὔτε πρακτικῆ οὔτε ποιητικῆ οὔτε θεωρητικῆ. Οὔτε γὰρ ὁ ποιῶν οἰκίαν ποιεῖ ὅσα συμβαίνει αἴμα τῇ οἰκίᾳ γινομένη ἄπειρα γὰρ ἐστίν· τοῖς μὲν γὰρ ἡδέϊαν, τοῖς δὲ βλαβεράν, τοῖς δ' ὠφέλιμον οὐθὲν εἶναι κωλύει τὴν ποιηθείσαν, καὶ ἕτερον ὡς εἰπεῖν πάντων τῶν ὄντων· ὄν οὐθενός ἐστίν ἢ οἰκοδομικὴ ποιητικῆ. (3) Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον οὐδ' ὁ γεωμέτρης θεωρεῖ τὰ οὕτω συμβεβηκότα τοῖς σχήμασιν, οὐδ' εἰ ἕτερον ἐστὶ τρίγωνον καὶ τρίγωνον δύο ὀρθῶς ἔχον. Καὶ τοῦτο εὐλόγως συμπίπτει ὥσπερ γὰρ ὀνομά τὸ μόνον τὸ συμβεβηχός ἐστίν. Διὸ Πλάτων τρόπον τινὰ οὐ κακῶς τὴν σοφιστικὴν περὶ τὸ μὴ ὄν ἔταξεν. (4) Εἰσὶ γὰρ οἱ τῶν σοφιστῶν λόγοι περὶ τὸ συμβεβηχός ὡς εἰπεῖν μάλιστα πάντων, πότερον ἕτερον ἢ ταῦτον μουσικόν καὶ γραμματικόν, καὶ μουσικός Κορίσκος καὶ Κορίσκος, καὶ εἰ πᾶν ὃ ἂν ἦ, μὴ αἰεὶ δέ, γέγονεν, ὥστ' εἰ μουσικός ὢν γραμματικός γέγονε, καὶ γραμματικός ὢν μουσικός, καὶ ὅσοι δὴ ἄλλοι τοιοῦτοι τῶν λόγων εἰσίν· φαίνεται γὰρ τὸ συμβεβηχός ἐγγύς τι τοῦ μὴ ὄντος. Ἀπλὸν δὲ καὶ ἐκ τῶν τοιοῦτων λόγων τῶν μὲν γὰρ ἄλλον τρόπον ὄντων ἐστὶ γένεσις καὶ

Sed quum ens illud, quod simpliciter dicitur, multipliciter dicatur, quorum unum quidem erat, quod secundum accidens, aliud vero quod ut verum, et non-ens, ut falsum; præter hæc autem sunt prædicationis figura, ut quid, quale, quantum, ubi, quando, et si quid aliud hoc modo significat; Item præter hæc omnia, quod potentia, et actu: quum igitur ens multipliciter dicatur, primo de eo quod secundum accidens est, dicendum, quod nulla circa illud speculatione est. (2) Signum autem, quod nulli scientiæ curæ est illud, neque activæ, neque factivæ, neque speculativæ: nec enim qui facit domum, facit simul quæ accidunt domni factæ: infinita namque sunt. Quibusdam enim delectabilem, quibusdam noxiam, quibusdam utilem, nihil prohibet esse factam, et, ut ita dicam, ab omnibus quæ exstant diversam: quarum rerum nullius factiva est ædificativa. (3) Simili modo nec geometra ea quæ ita figuris accidunt speculatur, nec si diversus triangulus, et triangulus duos rector habens. Et hoc rationabiliter contingit: nam quasi nomen solum, ipsum accidens est. Quare Plato non male quodam modo circa sophisticam, ipsum non-ens applicuit. (4) Sophistarum etenim rationes, circa accidens, ut ita dicam, maxime omnium sunt, utrum diversum, an idem, musicum et grammaticum; et musicus Coriscus, ac Coriscus; et si omne, quod est, non autem semper, factum est. Quare si musicus existens grammaticus factus est; et grammaticus, existens musicus; et quæcumque alia orationum tales sint. Videtur etenim accidens, propinquum quiddam esse non enti. Hoc autem ex his etiam orationibus manifestum est. Eorum etenim, quæ alio modo se habent, est generatio et corruptio: eorum autem, quæ

ἑσθρά, τῶν δὲ κατὰ συμβεβηκός οὐκ ἔστιν. (5) Ἄλλ' ὁμοίως λεκτέον ἔτι περὶ τοῦ συμβεβηκώτος ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται, τίς ἡ φύσις αὐτοῦ καὶ διὰ τί τιν' αἰτίαν ἔστιν· αἶμα γὰρ δῆλον ἴσως ἔσται καὶ διὰ τί ἐπιστήμη οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. (6) Ἐπεὶ οὖν ἔστιν ἐν τοῖς οὐσί τα μὲν αἰεὶ ὡσαύτως ἔχοντα καὶ ἐξ ἀνάγκης, οὐ τῆς κατὰ τὸ βίαιον λεγομένης ἀλλ' ἢν λέγομεν τῶν μὴ ἐνδέχεσθαι ἄλλως, τὰ δ' ἐξ ἀνάγκης μὲν οὐκ ἔστιν οὐδ' αἰεὶ, ὡς δ' ἐπὶ τὸ πολὺ, αὐτὴ ἀρχὴ καὶ αὐτὴ αἰτία ἐστὶ τοῦ εἶναι
 10 τὸ συμβεβηκός· ὁ γὰρ ἂν ἦ μήτ' αἰεὶ μήθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τοῦτο φαίμεν συμβεβηκός εἶναι. (7) Οἷον ἐπὶ κυνὶ ἂν χειμῶν γένηται καὶ ψῦχος, τοῦτο συμβῆναι φαίμεν, ἀλλ' οὐκ ἂν πνίγος καὶ ἀλέα, ὅτι τὸ μὲν αἰεὶ ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὸ δ' οὐ. Καὶ τὸν ἄνθρωπον λευκὸν εἶναι
 15 συμβεβηκον (οὔτε γὰρ αἰεὶ οὐθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ), ζῶν δ' οὐ κατὰ συμβεβηκός. Καὶ τὸ ὑγιάζειν δὲ τὸν οἰκοδόμον κατὰ συμβεβηκός, ὅτι οὐ πέφυκε τοῦτο ποιεῖν οἰκοδόμος ἀλλ' ἱατρός, ἀλλὰ συνέθη ἱατρὸν εἶναι τὸν οἰκοδόμον. Καὶ ὀψοποιὸς ἡδονῆς στοχαζόμενος ποιήσειεν ἂν τι ὑγιεινόν, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν ὀψοποιητικὴν· διὸ συνέθη φαίμεν, καὶ ἔστιν ὡς ποιεῖ, ἀπλῶς δ' οὐ.
 20 (8) Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων ἐνίοτε δυνάμεις εἰσὶν αἰ ποιητικαί, τῶν δ' οὐδέμια τέχνη οὐδὲ δυνάμεις ὠρισμένη· τῶν γὰρ κατὰ συμβεβηκός δυνῶν ἢ γινόμενων καὶ τὸ αἰτιόν ἐστὶ κατὰ συμβεβηκός. Ὡστ' ἐπειδὴ οὐ πάντα ἔστιν ἐξ ἀνάγκης καὶ αἰεὶ ἢ ὄντα ἢ γινόμενα, ἀλλὰ τὰ πλείστα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἀνάγκη εἶναι τὸ κατὰ συμβεβηκός ὄν· ὅλον οὐτ' αἰεὶ οὐθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὁ λευκός μουσικός ἔστιν, ἐπεὶ δὲ γίνεταί ποτε, κατὰ συμβεβηκός ἔσται. Εἰ δὲ μή, πάντ' ἔσται ἐξ ἀνάγκης.
 30 Ὡστε ἡ ὕλη ἔσται αἰτία ἢ ἐνδεχομένη παρὰ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἄλλως τοῦ συμβεβηκώτος. (9) Ἀρχὴν δὲ τῆνδὶ ληπτέον, πότερον οὐθέν ἐστιν οὐτ' αἰεὶ οὐθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ἢ τοῦτο ἀδύνατον. Ἔστιν ἀρα τι παρὰ ταῦτα
 35 τὸ ὅπότερ' ἔτυχε καὶ κατὰ συμβεβηκός. Ἀλλὰ πότερον τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὸ δ' αἰεὶ οὐθεὶ ὑπάρχει, ἢ ἔστιν ἅττα αἰδία; (10) Περὶ μὲν οὖν τούτων ὕστερον σκεπτέον, ὅτι δ' ἐπιστήμη οὐκ ἔστι τοῦ συμβεβηκώτος φανερόν· ἐπιστήμη μὲν γὰρ πᾶσα ἢ τοῦ αἰεὶ ἢ τοῦ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ. Πῶς γὰρ ἢ μαθήσεται ἢ διδάξει ἄλλον; δεῖ γὰρ ὠρίσθαι ἢ τῷ αἰεὶ ἢ τῷ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, οἷον ὅτι ὠφέλιμον τὸ μελίκρατον τῷ πυρέττοντι ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ. Τὸ δὲ παρὰ τοῦτο οὐχ ἔξει λέγειν, πότε οὐ, ὅλον νοσηνία· ἢ γὰρ αἰεὶ ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ τῇ νοσηνία·
 40 τὸ δὲ συμβεβηκός ἐστὶ παρὰ ταῦτα. (11) Ἴτι μὲν οὖν ἔστι τὸ συμβεβηκός καὶ διὰ τί τιν' αἰτίαν, καὶ ὅτι ἐπιστήμη οὐκ ἔστιν αὐτοῦ, εἴρηται.

secundum accidens, non est. (5) Attamen dicendum est amplius de accidente, quoad possibile est, quænam ejus natura sit, et ob quam causam sit : simul autem patebit et cur ejus scientia non sit. (6) Quum igitur in entibus sint quædam semper similiter se habentia, et ex necessitate, non ea quæ secundum vim dicitur, sed quam dicimus, eo quod non contingit aliter, quædam ex necessitate quidem non sunt, nec semper, sed ut plurimum, hoc principium et hujus causa est, ut accidens sit. Quodcumque enim non semper, neque ut plurimum est, hoc dicimus accidens esse : (7) utputa, si sub Cane tempestas et frigus factum fuerit, hoc dicimus accidisse; non si æstus, aut calor : quoniam hoc quidem semper aut ut plurimum; illud vero non. Hominem quoque album esse, accidit : nec enim semper, nec ut plurimum; animal vero, non secundum accidens. Et fabrum sanitatem fecisse, accidens est, quoniam non est aptus ad sanitatem faciendam faber, sed medicus : verum accidit, fabrum esse medicum. Coquus etiam voluptati intentus facit quicquam salubre, sed non secundum pulmentariam : unde dicimus quod accidit; et quodam modo quidem facit, simpliciter vero minime. (8) Ceterorum etenim causas et potentias sunt factivæ, horum vero nulla ars, nullaque potentia determinata est. Eorum enim quæ secundum accidens aut sunt aut fiunt, causa quoque secundum accidens est. Quare quum non omnia ex necessitate et semper aut sint aut fiant, sed multa ut plurimum, necesse est esse quod secundum accidens est : utputa, nec semper, nec ut plurimum albus musicus est. Quum autem aliquando fiat, secundum accidens erit : quod si non, cuncta ex necessitate erunt. Quare materia erit causa contingens ejus quod aliter accidit quam illud quod ut plurimum est. (9) Principium autem hoc sumendum est : utrum nihil est, quod nec semper nec ut plurimum, an hoc impossibile? Præter hæc igitur, aliquid est, quod utcumque contingit, et secundum accidens : sed utrum, quod ut plurimum, quodve semper nulli inest, an aliqua sunt sempiterna? (10) De his sane posterius considerandum est. Quod autem non est accidentis scientia, patet. Omnis enim scientia ejus est quod, aut semper aut ut plurimum est. Quomodo enim aut discet, aut alium docebit? Oportet enim ut determinetur, aut per semper, aut per ut plurimum : utputa, febriçanti proficuum melicratum est ut plurimum. Quod vero præter hoc est, non habebit dicere, quando non, ut in novilunio : nam etiam in novilunio quatenus aut semper, aut ut plurimum : accidens vero, præter hæc est. (11) Quid itaque accidens sit, et ob quam causam, et quod non sit ejus scientia, dictum est.

CAP. III.

Ὅτι δ' εἰσὶν ἀρχαὶ καὶ αἰτία γεννητὰ καὶ φθαρτὰ ἀνευ τοῦ γίνεσθαι καὶ φεῖρεσθαι, φανερόν. Εἰ γὰρ
 50 μὴ τοῦτ', ἐξ ἀνάγκης πάντ' ἔσται, εἰ τοῦ γινόμενου καὶ φθειρομένου μὴ κατὰ συμβεβηκός αἰτιόν τι ἀνάγκη εἶναι. Πότερον γὰρ ἔσται τοδὶ ἢ οὐ; ἐάν γε τοδὶ γέ-

Quod autem sint principia et causæ generabiles et corruptibiles, absque eo quod generentur et corruptantur, manifestum est. Etenim si non hoc, ex necessitate omnia erunt, si ejus quod generatur et corruptitur, non secundum accidens causam aliquam necesse sit esse. Utrum

νηται· εἰ δὲ μή, οὐ· τοῦτο δὲ ἓν ἄλλο. Καὶ οὕτω δῆλον ὅτι αἰεὶ χρόνου ἀφαιρουμένου ἀπὸ πεπερασμένου χρόνου ἤξει ἐπὶ τὸ νῦν. (2) Ὡστε δὲ ἀποθανέεται νόσῳ ἢ βίᾳ, ἓν γε ἐξέληθ· τοῦτο δὲ ἓν διψήσῃ· τοῦτο δὲ ἓν ἄλλο· καὶ οὕτως ἤξει εἰς τὸ νῦν ὑπάρχει, ἢ εἰς τῶν γεγονότων τι· οἷον ἓν διψήσῃ· τοῦτο δ' εἰ ἐσθίει δριμέα· τοῦτο δ' ἦτοι ὑπάρχει ἢ οὐ· ὥστ' ἐξ ἀνάγκης ἀποθανέεται ἢ οὐκ ἀποθανέεται. Ὁμοίως δὲ καὶ ὑπερπηδῆσῃ τις εἰς τὰ γενόμενα, ὃ αὐτὸς λόγος· ἡδὴ γὰρ ὑπάρχει τοῦτο ἐν τινι, λέγω δὲ τὸ γεγονός. (3) Ἐξ ἀνάγκης ἄρα πάντα ἔσται τὰ ἐσόμενα, οἷον τὸ ἀποθανεῖν τὸν ζῶντα· ἡδὴ γὰρ τι γέγονεν, οἷον τὰ ἐναντία ἐν τῷ αὐτῷ σώματι· ἀλλ' εἰ νόσῳ ἢ βίᾳ, οὐπω, ἀλλ' ἓν τοδὶ γένηται. Δῆλον ἄρα ὅτι μέχρι τίνος βαδίζει ἀρχῆς, αὕτη δ' οὐκέτι εἰς ἄλλο. (4) Ἔσται οὖν ἡ τοῦ ὀπότερ' ἔτυχεν αὕτη, καὶ αἴτιον τῆς γενέσεως αὐτῆς οὐθέν. Ἄλλ' εἰς ἀρχὴν ποίαν καὶ αἴτιον ποῖον ἢ ἀναγωγῆ ἢ τοιαύτη, πότερον ὡς εἰς ὕλην ἢ ὡς εἰς τὸ οὐ ἕνεκα ἢ ὡς εἰς τὸ κινήσαν, μάλιστα σκεπτέον.

enim erit hoc, an non? Si hoc, fiet: sin vero non, minime: hoc vero, si aliud. Et hoc modo videlicet, tempore semper dempto a tempore finito, devenies usque ad nunc. (2) Quare hic morietur ægritudine, aut vi, si exiverit: hoc autem, si sitiverit: hoc autem, si aliud. Et sic deveniet ad id quod nunc est, aut aliquid eorum quæ facta sunt: utputa si sitiverit. Hoc vero, si comederit acuta: hoc vero, aut est, aut non. Quare, necessario morietur, aut non morietur. Similiter et si quis ad jam facta ascenderit, eadem ratio est. Jam enim hoc in aliquo est: dico autem quod factum est. (3) Ex necessitate ergo erunt omnia futura: ut mori viventem. Jam enim aliquid factum est, utputa contraria in eodem corpore: sed si ægritudine, aut vi, nondum: sed si hoc factum fuerit. Patet igitur quod usque ad aliquod vadit principium: hoc vero non amplius ad aliud. (4) Erit igitur hoc ejus quod utcumque contigit, causaque generationis ipsius nulla. Sed in quale principium et qualem causam talis sit reductio, utrum ut ad materiam, an ut ad cuius gratia, an ut ad movens, maxime considerandum est.

CAP. IV.

20 Περὶ μὲν οὖν τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς ὄντος ἀφείσθω· διώριστα γὰρ ἰκανῶς. Τὸ δὲ ὡς ἀληθὲς ὄν, καὶ μὴ ὄν ὡς ψεῦδος, ἐπειδὴ περὶ σύνθεσιν ἔστι καὶ διαίρεσιν, τὸ δὲ σύνολον περὶ μερισμὸν ἀντιφάσεως (τὸ μὲν γὰρ ἀληθὲς τὴν κατάφασιν ἐπὶ τῷ συκκειμένῳ ἔχει, τὴν 25 δ' ἀπόφασιν ἐπὶ τῷ διηρημένῳ, τὸ δὲ ψεῦδος τοῦτου τοῦ μερισμοῦ τὴν ἀντίφασιν· πῶς δὲ τὸ ἅμα ἢ τὸ χωρὶς νοεῖν συμβαίνει, ἄλλος λόγος· λέγω δὲ τὸ ἅμα καὶ τὸ χωρὶς ὥστε μὴ τὸ ἐφεξῆς ἀλλ' ἐν τι γίνεσθαι)· οὐ γὰρ ἔστι τὸ ψεῦδος καὶ τὸ ἀληθὲς ἐν τοῖς πράγμασιν, 30 οἷον τὸ μὲν ἀγαθὸν ἀληθές, τὸ δὲ κακὸν εὐθὺς ψεῦδος, ἀλλ' ἐν διανοίᾳ· περὶ δὲ τὰ ἀπλᾶ καὶ τὰ τί ἐστίν οὐδ' ἐν τῇ διανοίᾳ· ὅσα μὲν οὖν δεῖ θεωρῆσαι περὶ τὸ οὕτως ὄν καὶ μὴ ὄν, ὑστερον ἐπισκεπτέον. (2) Ἐπεὶ δὲ ἡ συμπλοκὴ ἔστι καὶ ἡ διαίρεσις ἐν διανοίᾳ ἀλλ' οὐκ 35 ἐν τοῖς πράγμασι, τὸ δ' οὕτως ὄν ἕτερον ὄν τῶν κυρίως (ἢ γὰρ τὸ τί ἐστίν ἢ ὅτι ποῖον ἢ ὅτι ποσὸν ἢ εἰ τι ἄλλο συνάπτει ἢ διαίρει ἢ διάνοια), τὸ μὲν ὡς συμβεβηκὸς καὶ τὸ ὡς ἀληθὲς ὄν ἀφετέον· τὸ γὰρ αἴτιον τοῦ μὲν ἀόριστον, τοῦ δὲ τῆς διανοίας τι πάθος, καὶ ἀμφοτέρω 40 περὶ τὸ λοιπὸν γένος τοῦ ὄντος, καὶ οὐκ ἐξω δηλοῦσιν οὐσάν τινα φύσιν τοῦ ὄντος. (3) Διὸ ταῦτα μὲν ἀφείσθω, σκεπτέον δὲ τοῦ ὄντος αὐτῷ τὰ αἴτια καὶ τὰς ἀρχὰς ἢ ὄν. Φανερόν δ' ἐν οἷς διωρισάμεθα περὶ τοῦ ποσαχῶς λέγεται ἕκαστον, ὅτι πολλαχῶς λέγεται τὸ ὄν.

De eo itaque quod secundum accidens est, dimittatur: determinatum enim sufficienter est. Quod autem tanquam verum, ens, et non-ens, ut falsum, quoniam circa compositionem et divisionem est, et omnino circa partitionem contradictionis (verum etenim affirmationem in composito habet, negationem vero in diviso, falsum autem hujus partitionis contradictionem. Quo autem modo quod simul, aut quod separatim est, intelligere accidit, alia ratio est: dico autem quod simul, et quod separatim, ut non consequens, sed ut unum quid fiat): non enim est falsum, et verum in rebus, (ut quod bonum, verum; quod vero malum, falsum,) sed in mente: quæ vero circa simplicia, et circa ea quæ quid sunt, non quidem sunt in mente. Quæcumque igitur speculari oportet circa id quod ita ens, et non-ens est, posterius perscrutandum est. (2) Quum autem compositio et divisio in mente, non in rebus sit, et quod profecto ita est, diversum a proprie dictis ens est (aut enim quod quid est, aut quod quale, aut quod quantum, aut si quid aliud, copulat, aut dividit mens): quod tanquam accidens, et ut verum ens, omitendum est. Causa enim illius quidem indeterminata; hujus vero, mentis aliqua passio: et ambo circa reliquum entis genus, et non extra ostendunt esse aliquam entis naturam. (3) Propter quod, hæc quidem prætereantur. Considerandæ autem sunt ipsius entis causæ et principia, prout ens est. Manifestum autem est in iis quæ determinavimus de eo, quoties unumquodque dicatur, quod ens multipliciter dicitur.

LIBER VI.

CAP. I.

Τὸ δὲ λέγεται πολλαχῶς, καθάπερ διειλόμεθα πρό-
 6 τερον ἐν τοῖς περὶ τοῦ ποσαχῶς· σημαίνει γὰρ τὸ μὲν
 τί ἐστὶ καὶ τότε τι, τὸ δὲ ὅτι ποιὸν ἢ ποσὸν ἢ τῶν
 ἄλλων ἕκαστον τῶν οὕτω κατηγορουμένων. (2) Το-
 8 σαυταχῶς δὲ λεγομένου τοῦ ὄντος φανερόν ἐστι τούτων
 πρώτων ὅν τὸ τί ἐστίν, ὅπερ σημαίνει τὴν οὐσίαν.
 Ὅταν μὲν γὰρ εἴπωμεν ποιόν τι τότε, ἢ ἀγαθὸν λέγο-
 10 μεν ἢ κακόν, ἀλλ' οὐ τρίπληξ ἢ ἀνθρώπων· ὅταν δὲ
 τί ἐστίν, οὐ λευκὸν οὐδὲ θερμὸν οὐδὲ τρίπληξ, ἀλλ'
 11 ἀνθρώπων ἢ θεόν. (3) Ἐὰ δ' ἄλλα λέγεται ὄντα τῶ
 τοῦ οὕτως ὄντος τὰ μὲν ποσότητος εἶναι, τὰ δὲ ποιό-
 τητας, τὰ δὲ πάθη, τὰ δὲ ἄλλο τι τοιούτων. Διὸ καὶ
 ἀπορήσει τις πότερον τὸ βαδίζειν καὶ τὸ ὑγίαινειν καὶ
 15 τὸ καθῆσθαι ἕκαστον αὐτῶν ὃν ἢ μὴ ὄν, ὁμοίως δὲ καὶ
 ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως τῶν τοιούτων· οὐθὲν γὰρ αὐτῶν
 ἐστίν οὔτε καθ' αὐτὸ πεφυκὸς οὔτε χωρίζεσθαι δυνατόν
 τῆς οὐσίας, ἀλλὰ μᾶλλον, εἴπερ, τὸ βαδίζειν τῶν ὄν-
 20 τῶν τι καὶ τὸ καθήμενον καὶ τὸ ὑγίαινον. (4) Ταῦτα
 δὲ μᾶλλον φαίνεται ὄντα, διότι ἐστὶ τὸ τὸ ὑποκείμενον
 αὐτοῖς ὠρισμένον· τοῦτο δ' ἐστὶν ἡ οὐσία καὶ τὸ καθ'
 ἕκαστον, ὅπερ ἐμφανίζεται ἐν τῇ κατηγορίᾳ τῇ τοιαύτῃ·
 τὸ ἀγαθὸν γὰρ ἢ τὸ καθήμενον οὐκ ἀνευ τούτου λέγε-
 25 ται. (5) Δῆλον οὖν ἐστὶ διὰ ταύτην κακείνων ἕκαστόν
 ἐστίν. Ὅστε τὸ πρώτως ὄν καὶ οὐ τί ὄν ἀλλ' ὄν
 26 ἀπλῶς ἡ οὐσία ἂν εἴη. (6) Πολλαχῶς μὲν οὖν λέγε-
 ται τὸ πρῶτον· ὁμοίως δὲ πάντων ἢ οὐσία πρῶτον καὶ
 λόγῳ καὶ γινώσκει καὶ χρόνῳ. Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων κα-
 τηγορημάτων οὐθὲν χωριστόν, αὕτη δὲ μόνη. Καὶ τῶ
 λόγῳ δὲ τοῦτο πρῶτον· ἀνάγκη γὰρ ἐν τῷ ἕκαστῳ
 30 οἰόμεθα ἕκαστον ἀλίστα, ὅταν τί ἐστίν ὁ ἀνθρώπος
 γινώμεν ἢ τὸ πῦρ, μᾶλλον ἢ τὸ ποιόν ἢ τὸ ποσόν ἢ τὸ
 πῶς, ἐπεὶ καὶ αὐτῶν τούτων τότε ἕκαστον ἴσμεν, ὅταν
 τί ἐστὶ τὸ ποσόν ἢ τὸ ποιόν γινώμεν. (7) Καὶ δὴ καὶ
 35 τὸ πάλαι τε καὶ νῦν καὶ αἰεὶ ζητούμενον καὶ αἰεὶ ἀπο-
 ρούμενον, τί τὸ ὄν, τοῦτο ἐστὶ τίς ἢ οὐσία. Τοῦτο
 γὰρ οἱ μὲν ἐν εἶναι φασι, οἱ δὲ πλείω ἢ ἐν, καὶ οἱ μὲν
 πεπερασμένα, οἱ δὲ ἀπειρα. Διὸ καὶ ἡμῖν καὶ μά-
 40 λιστα καὶ πρῶτον καὶ μόνον ὡς εἰπεῖν περὶ τοῦ οὕτως
 ὄντος θεωρητέον τί ἐστίν.

Ens multipliciter dicitur, quemadmodum in iis quæ egi-
 mus de quoties dictis, prius divisimus. Significat enim aliud
 quidem quid est, et hoc quid : aliud vero, quale, aut quan-
 tum, aut singula aliorum, quæ ita prædicantur. (2) Quum
 autem ens toties dicatur, patet primum horum ens esse
 ipsum quid est, quodque substantiam significat. Quum
 enim dicimus quale quippiam hoc, aut bonum dicimus, aut
 malum; sed non tricubitum, aut hominem. Quum autem
 quid est, non album, nec calidum, nec tricubitum, sed ho-
 minem, aut deum. (3) Cetera vero entia dicuntur, eo
 quod entis proprie dicti quædam sunt quantitates, quædam
 qualitates, quædam passiones, quædam aliquid aliud tale.
 Unde dubitaverit aliquis, utrum ipsum ambulare, et sanum
 esse, ac sedere, et unumquodque horum, ens, an non-ens
 sit : similiter et de quocumque ceterorum similium. Nihil
 enim horum est per se natura aptum, neque possibile a
 substantia separari : sed magis, siquidem, ambulans entium
 aliquid, et sedens, et sanum. (4) Hæc autem magis entia
 apparent, quoniam subjectum eis determinatum est : hoc
 autem est substantia, et singulare, quod in tali prædica-
 tione apparet. Bonum enim, aut sedens, absque hoc non
 dicitur. (5) Patet igitur quod propter hanc, illorum quo-
 que singula sunt. Quare quod primo est ens, et non aliquid
 ens, sed simpliciter ens, substantia erit. (6) Multis quidem
 modis primum dicitur; attamen substantia, et ratione, et
 cognitione, et tempore, [et natura,] omnium primum est.
 Aliorum enim categorematuum nullum est separabile, sed
 hæc sola : ratione quoque hoc primum : necesse est enim
 in cuiusque ratione inesse rationem substantiæ. Scire
 etiam tunc putamus unumquodque magis, quum quid sit
 homo, aut ignis, sciamus, quam quum quale, aut quantum,
 aut ubi. Nam et horum ipsorum tunc unumquodque sci-
 mus, quum quid sit ipsum quale, aut ipsum quantum
 sciamus. (7) Atque etiam quod tam olim quam nunc, et
 semper quæritur, semperque dubitatur, quidnam ipsum
 ens sit, hoc est, quænam substantia sit : hoc enim quidam
 unum aiunt esse, quidam plura quam unum : et quidam
 finita, quidam vero infinita. Quare nobis quoque et maxime
 et primum et solum (ut ita dicam) de ente hoc pacto,
 quidnam sit, speculandum est.

CAP. II.

Δοκεῖ δ' ἡ οὐσία ὑπάρχειν φανερώτατα μὲν τοῖς σώ-
 45 μασι· διὸ τὰ τε ζῷα καὶ τὰ φυτὰ καὶ τὰ μόρια αὐτῶν
 οὐσίας εἶναι φαμεν, καὶ τὰ φυσικὰ σώματα, ὅσων πῦρ
 καὶ ὕδωρ καὶ γῆν καὶ τῶν τοιούτων ἕκαστον, καὶ ὅσα ἢ
 46 μόρια τούτων ἢ ἐκ τούτων ἐστίν, ἢ μορίων ἢ πάντων,
 ὅσων ὁ τε οὐρανὸς καὶ τὰ μόρια αὐτοῦ, ἄστρα καὶ σε-
 λίγη καὶ ἥλιος. (2) Πότερον δὲ αὗται μόναι οὐσίαι

Videtur autem substantia existere, manifestissime qui-
 dem in corporibus : quare animalia, et plantas, et eorum
 partes, substantias esse dicimus, ac naturalia corpora, ut
 ignem, aquam et terram, atque talium singula, et quæ-
 cumque aut horum partes, aut ex his sunt, aut parti-
 bus, aut omnibus : ut cælum, et ejus partes, sidera, luna,
 et sol. (2) Utrum autem hæc solæ substantiæ sint, an

εἰσιν ἢ καὶ ἄλλαι, ἢ τούτων μὲν οὐθὲν ἕτεροι δὲ τινες, σκεπτέον. Δοκεῖ δὲ τισὶ τὰ τοῦ σώματος πέρατα, ὧν ἐπιφάνεια καὶ γραμμὴ καὶ στιγμὴ καὶ μονάς, εἶναι οὐσίαι, καὶ μᾶλλον ἢ τὸ σῶμα καὶ τὸ στερεόν. (3) Ἐτι παρὰ τὰ αἰσθητὰ οἱ μὲν οὐκ οἰοῦνται εἶναι οὐθὲν τοιοῦτον, οἱ δὲ πλείω καὶ μᾶλλον ὄντα αἰδέα, ὥσπερ Πλάτων τὰ τε εἶδη καὶ τὰ μαθηματικὰ δύο οὐσίας, τρίτην δὲ τὴν τῶν αἰσθητῶν σωματικῶν οὐσίαν. (4) Σπενσίππος δὲ καὶ πλείους οὐσίας ἀπὸ τοῦ ἐνὸς ἀρξάμενος, καὶ ἀρχὰς ἐκάστης οὐσίας ἄλλην μὲν ἀριθμῶν, ἄλλην δὲ μεγεθῶν, ἔπειτα ψυχῆς· καὶ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἐπεκτείνει τὰς οὐσίας. (5) Ἐνιοὶ δὲ τὰ μὲν εἶδη καὶ τοὺς ἀριθμοὺς τὴν αὐτὴν ἔχειν φασὶ φύσιν, τὰ δὲ ἄλλα ἐχόμενα, γραμμὰς καὶ ἐπιπέδα, μέχρι πρὸς τὴν τρυβύδα οὐρανοῦ οὐσίαν καὶ τὰ αἰσθητά. (6) Περί δὲ τούτων τί λέγεται καλῶς ἢ μὴ καλῶς, καὶ τίνες εἰσιν οὐσίαι, καὶ πότερόν εἰσὶ τινες παρὰ τὰς αἰσθητάς ἢ οὐκ εἰσὶ, καὶ αὐταὶ πῶς εἰσὶ, καὶ πότερον ἔστι τις χωριστὴ οὐσία, καὶ διὰ τί καὶ πῶς, ἢ οὐδεμία παρὰ τὰς αἰσθητάς, σκεπτέον, ὑποτυπωσαμένους τὴν οὐσίαν πρῶτον τί ἐστίν.

etiam aliae, an harum quidem nulla, sed aliquae aliae, considerandum est. Videtur autem quibusdam, corporis terminos, ut superficiem, lineam, punctum, et unitatem, substantias esse, et magis quam corpus et solidum. (3) Item, praeter sensibilia, quidam non putant aliquid esse tale: quidam plura, et quae magis sempiterna sunt: sicuti Plato, et ipsas species, et mathematica, duas substantias; tertiam vero, etiam sensibilibus corporum substantiam. (4) Spensippus vero etiam plures substantias, ab uno incipiens, et principia cujusque substantiae statuit, aliud numerorum, aliud magnitudinum, deinde animae: et hoc modo extendit substantias. (5) Quidam autem, species quidem et numeros eandem habere naturam aiunt; cetera vero sequentia, lineas et superficies, usque ad caeli substantiam et sensibilia. (6) De his igitur quid bene quidve non bene dicatur, et quae substantiae sint, et utrum aliquae praeter sensibiles sint, an non sint, et haec quomodo sint, et utrum sit aliqua separata substantia, et cur, et quomodo, an nulla praeter sensibiles, perscrutandum est, descripta primo substantia, quidnam sit.

CAP. III.

Λέγεται δ' ἡ οὐσία, εἰ μὴ πλεοναγωγῶς, ἀλλ' ἐν τέταρσί γε μάλιστα· καὶ γὰρ τὸ τί ἦν εἶναι καὶ τὸ καθόλου καὶ τὸ γένος οὐσία δοκεῖ εἶναι ἐκάστου, καὶ τέταρτον τούτων τὸ ὑποκειμένον. Τὸ δ' ὑποκειμένον ἐστὶ καθ' οὗ τὰ ἄλλα λέγεται, ἐκεῖνο δὲ αὐτὸ μὴ κέτι κατ' ἄλλου. (2) Διὸ πρῶτον περὶ τούτου διοριστέον· μάλιστα γὰρ δοκεῖ εἶναι οὐσία τὸ ὑποκειμένον πρῶτον. Τοιοῦτον δὲ τρόπον μὲν τινα ἡ ὕλη λέγεται, ἄλλον δὲ τρόπον ἡ μορφή, τρίτον δὲ τὸ ἐκ τούτων· λέγω δὲ τὴν μὲν ὕλην οἶον τὸν χαλκόν, τὴν δὲ μορφήν τὸ σχῆμα τῆς ιδέας, τὸ δ' ἐκ τούτων τὸν ἀνδριάντα τὸ σύνολον. Ὅστε εἰ τὸ εἶδος τῆς ὕλης πρότερον καὶ μᾶλλον ὄν, καὶ τοῦ ἐξ ἀμφοῖν πρότερον ἔσται διὰ τὸν αὐτὸν λόγον. (3) Νῦν μὲν οὖν τύπων εἴρηται τί ποτ' ἐστὶν ἡ οὐσία, δεῖ τὸ μὴ καθ' ὑποκειμένου ἀλλὰ καθ' οὗ τὰ ἄλλα. Δεῖ δὲ μὴ μόνον οὕτως· οὐ γὰρ ἰκανόν. Αὐτὸ τε γὰρ τοῦτο ἀδελφόν, καὶ εἶτι ἡ ὕλη οὐσία γίνεται. Εἰ γὰρ μὴ αὕτη οὐσία, τίς ἐστὶν ἄλλη διαφεύγει. Περιαιρουμένων γὰρ τῶν ἄλλων οὐ φαίνεται οὐθὲν ὑπομένον. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῶν σωματικῶν πάθη καὶ ποιήματα καὶ δυνάμεις, τὰ δὲ μήχος καὶ πλάτος καὶ βάθος ποσότητές τινες ἀλλ' οὐκ οὐσίαι· τὸ γὰρ ποσὸν οὐκ οὐσία, ἀλλὰ μᾶλλον ὅτι ὑπάρχει ταῦτα πρῶτον, ἐκεῖνό ἐστιν ἡ οὐσία. (4) Ἀλλὰ μὴν ἀραιουμένου μήχους καὶ πλάτους καὶ βάθους οὐθὲν ὄρωμεν ὑπολειπόμενον, πλην εἰ τί ἐστὶ τὸ ὀριζόμενον ὑπὸ τούτων, ὥστε τὴν ὕλην ἀνάγκη φανεῖσθαι μόνην οὐσίαν οὕτω σκοπούμενοις· λέγω δ' ὕλην ἢ καθ' αὐτὴν μήτε τί μήτε ποσὸν μήτε ἄλλο μὴθὲν λέγεται οἷς ὀρίσται τὸ ὄν. Ἐστὶ γὰρ τι καθ' οὗ κατηγορεῖται τούτων ἕκαστον, ὅτι τὸ εἶναι ἕτερον καὶ τῶν κατηγοριῶν ἐκάστη· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς οὐσίας κα-

Dicitur autem substantia, si non pluribus, saltem quatuor modis. Maxime etenim quod erat esse, et universale, et genus, substantia cujusque esse videtur: et quartum horum, subjectum. Subjectum autem est, de quo cetera dicuntur: illud vero non amplius de alio. (2) Quare primo de eo determinandum est. Maxime namque substantia subjectum primum esse videtur. Tale vero quodam modo quidem materia dicitur, quodam modo vero forma; tertium vero, quod ex his est. Dico autem materiam quidem, ut aes; formam autem, figuram ideae; quod vero ex his est, totam statuam. Unde si species prior materia est, et magis ens, illud quoque, quod ex ambobus est, prius erit, ob similem rationem. (3) Nunc itaque quidnam substantia sit, quasi in delineata figura dictum est, quod non de subjecto, sed de quo cetera. Oportet autem, non ita solum: non enim sufficit. Et hoc namque ipsum, non est manifestum: et item, materia, substantia fit. Nam si haec non est substantia, quae alia sit, fugit nos. Demptis etenim ceteris, nihil aliud remanere videtur: cetera namque, passiones corporum, et effectiones, et potentiae sunt; longitudo vero, latitudo, et profunditas, quantitates quaedam, sed non substantiae sunt. Quantitas etenim non est substantia, sed magis cui haec ipsa primo insunt, illud est substantia. (4) Enimvero ablata longitudine, latitudine, et profunditate, nihil videmus reliquum, nisi si quid est quod ab eis determinetur, ut ita considerantibus, materiam solam necesse sit apparere substantiam. Dico autem materiam, quae per se ipsam neque quid, neque quantum, nec aliquid aliud quippiam dicitur, quibus ens determinatur. Est enim quid, de quo singula horum praedicantur: cui Esse, ac cuique praedicationum, diversum est. Cetera namque de

τηγορείται, αὕτη δὲ τῆς ὕλης. Ὡστε τὸ ἔσχατον καθ' αὐτὸ οὔτε τι οὔτε ποσὸν οὔτε ἄλλο οὐθὲν ἐστίν. Οὐδὲ δὴ αἱ ἀποφάσεις· καὶ γὰρ αὗται ὑπάρξουσι κατὰ συμβεβηκός. (β) Ἐκ μὲν οὖν τούτων θεωροῦσι συμβαίνει οὐσίαν εἶναι τὴν ὕλην. Ἀδύνατον δὲ· καὶ γὰρ τὸ χωριστὸν καὶ τὸ τὸδε τι ὑπάρχειν δοκεῖ μάλιστα τῇ οὐσίᾳ, διὸ τὸ εἶδος καὶ τὸ ἐξ ἀμφοῖν οὐσία δόξειεν ἂν εἶναι μᾶλλον τῆς ὕλης. Τὴν μὲν τοίνυν ἐξ ἀμφοῖν οὐσίαν, λέγω δὲ τὴν ἐκ τῆς ὕλης καὶ τῆς μορφῆς, ἀφετόν· ὑστέρᾳ γὰρ καὶ ὀφλή. Φανερά δὲ πως καὶ ἡ ὕλη. (δ) Περὶ δὲ τῆς τρίτης σκεπτέον· αὕτη γὰρ ἀπορωτάτη. Ὅμοιοιοῦνται δ' οὐσίαν εἶναι τῶν αἰσθητῶν τινές, ὥστε ἐν ταύταις ζητητέον πρῶτον.

substantia prædicantur; hæc vero, de materia. Quare quod ultimum est per se, neque quid, neque quantum, nec aliquid aliud est. Neque etiam negationes : etenim hæc quoque secundum accidens erunt. (5) Ex his itaque speculantibus accidit substantiam esse materiam. At impossibile est : etenim separabile, et hoc quid esse, videntur maxime inesse substantiæ : propter quod species, et quod ex ambobus, videtur esse substantia magis quam materia. At illa substantia, quæ ex ambobus, dico autem quæ ex materia et forma est, omittenda est. Posterior enim etiam manifesta est. Manifesta vero quodam modo etiam ipsa materia. (6) At de tertia considerandum est ; hæc enim maxime dubitabilis. Conceditur autem, quasdam esse substantias sensibilibus : quare in his primum querendum est.

CAP. IV.

Ἐπεὶ δ' ἐν ἀρχῇ διειλόμεθα πόσοις δρίζομεν τὴν οὐσίαν, καὶ τούτων ἐν τῇ ἐδόκει εἶναι τὸ τί ἦν εἶναι, θεωρητέον περὶ αὐτοῦ· πρὸ ἔργου γὰρ τὸ μεταβαίνειν εἰς τὸ γνωριμώτερον. Ἦ γὰρ μάθησις οὕτω γίνεται πᾶσι διὰ τῶν ἥττον γνωριμῶν φύσει εἰς τὰ γνώριμα μᾶλλον· καὶ τοῦτο ἔργον ἐστίν, ὥσπερ ἐν ταῖς πράξεσι τὸ ποιῆσαι ἐκ τῶν ἐκάστω ἀγαθῶν τὰ ὅλως ἀγαθὰ ἐκάστω ἀγαθῶ, οὕτως ἐκ τῶν αὐτῶ γνωριμωτέρων τὰ τῇ φύσει γνώριμα αὐτῶ γνώριμα. (2) Τὰ δ' ἐκάστοις γνώριμα καὶ πρῶτα πολλάκις ἡρέμα ἐστὶ γνώριμα, καὶ μικρὸν ἢ οὐθὲν ἔχει τοῦ ὄντος· ἀλλ' ὁμοίως ἐκ τῶν πρᾶσι μὲν γνωστών, αὐτῶ δὲ γνωστών, τὰ ὅλως γνωστὰ γίνονται πειρατέον, μεταβαίνοντας, ὥσπερ εἴρηται, διὰ τούτων αὐτῶν. (3) Καὶ πρῶτον εἰπωμεν ἕνα περὶ αὐτοῦ λογικῶς, ὅτι ἐστὶ τὸ τί ἦν εἶναι ἐκάστω δ λέγεται καθ' αὐτό. Οὐ γὰρ ἐστὶ τὸ σοὶ εἶναι τὸ μουσικῶ εἶναι· οὐ γὰρ κατὰ σαυτὸν εἶ μουσικῶς. Ὁ ἄρα κατὰ σαυτὸν. Οὐδὲ δὴ τοῦτο πᾶν· οὐ γὰρ τὸ οὕτως καθ' αὐτό ὡς ἐπιφανεία λευκόν, ὅτι οὐκ ἐστὶ τὸ ἐπιφανεία εἶναι τὸ λευκῶ εἶναι. (4) Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν τὸ ἐπιφανεία λευκῆ εἶναι. Διὰ τί; ὅτι πρόσθετον ἐστὶν αὐτό. Ἐν ᾧ ἄρα μὴ ἐνέστατο λόγῳ αὐτό, λέγοντι αὐτό, οὕτως ὁ λόγος τοῦ τί ἦν εἶναι ἐκάστω. Ὡστε· εἰ τὸ ἐπιφανεία λευκῆ εἶναι ἐστὶ τὸ ἐπιφανεία εἶναι λεία, τῶ λευκῶ καὶ λείῳ εἶναι τὸ αὐτὸ καὶ ἐν. (5) Ἐπεὶ δ' ἐστὶ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας κατηγορίας σύνθετα (ἐστὶ γὰρ τι ὑποκείμενον ἐκάστω, οἷον τῶ ποιῶ καὶ τῶ ποσῶ καὶ τῶ ποτὲ καὶ τῶ πῶ καὶ τῇ κινήσει), σκεπτέον ἄρ' ἐστὶ λόγος τοῦ τί ἦν εἶναι ἐκάστω αὐτῶν, καὶ ὑπάρχει καὶ τούτοις τὸ τί ἦν εἶναι, οἷον λευκῶ ἀνθρώπῳ τί ἦν λευκῶ ἀνθρώπῳ. (6) Ἔστω δὴ ὄνομα αὐτῶ ἱμάτιον. Τί ἐστὶ τὸ ἱματίῳ εἶναι; ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῶν καθ' αὐτὸ λεγομένων οὐδὲ τοῦτο. Ἦ τὸ οὐ καθ' αὐτὸ λέγεται διχῶς, καὶ τούτου ἐστὶ τὸ μὲν ἐκ προσθέσεως, τὸ δὲ οὐ. Τὸ μὲν γὰρ τῶ αὐτὸ ἄλλῳ προσκεῖσθαι λέγεται ὁ δρίζεται, οἷον εἰ τὸ λευκῶ εἶναι δρίζομενος λέγοι λευκῶ ἀνθρώπῳ λόγον· τὸ δὲ τῶ ἄλλῳ αὐτῶ, οἷον εἰ σημαῖνον τὸ ἱματίον λευκὸν ἀνθρώπον, ὁ δὲ δρίζοι τὸ ἱματίον ὡς λευκόν· τὸ δὲ λευκὸς ἀνθρώπος ἐστὶ μὲν

Quum autem in principio diviserimus quot modis substantiam determinamus, ac horum unum quiddam esse videatur quod quid erat esse, de eo considerandum est. Prodest etenim transcendere ad notius. Ita namque disciplina fit omnibus, per minus nota natura, ad magis nota. Et hoc opus est, ut in actibus ex eis quæ cuique sunt bona facere, quæ simpliciter bona sunt, sint cuique bona : ita ex sibi notioribus, quæ natura nota sunt, sibi facere nota. (2) Quæ autem singulis nota, et prima, sæpenumero parum nota sunt, et parum, aut nihil entis participant. Attamen ex eis quæ parum nota, sibi tamen nota sunt, conandum est cognoscere, quæ simpliciter nota sunt, per hæc ipsa, ut dictum est, transcendentibus. (3) Ac primo quoddam de eo logice dicemus : quod illud est, quod quid erat esse unumquodque, quod secundum se dicitur. Etenim te esse, non est musicum esse. Non enim secundum te ipsum musicus es : quod ergo secundum te ipsum ; nec tamen hoc totum. Nec enim illud, quod ita secundum se est, ut superficies alba : quoniam superficiem esse, non est album esse. (4) At vero, nec quod ex ambobus est, est superficiem albam esse. Quare ? quoniam hæc inest. In qua ergo ratione ipsum dicente, non inerat ipsum, hæc ratio est ejus quod quid erat esse cuique. Quare si superficiem albam esse, est superficiem lavem esse, album et lavem esse, unum et idem est. (5) Quum autem secundum cetera quoque prædicamenta composita sint (est etenim aliquid subjectum cuique, ut qualitati, et quantitati, et quando, et ubi, et motui) ; perscrutandum est utrum sit ratio ejus quod quid erat esse cuique horum, et utrum insit etiam his ipsum quod quid erat, ut homini albo, quid erat albo homini. (6) Sit autem nomen ejus, vestis. Quid est vestem esse ? At vero nec eorum est, quæ secundum se dicuntur. An hoc non secundum se dupliciter dicitur ? et hujus est hoc quidem ex additione ; istud vero non. Hoc enim dicitur, eo quod ipsum, quod definitur, alteri adjicitur : ut puta, si album esse, definiens dicit albi hominis rationem : istud vero, eo quod aliud ipsi : ut si vestis album hominem significat, ille vero definit vestem ut album. Quod autem est albus homo, est album quidem, non tamen quid erat esse albo homini, sed

λευκόν, οὐ μέντοι τί ἦν [εἶναι] λευκῶ εἶναι. Ἀλλὰ τῷ ἱματίῳ εἶναι ἄρα ἔστι τί ἦν εἶναι τί [ἦ] ὅλως ἢ οὐ; ἕπερ γὰρ τόδε τι ἔστι τὸ τί ἦν εἶναι· ὅταν δ' ἄλλο κατ' ἄλλου λέγηται, οὐκ ἔστιν ἕπερ τόδε τι, ὅσον δ' λευκὸς ἄνθρωπος οὐκ ἔστιν ἕπερ τόδε τι, εἴπερ τὸ τόδε τι ταῖς οὐσίαις ὑπάρχει μόνον. Ὡστε τὸ τί ἦν εἶναι ἔστιν ὅσων ὁ λόγος ἔστιν ὀρισμὸς. (7) Ὅρισμὸς δ' ἔστιν οὐκ ἂν ὄνομα λόγῳ ταυτότῃ σημαίνει (πάντες γὰρ ἂν εἶεν οἱ λόγοι ὅροι· ἔσται γὰρ ὄνομα δτωῦν λόγῳ ταυτότῃ, ὡστε καὶ ἡ Ἰλιάς ὀρισμὸς ἔσται), ἀλλ' ἐὰν πρώτῳ τινὸς ἦ· τοιαῦτα δ' ἔστιν ὅσα λέγεται μὴ τῷ ἄλλο κατ' ἄλλου λέγεσθαι. Οὐκ ἔσται ἄρα οὐθενὶ τῶν μὴ γένους εἰδῶν ὑπάρχον τὸ τί ἦν εἶναι, ἀλλὰ τούτοις μόνον· ταῦτα γὰρ δοκεῖ οὐ κατὰ μετοχὴν λέγεσθαι καὶ 16 πάθος, οὐδ' ὡς συμβεβηκός· ἀλλὰ λόγος μὲν ἔσται ἐκάστου καὶ τῶν ἄλλων τί σημαίνει, ἐὰν ἦ ὄνομα, ὅτι τόδε τῷδε ὑπάρχει, ἢ ἀντὶ λόγου ἀπλοῦ ἀκριβέστερος ὀρισμὸς δ' οὐκ ἔσται οὐδὲ τὸ τί ἦν εἶναι. (8) Ἡ καὶ ὁ ὀρισμὸς ὡςπερ καὶ τὸ τί ἔστι πλεοναχῶς λέγεται· 20 καὶ γὰρ τὸ τί ἔστιν ἓνα μὲν τρόπον σημαίνει τὴν οὐσίαν καὶ τὸ τόδε τι, ἄλλον δὲ ἕκαστον τῶν κατηγορουμένων, ποσόν, ποιὸν καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Ὡςπερ γὰρ καὶ τὸ ἔστιν ὑπάρχει πᾶσιν ἄλλ' οὐχ ὁμοίως, ἀλλὰ τῷ μὲν πρώτῳ τοῖς δ' ἐπομένους, οὕτω καὶ τὸ τί ἔστιν 25 ἀπλῶς μὲν τῇ οὐσίᾳ πῶς δὲ τοῖς ἄλλοις· καὶ γὰρ τὸ ποιὸν ἐροίμεθ' ἂν τί ἔστιν, ὡστε καὶ τὸ ποιὸν τῶν τί ἔστι μὲν ἄλλ' οὐχ ἀπλῶς, ἀλλ' ὡςπερ ἐπὶ τοῦ μὴ ὄντος λογικῶς φασὶ τινες εἶναι τὸ μὴ ὄν οὐχ ἀπλῶς ἀλλὰ μὴ ὄν, οὕτω καὶ τὸ ποιόν. (9) Δεῖ μὲν οὖν σκοπεῖν καὶ 30 τὸ πῶς δεῖ λέγειν περὶ ἕκαστον, οὐ μὴν μαλλόν γε ἢ τὸ πῶς ἔχει. Διὸ καὶ νῦν ἐπεὶ τὸ λεγόμενον φανερόν, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι ὁμοίως ὑπάρξει πρώτῳ μὲν καὶ ἀπλῶς τῇ οὐσίᾳ, εἶτα καὶ τοῖς ἄλλοις, ὡςπερ καὶ τὸ τί ἔστιν, οὐχ ἀπλῶς τί ἦν εἶναι, ἀλλὰ ποιῶ ἢ ποσῶ 35 τί ἦν εἶναι. Δεῖ γὰρ ἢ ὁμωνύμως ταῦτα φάναι εἶναι ὄντα, ἢ προστιθέντας καὶ ἀφαιροῦντας, ὡςπερ καὶ τὸ μὴ ἐπιστητὸν ἐπιστητὸν, ἐπεὶ τό γε ὄρθον ἔστι μῆτε ὁμωνύμως φάναι μῆτε ὡσαύτως, ἀλλ' ὡςπερ τὸ ἱατρικὸν τῷ πρὸς τὸ αὐτὸ μὲν καὶ ἓν, οὐ τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἓν, 40 οὐ μέντοι οὐδὲ ὁμωνύμως· οὐδὲ γὰρ ἱατρικὸν σῶμα καὶ ἔργον καὶ σκεῦος λέγεται οὔτε ὁμωνύμως οὔτε καὶ ἓν, ἀλλὰ πρὸς ἓν. Ταῦτα μὲν οὖν ὁποτέρως τις ἐθέλει λέγειν διαφέρει οὐθέν· ἐκεῖνο δὲ φανερόν ὅτι ὁ πρώτος καὶ ἀπλῶς ὀρισμὸς καὶ τὸ τί ἦν εἶναι τῶν οὐσιῶν 45 ἔστιν. (10) Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἔστί, πλην οὐ πρώτως. Οὐ γὰρ ἀνάγκη, ἂν τοῦτο τιθώμεν, τοῦτου ὀρισμὸν εἶναι ὃ ἂν λόγῳ τὸ αὐτὸ σημαίνει, ἀλλὰ τινὲ λόγῳ· Τοῦτο δ' ἐὰν ἐνός ἦ, μὴ τῷ συνεχῆ ὡςπερ ἡ Ἰλιάς ἢ ὅσα συνδέσμου, ἀλλ' ἐὰν ὁσαχῶς 50 λέγεται τὸ ἓν. Τὸ δ' ἓν λέγεται ὡςπερ τὸ ὄν· τὸ δὲ ὄν τὸ μὲν τόδε τι, τὸ δὲ ποσόν, τὸ δὲ ποιόν τι σημαίνει. Διὸ καὶ λευκοῦ ἀνθρώπου ἔσται λόγος καὶ ὀρισμὸς· ἄλλον δὲ τρόπον καὶ τοῦ λευκοῦ καὶ οὐσίας.

vestem esse, utrum est quod quid erat esse aliquid, aut simpliciter, an non? Ipsum enim quod quid erat esse, est ipsum hoc quid erat esse. Quum vero aliud de alio dicitur, non est ipsum hoc quid : ut homo albus, non est hoc quid, si ipsum quidem hoc quid substantiis solis inest. Quare quod quid erat esse, illorum est quorumcumque ratio est definitio. (7) Definitio autem est, non si nomen idem quod oratio significet (omnes etenim sermones, definitiones essent : erit namque nomen idem cuicumque sermoni, quare et Ilias definitio erit) : sed si primi alicujus sit. Talia vero sunt, quæcumque dicuntur, non eo quod aliud de alio dicatur. Non ergo ulli eorum quæ non sunt species generis, inerit quod quid erat esse, sed his solum : hæc enim videntur, non secundum participationem et passionem, nec ut accidens dici. Sed oratio quidem cujusque, etiam aliorum erit quid significat, si nomen sit, quod hoc huic inest : aut pro simplici oratione, certior. Definitio vero non erit, neque quod quid erat esse. (8) Aut definitio quoque, ut et ipsum quid est, multipliciter dicitur. Etenim ipsum quid est, uno quidem modo substantiam, et hoc quid significat : alio vero singula eorum quæ prædicantur, quantitatem, qualitatem, et quæcumque cetera talia sunt. Quemadmodum enim et ipsum est inest quidem omnibus, non tamen similiter, sed huic quidem primo, illis vero consequenter : ita et quod quid est simpliciter substantiæ, ceteris vero quodam modo. Etenim interrogare possimus, quid est ipsum quale. Quare et ipsum quale est eorum quorum est quid est, non tamen simpliciter, sed sicut de non-ente logice quidam aiunt esse ipsum non-ens, non simpliciter, sed non-ens, ita et ipsum quale. (9) Oportet igitur et considerare, quomodo de quocumque dicere deceat, non tamen magis quam quomodo se habeat. Quare nunc quoque quum manifestum quod dicitur sit, ipsum etiam quod quid erat esse, similiter inerit primo quidem et simpliciter substantiæ, deinde ceteris, sicut et ipsum quid est : non simpliciter quid erat esse, sed qualitati aut quantitati quid erat esse. Oportet etenim, aut æquivoce ista esse dicere, aut cum additione, vel ablatione : sicut et quod non scibile, scibile. Nam rectum quidem est neque æquivoce dicere, neque eodem modo : sed quemadmodum medicinale, eo quod ad idem quidem et unum, non autem idem et unum, non tamen etiam æquivoce. Nullum etenim medicinale corpus, opus et vas dicitur æquivoce, neque secundum unum, sed ad unum. Hæc igitur quomodocumque dicere quis velit, nihil differt : illud autem manifestum est, quod quæ primo et simpliciter definitio, et quod quid erat esse, substantiarum est. (10) Atqui ceterorum quoque similiter est, non tamen primo. Non enim est necesse, si hoc ponamus, hujus definitionem esse quodcumque oratione idem significat, sed quod aliqua oratione : hoc autem si unius sit, non continuatione, sicuti Ilias, aut quæcumque conjunctione, sed si quoties dicitur unum. Unum autem dicitur, sicuti ens. Ens autem quoddam, ipsum hoc quid, quoddam quantum, quoddam quale quid significat. Quare et albi hominis erit oratio et definitio : alio vero modo, et albi et substantiæ.

CAP. V.

 ζητητέον τί τὸ αἴτιον τοῦ εἶναι τούτων ἕκαστον. Οὐσία
 μὲν οὖν οὐθὲν τούτων οὐδὲ συνδυαζόμενον, ὁμοῦ δὲ τὸ
 35 ἀνάλογον ἐν ἕκαστῳ· καὶ ὡς ἐν ταῖς οὐσίαις τὸ τῆς ὕλης
 κατηγορούμενον αὐτῆ ἢ ἐνέργεια, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις
 ὀρισμοῖς μάλιστα· οἷον εἰ οὐδὸν δεῖ ὀρίσασθαι, ζύ-
 λον ἢ λίθον ὠδὶ κείμενον ἐροῦμεν, καὶ οἰκίαν πλίνθους
 καὶ ζύλα ὠδὶ κείμενα (ἢ ἔτι καὶ τὸ οὐ ἕνεκα ἐπ' ἐνίων
 40 ἐστίν), εἰ δὲ κρύσταλλον, ὕδωρ πεπηγὸς ἢ πεπυκνωμέ-
 νον ὠδὶ· συμφωνία δὲ ὀξέος καὶ βαρέος μίξις τριαδὶ τὸν
 αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. (7) Φανερόν δὲ
 ἐκ τούτων ὅτι ἡ ἐνέργεια ἄλλη ἄλλης ὕλης καὶ ὁ λόγος
 τῶν μὲν γὰρ ἢ σύνθεσις, τῶν δ' ἢ μίξις, τῶν δ' ἄλλο τι
 45 τῶν εἰρημένων. Διὸ τῶν ὀριζόμενων οἱ μὲν λέγοντες
 τί ἐστὶν οἰκία, ὅτι λίθοι, πλίνθοι, ζύλα, τὴν δυνάμει
 οἰκίαν λέγουσιν, ὕλη γὰρ ταῦτα· οἱ δὲ ἀγγεῖον σκεπα-
 στικὸν σωματῶν καὶ γρημάτων, ἢ τι καὶ ἄλλο τοιοῦτον
 προσθέντες, τὴν ἐνέργειαν λέγουσιν· οἱ δ' ἄμφω ταῦτα
 50 συντιθέντες τὴν τρίτην καὶ τὴν ἐκ τούτων οὐσίαν. Ἔοικε
 γὰρ ὁ μὲν διὰ τῶν διαφορῶν λόγος τοῦ εἶδους καὶ τῆς
 ἐνεργείας εἶναι, ὃ δ' ἐκ τῶν ἐνυπαρχόντων τῆς ὕλης

Quum autem quædam ut subjecta, et ut materia, con-
 cedatur substantia, hæc autem est, quæ potentiâ est; re-
 stat, illam, quæ ut actus substantia sensibilibum est, quænam
 sit dicere. (2) Democritus igitur tres differentias esse vide-
 tur existimare. Subjectum enim corpus, materiam, unum
 et idem esse : differre autem aut rhyismo, quod est figura ;
 aut trope, quod est situs; aut diathige, quod est ordo.
 (3) Videntur autem multæ differentie esse : utputa quæ-
 dam compositione dicuntur materiæ, sicuti quæcumque
 mistura, quemadmodum melicratum : quædam clavo, ut
 arca : quendam ligamine, ut fascis : quædam glutine, ut
 liber : quædam pluribus ex his : quædam positione, ut li-
 men, et superliminare (hæc enim eo quod modo quodam
 sita sint, differunt) : quædam tempore, ut cœna, et pran-
 dium : quædam loco, ut venti : quædam sensibilibum pas-
 sionibus, ut duritie, et mollitie, et densitate, et raritate,
 et siccitate, et humiditate : et quædam quibusdam ex his,
 quædam omnibus his : et simpliciter, quædam redundan-
 tia, quædam defectu. (4) Quare patet quod et ipsum Est
 toties dicitur. Limen enim est, quoniam ita situm est ;
 et esse, sic ipsum positum esse significat : et glaciem esse,
 sic esse densatum. Quorundam vero Esse, etiam his omni-
 bus definitur, eo quod quædam sunt mixta, quædam tem-
 perata, quædam ligata, quædam densata, quædam ceteris
 differentiis utuntur, sicuti manus, aut res. (5) Accipienda
 igitur genera differentiarum : hæc enim principia existen-
 tiæ erunt : ut quæ per magis et minus, aut densum et ra-
 rum, et cetera talia. Cuncta etenim hæc, redundancia et
 defectus sunt. Quodsi quid figura, aut levitate, aut aspe-
 ritate differt, omnia recto et curvo. His vero Esse, erit
 mixtum esse; opposito autem modo, non esse. (6) Mani-
 festum igitur ex his est, quod, si substantia causa est ut
 unumquodque sit, in his quaerendum est quænam, ut horum
 singula sint, causa est. Substantia itaque nihil horum est,
 neque combinatum : attamen proportionale in unoquoque :
 et quemadmodum in substantiis quod de materia prædicat-
 ur, ipse actus est, et in aliis definitionibus maxime : ut-
 puta, si limen oportebit definire, lignum, aut lapidem sic
 positum dicemus : et domum, lateres, aut ligna sic posita :
 (ac præterea etiam cuius causa in quibusdam est ;) si vero
 glaciem, aquam congelatam, aut sic densatam : consonantia
 vero est acuti et gravis mistio talis : eodem autem modo et
 in ceteris. (7) Manifestum itaque ex his est, quod actus
 alius alterius materiæ et ratio : quorundam enim, compo-
 sitio, quorundam mistio, quorundam aliquid aliud eorum
 quæ dicta sunt. Quare eorum qui definiunt, hi quidem, qui
 dicunt, quid sit domus, quod lapides, lateres, ligna, po-
 tentiâ domum dicunt : materia enim hæc sunt. Qui vero,
 vas conservativum rerum et corporum, aut aliquid aliud
 tale addentes, actum dicunt. Qui porro hæc ambo compo-
 nunt, tertiam, et quæ ex his est, substantiam. Videtur
 etenim ea quidem, quæ ex differentiis ratio fit, speciei et

μαλλον. (8) Ὅμοιος δὲ καὶ οὖος Ἀρχύτας ἀπεδέχτο
 δρους· τοῦ συνάμφου γὰρ εἶσιν· ὅσον τί ἐστι νηνεμία;
 ἡρεμία ἐν πλήθει ἀέρος· ὕλη μὲν ὁ ἀήρ, ἐνέργεια δὲ καὶ
 οὐσία ἡ ἡρεμία. Τί ἐστι γαλήνη; ὁμαλότης θαλάτ-
 6 τος· τὸ μὲν ὑπακείμενον ὡς ὕλη ἡ θάλαττα, ἡ δ' ἐνέρ-
 γεια καὶ ἡ μορφή ἡ ὁμαλότης. (9) Φανερόν δὲ ἐκ τῶν
 εἰρημένων τις ἡ αἰσθητὴ οὐσία ἐστὶ καὶ πῶς· ἡ μὲν
 γὰρ ὡς ὕλη, ἡ δ' ὡς μορφή καὶ ἐνέργεια· ἡ δὲ τρίτη
 ἡ ἐκ τούτων.

actus esse : quæ vero ex his quæ insunt, materiæ magis.
 (8) Similiter et quas Archytas approbat definitiones : etenim
 simul utriusque sunt : utputa, quid est serenitas? quies in
 multitudine aeris : materia quidem aer, actus vero et sub-
 stantia, quies. Quid est tranquillitas? maris planities. Sub-
 jectum quidem, ut materia, mare; actus vero et forma, pla-
 nities. (9) Manifestum itaque ex dictis est, quænam sensi-
 bilis substantia, et quomodo sit : etenim hæc quidem ut
 materia, hæc autem ut forma et actus : tertia vero ex his.

CAP. III.

10 Δεῖ δὲ μὴ ἀγνοεῖν ὅτι ἐνίοτε λανθάνει πότερον ση-
 μαίνει τὸ ὄνομα τὴν σύνθετον οὐσίαν ἢ τὴν ἐνέργειαν
 καὶ τὴν μορφήν, ὅσον ἡ οἰκία πότερον σημείον τοῦ κοι-
 νοῦ ὅτι σκέπασμα ἐκ πλίνθων καὶ λίθων ὡδὶ κειμένον,
 ἢ τῆς ἐνεργείας καὶ τοῦ εἶδους ὅτι σκέπασμα, καὶ γραμμὴ
 15 πότερον δυὰς ἐν μήκει ἢ ἐν ὀυᾷ, καὶ ζῶον πότερον
 ψυχὴ ἐν σώματι ἢ ψυχὴ· αὕτη γὰρ οὐσία καὶ ἐνέργεια
 σώματός τινος. Εἴη δ' ἂν καὶ ἐπ' ἀμφοτέροις τὸ ζῶον,
 οὐχ ὡς ἐνὶ λόγῳ λεγόμενον ἀλλ' ὡς πρὸς ἐν. (2) Ἀλλὰ
 ταῦτα πρὸς μὲν τι ἄλλο διαφέρει, πρὸς δὲ τὴν ζήτησιν
 20 τῆς οὐσίας τῆς αἰσθητῆς οὐθέν· τὸ γὰρ τί ἦν εἶναι τῷ
 εἶδει καὶ τῇ ἐνέργειᾳ ὑπάρχει. Ψυχὴ μὲν γὰρ καὶ
 ψυχῆ εἶναι ταῦτόν, ἀνθρώπων δὲ καὶ ἀνθρώπων οὐ ταῦ-
 τόν, εἰ μὴ καὶ ἡ ψυχὴ ἀνθρώπος λεχθήσεται· οὕτω δὲ
 τινὶ μὲν τινὶ δ' οὐ. (3) Οὐ φαίνεται δὲ ζητοῦσιν ἡ συλ-
 25 λαβὴ ἐκ τῶν στοιχείων οὐσα καὶ συνθέσεως, οὐδ' ἡ οἰκία
 πλίνθοι τε καὶ σύνθεσις. Καὶ τοῦτο ὀρθῶς· οὐ γὰρ ἐστὶν
 ἡ σύνθεσις οὐδ' ἡ μίξις ἐκ τούτων ὧν ἐστὶ σύνθεσις ἢ μί-
 ξις. (4) Ὅμοιος δὲ οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐθέν, ὅσον εἰ
 ὁ οὐδὸς θέσει, οὐκ ἐκ τοῦ οὐδοῦ ἢ θέσις, ἀλλὰ μάλλον
 30 οὗτος ἐξ ἐκείνης. Οὐδὲ δὲ ὁ ἀνθρώπος ἐστὶ τὸ ζῶον
 καὶ εἶπουν, ἀλλὰ τι δεῖ εἶναι ὁ παρὰ ταῦτά ἐστιν, εἰ
 ταῦθ' ὕλη, οὐτε δὲ στοιχεῖον οὐτ' ἐκ στοιχείου, ἀλλ' ἡ οὐ-
 σία· ὁ ἐξαιρούμενος τὴν ὕλην λέγουσιν. Εἰ οὖν τοῦτ' αἴ-
 τιον τοῦ εἶναι καὶ οὐσίας, τοῦτο αὐτὴν ἂν τὴν οὐσίαν
 35 λέγοιεν. (5) Ἀνάγκη δὲ ταύτην ἢ αἰδίον εἶναι ἢ φθα-
 ρτὴν ἄνευ τοῦ φθεῖρῆσθαι καὶ γεγενῆσθαι ἄνευ τοῦ γίγνε-
 σθαι. Δέδεικται δὲ καὶ δεδιχλωται ἐν ἄλλοις ὅτι τὸ εἶ-
 δος οὐθεὶς ποιεῖ οὐδὲ γεννᾷ, ἀλλὰ ποιεῖται τόδε, γί-
 γνεται δὲ τὸ ἐκ τούτων. Εἰ δ' εἶσι τῶν φαρτῶν αἰ-
 40 οὐσαὶ χωρισταί, οὐθέν πω δῆλον· πλὴν ὅτι γ' ἐνίων οὐκ
 ἐνδέχεται δῆλον, ὅσα μὴ οἷοντε παρὰ τὰ τινὰ εἶναι, ὅσον
 οἰκίαν ἢ σκεῦος. (6) Ἰσως μὲν οὖν οὐδ' οὐσαὶ εἶσιν
 οὐτ' αὐτὰ ταῦτα οὐτε τι τῶν ἄλλων ὅσα μὴ φύσει συν-
 ἔστηκεν· τὴν γὰρ φύσιν μόνον ἂν τις θεῖη τὴν ἐν τοῖς
 46 φαρτοῖς οὐσίαν. Ὡστε ἡ ἀπορία ἦν οἱ Ἀντισθένοι
 καὶ οἱ οὕτως ἀπαίδευτοι ἠπόρουσαν, ἔχει τινὰ καιρόν, ὅτι
 οὐκ ἐστὶ τὸ τί ἐστὶν ὁρίσασθαι (τὸν γὰρ ἄρον λόγον εἶ-
 ναι μακρόν), ἀλλὰ ποῖον μὲν τί ἐστὶν ἐνδέχεται καὶ
 50 καταίτερος. (7) Ὡστε οὐσία ἐστὶ μὲν ἢς ἐνδέχεται εἶ-
 ναι ἄρον καὶ λόγον, ὅσον τῆς συνθέτου, ἐάν τε αἰσθητὴ
 ἐάν τε νοητὴ ἢ· ἐξ ὧν δ' αὕτη πρώτων, οὐκ ἐστὶν, εἶ-

Oportet autem non ignorare, quod aliquando latet, utrum
 nomen compositam substantiam significet, an actum et
 formam : utputa domus, utrum est signum communis, quod
 operimentum est ex lapidibus et lateribus sic positis ; an
 actus, et speciei, quod est operimentum. Et linea, utrum
 dualitas in longitudine, an quod dualitas. Et animal,
 utrum anima in corpore, an anima. Hæc enim, substantia,
 et actus alicujus corporis. Erit autem utique in utrisque
 animal, non ut una ratione dictum, sed ut ad unum. (2) Sed
 hæc ad aliud quidem aliquid conferunt, ad quæstionem
 autem substantiæ sensibilis nihil. Etenim quod quid erat
 esse, speciei et actui est. Anima namque, et animam esse,
 idem est : hominem vero esse et homo, non idem, nisi et
 anima homo dicatur. Sic autem alicui quidem, alicui vero
 non. (3) Non videtur igitur quærentibus ita syllaba ex ele-
 mentis et compositione constare, neque domus, lateres esse
 et compositio. Et hoc recte. Compositio enim, et mistio,
 non ex iis quorum est compositio, aut mistio. (4) Similiter
 nec aliorum ullum : utputa, limen, positione, non ex limine
 positio, sed magis istud ex illa ; nec homo est ipsum animal,
 et bipes : sed aliquid esse oportet, quod præter hæc est, si
 hæc materia sunt : sed nec elementum, nec ex elementis,
 verum substantia, quod materiam auferentes dicunt. Si
 itaque hoc ipsius esse et substantiæ causa, hoc ipsam sub-
 stantiam utique dicant. (5) Necesse autem est, aut sempiternam
 hanc esse, aut corruptibilem, absque eo quod corrup-
 tumpatur, et factum esse, absque eo quod fiat. Ostensum
 autem est et declaratum in aliis, quod speciem nullus facit,
 neque generat, sed efficitur hoc ; fit autem quod ex his. Si
 vero corruptibilium substantiæ sunt separatæ, nondum est
 manifestum. Nisi quod quorundam non contingit, patet,
 quæcumque quidem non possunt præter particularia esse,
 ut domum, aut vas. (6) Fortassis nec substantiæ sunt hæc
 ipsa, nec aliorum quicquam, quæcumque non natura con-
 sistunt. Naturam etenim solam profecto quis ponet eam
 quæ in corruptibilibus est, substantiam. Quare dubitatio,
 qua Antisthenici et qui hoc pacto inducti dubitabant, habet
 aliquam opportunitatem, quod non liceat ipsum quid est
 definire (definitionem enim, longum esse sermonem), sed
 quale quid est, contingit etiam docere, quemadmodum
 argentum, non quid est, sed, quale stannum. (7) Quare
 substantiæ quidem alicujus contingit definitionem et ratio-
 nem esse : utputa, compositæ, sive sensibilis, sive intelle-
 ctualis : sit : ex quibus autem hoc primis, non est. Siquidem

περ τι κατά τινος σημαίνει ὁ λόγος ὁ δριστικός, καὶ δεῖ τὸ μὲν ὡσπερ ὕλην εἶναι, τὸ δὲ ὡς μορφήν. (8) Φανερόν δὲ καὶ διότι, εἴπερ εἰσὶ πως ἀριθμοὶ αἱ οὐσαί, οὕτως εἰσὶ καὶ οὐχ ὡς τινες λέγουσι μονάδων· ὅ τε γὰρ ὁ δρισμὸς ἀριθμὸς τις (διαιρετός τε γὰρ καὶ εἰς ἀδιαίρετα· οὐ γὰρ ἄπειροι οἱ λόγοι) καὶ ὁ ἀριθμὸς δὲ τοιούτος. Καὶ ὡσπερ οὐδ' ἀπ' ἀριθμοῦ ἀφαιρεθέντος τινὸς ἢ προστεθέντος, ἐξ ὧν ὁ ἀριθμὸς ἐστίν, οὐκέτι ὁ αὐτὸς ἀριθμὸς ἐστίν ἀλλ' ἕτερος, κἂν τοῦλάχιστον ἀφαιρεθῆ ἢ προστεθῆ, οὕτως οὐδὲ ὁ δρισμὸς οὐδὲ τὸ τί ἦν εἶναι οὐκέτι ἐστὶ ἀφαιρεθέντος τινὸς ἢ προστεθέντος. (9) Καὶ τὸν ἀριθμὸν δεῖ εἶναι τὸ ᾧ εἶς, ὁ οὖν οὐκ ἔχουσι λέγειν τίνι εἶς, εἴπερ ἐστίν εἶς. *Ἡ γὰρ οὐκ ἐστίν ἀλλ' ὅλον σωρός, ἢ εἴπερ ἐστί, λεκτέον τί τὸ ποιοῦν ἐν ἑκ πολῶν. Καὶ ὁ δρισμὸς εἶς ἐστίν· ὁμοίως δὲ οὐδὲ τοῦτον ἔχουσι λέγειν. (10) Καὶ τοῦτ' εἰκότως συμβαίνει· τοῦ αὐτοῦ γὰρ λόγου, καὶ ἡ οὐσία ἐν οὕτως, ἀλλ' οὐχ ὡς λέγουσι τινες ὅλον μονάς τις οὐσα ἢ στιγμή, ἀλλ' ἐντέλεια καὶ φύσις τις ἐκάστη. Καὶ ὡσπερ οὐδὲ ὁ ἀριθμὸς ἔχει τὸ μᾶλλον καὶ ἥττον, οὐδ' ἢ κατὰ τὸ εἶδος οὐσία, ἀλλ' εἴπερ, ἢ μετὰ τῆς ὕλης. (11) Περὶ μὲν οὖν γενέσεως καὶ φθορᾶς τῶν λεγομένων οὐσιῶν, πῶς τ' ἐνδέχεται καὶ πῶς ἀδύνατον, καὶ περὶ τῆς εἰς τὸν ἀριθμὸν ἀναγωγῆς, ἔστω μέχρι τούτων διωρισμένον.

aliquid de aliquo significat ratio definitiva : et oportet hoc quidem ut materiam, illud vero ut formam esse. (8) Manifestum autem hoc etiam est, quod, si aliquo modo substantiæ numeri sunt, ita sunt, et non quemadmodum quidam dicunt, unitatum. Nam et definitio, numerus quidam est : divisibilis etenim, et in indivisibilia ; non enim infinitæ sunt rationes : numerus vero, tale quid est. Et quemadmodum de numero, ablato, aut addito aliquo, ex quibus numerus est, non est amplius idem numerus, sed diversus, etiam si minimum auferatur, aut addatur : ita nec definitio, nec ipsum quid erat esse, erit amplius ablato aliquo, aut addito. (9) Et numero oportet aliquid esse, quo unus, quod nunc non habent dicere quoniam unus, si unus est. Aut enim non est, sed quasi congeries : aut si est, dicendum est quidnam illud sit, quod unum ex multis faciat. Ac definitio una est : similiter autem nec hanc dicere habent. (10) Atque hoc merito accidit. Eiusdem enim est rationis, et substantia sic est unum, sed non (ut quidam aiunt) ut unitas quædam existens, aut punctum, sed actus, et natura quædam unaquæque : et quemadmodum nec numerus habet magis et minus, ita neque substantia, quæ secundum speciem est : sed si quidem, ea est quæ secundum materiam est. (11) De generatione igitur ac corruptione dictarum substantiarum, quomodo accidit, quoque modo impossibile est, deque reductione ad numerum, hactenus determinatum sit.

CAP. IV.

25 Περὶ δὲ τῆς ὕλικῆς οὐσίας δεῖ μὴ λαθάνειν ὅτι εἰ καὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πάντα πρῶτου ἢ τῶν αὐτῶν ὡς πρῶτων καὶ ἡ αὐτὴ ὕλη ὡς ἀρχὴ τοῖς γιγνομένοις, ὁμοίως ἐστὶ τις οἰκεία ἐκάστου, ὅλον φλέγματός ἐστι πρώτη ὕλη καὶ γλυκέα ἢ λιπαρά, χολῆς δὲ τὰ πικρὰ ἢ ἀλλ' ἄττα. 30 *Ἴσως δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ αὐτοῦ. (2) Γίνονται δὲ πλείους ὕλοι τοῦ αὐτοῦ, ὅταν θατέρου ἢ ἐτέρα ἦ, ὅλον φλέγμα ἐκ λιπαροῦ καὶ γλυκέος, εἰ τὸ λιπαρὸν ἐκ τοῦ γλυκέος, ἐκ δὲ χολῆς τῷ ἀναλύεσθαι εἰς τὴν πρώτην ὕλην τὴν χολῆν. Διγῶς γὰρ τὸδ' ἐκ τοῦδε, ἢ ὅτι πρὸ ὁδοῦ ἐστὶ 35 ἢ ὅτι ἀναλυθέντος εἰς τὴν ἀρχήν. (3) *Ἐνδέχεται δὲ μᾶς τῆς ὕλης οὐσης ἕτερα γίνεσθαι διὰ τὴν κινουῦσαν αἰτίαν, ὅλον ἐκ ξύλου καὶ κιβωτός καὶ κλίην. (4) *Ἐνίων δ' ἐτέρα ἢ ὕλη ἐξ ἀνάγκης ἐτέρων ὄντων, ὅλον πρίων οὐκ ἂν γένοιτο ἐκ ξύλου, οὐδ' ἐπὶ τῇ κινουῦσῃ αἰτία τούτου· 40 οὐ γὰρ ποιήσει πρίονα ἐξ ἐρίου ἢ ξύλου. Εἰ δ' ἄρα τὸ αὐτὸ ἐνδέχεται ἐξ ἄλλης ὕλης ποιῆσαι, ὅσηλον ὅτι ἡ τέχνη καὶ ἡ ἀρχὴ ἢ ὡς κινουῦσα ἢ αὐτῆ· εἰ γὰρ καὶ ἡ ὕλη ἐτέρα καὶ τὸ κινουῦν, καὶ τὸ γεγονός. *Ὅταν δὲ τις ζητῇ τί τὸ αἴτιον, ἐπεὶ πλεοναχῶς τὰ αἰτία λέγεται, πάσας 45 δεῖ λέγειν τὰς ἐνδοχομένας αἰτίας, ὅλον ἀνθρώπου τίς αἰτία ὡς ὕλη; ἄρα τὰ καταμήνια; τί δ' ὡς κινουῦν; ἄρα τὸ σπέρμα; τί δ' ὡς τὸ εἶδος; τὸ τί ἦν εἶναι. Τί δ' ὡς οὐ ἔνεκα; τὸ τέλος. (5) *Ἴσως δὲ ταῦτα ἅμωυ τὸ αὐτό. Δεῖ δὲ τὰ ἐγγύτατα αἰτία λέγειν. Τίς ἢ ὕλη; μὴ πῦρ 50 ἢ γῆν, ἀλλὰ τὴν ἴδιον. Περὶ μὲν οὖν τὰς φυσικὰς οὐσίας καὶ γεννητὰς ἀνάγκη οὕτω μετείναι, εἰ τις μετεῖσιν ὁρθῶς, εἴπερ ἄρα αἰτία τε ταῦτα καὶ τσαῦτα, καὶ

De materiali vero substantia oportet non latere quod, etsi ex eodem omnia primo, aut eisdem tanquam primis, et eadem sit materia ut principium illis quæ fiunt; est tamen quædam cuiusque propria : ut phlegmatis prima materia, ipsa dulcia aut pingua, cholerae vero, amara, aut aliqua alia. Fortassis autem hoc, ex eodem. (2) Fiunt autem plures materiæ eiusdem, quum alterius altera sit : utputa, phlegma ex pingui et dulci si pingue ex dulci; ex cholera vero esse, ob resolutionem cholerae in primam materiam. Dupliciter enim hoc ex hoc, aut quoniam ex eo quod progredietur, aut quoniam ex eo quod resolutum fuerit in principium. (3) Contingit autem, una existente materia, diversa fieri propter moventem causam; ut ex ligno, fit arca, et lectus. (4) Quorundam autem diversa materia necessario, diversis existentibus : utputa, serra nunquam fiet ex ligno : nec est hoc in causa movente. Non enim faciet serram ex lana, aut ligno. Si autem idem contingit ex alia materia facere, patet quod ars et principium, ut moventia, eadem sunt. Etenim si materia diversa, et movens, etiam ipsum quod factum est. Quum itaque quisquam, quænam sit causa, quærat (quoniam multipliciter causæ dicuntur), omnes contingentes causas dicere oportet : utputa, hominis, quæ causa ut materia? nonne menstrua? quæ vero ut movens? utrum sperma? quæ vero ut species? quod quid erat esse. Quæ autem ut hujus causa? finis. (5) Fortassis autem hæ ambæ, idem sunt. Oportet autem proximas causas dicere. Quæ materia? non ignem, vel terram, sed propriam. In naturalibus igitur et generabilibus substantiis, necesse est ita procedere, si quis recte procedet : siquidem hæ totque

δεῖ τὰ αἰτία γνωρίζειν. (6) Ἐπι δὲ τῶν φυσικῶν μὲν αἰδιῶν δὲ οὐσιῶν ἄλλος λόγος. Ἴσως γὰρ ἓνια οὐκ ἔχει ὕλην, ἢ οὐ τοιαύτην ἀλλὰ μόνον κατὰ τόπον κινήτην. Οὐδ' ὅσα δὴ φύσει μὲν, μὴ οὐσία δέ, οὐκ ἔστι τούτοις ὕλη, ἀλλὰ τὸ ὑποκειμένον ἢ οὐσία. Οἶον τί αἰτιον ἐκλείψωσ, τίς ὕλη; οὐ γὰρ ἔστιν, ἀλλ' ἡ σελήνη τὸ πάσχον. Τί δ' αἰτιον ὡς κινήσαν καὶ φθεῖραν τὸ φῶς; ἢ γῆ. Τὸ δ' οὐ ἔνεκα ἴσως οὐκ ἔστιν. (7) Τὸ δ' ὡς εἶδος ὁ λόγος, ἀλλ' ἀδηλος, ἐὰν μὴ μετὰ τῆς αἰτίας ἢ ὁ λόγος· οἶον τί ἐκλείψις; στέρησις φωτός. Ἐὰν δὲ προστεθῇ ὑπὸ γῆς ἐν μέσῳ γιγνομένης, δὲ σὺν τῷ αἰτιῷ λόγος οὗτος. Ἰπνου δ' ἀδηλον τί τὸ πρῶτον πάσχον. Ἄλλ' ὅτι τὸ ζῶον; ναί, ἀλλὰ τοῦτο κατὰ τί, καὶ τί πρῶτον; καρδία ἢ ἄλλο τι; εἶτα ὑπὸ τίνος; εἶτα τί τὸ πάθος τὸ ἐκεῖνου καὶ μὴ τοῦ ὄλου; ὅτι ἀκινήσια τοιαδί; ναί, ἀλλ' αὐτὴ τῷ τί πάσχειν τὸ πρῶτον;

causæ sunt, et oportet causas cognoscere. (6) De naturalibus autem ac perpetuis substantiis, alia ratio est. Fortassis etenim quædam non habent materiam, aut non talem, sed solum quæ secundum locum mobilis est. Nec quæcumque natura quidem, non autem per substantiam fiunt, neque materia est, sed quod subjicitur, substantia: utputa, quæ causa eclipsios, quæ materia? non est enim, sed luna est, quæ patitur. Quæ vero causa ut movens atque corumpens lumen? terra. Cujus vero causa, forsitan non est. (7) Quæ vero ut species, definitio, sed non manifesta nisi cum ipsa causa sit definitio: utputa, quid eclipsis? privatio luminis. Si vero addatur, a terra in medio interposita: hæc est cum ipsa causa definitio. De somno vero non est manifestum quid est primum quod patitur: sed nunquid animal? ita. Attamen hoc secundum aliquid: et quid primum? cor, an aliquid aliud? deinde, a quo? deinde, quæ passio, quæ illius, et non totius? quia talis immobilitas? ita. Sed hæc, eo quod ipsum primum patiatur quidnam?

CAP. V.

Ἐπεὶ δ' ἓνια ἄνευ γενέσεως καὶ φθορᾶς ἔστι καὶ οὐκ ἔστιν, οἶον αἱ στιγμαί, εἴπερ εἰσί, καὶ ὄλωσ τὰ εἶδη καὶ αἱ μορφαί (οὐ γὰρ τὸ λευκὸν γίνεταί ἀλλὰ τὸ ζῶλον λευκόν), εἰ ἔκ τινος καὶ τί πᾶν τὸ γιγνόμενον γίνεταί, οὐ πάντα ἀν τάναντία γίγνοιτο ἐξ ἀλλήλων, ἀλλ' ἐτέροις λευκὸς ἀνθρώπος ἐκ μέλανος ἀνθρώπου καὶ λευκὸν ἐκ μέλανος· οὐδὲ παντὸς ὕλη ἔστιν ἀλλ' ὅσων γένεσις ἔστι καὶ μεταβολὴ εἰς ἀλλήλα. Ὅσα δ' ἄνευ τοῦ μεταβάλλειν ἔστιν ἢ μή, οὐκ ἔστι τούτων ὕλη. (2) Ἐγχεῖ δ' ἀπορίαν πῶς πρὸς τάναντία ἢ ὕλη ἡ ἐκάστου ἔχει. Οἶον εἰ τὸ σῶμα δυνάμει ὑγεινόν, ἐναντιὸν δὲ νόσος ὑγίεια, ἄρα ἀμφω δυνάμει; καὶ τὸ ὕδωρ δυνάμει οἶνος καὶ ὄζος; ἢ τοῦ μὲν καθ' ἑξῆς καὶ κατὰ τὸ εἶδος ὕλη, τοῦ δὲ κατὰ στέρησιν καὶ φθορὰν τὴν παρὰ φύσιν. (3) Ἀπορία δέ τις ἔστι καὶ διὰ τί ὁ οἶνος οὐχ ὕλη τοῦ ὄζου οὐδὲ δυνάμει ὄζος (καίτοι γίνεταί ἐξ αὐτοῦ ὄζος) καὶ ὁ ζῶν δυνάμει νεκρός. Ἠ οὐ, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός αἱ φθοραί, ἢ δὲ τοῦ ζῶου ὕλη αὐτὴ κατὰ φθορὰν νεκροῦ δυνάμει καὶ ὕλη, καὶ τὸ ὕδωρ ὄζου· γίνεταί γὰρ ἐκ τούτων ὡσπερ ἐξ ἡμέρας νύξ. (4) Καὶ ὅσα δὴ οὕτω μεταβάλλει εἰς ἀλλήλα, εἰς τὴν ὕλην δεῖ ἐπανελθεῖν, οἶον εἰ ἐκ νεκροῦ ζῶον, εἰς τὴν ὕλην πρῶτον, εἶθ' οὕτω ζῶον· καὶ τὸ ὄζος εἰς ὕδωρ, εἶθ' οὕτως οἶνος.

Quum autem quædam absque generatione et corruptione sint, et non sint, utputa puncta, si sint quidem, et omnino species, et formæ (non enim albedo fit, sed lignum album), si ex aliquo et aliquid fit omne quod fit; profecto non omnia contraria fiunt vicissim: sed aliter albus homo ex nigro homine, et albedo ex nigredine: nec omnium materia est, sed quorumcumque generatio, et transmutatio invicem sunt: quæcumque vero absque eo, quod transmutentur, sunt, aut non, horum materia non est. (2) Habet autem dubitationem, quoniam modo ad contraria cuiusque materia se habeat: utputa, si corpus potentiâ sanum, contrarium vero sanitati infirmitas, utrum ambo potentiâ? et aqua, potentiâ vinum, et acetum? an hujus quidem secundum habitum, et secundum speciem, materia est; illius vero secundum corruptionem et privationem contra naturam? (3) At quædam dubitatio est, cur vinum non sit materia aceti, neque potentiâ acetum, tametsi fiat ex eo acetum: et vivens potentiâ mortuus. An non, sed secundum accidens, corruptiones? ipsa vero animalis materia, secundum corruptionem mortui potentia et materia, aqua quoque aceti est: fiunt etenim ex illis, quemadmodum ex die nox. (4) Et quæcumque ita invicem transmutantur, ad materiam oportet redire: utputa si ex mortuo animal, primum ad materiam, deinde demum animal: et acetum, ad aquam, deinde demum vinum.

CAP. VI.

Περὶ δὲ τῆς ἀπορίας τῆς εἰρημένης περὶ τε τοὺς ὀρισμοὺς καὶ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς, τί αἰτιον τοῦ ἓν εἶναι; πάντων γὰρ ὅσα πλείω μέρη ἔχει καὶ μὴ ἔστιν οἶον σωρὸς τὸ πᾶν ἀλλ' ἔστι τι τὸ ὄλον παρὰ τὰ μόρια, ἔστι τι αἰτιον, ἐπεὶ καὶ ἐν τοῖς σώμασι τοῖς μὲν ἀφή αἰτία τοῦ ἓν εἶναι, τοῖς δὲ γλισχρότης ἢ τι πάθος ἕτερον τοιοῦτον. (2) Ὅ δ' ὀρισμὸς λόγος ἔστιν εἰς οὐ συνδέσμιω καθάπερ ἡ Ἰλιάς, ἀλλὰ τῷ ἐνός εἶναι. Τί οὖν ἔστιν ὁ ποιεὶ ἐν τὸν ἀνθρωπον, καὶ διὰ τί ἐν ἀλλ' οὐ πολλά, οἶον τό τε ζῶον καὶ τὸ δῖπουν, ἄλλως τε δὴ καὶ

De dubitatione autem dicta et circa definitiones et circa numeros, quæ causa est ut unum sint? Omnium namque quæcumque plures partes habent, et non est totum quasi coæcervatio, sed ipsum totum est aliquid aliud præter partes, est aliqua causa. Nam et in corporibus quibusdam tactus est causa ut unum sint: quibusdam vero viscositas, aut aliqua alia talis passio. (2) Definitio vero, oratio est una, non conjunctione, ut Ilias, sed eo quod unius est. Quid est igitur, quod hominem facit unum, et cur unum est, et non multa, ut animal, et bipes, præsertim si, quemadmodum

εἰ ἔστιν, ὡς περ φασί τινες, αὐτό τι ζῶον καὶ αὐτὸ δί-
 πουν; Διὰ τί γὰρ οὐκ ἔκεινα αὐτὰ ὁ ἀνθρωπὸς ἔστι, καὶ
 εἰ ἔσονται κατὰ μέθεξιν οἱ ἀνθρωποὶ οὐκ ἀνθρώπου
 οὐδ' ἐνός ἀλλὰ δυοῖν, ζῶου καὶ δίπodos; καὶ ὅπως δὴ
 οὐκ ἂν εἴη ὁ ἀνθρώπος ἐν ἀλλὰ πλείω, ζῶον καὶ δί-
 πουν. (3) Φανερόν δὴ ὅτι οὕτω μὲν μετιοῦσιν ὡς εἰώ-
 θασιν δρίζεσθαι καὶ λέγειν, οὐκ ἐνδέγεται ἀποδοῦναι
 καὶ λύσαι τὴν ἀπορίαν. Εἰ δ' ἔστιν, ὡς περ λέγομεν,
 τὸ μὲν ὕλη τὸ δὲ μορφή, καὶ τὸ μὲν δυνάμει τὸ δ' ἐνε-
 ρεία, οὐκέτι ἀπορία δόξειεν ἂν εἶναι τὸ ζητούμενον.
 Ἔστι γὰρ αὕτη ἡ ἀπορία ἢ αὐτὴ κἂν εἰ ὁ ὅρος εἴη
 ἱματίου ὁ στρογγύλος χαλκός· εἴη γὰρ ἂν σημεῖον τοῦ-
 νομα τοῦτο τοῦ λόγου, ὥστε τὸ ζητούμενόν ἐστι τί
 αἴτιον τοῦ ἐν εἶναι τὸ στρογγύλον καὶ τὸν χαλκόν.
 (4) Οὐκέτι δ' ἡ ἀπορία φαίνεται, ὅτι τὸ μὲν ὕλη τὸ
 δὲ μορφή. Τί οὖν τούτου αἴτιον τοῦ τὸ δυνάμει ἐν
 ἐνεργείᾳ εἶναι, παρὰ τὸ ποιῆσαν, ἐν ὅσοις ἐστὶ γένε-
 σις; οὐθὲν γὰρ ἐστὶν αἴτιον ἕτερον τοῦ τὴν δυνάμει
 σφαιραῖαν ἐνεργείᾳ εἶναι σφαιραῖαν, ἀλλὰ τοῦτ' ἦν τὸ τί ἦν
 εἶναι ἑκατέρω. (5) Ἔστι δὲ τῆς ὕλης ἢ μὲν νοητὴ ἢ
 οὐκ αἰσθητὴ, καὶ αἰεὶ τοῦ λόγου τὸ μὲν ὕλη τὸ δ' ἐνεργείᾳ
 ἐστὶν, ὅσον ὁ κύκλος σχῆμα ἐπίπεδον. Ὅσα δὲ μὴ
 ἔχει ὕλην, μήτε νοητὴν μήτε αἰσθητὴν, εὐθύς ὅπερ ἐν
 τι (εἶναι) ἐστὶν ἑκαστον, ὡς περ καὶ ὅπερ ὄν τι, τὸ
 τόδε, τὸ ποῖόν, τὸ ποσόν. Διὸ καὶ οὐκ ἔνεστιν ἐν τοῖς
 δρισμοῖς οὔτε τὸ ὄν οὔτε τὸ ἐν, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι εὐθύς
 ἐν τί ἐστὶν ὡς περ καὶ ὄν τι. (6) Διὸ καὶ οὐκ ἐστὶν
 ἕτερόν τι αἴτιον τοῦ ἐν εἶναι οὐθενὶ τούτων, οὐδὲ τοῦ ὄν
 τι εἶναι· εὐθύς γὰρ ἑκαστόν ἐστὶν ὄν τι καὶ ἐν τι, οὐχ
 ὡς ἐν γένει τῶ ὄντι καὶ τῶ ἐνί, οὐδ' ὡς χωριστῶν ὄντων
 παρὰ τὰ καθ' ἑκαστα. Διὰ ταύτην δὲ τὴν ἀπορίαν οἱ
 μὲν μέθεξιν λέγουσι, καὶ αἴτιον τί τῆς μεθέξεως καὶ τί
 τὸ μετέχειν ἀποροῦσιν· οἱ δὲ συνουσίαν (ψυχῆς),
 ὡς περ Λυκόφρων φησὶν εἶναι τὴν ἐπιστήμην τοῦ ἐπί-
 στασθαι καὶ ψυχῆς· οἱ δὲ σύνθεσιν ἢ σύνδεσμον ψυχῆς
 σώματι τὸ ζῆν. (7) Καίτοι ὁ αὐτὸς λόγος ἐπὶ πάντων
 καὶ γὰρ τὸ ὑγιαίνειν ἔσται ἢ συνουσία ἢ σύνδεσμος ἢ σύν-
 θεσις ψυχῆς καὶ υγιείας, καὶ τὸ τὸν χαλκὸν εἶναι τρί-
 γωνον σύνθεσις χαλκοῦ καὶ τριγώνου, καὶ τὸ λευκὸν εἶναι
 σύνθεσις ἐπιφανείας καὶ λευκότητος. Αἴτιον δ' ἐστὶ
 δυνάμει καὶ ἐντελεχείᾳ ζητοῦσι λόγον ἐνοποιὸν καὶ
 διαφορᾶν. (8) Ἔστι δ', ὡς περ εἴρηται, καὶ ἡ ἐσχάτη
 ὕλη καὶ ἡ μορφή ταῦτ' οὐκ αὐτὸ καὶ δυνάμει, τὸ δὲ ἐνεργείᾳ.
 Ὅστε ὅμοιον τὸ ζητεῖν τοῦ ἐνός τί αἴτιον καὶ τοῦ ἐν
 εἶναι· ἐν γὰρ τι ἑκαστον, καὶ τὸ δυνάμει καὶ τὸ ἐνε-
 ρείᾳ ἐν πῶς ἐστὶν. Ὅστε αἴτιον οὐδὲν ἄλλο πλὴν εἶ
 τι ὡς κινήσαν ἐκ δυνάμει ἢ ἐνεργείαν. Ὅσα δὲ μὴ
 ἔχει ὕλην, πάντα ἀπλῶς ὅπερ ἐν τι.

quidam dicunt, sit quid ipsum animal, et ipsum bipes? Cur
 enim non illa ipsa homo est, et erunt secundum participa-
 tionem homines, non hominis unius, sed duorum, animalis
 et bipedis? et omnino profecto, homo non erit unum, sed
 plura, animal et bipes. (3) Manifestum itaque est quod
 ita quidem tractantibus, ut solent definire et dicere, non
 est possibile reddere rationem, et solvere dubitationem.
 Quodsi, quemadmodum nos dicimus, hoc quidem materia,
 hoc vero forma est, et hoc quidem potentia, hoc vero
 actu, profecto non videatur amplius dubitatio esse, quod
 quaeritur. Etenim dubitatio est eadem, ac si definitio vestis
 esset, aes rotundum. Esset etenim hoc nomen rationis
 signum. Quare quod quaeritur est, quamnam causa sit ut
 rotundum et aes unum sint. (4) Amplius vero non apparet
 dubitatio, quoniam hoc quidem materia, illud vero forma
 est. Quae igitur hujus causa est, ut quod potentia est, actu
 sit in quibuscumque generatio est, praeter illud quod fecit?
 nulla enim alia causa est ut sphaera sit, quae potentia sphaera
 erat: sed hoc erat, ipsum quid erat esse utrique. (5) Est
 autem materia quaedam intellectualis, quaedam sensibilis:
 et semper rationis hoc quidem materia, hoc vero actus est,
 ut circulus figura plana. Quaecumque vero neque intel-
 lectualem neque sensibilem materiam habent, statim per se
 unum quiddam unumquodque est: quemadmodum ipsum
 ens, ipsum hoc, quale, quantum: quare non inest in defi-
 nitionibus nec ens, nec unum: et ipsum quid erat esse,
 statim per se unum quiddam est, quemadmodum et ens
 quiddam. (6) Propterea non aliqua alia causa ulli istorum
 est, ut unum sint, nec ut ens quiddam sint: statim etenim
 per se unumquodque est ens quiddam, et unum quiddam,
 non ut in genere in ente, et uno, nec tanquam sint sepa-
 rata praeter particularia. Ob hanc autem dubitationem,
 quidam participationem aiunt, et causam quae sit partici-
 pationis, et quidnam sit illud participare, dubitant. Qui-
 dam copulam, sicuti Lycophron ait scientiam esse ipsius
 scire et animae. Quidam compositionem, aut conjunctio-
 nem animae cum corpore, ipsum vivere. (7) Attamen
 eadem de omnibus ratio erit. Etenim ipsum sanum esse,
 aut copula aut conjunctio aut compositio animae et sanitatis
 erit; et aes esse triangulum, compositio aëris et trianguli; et
 album esse, compositio superficies et albelinis. Causa vero
 est, quoniam potentia et actus rationem quaerunt unien-
 tem, et differentiam. (8) Est autem (ut dictum est) ulla
 materia et forma idem et unum, illa quidem potentia, haec
 vero actu. Quare simile est quaerere quidnam unius causa
 sit, et ut unum sit. Unum enim quiddam, unumquodque,
 et quod potentia, et quod actu, unum quodammodo est.
 Quare nulla alia causa est, nisi si quid est tanquam ex
 potentia in actum movens. Quaecumque vero non habent
 materiam, cuncta simpliciter sunt unum quid.

LIBER VIII.

CAP. I.

Περὶ μὲν οὖν τοῦ πρώτου ὄντος καὶ πρὸς ὃ πᾶσαι αἱ ἄλλαι κατηγορίαι τοῦ ὄντος ἀναφέρονται εἴρηται, περὶ τῆς οὐσίας. Κατὰ γὰρ τὸν τῆς οὐσίας λόγον λέγεται τᾶλλα ὄντα, τὸ τε ποσὸν καὶ τὸ ποιὸν καὶ τᾶλλα τὰ οὐτως λεγόμενα· πάντα γὰρ ἔξει ἐν τῆς οὐσίας λόγον, ὡσπερ εἶπομεν ἐν τοῖς πρώτοις λόγοις. (2) Ἐπεὶ δὲ λέγεται τὸ ὄν τὸ μὲν τὸ τί ἢ ποιὸν ἢ ποσόν, τὸ δὲ κατὰ δυνάμειν καὶ ἐντελέχειν καὶ κατὰ τὸ ἔργον, διορίσωμεν καὶ περὶ δυνάμεως καὶ ἐντελεχείης, καὶ πρώτον περὶ δυνάμεως ἢ λέγεται μὲν μάλιστα κυρίως, οὐ μὴν χρησίμη γ' ἐστὶ πρὸς ὃ βουλόμεθα νῦν· ἐπὶ πλέον γὰρ ἐστὶν ἡ δυνάμεις καὶ ἡ ἐνέργεια τῶν μόνων λεγομένων κατὰ κίνησιν. Ἄλλ' εἰπόντες περὶ ταύτης ἐν τοῖς περὶ τῆς ἐνεργείας διορισμοῖς δηλώσωμεν καὶ περὶ τῶν ἄλλων. (3) Ὅτι μὲν οὖν πολλαχῶς λέγεται ἡ δυνάμεις καὶ τὸ δύνασθαι, διώρισται ἡμῖν ἐν ἄλλοις. Τούτων δ' ὅσαι μὲν δμωνύμως λέγονται δυνάμεις ἀφείσθωσαν· ἐνὶαι γὰρ ὁμοίωσιν τινὶ λέγονται, καθάπερ ἐν γεωμετρίας καὶ δυνατὰ καὶ ἀδύνατα λέγομεν τῶ εἶναι πως ἢ μὴ εἶναι. Ὅσαι δὲ πρὸς τὸ αὐτὸ εἶδος, πᾶσαι ἀρχαί τινές εἰσι, καὶ πρὸς πρώτην μίαν λέγονται, ἢ ἐστὶν ἀρχὴ μεταβολῆς ἐν ἄλλῳ ἢ ἢ ἄλλο. (4) Ἡ μὲν γὰρ τοῦ παθεῖν ἐστὶ δυνάμεις, ἢ ἐν αὐτῷ τῷ πάσχοντι ἀρχὴ μεταβολῆς παθητικῆς ὑπ' ἄλλου ἢ ἢ ἄλλο· ἢ δ' ἐξὶς ἀπαθείας τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον καὶ φθορᾶς τῆς ὑπ' ἄλλου ἢ ἢ ἄλλο, ὑπ' ἀρχῆς μεταβολητικῆς. Ἐν γὰρ τούτοις ἐνεσσι πᾶσι τοῖς ὄντος ὁ τῆς πρώτης δυνάμεως λόγος. (5) Πάλιν δ' αὐταὶ αἱ δυνάμεις λέγονται ἢ τοῦ μόνον ποιῆσαι ἢ (τοῦ) παθεῖν ἢ τοῦ καλῶς, ὥστε καὶ ἐν τοῖς τούτων λόγοις ἐνυπάρχουσι πως οἱ τῶν προτέρων δυνάμεων λόγοι. (6) Φανερόν οὖν ὅτι ἐστὶ μὲν ὡς μία δυνάμεις τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν (δυνατὸν γὰρ ἐστὶ καὶ τῷ ἔχειν αὐτὸ δυνάμειν τοῦ παθεῖν καὶ τῷ ἄλλο ὑπ' αὐτοῦ), ἐστὶ δ' ὡς ἄλλη. Ἡ μὲν γὰρ ἐν τῷ πάσχοντι· διὰ γὰρ τὸ ἔχειν τινὰ ἀρχήν, καὶ εἶναι καὶ τὴν ὕλην ἀρχήν τινὰ, πάσχει τὸ πάσχον καὶ ἄλλο ὑπ' ἄλλο· τὸ λιπαρόν μὲν γὰρ καυστόν, τὸ δ' ὑπεῖκον ὡδὶ θλαστόν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων· ἢ δ' ἐν τῷ ποιῶντι, ὡς τὸ θερμόν καὶ ἡ οἰκοδομική, ἢ μὲν ἐν τῷ θερμαντικῷ, ἢ δ' ἐν τῷ οἰκοδομικῷ. Διὸ ἢ συμπερικυκεν, οὐθὲν πάσχει αὐτὸ ὑπ' ἑαυτοῦ· ἐν γὰρ καὶ οὐκ ἄλλο. (7) Καὶ ἡ ἀδυναμία καὶ τὸ ἀδύνατον ἢ τῇ τοιαύτῃ δυνάμει ἐναντία στερήσις ἐστὶν, ὥστε τοῦ αὐτοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ πᾶσα δυνάμεις ἀδυναμία. (8) Ἡ δὲ στερήσις λέγεται πολλαχῶς· καὶ γὰρ τὸ μὴ ἔχον καὶ τὸ πεφυκὸς ἂν μὴ ἔχη, ἢ ὄλιγος ἢ ὅτε πέφυκεν, καὶ ἢ ὡδὶ, ὡς παντελῶς, ἢ καὶ ὅπως. Ἐπ' ἐνίων δὲ, ἂν πεφυκὸς ἔχειν μὴ ἔχη βία, ἐστερηθῆσαι ταῦτα λέγομεν.

De primo itaque ente, et ad quod ceteræ omnes entis prædicationes referuntur, hoc est, de substantia, dictum est. Nam secundum substantiæ rationem cetera dicuntur entia, quantum et quale, ac cetera, quæ ita dicuntur. Cuncta etenim habebunt substantiæ rationem, ut in primis sermonibus disseruimus. (2) Quum autem ens dicatur, hoc quidem quid, aut quantitas, aut qualitas, hoc vero secundum potentiam, et actum atque consummationem, determinemus etiam de potentia, et actu. Et primo de potentia, ea quidem, quæ dicitur maxime proprie, non tamen est utilis ad quod nunc volumus: potentia namque, et actio, latius patent, quam illa quæ secundum motum solum dicuntur. Sed quum de ea dixerimus in determinationibus de actione, ostendemus etiam de aliis. (3) Quod igitur multipliciter potentia, et posse dicatur, determinatum est a nobis in aliis. Harum vero quæcumque quidem æquivoce dicuntur potentiæ, prætermittantur: quædam etenim similitudine quadam dicuntur, ut in geometria et possibilis ac impossibilis dicimus, eo quod quodam modo sint, aut non sint. Quæcumque vero ad eandem speciem, omnes aliqua principia sunt, et ad unam primam dicuntur, quæ est principium transmutationis in alio aut prout aliud est. (4) Aliqua enim est patiendi potentia, quæ in ipso patiente principium est transmutationis passivæ ab alio aut prout aliud est: aliqua vero habitus impassibilitatis, quæ in deterius est, et corruptionis quæ est ab alio aut prout aliud est, principium transmutativo. In his enim omnibus definitionibus inest primæ potentiæ ratio. (5) Rursus autem, hæc potentiæ dicuntur, aut ipsius faciendi solum, aut patiendi, aut ipsius bene. Quare in harum quoque rationibus quoddammodo insunt priorum potentiarum rationes. (6) Manifestum igitur est quod quodam modo quidem una est ipsius facere et pati potentia (potens enim est, et eo quod ipsum habeat patiendi potentiam, et eo quod aliud ab eo), quodam modo vero alia. Hæc enim in patiente est. Propterea enim quod habet aliquod principium, et quod etiam materia aliquod principium est, patitur quod patitur, et aliud ab alio. Pingue namque combustibile est; cedens vero, sic pressibile: et similiter de ceteris. Hæc vero, in faciente, utputa, calidum, et ædificativa: hæc quidem in calefactivo, illa vero in ædificativo. Propter quod nullum, prout connaturale factum, ipsum a se ipso patitur: unum etenim et non aliud est. (7) Atque impotentia, et impotens, ea quæ ejusmodi potentiæ contraria est, privatio est. Quare ejusdem potentia omnis est et secundum idem atque impotentia. (8) Privatio autem multifariam dicitur. Etenim quod non habet, et quod natura aptum est, si non habet, aut omnino, aut quum natura aptum sit, aut sic, utputa omnino, aut quomodocumque: in quibusdam autem, si naturæ apta habere, vi non habeant, privari ea dicimus.

CAP. II.

Ἐπει δ' αἱ μὲν ἐν τοῖς ἀψύχοις ἐνυπάρχουσιν ἀρχαὶ
 τοιαῦται, αἱ δ' ἐν τοῖς ἐμψύχοις καὶ ἐν ψυχῇ καὶ τῆς
 ψυχῆς ἐν τῷ λόγον ἔχοντι, δηλονότι καὶ τῶν δυνάμεων
 αἱ μὲν εἰσὶν ἀλογοὶ, αἱ δὲ μετὰ λόγου. Διὸ πᾶσαι
 αἱ τέχναι καὶ αἱ ποιητικαὶ ἐπιστήμαι δυνάμεις εἰ-
 σὶν· ἀρχαὶ γὰρ μεταβλητικαὶ εἰσὶν ἐν ἄλλῳ ἢ ἄλλο.
 (2) Καὶ αἱ μὲν μετὰ λόγου πᾶσαι τῶν ἐναντίων, αἱ
 δ' ἀλογοὶ μία ἐνός, ὅλον τὸ θερμὸν τοῦ θερμαίνεω μόνον,
 ἢ δὲ ἰατρικὴ νόσου καὶ ὑγείας. Αἴτιον δὲ ὅτι
 10 λόγος ἐστὶν ἡ ἐπιστήμη, ὃ δὲ λόγος ὁ αὐτὸς δηλοῖ τὸ
 πρᾶγμα καὶ τὴν στέρησιν, πλὴν οὐχ ὡσαύτως, καὶ
 ἐστὶν ὡς ἀμφοῖν, ἔστι δ' ὡς τοῦ ὑπάρχοντος μᾶλλον.
 (3) Ὡστ' ἀνάγκη καὶ τὰς τοιαύτας ἐπιστήμας εἶναι
 μὲν τῶν ἐναντίων, εἶναι δὲ τοῦ μὲν καθ' αὐτὰς τοῦ δὲ
 15 μὴ καθ' αὐτάς· καὶ γὰρ ὁ λόγος τοῦ μὲν καθ' αὐτό,
 τοῦ δὲ τρόπον τινα κατὰ συμβεβηχός· ἀποφάσει γὰρ
 καὶ ἀποφορᾷ δηλοῖ τὸ ἐναντίον. Ἥ γὰρ στέρησις ἡ
 πρώτη τὸ ἐναντίον, αὕτη δ' ἀποφορὰ θατέρου. (4) Ἐπει
 δὲ τὰ ἐναντία οὐκ ἐγγίγνεται ἐν τῷ αὐτῷ, ἢ δ' ἐπι-
 20 στήμη δύναμις τῷ λόγον ἔχει, καὶ ἡ ψυχὴ κινήσεως
 ἔχει ἀρχήν, τὸ μὲν ὑγιεινὸν ὑγείαν μόνον ποιεῖ καὶ τὸ
 θερμαντικὸν θερμότητα καὶ τὸ ψυκτικὸν ψυχρότητα, ὃ
 δ' ἐπιστήμων ἀμφοῖν. Λόγος γὰρ ἐστὶν ἀμφοῖν μὲν,
 οὐχ ὁμοίως δέ, καὶ ἐν ψυχῇ ἢ ἔχει κινήσεως ἀρχήν·
 25 ὥστε ἀμφοῖν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς κινήσει πρὸς τὸ αὐτὸ
 συνάψασα. Διὸ τὰ κατὰ λόγον δυνατὰ τοῖς ἀνευ λό-
 γου δυνατοῖς ποιεῖ τάναντία· μιᾷ γὰρ ἀρχῇ περιέχε-
 ται, τῷ λόγῳ. (5) Φανερόν δὲ καὶ ὅτι τῇ μὲν τοῦ εὖ
 30 δυνάμει ἀκολουθεῖ ἡ τοῦ μόνου ποιῆσαι ἢ παθεῖν δύ-
 ναμις, ταύτη δ' ἐκείνη οὐκ αἰεὶ· ἀνάγκη γὰρ τὸν εὖ
 ποιοῦντα καὶ ποιεῖν, τὸν δὲ μόνον ποιοῦντα οὐκ ἀνάγκη
 καὶ εὖ ποιεῖν.

Quum autem quaedam inanimatis talia principia insint, quaedam vero in animatis, et in anima, et in animæ ea parte quæ rationem habet, patet quod potentiarum quocumque quaedam irrationales, quaedam cum ratione erunt. Quare omnes artes, et factivæ scientiæ, potentiæ sunt. Principia enim transmutativa sunt in alio, prout aliud est. (2) Et quæ quidem cum ratione, omnes eædem contrariorum sunt; irrationales vero, una unius: ut calidum, ipsius calefacienti solius: medicandi vero potentia, infirmitatis et sanitatis. Causa vero est, quia scientia est ratio. Ratio autem eadem manifestat et rem et privationem, nisi quod non similiter: et quodam modo quidem amborum est, quodam modo vero ejus magis quod existit. (3) Quare necesse est tales etiam scientias esse quidem contrariorum; esse vero hujus quidem per se ipsas, illius vero non per se ipsas. Etenim ratio hujus quidem secundum se ipsam, hujus vero quodam modo secundum accidens. Negatione enim et sublatione manifestat contrarium. Prima namque privatio, contrarium est: hæc autem alterius demptio est. (4) Sed quoniam contraria non sunt in eodem, scientia vero potentia, eo quod habet rationem, anima quoque motus principium habet; salubre quidem sanitatem solum facit, et calefactivum caliditatem, et frigeactivum frigiditatem, sciens vero ambo facit. Ratio enim amborum quidem est, non tamen similiter, etiam in anima, quæ motus principium habet; quare ambo profecto ex eodem movebit principio ad idem conjungens. Quare quæ secundum rationem potentia sunt, contraria iis faciunt, quæ absque ratione potentia sunt: uno namque principio continentur, ratione. (5) Manifestum autem est quod ipsius bene potentiam sequitur solius faciendi aut patiendi potentia: hanc vero illa non semper. Qui enim bene faciat, necesse est ut etiam faciat: qui vero solum facit, non necessario et bene facit.

CAP. III.

Εἰσὶ δὲ τινες οἱ φασιν, ὅτι οἱ Μεγαρικοί, ὅταν
 ἐνεργῇ μόνον δύνασθαι, ὅταν δὲ μὴ ἐνεργῇ οὐ δύνα-
 σθαι, ὅλον τὸν μὴ οἰκοδομοῦντα οὐ δύνασθαι οἰκοδο-
 μεῖν, ἀλλὰ τὸν οἰκοδομοῦντα ὅταν οἰκοδομῇ· ὁμοίως δὲ
 καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. Οἷς τὰ συμβαίνοντα ἀποπα οὐ
 40 χαλεπὸν ἰδεῖν. Δηλονότι γὰρ ὅτι οὗτ' οἰκοδόμος ἐστὶ
 ἐὰν μὴ οἰκοδομῇ· τὸ γὰρ οἰκοδόμῳ εἶναι τὸ δυνατῶν
 εἶναι ἐστὶν οἰκοδομεῖν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων
 τεχνῶν. (3) Εἰ οὖν ἀδύνατον τὰς τοιαύτας ἔχειν τέ-
 χνας μὴ μακρόχρονα ποτε καὶ λαθῶν, καὶ μὴ ἔχειν
 45 μὴ ἀποβαλόντα ποτέ (ἢ γὰρ λήθη ἢ πάθει τινὶ ἢ
 χρόνῳ· οὐ γὰρ δὴ τοῦ γε πράγματος φθαρέντος, αἰεὶ
 γὰρ ἐστὶν), ὅταν παύσῃται, οὐχ ἔξει τὴν τέχνην· πάλιν
 δ' εὐθὺς οἰκοδομήσει πῶς λαθῶν; Καὶ τὰ ἀψυχα δὴ
 ὁμοίως· οὔτε γὰρ ψυχρὸν οὔτε θερμὸν οὔτε γλυκὺ οὔτε
 50 δῶλα αἰσθητῶν οὐθὲν ἐστὶ μὴ αἰσθανομένων. Ὡστε
 τὸν Πρωταγόρου λόγον συμβήσεται λέγειν αὐτοῖς.
 (5) Ἀλλὰ μὴν αὐτῶν αἰσθησιν ἔξει οὐθὲν ἂν μὴ αἰσθά-

Sunt autem quidam, ut Megarici, qui dicunt tunc solum posse quum agat; quum vero non agat, non posse: utputa eum, qui non ædificat, ædificare non posse; sed ædificantem, quum ædificat: similiter quoque et de ceteris. Quibus quæ inconvenientia accidant, non est difficile videre. Patet namque, quod nec ædificator erit, si non ædificat. Ædificatorem enim esse, posse ædificare est. Similiter autem et de aliis artibus. (2) Si igitur impossibile est hujuscemodi artes habere, nisi quandoque didicerit et acceperit; et non habere, nisi amittat aliquando (aut enim oblivione, aut quadam passione, aut tempore: non enim verore corrupta: semper namque est): quum cessaverit, non habebit artem: rursus autem statim ædificabit, quomodo accepta arte? Et inanimata etiam similiter: nec enim frigidum, neque calidum, neque dulce, nec omnino ullum sensibile erit non sentientibus. Quare Protagoræ opinionem (res tum et tales esse, quum et quales percipiuntur) accidit eis dicere. (3) Atqui nec sensum aliquid habebit, si

νηται μηδ' ἐνεργῆ. Εἰ οὖν τυφλὸν τὸ μὴ ἔχον ὄψιν, πεφυκὸς δὲ καὶ ὅτε πέφυκε καὶ ἔτι ὄν, οἱ αὐτοὶ τυφλοὶ ἔσονται πολλάκις τῆς ἡμέρας καὶ κωφοί. (4) Ἐτι εἰ ἀδύνατον τὸ ἐστερημένον δυνάμει, τὸ μὴ γεγόμενον ἀδύνατον ἔσται γενέσθαι· τὸ δ' ἀδύνατον γενέσθαι ὁ λέγων ἢ εἶναι ἢ ἔσεσθαι ψεύσεται· τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦτο ἐστίμεινεν. Ὡστε οὗτοι οἱ λόγοι ἐξαιρουσί καὶ κίνησιν καὶ γένεσιν· αἱ γὰρ τότε ἐστηκὸς ἐστήζεται καὶ τὸ καθήμενον καθεδεῖται· οὐ γὰρ ἀναστήσεται ἂν καθέζεται· ἀδύνατον γὰρ ἔσται ἀναστῆναι ὃ γε μὴ δύναται ἀναστῆναι. (5) Εἰ οὖν μὴ ἐνδέχεται ταῦτα λέγειν, φανερόν ἐστι δυνάμεις καὶ ἐνέργειαι ἑτέρον ἐστίν· ἐκεῖνοι δ' οἱ λόγοι δυνάμιν καὶ ἐνέργειαν ταῦτο ποιοῦσιν, διὸ καὶ οὐ μικρὸν τι ζητοῦσιν ἀναιρεῖν. Ὡστ' ἐνδέχεται δύνατὸν μὲν τι εἶναι μὴ εἶναι δέ, καὶ δύνατὸν μὴ εἶναι εἶναι δέ, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων κατηγοριῶν δύνατὸν βαδίζειν ὃν μὴ βαδίζειν, καὶ μὴ βαδίζον δύνατὸν εἶναι βαδίζειν. (6) Ἐστὶ δὲ δυνατὸν τοῦτο, ὃ ἔάν ὑπάρῃ ἢ ἐνέργεια, οὐ λέγεται ἔχειν τὴν δύναμιν, οὐδὲν ἔσται ἀδύνατον. Λέγω δ' οἷον, εἰ δύνατὸν καθῆσθαι καὶ ἐνδέχεται καθῆσθαι, τοῦτω ἔάν ὑπάρῃ τὸ καθῆσθαι, οὐδὲν ἔσται ἀδύνατον· καὶ εἰ κινήσθαι τι ἢ κινῆσαι ἢ στήναι ἢ στήσαι ἢ εἶναι ἢ γίνεσθαι, ἢ μὴ εἶναι ἢ μὴ γίνεσθαι, ὁμοίως. (7) Ἐλήλυθε δ' ἡ ἐνέργεια τοῦνομα, ἢ πρὸς τὴν ἐντελέχειαν συντιθεμένη, καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα ἐκ τῶν κινήσεων μάλιστα· δοκεῖ γὰρ ἡ ἐνέργεια μάλιστα ἢ κίνησις εἶναι. Διὸ καὶ τοῖς μὴ οὔσιν οὐκ ἀποδίδοσιν τὸ κινεῖσθαι, ἄλλας δὲ τινὰς κατηγορίας, οἷον διανοητὰ καὶ ἐπιθυμητὰ εἶναι τὰ μὴ ὄντα, κινούμενα δ' οὐ. Τοῦτο δὲ ἐστι οὐκ ὄντα ἐνεργεῖα ἔσονται ἐνεργεῖα. Τῶν γὰρ μὴ ὄντων ἕνια δυνάμει ἐστίν· οὐκ ἐστὶ δέ, ἐτι οὐκ ἐντελεχεία ἐστίν.

non sentiat aut operetur. Si igitur cæcum est quod non habet visum, natura tamen aptum, et quando aptum, et item prout (ὡς) natura aptum est habere, iidem sapius in eodem die cæci et surdi erunt. (4) Item, si impossibile id est quod privatum est potentia, quod non fit, impossibile erit fieri : quod vero impossibile est fieri, qui dicit esse, aut futurum esse, mentietur. Impossibile enim hoc significabat. Unde illæ orationes et motum et generationem perimunt. Semper etenim, et quod stat, abet, et quod sedet, sedebit. Si enim sedet, non surget : impossibile namque erit surgere id quidem quod non potest surgere. (5) Quodsi non est possibile ista dicere, manifestum est quod potentia et actio aliud et aliud est : illæ vero orationes idem faciunt potentiam et actionem : propter quod non parvum quiddam quærunt perimere. Quare contingit possibile quidem esse quiddam, non esse autem, et possibile non esse, esse vero. Similiter in ceteris quoque prædicamentis, quicquam possibile ambulare, non ambulare ; et quum non ambulet, possibile esse ambulare. (6) Hoc autem possibile est, cui, si illius insit actio, cujus potentiam habere dicitur, nihil impossibile erit. Dico autem, ut si possibile sedere est, et sedere contingit, huic, si exstiterit ipsum sedere, nihil impossibile erit : et si moveri quicquam, aut movere, aut stare, aut sistere, aut esse, aut fieri, aut non esse, aut non fieri, similiter. (7) Nomen vero actionis (ἐνεργείας), qui ad actum (ἐντελέχειαν) tendit, venit etiam ad cetera, maxime ex motibus : videtur etenim maxime motus, actio esse. Quare non-entibus non attribunt ipsum moveri, sed alias quasdam prædicationes, utputa intelligibilia et desiderabilia esse ipsa non-entia, non autem moventia se esse : hoc autem, quia, quum non sint actione, erunt actione. Non-entium enim quardam potentia sunt : non sunt autem, quoniam actu non sunt.

CAP. IV.

Εἰ δ' ἐστὶ τὸ εἰρημένον δυνατὸν ἢ ἀκολουθεῖ, φανερόν ἐστι οὐκ ἐνδέχεται ἀληθὲς εἶναι τὸ εἰπεῖν ἐτι δυνατὸν μὲν τοδί, οὐκ ἔσται δέ· ὥστε τὰ ἀδύνατα εἶναι ταύτη διαπεύγειν· λέγω δὲ οἷον εἰ τις φαίη δυνατὸν τὴν διάμετρον μετρηθῆναι οὐ μέντοι μετρηθῆσεσθαι, [ὃ] μὴ λογιζόμενος τὸ ἀδύνατον εἶναι, ἐτι οὐδὲν κωλύει δυνατὸν τι ὄν εἶναι ἢ γενέσθαι, μὴ εἶναι [δὲ] μηδ' ἔσεσθαι. Ἀλλ' ἐκεῖνο ἀνάγκη ἐκ τῶν κειμένων, εἰ καὶ ὑποθίμεθα εἶναι ἢ γεγονέναι ὃ οὐκ ἐστὶ μὲν δυνατὸν δέ, ἐτι οὐδὲν ἔσται ἀδύνατον· συμβήσεται δέ γε, τὸ γὰρ μετρεῖσθαι ἀδύνατον. Οὐ γὰρ δὴ ἐστὶ ταῦτο τὸ τε ψεύδος καὶ τὸ ἀδύνατον· τὸ γὰρ σε ἐστά- ναι νῦν ψεύδος μὲν, οὐκ ἀδύνατον δέ. (2) Ἄμα δὲ ὁπλον καὶ ἐτι, εἰ τοῦ Α ὄντος ἀνάγκη τὸ Β εἶναι, καὶ δυνατοῦ ὄντος τοῦ Α εἶναι καὶ τὸ Β ἀνάγκη εἶναι δυνατὸν· εἰ γὰρ μὴ ἀνάγκη δυνατὸν εἶναι, οὐδὲν κωλύει μὴ εἶναι δυνατὸν εἶναι. Ἐστω δὲ τὸ Α δυνατὸν. Οὐκοῦν ἐτι τὸ Α δυνατὸν εἶη εἶναι, εἰ τελεῖται τὸ Α, οὐδὲν ἀδύνατον εἶναι συνέβαιεν· τὸ δὲ γε Β ἀνάγκη εἶναι. Ἀλλ' ἦν ἀδύνατον. Ἐστω δὲ ἀδύνατον. Εἰ δὲ ἀδύ-

Si autem possibile est, quod dictum est, quatenus sequitur, manifestum est quod non potest verum esse dicere, quod possibile quidem est hoc, non tamen erit : alioqui quænam impossibilia sint, hoc modo fugiat nos. Dico autem, ut si quis dicat posse diametrum commensurari, non tamen commensuratum iri, non cogitans quidnam impossibile sit : quia nihil prohibeat aliquid possibile existens aut esse, aut fieri, non esse, nec futurum esse : attamen ex iis quæ posita sunt, illud necessario sequitur, quia etiamsi supponamus esse, aut factum esse, quod non quidem est, possibile autem est, nihil erit impossibile. Atqui sic accidit : commensurari enim impossibile est. Enimvero non est idem falsum, et impossibile. Te namque nunc stare, falsum quidem, sed non impossibile est. (2) Simul autem manifestum est, quodsi α existente necesse est β esse, ita etiam α existente possibili esse, necesse est β quoque possibile esse. Nam si non est necesse possibile esse, nihil prohibet non esse possibile esse. Sit itaque α possibile. Quum igitur α possibile sit esse, si ponetur ipsum α , nihil impossibile esse accidit. At tum ipsum β necesse est esse : attamen impossibile erat. Sit igitur impossibile.

νατον (ἀνάγκη) εἶναι τὸ Β, ἀνάγκη καὶ τὸ Α εἶναι. Ἄλλ' ἦν ἄρα τὸ Α δυνατὸν καὶ τὸ Β ἄρα. Ἄν ἄρα ἦ τὸ Α δυνατὸν, καὶ τὸ Β ἔσται δυνατὸν, εἴπερ οὕτως εἶχον ὥστε τοῦ Α ὄντος ἀνάγκη εἶναι τὸ Β. Ἐὰν δὲ οὕτως ἐχόντων τοῦ Α Β μὴ ἦ δυνατὸν τὸ Β οὕτως, οὐδὲ τὸ Α Β ἔξει ὡς ἐτέθη· καὶ εἰ τοῦ Α δυνατοῦ ὄντος ἀνάγκη τὸ Β δυνατὸν εἶναι εἰ ἔστι τὸ Α, ἀνάγκη εἶναι καὶ τὸ Β. Τὸ γὰρ δυνατὸν εἶναι ἐξ ἀνάγκης τὸ Β εἶναι, εἰ τὸ Α δυνατὸν, τοῦτο σημαίνει, ἐὰν ἦ τὸ Α καὶ ὅτε καὶ ὡς ἦν δυνατὸν εἶναι, κάκεινο τότε καὶ οὕτως εἶναι ἀναγκαῖον.

Quodsi impossibile est esse β, necesse est etiam α esse. Sed erat α possibile : ergo etiam β. Si igitur α possibile sit, β etiam possibile erit : si ita quidem se habebant, ut α existente, necesse sit etiam β esse. Si itaque sic se habentibus α β, non ita possibile sit β, nec ipsum α β se habebit ut positum erat : et si α possibili existente, necesse est β possibile esse, si α est, necesse est β etiam esse. Possibile namque esse necessario β esse, si α possibile, hoc significat, si α sit, et quando, et sicuti erat possibile esse, illud quoque tunc et ita necesse est esse.

CAP. V.

Ἄπασι δὲ τῶν δυνάμεων οὐσῶν τῶν μὲν συγγενῶν ὅσον τῶν αἰσθήσεων, τῶν δὲ ἔθει ὅσον τῆς τοῦ αὐλεῖν, τῶν δὲ μαθήσει ὅσον τῆς τῶν τεχνῶν, τὰς μὲν ἀνάγκη προενεργήσαντας ἔχειν δεῖν εἶναι καὶ λόγῳ, τὰς δὲ μὴ τοιαύτας καὶ τὰς ἐπὶ τοῦ πάσχειν οὐκ ἀνάγκη. (2) Ἐπεὶ δὲ τὸ δυνατὸν τι δυνατὸν καὶ ποτὲ καὶ πῶς καὶ δεῖ ἀλλὰ ἀνάγκη προσεῖναι ἐν τῷ διορισμῷ, καὶ τὰ μὲν κατὰ λόγον δύναται κινεῖν καὶ αἱ δυνάμεις αὐτῶν μετὰ λόγου, τὰ δ' ἄλογα καὶ αἱ δυνάμεις ἄλογοι, κακείνας μὲν ἀνάγκη ἐν ἐπιπόνοι εἶναι ταύτας δ' ἐν ἀμφοῖν· τὰς μὲν τοιαύτας δυνάμεις ἀνάγκη, δεῖν ὡς δύνανται τὸ ποιητικὸν καὶ τὸ παθητικὸν πλησιάζουσι, τὸ μὲν ποιεῖν τὸ δὲ πάσχειν, ἐκείνας δ' οὐκ ἀνάγκη αὐταὶ μὲν γὰρ πᾶσαι μία ἐνὸς ποιητικῆς, ἐκείναι δὲ τῶν ἐναντιῶν, ὥστε ἅμα ποιήσει τάναντία· τοῦτο δὲ ἀδύνατον. (3) Ἀνάγκη ἄρα ἑτερόν τι εἶναι τὸ κύριον· λέγω δὲ τοῦτο ὁρεῖν ἢ προαίρειν. Ὅποτέρου γὰρ ἂν ὀρέγηται κυρίως, τοῦτο ποιήσει, δεῖν ὡς δύναται ὑπάρχει καὶ πλησιάζει τῷ παθητικῷ. (4) Ὡστε τὸ δυνατὸν κατὰ λόγον ἅπαν ἀνάγκη, δεῖν ὀρέγηται, οὐ τ' ἔχει τὴν δύναμιν καὶ ὡς ἔχει, τοῦτο ποιεῖν. Ἐχει δὲ παρόντος τοῦ παθητικοῦ καὶ ὡδὲ ἔχοντος ποιεῖν. Εἰ δὲ μὴ, ποιεῖν οὐ δύνησεται. Τὸ γὰρ μηθενὸς τῶν ἐξω κωλύοντος προσδιορίζεσθαι οὐθὲν ἐτι δεῖ τὴν γὰρ δύναμιν ἔχει ὡς ἔστι δύναμις τοῦ ποιεῖν, ἔστι δ' οὐ πάντως ἀλλ' ἐχόντων πῶς, ἐν οἷς ἀφορισθήσεται καὶ τὰ ἐξω κωλύοντα· ἀφαιρεῖται γὰρ ταῦτα τῶν ἐν τῷ διορισμῷ προσόντων ἕνια. (5) Διὸ οὐδὲ ἂν ἅμα βούληται ἢ ἐπιθυμῆ ποιεῖν δύο ἢ τάναντία, οὐ ποιήσει· οὐ γὰρ οὕτως ἔχει αὐτῶν τὴν δύναμιν οὐδ' ἔστι τοῦ ἅμα ποιεῖν ἢ δυνάμεις, ἐπεὶ ὧν ἔστιν οὕτως ποιήσει.

Quum autem omnium potentiarum, quædam natura nobis insitæ sint, ut sensuum, quædam consuetudine, ut tibiis canendi, quædam doctrina, ut artium : has quidem necesse est eos qui primo operati sunt, habere, quæcumque scilicet consuetudine et ratione : quæcumque vero non tales, sed patiendi potentia sunt, non est necesse. (2) Quoniam vero quod potest, aliquid potest, et aliquando, et aliquo modo, et quæcumque alia necesse est adesse in definitione, et quædam quidem ratione possunt movere, et potentia eorum cum ratione, quædam vero irrationalia, et potentia irrationalia; et illas quidem necesse est in animato esse, has vero in ambobus : hujuscemodi quidem potentias necesse est, quum quoad possint activum et passivum approximent, hoc quidem faciat, illud vero patiat; illas vero non est necesse : hæ enim omnes, una unius factiva, illæ vero contrariorum : quare simul facient contraria. Hoc vero impossibile est. (3) Necesse est igitur, aliud quiddam esse, quod dominetur. Dico enim, sive appetitum, sive electionem. Quodcumque enim appetat principaliter, hoc faciet, quum quoad possit, adsit et proximet passivo. (4) Quare omne secundum rationem potens, necesse est ut, quum appetat id, cujus potentiam habet, et uti habet, hoc faciat. Habet autem passivo præsentem, et sic se habente, facere : sin minus, facere non poterit. Nam illud, nullo extrinsecus prohibente, nihil jam opus est adjicere : potentiam enim habet sic ut est potestas faciendi; est autem non quomodocumque, sed aliquo modo se habentibus, in quibus separabuntur etiam extrinsecus prohibentia. Removentur enim hoc eorum quædam quæ in definitione adsunt. (5) Quare nec si simul velit, aut desideret duo, aut contraria, facere, faciet : non enim ita potentiam eorum habet, nec est potentia simul faciendi : at quorum est, hæc ita ut est potentia faciet.

CAP. VI.

Ἐπεὶ δὲ περὶ τῆς κατὰ κίνησιν λεγομένης δυνάμεως εἴρηται, περὶ ἐνεργείας διορισώμεν τί τέ ἐστιν ἢ ἐνεργεια καὶ ποῖόν τι. Καὶ γὰρ τὸ δυνατὸν ἅμα δῆλον ἔσται διαιροῦσιν, ὅτι οὐ μόνον τοῦτο λέγομεν δυνατὸν δὲ πέφυκε κινεῖν ἄλλο ἢ κινεῖσθαι ὑπ' ἄλλου, ἢ ἀπλῶς ἢ τὸν τρόπον τινὰ, ἀλλὰ καὶ ἑτέρως. Διὸ ζητοῦντες καὶ περὶ τούτων διήλομεν. (2) Ἐστὶ δ' ἢ ἐνεργεια τὸ ὑπάρχειν τὸ πρᾶγμα, μὴ οὕτως ὡς περὶ λέγομεν δυνάμει

Quum autem de potentia, quæ secundum motum dicitur, dictum sit, de actu determinemus, quidnam actus, et quale quid sit. Etenim possibile quoque simul manifestum erit, si dividerimus, quod non solum hoc dicimus possibile, quod natura aptum sit aliud movere, aut moveri ab alio, aut simpliciter, aut quodam modo, sed etiam aliter. Propter quod inquirentes de his etiam tractavimus. (2) Est autem actus id quod rem existere, non ita quemadmodum dicimus potestate (dicimus autem pote-

(λέγομεν δὲ δυνάμει ὅσον ἐν τῷ ξύλῳ Ἐρμῆν καὶ ἐν τῇ δλητῆν ἡμίσειαν, ὅτι ἀφαιρεθείη ἄν, καὶ ἐπιστήμονα καὶ τὸν μὴ θεωροῦντα, ἂν δυνατὸς ᾗ θεωρῆσαι), τὸ δ' ἐνεργεία. (3) Δῆλον δ' ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα τῇ ἐπαγωγῇ δ βουλόμεθα λέγειν, καὶ οὐ δεῖ παντὸς ὄρον ζητεῖν ἀλλὰ καὶ τὸ ἀνάλογον συνορᾶν, ὅτι ὡς τὸ οἰκοδομοῦν πρὸς τὸ οἰκοδομικόν, καὶ τὸ ἐργηγορὸς πρὸς τὸ καθεῦδον, καὶ τὸ δρῶν πρὸς τὸ μῦον μὲν ὄψιν δὲ ἔχον, καὶ τὸ ἀποκεκριμένον ἐκ τῆς ὕλης πρὸς τὴν ὕλην, καὶ τὸ ἀπειρασμαίνον πρὸς τὸ ἀνέργαστον. Ταύτης δὲ τῆς διαφορᾶς θατέρω μορίῳ ἔστω ἡ ἐνεργεία ἀφωρισμένη, θατέρω δὲ τὸ δυνατόν. (4) Λέγεται δὲ ἐνεργεία οὐ πάντα ὁμοίως, ἀλλ' ἢ τῷ ἀνάλογον, ὡς τοῦτο ἐν τούτῳ ἢ πρὸς τοῦτο, τόδ' ἐν τῷδε ἢ πρὸς τόδε· τὰ μὲν γὰρ ὡς κινήσεις πρὸς δυνάμιν, τὰ δ' ὡς οὐσία πρὸς τινα ὕλην. Ἄλλως δὲ τὸ ἀπειρον καὶ τὸ κενὸν καὶ ὅσα τοιαῦτα λέγεται δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ πολλοῖς τῶν ὄντων, ὅσον τῶν δρῶντι καὶ βαδίζοντι καὶ ὁρῶμένῳ. (5) Ταῦτα μὲν γὰρ ἐνδέχεται καὶ ἀπλῶς ἀληθευεσθαι ποτε· τὸ μὲν γὰρ ὁρῶμενον ὅτι δρᾶται, τὸ δ' ὅτι ἐρᾶσθαι δυνατόν· τὸ δ' ἀπειρον οὐχ οὕτω δυνάμει ἐστὶν ὡς ἐνεργείᾳ ἐσόμενον χωριστόν, ἀλλὰ γινώσκει. Τὸ γὰρ μὴ ὑπολείπειν τὴν διαίρεσιν ἀποδοῖσαι τὸ εἶναι δυνάμει ταύτην τὴν ἐνεργείαν, τῷ δὲ χωρίζεσθαι οὐ.

6. Ἐπεὶ δὲ τῶν πράξεων ὧν ἐστὶ πέρασ οὐδεμία τέλος ἀλλὰ τῶν περὶ τὸ τέλος, ὅσον τοῦ ἰσχυαίνεσθαι ἡ ἰσχυασία αὐτό, αὐτὰ δὲ ὅταν ἰσχυαίνῃ οὕτως ἐστὶν ἐν κινήσει, μὴ ὑπάργοντα ὧν ἕνεκα ἡ κινήσεις, οὐκ ἐστὶ ταῦτα πράξις ἢ οὐ τελεία γε· οὐ γὰρ τέλος, ἀλλ' ἐκείνη ἐνυπάρχει τὸ τέλος καὶ ἡ πράξις. Ὅσον δρᾶν, ἀλλὰ καὶ φρονεῖ καὶ νοεῖ καὶ νενοήκεν· ἀλλ' οὐ μανθάνει καὶ μεμαθήκεν, οὐδ' ὑγιαίνει καὶ ὑγιαίνει. Εὖ ζῆ καὶ εὖ ἔζηκεν· ἀλλὰ καὶ εὐδαιμονεῖ καὶ εὐδαιμόνηκεν. Εἰ δὲ μή, ἔδει ἂν ποτε παύεσθαι, ὥσπερ ὅταν ἰσχυαίνῃ.

Νῦν δ' οὐ, ἀλλὰ ζῆ καὶ ἔζηκεν. (7) Τούτων δὲ τὰς μὲν κινήσεις λέγων, τὰς δ' ἐνεργείας. Πᾶσα γὰρ κινήσεις ἀτελής, ἰσχυασία, μάθησις, βάδισις, οἰκοδόμησις· αὐταὶ δὲ κινήσεις, καὶ ἀτελεῖς γε. Οὐ γὰρ ἅμα βαδίζει καὶ βεβάδικεν, οὐδ' οἰκοδομεῖ καὶ ἠκοδόμηκεν, οὐδὲ γίνεσθαι καὶ γέγονεν, ἢ κινεῖται καὶ κεκίνηκεν· ἀλλ' ἕτερον καὶ κινεῖ καὶ κεκίνηκεν. Ἐώρακε δὲ καὶ δρᾶ ἅμα τὸ αὐτό, καὶ νοεῖ καὶ νενοήκεν. Τὴν μὲν οὖν τοιαύτην ἐνεργείαν λέγω, ἐκείνην δὲ κινήσιν. Τὸ μὲν οὖν ἐνεργεία τί τέ ἐστι καὶ ποῖον, ἐκ τούτων καὶ τῶν τοιοῦτων ὅτλον ἡμῖν ἐστὶν.

CAP. VII.

Πότε δὲ δυνάμει ἐστὶν ἕκαστον καὶ πότε οὐ, διοριστέον· οὐ γὰρ ὁποιοῦν. Ὅσον ἡ γῆ ἄρ' ἐστὶν ἀνθρώπος δυνάμει; ἢ οὐ, ἀλλὰ μάλλον ὅταν ἤδη γένηται σπέρμα; καὶ οὐδὲ τότε ἴσως, ὥσπερ (οὖν) οὐδὲ ὑπὸ ἰατρικῆς ἅπαν ἂν ὑγιασθεῖ οὐδ' ἀπὸ τύχης, ἀλλ' ἐστὶ τι δὲ δυνατόν ἐστι, καὶ τοῦτ' ἐστὶν ὑγιαίνον δυνάμει.

(2) Ὅρος δὲ τοῦ μὲν ἀπὸ διανοίας ἐντελεχείᾳ γιγνομένου

state, ut in ligno Mercurium, et in tota dimidiam, eo quod auferri possit : et scientem etiam illum, qui non speculatur, modo speculari possit), sed actu. (3) Manifestum autem quod dicere volumus, per inductionem in singularibus erit, et non oportet omnium definitionem quaerere, sed etiam quod proportionale est, conspicere : quod ut aedificans ad aedificativum, et vigilans ad dormiens, et videns ad connivens, habens tamen visum, et segregatum a materia ad materiam, et elaboratum ad inelaboratum : hujus autem differentiae alteri parti actus applicatus sit, alteri vero possibile. (4) Dicuntur autem actu non omnia similiter, sed proportionaliter, ut hoc in hoc, aut ad hoc; illud in illo, aut ad illud. Quaedam enim, ut motus ad potentiam; quaedam, ut substantia ad aliquam materiam. Aliter autem infinitum, et vacuum, et quaecumque hujusmodi, quam pleraque entium potentia et actu dicuntur, ut quam videns, ambulans, et visum. (5) Etenim haec quidem contingunt etiam simpliciter quandoque vera esse. Visum enim, hoc quidem, quoniam videtur, hoc vero quoniam videri possibile est. Infinitum vero, non ita potentia est, ut actu futurum separatum, sed cognitione. Etenim eo quod divisionem non relinquit (*in infinitum dividitur*) fit ut hic actus in potentia cernatur, nunquam vero per se et separatus.

6. Quomodo vero nulla earum actionum quarum est aliquod extremum, finis sit, sed ex eorum genere quae circa finem versantur : velut emaciandi ipse finis est emaciatio; ipsa vero quomodo emaciant, ita sunt in motu, quippe quae non sint ea quorum gratia motus fit : haec non sunt actio, aut certe non perfecta : nec enim ea finis est, sed illa, qua inest finis, etiam actio est : veluti videt et vidit, sapit et sapuit, intelligit atque intellexit : sed non discit et didicit, neque sanatur et sanatus est. Bene vivit et bene vixit simul, et beate vivit et beate vixit. Sin minus, oporteret aliquando cessare, sicuti quomodo emaciat; nunc vero non, sed vivit et vixit. (7) Harum igitur quaedam Motus dicendae, quaedam Actus. Omnis enim motus imperfectus est, emaciatio, disciplina, ambulatio, aedificatio. Haec sane sunt Motus, et quidem imperfecti; non enim simul ambulat et ambulavit, neque aedificat et aedificavit, neque fit et factus est, aut movet et movit; sed aliud et movet et movit. At simul idem et vidit et videt, et intelligit et intellexit. Talem igitur actionem, Actum dico, illam vero, Motum. Quidnam igitur, et quale quid sit, quod actu est, ex his et hujusmodi manifestum nobis sit.

Quando autem potentia unumquodque est, et quando non, determinandum est. Non enim quandocumque : ut puta, terrane homo est potentia? aut non, sed magis quomodo jam fuerit sperma? nec tunc adhuc fortassis : quemadmodum nec a medicina quodcumque utique sanetur, nec a fortuna, sed aliquid est quod possibile est : et hoc est potentia sanum. (2) Determinatio vero ejus quod potentia ens est,

ἐκ τοῦ δυνάμει ὄντος, ὅταν βουληθέντος γίγνηται μηθενὸς κωλύοντος τῶν ἐκτός, ἐκεῖ δ' ἐν τῷ ὑγιαζομένῳ, ὅταν μηθὲν κωλύη τῶν ἐν αὐτῷ. Ὅμοίως δὲ δυνάμει καὶ οἰκία, εἰ μηθὲν κωλύει τῶν ἐν τούτῳ καὶ τῇ ὕλῃ τοῦ
 5 γίγνεσθαι οἰκίαν, οὐδ' ἔστιν ὁ δεῖ προσγενέσθαι ἢ ἀπογενέσθαι ἢ μεταβαλεῖν, τοῦτο δυνάμει οἰκία. (3) Καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὡσαύτως, ὅσων ἔξωθεν ἡ ἀρχὴ τῆς γενέσεως, καὶ ὅσων δὴ ἐν αὐτῷ τῷ ἔχοντι, ὅσα μηθενὸς τῶν ἔξωθεν ἐμποδίζοντος ἔσται δι' αὐτοῦ.
 10 Ὅσον τὸ σπέρμα οὐπω δεῖ γὰρ ἐν ἄλλῳ καὶ μεταβάλλειν. Ὅταν δ' ἤδη διὰ τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς ἢ τοιοῦτον, ἤδη τοῦτο δυνάμει· ἐκεῖνο δὲ ἐτέρας ἀρχῆς δεῖται, ὡσπερ ἡ γῆ οὐπω ἀνδριάς δυνάμει· μεταβάλλουσα γὰρ ἔσται χαλκός.
 (4) Ἔοικε δὲ ὁ λέγομεν εἶναι οὐ τότε ἀλλ' ἐκείνινον, οἷον
 15 τὸ κιθώτιον οὐ ξύλον ἀλλὰ ξύλινον, οὐδὲ τὸ ξύλον γῆ ἀλλὰ γῆτινον, πάλιν ἡ γῆ εἰ οὕτως μὴ ἄλλο ἀλλ' ἐκείνινον, αἶε ἐκεῖνο δυνάμει ἀπλῶς τὸ ὑπερόν ἐστιν. Οἷον τὸ κιθώτιον οὐ γῆτινον οὐδὲ γῆ, ἀλλὰ ξύλινον· τοῦτο γὰρ δυνάμει κιθώτιον καὶ ὕλη κιθωτίου αὕτη, ἀπλῶς μὲν τοῦ ἀπλῶς, τοῦδὲ δὲ τοδὲ τὸ ξύλον. (5) Εἰ δὲ τί ἐστὶ πρῶτον, ὁ μηχανεῖ κατ' ἄλλο λέγεται ἐκείνινον, τοῦτο πρῶτῃ ὕλῃ· οἷον εἰ ἡ γῆ ἀερίνη, ὁ δ' ἀήρ μὴ πῦρ ἀλλὰ πύρινος, τὸ πῦρ ὕλη πρῶτῃ ὡς τότε τι καὶ οὐσία. Τούτῳ γὰρ διαφέρει τὸ καθόλου καὶ τὸ ὑποκείμενον τῷ
 25 εἶναι τότε τι ἢ μὴ εἶναι· οἷον τοῖς πάθει τὸ ὑποκείμενον ἄνθρωπος καὶ σῶμα καὶ ψυχὴ, πάθος δὲ τὸ μουσικὸν καὶ λευκόν, λέγεται δὲ τῆς μουσικῆς ἐγγενομένης ἐκεῖνο οὐ μουσικὴ ἀλλὰ μουσικόν, καὶ οὐ λευκότης ὁ ἄνθρωπος ἀλλὰ λευκόν, οὐδὲ βάλισαι ἢ κίνησις ἀλλὰ βαλίζον ἢ κινούμενον, ὡς τὸ ἐκείνινον. (6) Ὅσα μὲν οὖν οὕτως, τὸ ἔσχατον οὐσία· ὅσα δὲ μὴ οὕτως ἀλλ' εἰδός τι καὶ τότε τι τὸ κατηγορούμενον, τὸ ἔσχατον ὕλη καὶ οὐσία ὕλική. Καὶ ὁρθῶς δὴ συμβαίνει τὸ ἐκείνινον λέγεσθαι κατὰ τὴν ὕλην καὶ τὰ πάθη· ἄμφω γὰρ ἀόριστα.
 35 Πότε μὲν οὖν λεκτέον δυνάμει καὶ πότε οὐ, εἴρηται.

CAP. VIII.

Ἐπεὶ δὲ τὸ πρότερον διώρισται ποσαχῶς λέγεται, φανερόν ἐστι πρότερον ἐνέργεια δυνάμει ἔστιν. Λέγω δὲ δυνάμει οὐ μόνον τῆς ὀρισμένης ἢ λέγεται ἀρχὴ
 40 μεταβλητικῆ ἐν ἄλλῳ ἢ ἄλλο, ἀλλ' ὅπως πάσης ἀρχῆς κινητικῆς ἢ στατικῆς. Καὶ γὰρ ἡ φύσις ἐν ταύτῳ [γίγνεται· ἐν ταύτῳ γὰρ] γένει τῇ δυνάμει ἀρχῆ γὰρ κινητικῆ, ἀλλ' οὐκ ἐν ἄλλῳ ἀλλ' ἐν αὐτῷ ἢ αὐτό.
 (2) Πάσης δὴ τῆς τοιαύτης προτέρα ἐστὶν ἡ ἐνέργεια
 45 καὶ λόγῳ καὶ τῇ οὐσίᾳ· χρόνῳ δ' ἔστι μὲν ὡς, ἔστι δ' ὡς οὐ. Τῷ λόγῳ μὲν οὖν ἐστι προτέρα, ὅλον· τῷ γὰρ ἐνδέχεσθαι ἐνεργῆσαι δυνατόν ἐστι τὸ πρῶτως δυνατόν, οἷον λέγω οἰκοδομικόν τὸ δυνάμενον οἰκοδομεῖν, καὶ δρατικὸν τὸ ὄραν, καὶ ὄρατόν τὸ δυνατὸν ὄρασθαι.
 50 Ὅ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὥστ' ἀνάγκη τὸν λόγον προὔπαρχειν καὶ τὴν γνώσιν τῆς γνώσεως.
 (3) Τῷ δὲ χρόνῳ πρότερον ὦδε· τὸ τῆ εἶδει τὸ αὐτό

quum a mente actu fit, est, quando quod vult fiat, nullo eorum quæ extrinsecus sunt, prohibente: ibi autem in ea qui sanatur, est, quum nihil eorum quæ in eo sunt, prohibeat. Similiter autem et domus potentiâ, si nihil eorum quæ in ea re et in materia sunt, ut domus fiat, prohibeat, nec est, quod aut addatur, aut tollatur, aut mutetur, hoc est potentiâ domus. (3) Similiter etiam de ceteris, quorum extrinsecus generationis principium, et quorum in habente ipso, quæcumque nullo exteriori prohibente per se ipsa erunt: quale sperma nondum est. Oportet namque in alio esse, et transmutari. Quum autem jam per suum principium tale fuerit, hoc jam potentiâ est; illud vero altero principio indiget. Quemadmodum terra, nondum est potentiâ statua: transmutata namque, æs erit. (4) Videtur autem esse, quod dicimus, non hoc (ἐκεῖνο), sed ex hoc (ἐκείνινον): ut arca, non lignum, sed lignea; neque lignum terra, sed terreum; rursus terra, si sic, non aliud, sed ἐκείνινον, semper ipsum potentiâ, simpliciter posterius est: ut arca, neque terrea, neque terra, sed lignea: hoc enim potentiâ arca, et materia arcæ hæc, simpliciter quidem ejus quod simpliciter est; hujus autem, hoc lignum. (5) Quodsi est aliquid primum, quod non secundum aliud dicitur ἐκείνινον, hoc prima materia: ut puta, si terra aerea, aer vero non ignis, sed igneus, ignis prima materia est, tanquam hoc quid, et substantia. Hæc enim universale et subjectum differt, eo quod est hoc quid esse, aut non esse: utputa, quod subjicitur passionibus, homo, corpus, et anima; passio vero musicum et album. Dicitur autem musica adveniente illud non musica, sed musicum; et homo, non albedo, sed album; nec ambulatio, neque motus, sed ambulans, aut motum, utpote ἐκείνινον. (6) Quæcumque igitur ita, ultimum substantia est: quæcumque autem non ita, sed species aliqua, et hoc quid est, quod prædicatur, ultimum materia, et substantia materialis est. Et recte sane accidit, ἐκείνινον dici secundum materiam, et passiones: ambo enim indeterminata sunt. Quando igitur dicendum est potentiâ, et quando non, dictum est.

Quoniam autem quot modis dicatur prius, determinatum est, manifestum est quod actus prius potentiâ est. Dico autem non solum illa potentia determinata, quæ dicitur principium transmutatorium in alio, prout aliud est, sed prorsus omni motivo aut statorio principio. Etenim natura in eodem est genere cum ipsa potentia. Principium enim motivum est, non tamen in alio, sed in ipso prout ipsum. (2) Omni itaque tali prior est actus, et ratione et substantia: tempore vero quodam modo quidem est, quodam modo vero non. Quod autem ratione prior, patet: potens enim est, quod primo potest, propterea quod contingit operari: utputa ædificativum, quod potest ædificare; et visivum, quod potest videre; et visibile, quod potest videri. Eadem autem de ceteris quoque ratio est: quare necesse est ut ratio præcedat, et notitia notitiam. (3) Tempore autem prius, sic, quod idem specie

ἐνεργῶν πρότερον, ἀριθμῶ δ' οὐ. Λέγω δὲ τοῦτο διὰ τοῦδε μὲν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ ἤδη ὄντος κατ' ἐνέργειαν καὶ τοῦ σίτου καὶ τοῦ ὀρώντος πρότερον τῷ χρόνῳ ἢ ὕλῃ καὶ τῷ σπέρματι καὶ τῷ δραστικῷ, ἃ δυνάμει μὲν ἔστιν ἄνθρωπος καὶ σίτος καὶ ὀρών, ἐνεργεῖα δ' οὐπω. Ἄλλὰ τούτων πρότερα τῷ χρόνῳ ἕτερα ὄντα ἐνεργεῖα, ἐξ ὧν ταῦτα ἐγένετο· αἶψα γὰρ ἐκ τοῦ δυνάμει ὄντος γίγνεται τὸ ἐνεργεῖα ὄν ὑπὸ ἐνεργεῖα ὄντος, ὡς ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου, μουσικός ὑπὸ μουσικοῦ, αἶψα κινουῦντός τιςος πρῶτον· τὸ δὲ κινουῦν ἐνεργεῖα ἤδη ἔστιν. (4) Εἰρηται δ' ἐν τοῖς περὶ τῆς οὐσίας λόγοις διὰ πάντων τὸ γινόμενον γίγνεται ἐκ τίνος τι καὶ ὑπὸ τίνος, καὶ τοῦτο τῷ εἶδει τὸ αὐτό. Διὰ καὶ δοκεῖ ἀδύνατον εἶναι οἰκοδομητὸν εἶναι μὴ οἰκοδομήσαντα μηθὲν ἢ κιθαριστὴν μηθὲν κιθαρίσσαντα· ὁ γὰρ μανθάνων κιθαρίζειν κιθαρίζων μανθάνει κιθαρίζειν, ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄλλοι. (5) Ὅθεν ὁ σοφιστικὸς ἐλεγχὸς ἐγένετο διὰ οὐκ ἔχων τις τὴν ἐπιστήμην ποιήσει οὐδ' ἐπιστήμη· ὁ γὰρ μανθάνων οὐκ ἔχει. Ἄλλὰ διὰ τὸ τοῦ γινόμενου γεγενῆσθαι τι καὶ τοῦ ὄντος κινουμένου κεινησθαι τι (δῆλον δ' ἐν τοῖς Περὶ κινήσεως τοῦτο) καὶ τὸν μανθάνοντα ἀνάγκη ἔχειν τι τῆς ἐπιστήμης ἴσως. (6) Ἄλλ' οὖν καὶ ταύτη γε δῆλον διὰ τὴν ἐνέργειαν καὶ οὕτως προτέρα τῆς δυνάμεως κατὰ γενέσθαι καὶ χρόνον. Ἄλλὰ μὴν καὶ οὐσία γε, πρῶτον μὲν διὰ τὴν γενέσει ὕστερα τῷ εἶδει καὶ τῇ οὐσίᾳ πρότερα, ὡς ἀνὴρ παιδὸς καὶ ἄνθρωπος σπέρματος· τὸ μὲν γὰρ ἤδη ἔχει τὸ εἶδος, τὸ δ' οὐ· (7) καὶ διὰ πάντων ἐπ' ἀρχὴν βαδίζει τὸ γινόμενον καὶ τέλος· ἀρχὴ γὰρ τὸ οὐ ἔνεκα, τοῦ τέλους δ' ἔνεκα ἢ γενέσθαι. Τέλος δ' ἢ ἐνέργεια, καὶ τούτου χάριν ἢ δυνάμει λαμβάνεται· οὐ γὰρ ἵνα ὄψιν ἔχωσιν ὀρώσι τὰ ζῶα, ἀλλ' ὅπως ὀρώσιν ὄψιν ἔχωσιν. Ὅμοίως δὲ καὶ οἰκοδομητὴν ἵνα οἰκοδομήσῃ, καὶ τὴν θεωρητικὴν ἵνα θεωρῶσιν· ἀλλ' οὐ θεωροῦσιν ἵνα θεωρητικὴν ἔχωσιν, εἰ μὴ οἱ μελετῶντες· οὗτοι δ' οὐχὶ θεωροῦσιν ἀλλ' ἢ ὠδὴ ἢ ὄντι οὐθὲν δέονται θεωρεῖν. (8) Ἐτι ἢ ὕλη ἔστι δυνάμει, διὰ ἔλθοι ἂν εἰς τὸ εἶδος· δταν δὲ γ' ἐνεργεῖα ἢ, τότε ἐν τῷ εἶδει ἔστιν. Ὅμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων καὶ ὧν κινήσεις τὸ τέλος. Διὰ ὡςπερ οἱ διδάσκοντες ἐνεργῶντα ἐπιδείξαντες οἰκται τὸ τέλος ἀποδεδοκέναι, καὶ ἢ φύσις ὁμοίως. Εἰ γὰρ μὴ οὕτως γίγνεται, ὁ Πάυσανος ἔσται Ἑρμῆς· ἀδελφὸς γὰρ καὶ ἢ ἐπιστήμη εἰ ἔσω ἢ ἔξω, ὡςπερ κάκεινος· τὸ γὰρ ἔργον τέλος, ἢ δὲ ἐνέργεια τὸ ἔργον. Διὰ καὶ τούνομα ἐνέργεια λέγεται κατὰ τὸ ἔργον, καὶ συντείνει πρὸς τὴν ἐντελέχειαν. (9) Ἐπεὶ δ' ἔστι τῶν μὲν ἔσχατον ἢ χρήσις, ὡς ὄψεως ἢ δραστικῆς, καὶ οὐθὲν γίγνεται παρὰ ταύτην ἕτερον ἀπὸ τῆς ὄψεως ἔργον, ἀπ' ἐνίων δὲ γίγνεται τι, ὡς ἀπὸ τῆς οἰκοδομητικῆς οἰκία παρὰ τὴν οἰκοδομησιν, ὅμως οὐθὲν ἕτερον ἔνθα μὲν τέλος ἔνθα δὲ μᾶλλον τέλος τῆς δυνάμεως ἔστιν. Ἡ γὰρ οἰκοδομησιν ἐν τῷ οἰκοδομουμένῳ, καὶ ἅμα γίγνεται καὶ ἔστι τῇ οἰκίᾳ. Ὅσων μὲν οὖν ἕτερον τί ἐστι παρὰ τὴν χρῆσιν τὸ γινόμενον, τούτων μὲν ἢ ἐνέργεια ἐν τῷ ποιουμένῳ ἔστιν, ὡς ἢ τε οἰκοδομη-

agit prius, numero vero non. Dico autem hoc, quod eo quidem homine, qui actu jam est, et frumento, et vidente, prior tempore est materia, et sperma, et visivum, quæ potentiâ quidem homo, et frumentum et videns sunt, actu vero nondum. Sed his alia tempore priora actu existentia, e quibus hæc facta fuerunt. Semper etenim, ex eo quod potentiâ est, fit actu ens ab actu existente, ut homo ex homine, musicus ex musico, semper aliquo primo movente : movens autem, actu jam est. (4) Dictum autem est in sermonibus de substantia habitis, quod omne, quod fit, ex aliquo, aliquid, et ab aliquo fit : et hoc specie idem. Quare videtur impossibile, esse ædificatorem, qui nihil ædificaverit, aut citharædum, qui nihil citharizaverit. Qui enim discit citharizare, citharizando discit citharizare. Similiter etiam qui sunt alii. (5) Unde sophistica argumentatio oriebatur, quod aliquis non habens scientiam, faciet id cuius est scientia. Qui namque discit, non habet. Sed quoniam ejus, quod fit, aliquid factum est, et ejus quod aliquo modo movetur, aliquid motum est (hoc autem in iis, ubi De motu egimus, perspicue ostensum est), discentem quoque necesse fortasse est, aliquid scientiæ habere. (6) At ex hoc quoque patet quod actus prior potentiâ, et generatione, et tempore est. At vero substantiâ etiam, primo quidem, quia quæ generatione posteriora, specie et substantia priora sunt : ut vir puero, et homo spermate. Illud enim jam habet speciem, hoc vero non. (7) Et quoniam omne quod fit, ad principium et finem progreditur : etenim cuius causa, principium est : generatio vero finis gratia : finis vero, actus : et hujus gratia, potentia sumitur. Non enim ut visum habeant, animalia vident ; sed ut videant, visum habent. Similiter etiam ædificativam, ut ædificent ; et speculativam, ut speculentur : nec ut speculativam habeant, speculantur, nisi qui exercitantur. Hi vero non speculantur, sed aut sic, aut quia non indigent [?] speculari. (8) Item materia est potentiâ, quia progredi potest ad speciem : quum vero actu, tunc in specie est. Similiter etiam de ceteris, et quorum motio finis. Quare quemadmodum docentes, quum discipulum ostendant actu operantem, putant imposuisse finem, similiter etiam natura. Si enim non ita fit, erit Mercurius Pausonius (*lapidi pellucido artificiose inclusus*). Non enim erit manifestum, an intra, vel extra sit scientia, quemadmodum etiam ille. Opus enim finis : operatio vero, opus. Unde nomen operatio dicitur ab opere, et tendit ad perfectionem. (9) Quum autem quorundam quidem ultimum sit usus, ut visus visio, et nihil præter hanc aliud a visu fiat opus ; a quibusdam vero fiat aliud, ut ab ædificativa domus præter ædificationem : nihilominus tamen illic quidem finis, hic vero magis finis potentiæ est. Ædificatio namque in ædificato est, atque simul et fit, et est cum domo. Quorumcumque itaque aliud quiddam præter usum est id quod fit, horum actus in eo quod fit, est : ut ædificatio in eo

σις ἐν τῷ οἰκοδομουμένῳ καὶ ἡ ὕφανσις ἐν τῷ ὕφανο-
 μένῳ, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, καὶ ὄλιως ἡ κί-
 νησις ἐν τῷ κινουμένῳ· ὅσων δὲ μὴ ἔστιν ἄλλο τι ἔργον
 παρὰ τὴν ἐνέργειαν, ἐν αὐτοῖς ὑπάρχει ἡ ἐνέργεια, ὅσον
 5 ἡ ὄρασις ἐν τῷ ὁρώντι καὶ ἡ θεωρία ἐν τῷ θεωροῦντι
 καὶ ἡ ζωὴ ἐν τῇ ψυχῇ, διὸ καὶ ἡ εὐδαιμονία· ζωὴ γὰρ
 ποιά τις ἔστιν. Ὅστε φανερόν ἐστι ἡ οὐσία καὶ τὸ εἶ-
 δος ἐνέργειά ἐστιν. (10) Κατὰ τε δὴ τοῦτον τὸν λόγον
 φανερόν ἐστι πρότερον τῆ οὐσίας ἐνέργεια δυνάμεως· καὶ
 10 ὡσπερ εἶπομεν, τοῦ χρόνου αἰεὶ προλαμβάνει ἐνέργεια
 ἑτέρα πρὸ ἑτέρας ἕως τῆς τοῦ αἰεὶ κινουντος πρώτως.
 Ἄλλα μὴν καὶ κυριωτέρως· τὰ μὲν γὰρ αἰδία πρότερα
 τῆ οὐσίας τῶν φθαρτῶν, ἔστι δ' οὐθὲν δυνάμει αἰδίων.
 (11) Λόγος δὲ ὁδε. Πᾶσα δυνάμις ἅμα τῆς ἀντιφάσεώς
 15 ἔστιν· τὸ μὲν γὰρ μὴ δυνατόν ὑπάρχειν οὐκ ἂν ὑπάρ-
 ξειεν οὐθένι, τὸ δυνατόν δὲ πᾶν ἐνδέχεται μὴ ἐνεργεῖν.
 Τὸ ἄρα δυνατόν εἶναι ἐνδέχεται καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι·
 τὸ αὐτὸ ἄρα δυνατόν καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι. Τὸ δὲ
 δυνατόν μὴ εἶναι ἐνδέχεται μὴ εἶναι· τὸ δ' ἐνδεχόμενον
 20 μὴ εἶναι φθαρτόν, ἢ ἀπλῶς, ἢ τοῦτο αὐτὸ δ λέγεται
 ἐνδέχεσθαι μὴ εἶναι, ἢ κατὰ τόπον ἢ κατὰ ποσὸν
 ἢ ποιόν· ἀπλῶς δὲ τὸ κατ' οὐσίαν. (12) Οὐθὲν ἄρα
 τῶν ἀφθαρτῶν ἀπλῶς δυνάμει ἐστὶν ὃν ἀπλῶς· κατὰ
 τί δ' οὐθὲν κωλύει, ὅσον ποιόν ἢ πῶ· ἐνεργεῖα ἄρα
 25 πάντα. Οὐδὲ τῶν ἐξ ἀνάγκης ὄντων, καίτοι ταῦτα
 πρώτα· εἰ γὰρ ταῦτα μὴ ἦν, οὐθὲν ἂν ἦν. Οὐδὲ δὴ
 κίνησις, εἰ τίς ἐστὶν αἰδίων, οὐδ' εἰ τι κινούμενον αἰδίων,
 οὐκ ἔστι κατὰ δυνάμιν κινούμενον ἄλλ' ἢ πόθεν ποῖ·
 τούτου δ' ἕλην οὐθὲν κωλύει ὑπάρχειν. (13) Διὸ αἰεὶ
 30 ἐνεργεῖ ἥλιος καὶ ἄστρα καὶ ὄλιος ὁ οὐρανός, καὶ οὐ φο-
 βερὸν μὴ ποτε στῆ, δ φοβοῦνται οἱ περὶ φύσεως. Οὐδὲ
 κάμνει τοῦτο δρώντα· οὐ γὰρ περὶ τὴν δυνάμιν τῆς ἀν-
 τιφάσεως αὐτοῖς, ὅσον τοῖς φθαρτοῖς, ἡ κίνησις, ὥστε
 ἐπίπονον εἶναι τὴν συνέχειαν τῆς κινήσεως· ἢ γὰρ οὐ-
 35 σία ἕλη καὶ δυνάμις οὔσα, οὐκ ἐνέργεια, αἰτία τούτου.
 (14) Μιμεῖται δὲ τὰ ἀφθαρτα καὶ τὰ ἐν μεταβολῇ ὄντα,
 ὅσον γῆ καὶ πῦρ. Καὶ γὰρ ταῦτα αἰεὶ ἐνεργεῖ· καθ' αὐτὰ
 γὰρ καὶ ἐν αὐτοῖς ἔχει τὴν κίνησιν. Αἱ δ' ἄλλαι δυ-
 νάμεις, ἐξ ὧν διώρισται, πᾶσαι τῆς ἀντιφάσεώς εἰσιν·
 40 τὸ γὰρ δυνάμενον ὡδὲ κινεῖν δύναται καὶ μὴ ὡδί, ὅσα
 γε κατὰ λόγον. Αἱ δ' ἄλογοι τῶν παρεῖναι καὶ μὴ τῆς
 ἀντιφάσεως ἔσονται αἱ αὐταί. (15) Εἰ ἄρα τινὲς εἰσι
 φύσεις τοιαῦται ἢ οὐσίαι οἷας λέγουσιν οἱ ἐν τοῖς λόγοις
 τὰς ιδέας, πολὺ μᾶλλον ἐπιστήμον ἂν τι εἴη ἢ αὐτοε-
 45 πιστήμη καὶ κινούμενον ἢ κίνησις· ταῦτα γὰρ ἐνέργειαι
 μᾶλλον, ἐκεῖναι δὲ δυνάμεις τούτων. Ὅτι μὲν οὖν
 πρότερον ἢ ἐνέργεια καὶ δυνάμεως καὶ πάσης ἀρχῆς
 μεταβλητικῆς, φανερόν.

quod ædificatur; et contextio, in eo quod contextitur: si-
 militer et de aliis, et omnino motus in eo quod movetur.
 Quorum vero non est aliud quoddam opus præter actionem,
 in ipsismet actio est: ut visio in vidente, et speculatio in
 speculante, et vita in anima. Quare felicitas etiam: vita
 namque quædam est. Unde patet quod substantia et
 species actus est. (10) Et secundum hanc igitur rationem
 manifestum est quod prior substantiâ actus, quam po-
 tentia. Et, quemadmodum diximus, tempore semper
 præcedit actus, alius ante alium, usque ad eum qui est
 primo moventis: veruntamen etiam magis principaliter.
 Æterna enim priora corruptibilibus substantiâ sunt: nihil
 vero potentia æternum est. (11) Ratio autem hæc est:
 Omnis potentia simul contradictionis est. Quod enim non
 est possibile esse, non inest alicui: omne vero possibile,
 contingit non agere. Quod igitur est possibile esse, con-
 tingit et esse, et non esse: idem ergo possibile est et esse,
 et non esse. Quod vero est possibile non esse, contingit
 non esse; quod autem contingit non esse, corruptibile est,
 aut simpliciter, aut hoc ipsum, quod dicitur, contingere
 non esse, sive secundum locum, sive secundum quantum,
 sive secundum quale: simpliciter vero, quod secundum
 substantiam. (12) Nihil igitur simpliciter incorruptibi-
 lium, simpliciter potentiâ est: secundum aliquid autem,
 nihil prohibet, ut quale, aut ubi. Actu ergo omnia. Nec
 eorum quæ ex necessitate sunt, licet hæc prima. Si enim
 hæc non essent, nihil esset profecto. Nec si quis motus
 est æternus, aut si quid quod movetur æternum est, est se-
 cundum potentiam in motu, nisi unde quo: hujus autem
 materiam nihil prohibet esse. (13) Quare semper agit sol
 et stellæ totumque cælum: neque timendum ne quando
 stet, quod metuunt qui De natura scripserunt (*Empedo-
 cles*). Neque illa fatigantur, quum hoc faciunt: eo quod
 motus eis non est circa contradictionis potentiam, quem-
 admodum corruptibilibus, ita ut laboriosa eis sit motus
 continuatio. Substantia namque quæ materia et potentia
 est, non actio, hujus causa est. (14) Imitantur autem in-
 corruptibilia etiam entia quæ transmutantur, ut terra, et
 ignis: etenim semper hæc agunt; secundum se enim, et in
 se ipsis, habent motum. Ceteræ vero omnes potentiæ, ut
 determinatum est, contradictionis sunt, (quod enim potest
 sic movere, potest etiam non sic,) quæcumque scilicet
 secundum rationem. Irrationales vero, eo ipso quod
 adsunt, et absunt, contradictionis erunt eadem. (15) Si
 igitur aliqua naturæ sive substantiæ tales sunt, quales
 dicunt ideas illi qui universalibus notionibus student (*Plato-
 nici*), multo magis sciens aliquid erit quam ipsa scientia,
 et quod movetur quam motus: illa enim magis actus, hæc
 vero horum potentiæ. Quod igitur actus prior et potentiâ
 et omni transmutativo principio est, patet.

CAP. IX.

Ἔστι δὲ καὶ βελτίων καὶ τιμιωτέρα τῆς σπουδαίας
 δυνάμεως ἡ ἐνέργεια, ἐκ τῶνδε δῆλον. Ὅσα γὰρ κατὰ
 τὸ δύνασθαι λέγεται, ταυτὸν ἐστὶ δυνατὸν τάναντία,
 ὡς τὸ δύνασθαι λεγόμενον ὑγιαίνειν ταυτὸν ἐστὶ καὶ
 5 νοσεῖν ἅμα· ἡ αὐτὴ γὰρ δύναμις τοῦ ὑγιαίνειν καὶ κά-
 μνειν, καὶ ἡρεμεῖν καὶ κινεῖσθαι, καὶ οἰκοδομεῖν καὶ
 καταβάλλειν, καὶ οἰκοδομεῖσθαι καὶ καταπίπτειν.
 (2) Τὸ μὲν οὖν δύνασθαι τάναντία ἅμα ὑπάρχει, τὰ
 δ' ἐναντία ἅμα ἀδύνατον. Καὶ τὰς ἐνεργείας δὲ ἅμα
 10 ἀδύνατον ὑπάρχειν, ὡς ὑγιαίνειν καὶ κάμνειν. Ὅστ'
 ἀνάγκη τούτων θάτερον εἶναι τάχαθόν. Τὸ δὲ δύνα-
 σθαι ἁμοίως ἀμφοτέρων ἢ οὐδέτερον· ἡ ἄρα ἐνέργεια
 βελτίων. (3) Ἀνάγκη δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κακῶν τὸ τέλος
 καὶ τὴν ἐνέργειαν εἶναι χειρόν τῆς δυνάμεως· τὸ γὰρ
 15 δυνάμενον ταυτὸ ἀμφοῦ τάναντία. Δῆλον ἄρα ὅτι οὐκ
 ἐστὶ τὸ κακὸν παρὰ τὰ πράγματα· ὕστερον γὰρ τῆ φύ-
 σει τὸ κακὸν τῆς δυνάμεως. (4) Οὐκ ἄρα οὐδ' ἐν τοῖς
 ἐξ ἀρχῆς καὶ τοῖς αἰτίοις οὐθέν ἐστιν οὔτε κακὸν οὔτε
 ἀμαρτήματα οὔτε διεφθαρμένον· καὶ γὰρ ἡ διαφθορὰ τῶν
 20 κακῶν ἐστίν. (5) Εὐρίσκειται δὲ καὶ τὰ διαγράμματα
 ἐνέργεια· διαιρούντες γὰρ εὐρίσκειται. Εἰ δ' ἦν διη-
 ρημένα, φανερὰ ἂν ἦν· νῦν δ' ἐνυπάρχει δυνάμει. Διὰ
 τί δύο ὄρθαι τὸ τρίγωνον; ὅτι αἱ περὶ μίαν στιγμὴν
 γωνίαί ἴσαι δύο ὄρθαις. Εἰ οὖν ἀνῆκτο ἡ παρὰ τὴν
 25 πλευράν, ἰδόντι ἂν ἦν εὐθὺς δῆλον. Διὰ τί ἡ ἐν ἡμι-
 κυκλίῳ ὀρθὴ καθόλου; διότι ἐὰν ἴσαι τρεῖς, ἡ τε βᾶσις
 δύο καὶ ἡ ἐκ μέσου ἐπισταθεῖσα ὀρθή, ἰδόντι δῆλον τῷ
 ἐκείνῳ εἰδότε. (6) Ὅστε φανερόν ἐστι τὰ δυνάμει ὄντα
 εἰς ἐνέργειαν ἀναγόμενα εὐρίσκειται. Αἴτιον δ' ἐστὶ
 30 νόησις ἡ ἐνέργεια· ὥστ' ἐξ ἐνεργείας ἡ δύναμις· καὶ
 διὰ τοῦτο ποιοῦντες γιγνώσκουσιν· ὕστερον γὰρ γενέσει
 ἡ ἐνέργεια ἢ κατ' ἀριθμὸν.

Quod autem melior ac præstantior, quam ipsa bona po-
 tentia, actus sit, ex his patebit : quæcumque enim secun-
 dum posse dicuntur, idem est potens contraria : ut quod
 dicitur posse sanum esse, idem simul etiam potest ægrotare :
 nam eadem potentia est ejus quod est sanum et ægrotum
 esse, et quiescere et moveri, et exstruere et destruere, ex-
 strui et destrui. (2) Posse itaque contraria, simul est. Con-
 traria vero simul esse, impossibile est. Atque actus simul
 esse, impossibile est, ut sanum et ægrotum esse : quare
 necesse est, unum eorum bonum esse. Ipsum autem posse
 atque est utrumque, aut neutrum : actus igitur melior.
 (3) Necesse autem est etiam in malis, finem et actum de-
 teriorem potentiâ esse. Etenim potens est idem ambo
 contraria. Patet igitur quod malum non est præter res :
 malum namque naturâ posterius potentiâ est. (4) Non igitur
 quicquam in iis quæ a principio, et quæ perpetua sunt,
 neque malum est, neque corruptum. Etenim corruptio de
 malis est. (5) Mathematicarum quoque propositionum de-
 monstraciones actu inveniuntur. Dividentes namque inve-
 niunt. Quodsi divisæ essent, manifestæ essent : nunc
 autem insunt potentiâ. Cur triangulum duo recti? Quia qui
 circa unum punctum anguli, duobus rectis æquales sunt.
 Si igitur qui circa latus est, educeretur, videnti mox esset
 manifestum. Cur in semicirculo quilibet angulus rectus?
 Quia si tres, æquales; et qui basis est, duo, et qui ex medio
 supra stat rectus, videnti manifestum erit ei qui illud sciat.
 (6) Quare patet quod quæ potentiâ sunt, redacta in actum
 inveniuntur. Causa autem est, quia intellectio est actus :
 quare ex actu potentia : et ob hoc agendo cognoscunt.
 Posterior namque generatione est, qui secundum numerum
 actus est.

CAP. X.

Ἐπεὶ δὲ τὸ ὄν λέγεται καὶ τὸ μὴ ὄν τὸ μὲν κατὰ τὰ
 σχήματα τῶν κατηγοριῶν, τὸ δὲ κατὰ δυνάμιν ἢ ἐνέρ-
 35 γειαν τούτων ἢ τάναντία, τὸ δὲ κυριώτατα ὄν ἀληθές
 ἢ ψεῦδος, τοῦτο δ' ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐστὶ τῷ συγκεῖ-
 σθαι ἢ διηρῆσθαι, ὥστε ἀληθεύει μὲν ὁ τὸ διηρημένον
 οἰόμενος διηρῆσθαι καὶ τὸ συγκεῖμενον συγκεῖσθαι,
 ἔψευσται δὲ ὁ ἐναντίως ἔχων ἢ τὰ πράγματα, πότ' ἐστὶν
 40 ἢ οὐκ ἐστὶ τὸ ἀληθές λεγόμενον ἢ ψεῦδος; τοῦτο γὰρ
 σκεπτόεν τί λέγομεν. Οὐ γὰρ διὰ τὸ ἡμᾶς οἴεσθαι
 ἀληθῶς σε λευκὸν εἶναι εἰ σὺ λευκός, ἀλλὰ διὰ τὸ σέ
 εἶναι λευκὸν ἡμεῖς οἱ πάντες τοῦτο ἀληθεύομεν. (2) Εἰ
 δὴ τὰ μὲν αἰεὶ σύγκειται καὶ ἀδύνατα διαιρεθῆναι, τὰ
 45 δ' αἰεὶ διήρηται καὶ ἀδύνατα συντεθῆναι, τὰ δ' ἐνδέχεται
 τάναντία, καὶ τὸ μὲν εἶναι ἐστὶ τὸ συγκεῖσθαι καὶ
 ἐν εἶναι, τὸ δὲ μὴ εἶναι τὸ μὴ συγκεῖσθαι ἀλλὰ πλείω
 εἶναι· περὶ μὲν οὖν τὰ ἐνδεγόμενα ἢ αὐτῇ γίγνεται ψευ-
 δὴς καὶ ἀληθῆς δόξα καὶ ὁ λόγος δ' αὐτός, καὶ ἐνδέχεται
 50 ὅτε μὲν ἀληθεύειν ὅτε δὲ ψεύδεσθαι· περὶ δὲ τὰ ἀδύ-

Quum autem ens, et non-ens, dicatur quoddam quidem
 secundum figuras prædicamentorum; quoddam autem se-
 cundum potentiam, aut actum horum, aut contraria; quod-
 dam vero maxime proprie ens verum aut falsum : hoc autem
 in rebus est compositione, vel divisione : quamobrem ve-
 rum dicit, qui divisum divisum-esse, et compositum com-
 positum-esse putat; falsum autem qui contra quam res se
 habeant : quando est, aut non est quod verum aut falsum
 dicitur? nam hoc jam considerandum est quid dicamus.
 Non enim propterea quod nos te vere putamus album esse,
 tu albus es : sed propterea quod tu albus es, nos qui dici-
 mus, verum dicimus. (2) Si quædam itaque semper com-
 posita et impossibilia dividi, quædam vero semper divisa et
 impossibilia componi sunt, quædam vero contingit contra-
 ria esse, atque esse quidem est compositum et unum esse;
 non esse vero, non compositum, sed plura esse : ergo circa
 contingentia quidem eadem fit falsa et vera opinio, et eadem
 oratio; et contingit quandoque veram, quandoque falsam
 esse : circa vero impossibilia aliter se habere, non fit quan-

νατα ἄλλως ἔχειν οὐ γίνεταί· ὅτε μὲν ἀληθές ὅτε δὲ
 ψεῦδος, ἀλλ' αἰεὶ ταυτὰ ἀληθῆ καὶ ψευδῆ. (3) Περὶ δὲ
 δὴ τὰ ἀσύνθετα τί τὸ εἶναι ἢ μὴ εἶναι καὶ τὸ ἀληθές
 καὶ τὸ ψεῦδος; οὐ γὰρ ἔστι σύνθετον, ὥστε εἶναι μὲν
 5 ὅταν συσκέχεται, μὴ εἶναι δὲ ἂν διηρημένον ἦ, ὡσπερ
 τὸ λευκὸν ξύλον ἢ τὸ ἀσύμμετρον τὴν διάμετρον· οὐδὲ
 τὸ ἀληθές καὶ ψεῦδος ὁμοίως ἔτι ὑπάρξει καὶ ἐπ' ἐκεί-
 νων. Ἡ ὡσπερ οὐδὲ τὸ ἀληθές ἐπὶ τούτων τὸ αὐτό,
 οὕτως οὐδὲ τὸ εἶναι, ἀλλ' ἔστι τὸ μὲν ἀληθές τὸ δὲ ψευ-
 10 δος, τὸ μὲν θιγεῖν καὶ φάναί ἀληθές, (οὐ γὰρ ταυτὸ κα-
 τάφασις καὶ φάσις), τὸ δ' ἀγνοεῖν μὴ θιγγάνειν· ἀπα-
 τηθῆναι γὰρ περὶ τὸ τί ἔστιν οὐκ ἔστιν ἀλλ' ἢ κατὰ
 συμβεβηκός. (4) Ὅμοίως δὲ καὶ περὶ τὰς μὴ συνθετάς
 οὐσίας· οὐ γὰρ ἔστιν ἀπατηθῆναι. Καὶ πᾶσαι εἰσιν
 15 ἐνεργεῖα, οὐ δυνάμει· ἐγγίνοντο γὰρ ἂν καὶ ἐφθείροντο·
 νῦν δὲ τὸ ὄν αὐτὸ οὐ γίνεταί οὐδὲ φθείρεται· ἔκ τινος
 γὰρ ἂν ἐγγίνετο. (5) Ὅσα δὴ ἔστιν ὅπερ εἶναι τι καὶ
 ἐνεργεῖα, περὶ ταῦτα οὐκ ἔστιν ἀπατηθῆναι ἀλλ' ἢ νοεῖν
 ἢ μῆ. Ἀλλὰ τὸ τί ἔστι ζητεῖται περὶ αὐτῶν, εἰ τοι-
 20 αῦτά ἔστιν ἢ μῆ. Τὸ δ' εἶναι ὡς τὸ ἀληθές, καὶ τὸ
 μῆ εἶναι ὡς τὸ ψεῦδος, ἐν μὲν ἔστιν, εἰ σύγκειται, ἀλη-
 θές· τὸ δ' εἰ μὴ σύγκειται, ψεῦδος. Τὸ δὲ ἐν, εἴπερ ὄν
 οὕτως ἔστιν· εἰ δὲ μὴ οὕτως, οὐκ ἔστιν. Τὸ δὲ ἀλη-
 25 θές τὸ νοεῖν αὐτά· τὸ δὲ ψεῦδος οὐκ ἔστιν, οὐδ' ἀπά-
 τη, ἀλλ' ἀγνοία, οὐκ οἶα ἢ τυφλότης· ἢ μὲν γὰρ τυφλό-
 τησ ἔστιν ὡς ἂν εἰ τὸ νοητικὸν ὄλωσ μὴ ἔχοι τις.
 (6) Φανερόν δὲ καὶ ὅτι περὶ τῶν ἀκίνητων οὐκ ἔστιν
 ἀπάτη κατὰ τὸ ποτέ, εἴ τις ὑπολαμβάνει ἀκίνητα·
 30 οἷον τὸ τρίγωνον εἰ μὴ μεταβάλλειν οἶεται, οὐκ οἰή-
 σεται ποτέ μὲν δύο ὀρθὰς ἔχειν ποτέ δ' οὐ (μεταβάλλοι
 γὰρ ἂν), ἀλλὰ τί μὲν τί δ' οὐ, οἷον ἄρτιον ἀριθμὸν πρῶ-
 τον εἶναι μηδένα, ἢ τινὰς μὲν τινὰς δ' οὐ. Ἀριθμῶ δὲ
 περὶ ἓνα οὐδὲ τοῦτο· οὐ γὰρ ἔτι τινὰ μὲν τινὰ δ' οὐκ οἰή-
 σεται, ἀλλ' ἀληθεύσει ἢ ψευδῆσεται ὡς αἰεὶ οὕτως ἔχοντος.

doque verum, quandoque falsum, sed semper eadem vera et
 falsa sunt. (3) Circa incompressa vero, quid est esse aut non
 esse, et verum et falsum? Non enim est compositum, ut sit
 quidem si compositum, non sit autem si divisum sit, (sicuti
 album lignum, aut diametrum incommensurabilem esse,)
 nec verum et falsum similiter etiam in illis erit. An quem-
 admodum neque verum est idem in his, ita nec ipsum esse?
 Certe illud quidem verum, hoc vero falsum est. Attingere
 namque ac dicere, verum est (non enim est idem affirmatio
 et dictio; non attingere vero, est ignorare. Non est pro-
 fecto decipi circa quod quid est, nisi secundum accidens.
 (4) Similiter autem etiam circa non compositas substantias;
 non enim est decipi. • Et cunctæ sunt actu, non potentia.
 Generarentur etenim profecto, ac corrumpentur: nunc
 autem ipsum ens non fit, neque corrumpitur. Ex aliquo
 enim utique generaretur. (5) Quæcumque itaque sunt vere
 ipsum esse quid, et actu, circa hæc non est decipi, sed aut
 intelligere, aut non. Verum quod quid est, de eis quaeri-
 tur, si talia sint, an non. Esse vero, ut verum est, et non
 esse, ut falsum, unum quidem si compositum est, est ve-
 rum: si vero non compositum est, falsum. Unum vero est,
 si ens quidem sic est: sin vero non ita, non est. Verum
 autem intelligere hæc: falsum vero non est, neque deceptio,
 sed ignorantia: non qualis cæcitas est. Etenim cæcitas quidem
 est ac si omnino non haberet aliquis intelligendi potentiam.
 (6) Manifestum autem est quod neque de immobilibus de-
 ceptio est secundum quando, si quis immobilia putet: ut-
 puta si triangulum non putet mutari, non opinabitur modo
 duos rectos habere, modo non: mutaretur etenim. Verum
 aliquid quidem, aliquid vero non: utputa, parem nume-
 rum primum nullum esse; aut quosdam quidem, quosdam
 vero non. Circa unum autem quoad numerum neque hoc:
 non amplius enim quædam quidem, quædam vero non pu-
 tabit: sed verum dicit, aut falsum, tanquam ita semper se
 habeat.

LIBER IX.

CAP. I.

35 Τὸ ἐν ὅτι μὲν λέγεται πολλαχῶς, ἐν τοῖς περὶ τοῦ
 ποσαχῶς διηρημένοις εἴρηται πρότερον· πλεοναχῶς δὲ
 λεγομένων, οἱ συγκεφαλαιοῦμενοι τρόποι εἰσὶ τέτταρες
 τῶν πρώτων καὶ καθ' αὐτὰ λεγομένων ἓν, ἀλλὰ μὴ
 κατὰ συμβεβηκός. Τὸ τε γὰρ συνεχές ἢ ἀπλῶς ἢ μά-
 40 λιστα γὰρ τὸ φύσει καὶ μὴ ἀπῆ μὴδὲ δεσμῶν· καὶ τούτων
 μᾶλλον ἐν καὶ πρότερον, οὐ ἀδιαίρετωτέρα ἢ κινήσις
 καὶ μᾶλλον ἀπῆ. (2) Ἐτι τοιούτων καὶ μᾶλλον τὸ
 ὄλον καὶ ἔχον τινὰ μορφήν καὶ εἶδος· μάλιστα δ' εἰ τι
 φύσει τοιούτων καὶ μὴ βία, ὡσπερ ὅσα κόλλη ἢ γόμφω
 45 ἢ συνδέσμω, ἀλλ' ἔχει ἐν αὐτῷ τὸ αἴτιον αὐτῷ τοῦ συν-
 εχέει εἶναι. Τοιούτων δὲ τῶν μίαν τὴν κίνησιν εἶναι καὶ
 ἀδιαίρετον τόπω καὶ χρόνῳ, ὥστε φανερόν, εἰ τι φύσει
 κινήσεως ἀρχὴν ἔχει τῆς πρώτης τὴν πρώτην, οἷον
 λέγω φορῶν κυκλοφορίαν, ὅτι τοῦτο πρῶτον μέγεθος

Quod unum multis dicatur modis in divisione de quoties
 dictis expositum est prius. Quum autem multipliciter dica-
 tur, primorum, et eorum, quæ secundum se, non secundum
 accidens dicuntur unum, quattuor in summa modi sunt. Et
 ipsum namque continuum aut simpliciter, aut maxime, quod
 natura, et non factu, neque ligatione: et horum illud magis
 unum, et prius, cuius motus indivisibilior, et magis simplex
 est. (2) Item tale etiam magis est, quod totum est, aliquam-
 que formam et speciem habens, et maxime quodcumque
 natura tale sit, et non vi, quemadmodum quæcumque aut
 glutine, aut clavo, aut conjunctione: at habeat in se quod
 causa ei sit ut continuum sit. Tale vero est, quia unus motus
 loco et tempore indivisibilis sit. Quare manifestum est quod,
 si quid natura motionis primæ principium habet primum,
 (dico autem, latioris circulationem,) id prima magnitudo

ἐν. (3) Τὰ μὲν δὴ οὕτως ἐν ἡ συνεχές ἢ ὅλον, τὰ δὲ
 ὦν ἂν ὁ λόγος εἷς ἦ. Τοιαῦτα δὲ ὦν ἡ νόησις μία
 τοιαῦτα δὲ ὦν ἀδιαίρετος· ἀδιαίρετος δὲ τοῦ ἀδιαίρετου
 εἶδει ἢ ἀριθμῷ. Ἀριθμῷ μὲν οὖν τὸ καθ' ἕκαστον
 5 ἀδιαίρετον, εἶδει δὲ τὸ τῷ γνωστῷ καὶ τῇ ἐπιστήμῃ,
 ὡσθ' ἐν ἂν εἴη πρῶτον τὸ ταῖς οὐσίαις αἴτιον τοῦ ἐνός.
 (4) Λέγεται μὲν οὖν τὸ ἐν τοσαυταχῶς, τὸ τε συνεχές
 φύσει καὶ τὸ ὅλον, καὶ τὸ καθ' ἕκαστον καὶ τὸ καθ' ὅλου.
 Πάντα δὲ ταῦτα ἐν τῷ ἀδιαίρετον εἶναι τῶν μὲν τῆν
 10 κίνησιν, τῶν δὲ τῆν νόησιν ἢ τὸν λόγον. (5) Δεῖ δὲ
 κατανοεῖν ὅτι οὐχ ὡσαύτως ληπτέον λέγεσθαι ποῖά τε
 ἐν λέγεται, καὶ τί ἐστὶ τὸ ἐν εἶναι, καὶ τίς αὐτοῦ λόγος
 (λέγεται μὲν γὰρ τὸ ἐν τοσαυταχῶς, καὶ ἕκαστον ἔσται
 ἐν τούτων, ὧ ἂν ἀπάρχη τις τούτων τῶν τρόπων· τὸ δὲ
 15 δὲ ἐν εἶναι ὅτε μὲν τούτων τι ἐστὶ, ὅτε δὲ ἄλλω,
 δ καὶ μᾶλλον ἐγγὺς τῷ ὀνόματι ἐστὶ, τῇ δυνάμει
 δ' ἐκείνα), ὡσπερ καὶ περὶ στοιχείου καὶ αἰτίου εἰ δέοι
 λέγειν ἐπὶ τε τοῖς πράγμασι διορίζοντα καὶ τοῦ ὀνόμα-
 τος θρον ἀποδιδόντα. (6) Ἔστι μὲν γὰρ ὡς στοιχεῖον
 20 τὸ πῦρ (ἐστὶ δ' ἴσως καθ' αὐτὸ καὶ τὸ ἄπειρον ἢ τι
 ἄλλο τοιοῦτον), ἐστὶ δ' ὡς οὐ· οὐ γὰρ τὸ αὐτὸ πυρὶ
 καὶ στοιχείῳ εἶναι, ἀλλ' ὡς μὲν πρᾶγμα τι καὶ φύσις
 τὸ πῦρ στοιχεῖον, τὸ δὲ ὄνομα σημαίνει τὸ τοῦ συμβε-
 βηκέναι αὐτῷ, ὅτι ἐστὶ τι ἐκ τούτου ὡς πρώτου ἐνυ-
 25 πάργοντος. Οὕτω καὶ ἐπὶ αἰτίου καὶ ἐνός καὶ τῶν
 τοιούτων ἀπάντων. (7) Διὸ καὶ τὸ ἐν εἶναι τὸ ἀδιαίρε-
 τω ἐστὶν εἶναι, ὅπερ τῶδε ὄντι καὶ ἴδια χωριστῶ ἢ τόπω
 ἢ εἶδει ἢ διανοίᾳ, ἢ [καὶ] τῷ ὅλω καὶ ἀδιαίρετω.
 Μάλιστα δὲ τὸ μέτρον εἶναι πρῶτον ἐκάστου γένους
 30 καὶ κυριώτατα τοῦ ποσοῦ· ἐντεῦθεν γὰρ καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα
 ἐλήλυθεν. Μέτρον γὰρ ἐστὶν ὧ τὸ ποσὸν γινώσκειται·
 γινώσκειται δ' ἢ ἐνὶ ἢ ἀριθμῷ τὸ ποσὸν ἢ ποσόν,
 δ δ' ἀριθμὸς ἅπας ἐνί. Ὡστε πᾶν τὸ ποσὸν γινώ-
 σκεται ἢ ποσὸν τῷ ἐνί, καὶ ὧ πρώτῳ [ποσά] γινώ-
 35 σκεται, τοῦτο αὐτὸ ἐνί διὸ τὸ ἐν ἀριθμοῦ ἀρχὴ
 ἢ ἀριθμός. (8) Ἐντεῦθεν δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις λέγεται
 μέτρον ὧ πρώτῳ τε ἕκαστον γινώσκειται, καὶ τὸ μέ-
 τρον ἐκάστου ἐν ἐν μήκει, ἐν πλάτει, ἐν βάθει, ἐν βάρει,
 ἐν τάχει. Τὸ γὰρ βάρος καὶ τάχος κοινὸν ἐν τοῖς
 40 ἐναντίοις· διττὸν γὰρ ἐκάτερον αὐτῶν, οἷον βάρος τὸ
 τε ὀποσηνοῦν ἔχον ῥοπήν καὶ τὸ ἔχον ὑπεροχὴν ῥοπῆς,
 καὶ τάχος τὸ τε ὀποσηνοῦν κίνησιν ἔχον καὶ τὸ ὑπεροχὴν
 κινήσεως· ἐστὶ γὰρ τι τάχος καὶ τοῦ βραδέος καὶ βάρους
 τοῦ κωφοτέρου. (9) Ἐν πᾶσι δὲ τούτοις μέτρον καὶ
 45 ἀρχὴ ἐνὶ καὶ ἀδιαίρετον, ἐπεὶ καὶ ἐν ταῖς γραμμαῖς
 χρῶνται ὡς ἀτόμῳ τῇ ποδιαίᾳ. Πανταχοῦ γὰρ τὸ μέ-
 τρον ἐν τι ζητοῦσι καὶ ἀδιαίρετον· τοῦτο δὲ τὸ ἀπλοῦν
 ἢ τῷ ποίῳ ἢ τῷ ποσῷ. Ὅπου μὲν οὖν δοκεῖ μὴ εἶναι
 ἀφελεῖν ἢ προσθεῖναι, τοῦτο ἀκριβές τὸ μέτρον διὸ τὸ τοῦ
 50 ἀριθμοῦ ἀκριβέστατον· τὴν γὰρ μονάδα τιθέασι πάντῃ
 ἀδιαίρετον· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις μιμῶνται τὸ τοιοῦτον· ἀπὸ
 γὰρ σταδίου καὶ ταλάντου καὶ ἀεὶ τοῦ μεζζονος λάθοι
 ἂν καὶ προσθεθὲν τι καὶ ἀφαιρεθὲν μᾶλλον ἢ ἀπὸ ἐλάτ-
 τονος. (10) Ὡστε ἀφ' οὐ πρώτου κατὰ τὴν αἰσθησιν

una. (3) Quaedam igitur ita unum sunt, aut continuum,
 aut totum; quaedam autem quorum una ratio est. Talia vero
 quorum intellectio una: talia autem, quorum indivisibilia.
 Indivisibilis vero, ejus est, quod aut specie, aut numero
 indivisibile est. Numero igitur indivisibile, est singulare;
 specie vero, quod est cognoscibili, et scientiā. Quare unum
 utique erit primum, quod substantiis ut unum sint, causa
 est. (4) Toties igitur dicitur unum, quod natura conti-
 nuum est, totum, singulare, et universale: hæc autem
 omnia unum sunt, eo quod quorundam motus, et quo-
 rundam intellectio aut ratio indivisibilis est. (5) Oportet
 autem considerare, quod non est eodem modo accipien-
 dum, quum dicitur, quæ unum dicuntur, et quid est unum
 esse, quæve ratio ejus est; (unum etenim toties dicitur, et
 unumquodque eorum, cui aliquis horum modorum insit,
 unum erit. Esse unum autem quandoque quidem alicui
 horum erit, quandoque vero alteri, quod et magis propin-
 quum nomini est: illa vero potentiā;) quemadmodum si
 de elemento et causa oporteat dicere, et de ipsis rebus de-
 terminando, et nominis definitionem reddendo. (6) Ignis
 etenim quodam modo quidem est elementum (fortassis
 vero, secundum se etiam ipsum infinitum, aut aliquid aliud
 tale), quodam modo vero minime est. Non enim est idem,
 ignem, et elementum esse: sed tanquam res quædam et na-
 tura, ignis elementum est. Nomen autem significat, quod
 hoc ei competat, quod ex eo tanquam ex primo inexistente
 aliquid sit. Ita etiam de causa, et uno, et cunctis hujusce-
 modi. (7) Propter quod, unum esse, est indivisibile esse,
 hoc aliquid, et per se existens, sejunctumque aut loco,
 aut specie, aut mente, aut toto, atque determinato.
 Maxime autem mensuram esse cujusque generis primum,
 et maxime proprie quantitatis. Hinc etenim ad cetera etiam
 advenit. Mensura enim id est, quo quantum cognoscitur
 Cognoscitur autem quantum prout quantum, aut uno, aut
 numero: omnis vero numerus, uno. Quare omne quan-
 tum, prout quantum, uno cognoscitur: et quo primo hoc
 cognoscitur, ipsum unum: propter quod, unum principium
 est numeri, prout numerus est. (8) Hinc autem et in aliis
 id dicitur mensura, quo primo unumquodque cognoscitur:
 et cujusque mensura unum est, in longitudine, in latitu-
 dine, in profunditate, aut gravitate, in celeritate. Gra-
 vitas enim et celeritas, communis est in contrariis. Duplex
 enim et unumquodque horum est: ut gravitas, et quæ
 quantumcunque ponderis habet, et quæ excedit pondere: et
 celeritas, quæ quantumcunque motum habet, et quæ excedit
 in motu. Etenim est aliqua etiam tardi celeritas, et levis
 gravitas. (9) In his itaque omnibus, mensura et principium
 unum quiddam et indivisibile est. Nam et in lineis utun-
 tur pedali, tanquam indivisibili. Ubique etenim mensu-
 ram, unum quiddam et indivisibile quærunt. Hoc autem,
 simplex, aut quali, aut quanto. Ubi itaque videtur non
 esse aut auferendum, aut addendum, illa certa mensura
 est: quare numeri certissima est. Unitatem etenim ponunt,
 quæ omnino indivisibilis est: in ceteris vero imitantur hu-
 juscemodi. Ex stadio namque et talento, ac semper a ma-
 jore, magis profecto latebit et additum aliquid, et dem-
 ptum, quam ex minore. (10) Quare a quo primo secundum

μη ἐνδέχεται, τοῦτο πάντες ποιοῦνται μέτρον καὶ ὑγρῶν καὶ ξηρῶν καὶ βάρους καὶ μεγέθους· καὶ τότε ὄνται εἰδέναι τὸ ποσόν, ὅταν εἰδῶσι διὰ τούτου τοῦ μέτρου. Καὶ δὴ καὶ κίνησιν τῇ ἀπλῇ κινήσει καὶ τῇ ταχίστη· ὁ δὲ ὀλίγιστον γὰρ αὕτη ἔχει χρόνον. Διὸ ἐν τῇ ἀστρολογία τὰ τοιοῦτον ἐν ἀρχῇ καὶ μέτρον· τὴν κίνησιν γὰρ ὁμαλὴν ὑποτίθενται καὶ ταχίστην τὴν τοῦ οὐρανοῦ, πρὸς ἣν κρίνουσι τὰς ἄλλας. Καὶ ἐν μουσικῇ δίεσις, ὅτι ἐλάχιστον, καὶ ἐν φωνῇ στοιχεῖον. Καὶ ταῦτα πάντα ἐν τι οὕτως, οὐχ ὡς κοινόν τι τὸ ἐν, ἀλλ' ὥσπερ εἴρηται. (11) Οὐχ αἰεὶ δὲ τῷ ἀριθμῷ ἐν τὸ μέτρον, ἀλλ' ἐνότιοτε πλείω, ὅσον αἰ διέσεις δύο, αἰ μὴ κατὰ τὴν ἀκοὴν ἀλλ' ἐν τοῖς λόγοις, καὶ αἰ φωναὶ πλείους αἰς μετροῦμεν, καὶ ἡ διάμετρος δυοῖς μετρεῖται καὶ ἡ πλευρὰ καὶ τὰ μεγέθη πάντα. (12) Οὕτω δὴ πάντων μέτρον τὸ ἐν, ὅτι γνωρίζομεν ἐξ ὧν ἐστὶν ἡ οὐσία διαιροῦντες ἢ κατὰ τὸ ποσόν ἢ κατὰ τὸ εἶδος· καὶ διὰ τοῦτο τὸ ἐν ἀδιαίρετον, ὅτι τὸ πρῶτον ἐκάστων ἀδιαίρετον. Οὐχ ὁμοίως δὲ πᾶν ἀδιαίρετον, ὅσον πούς καὶ μονάς, ἀλλὰ τὸ μὲν πάντη, τὸ δ' εἰς ἀδιαίρετα πρὸς τὴν αἴσθησιν ἔθελει, ὥσπερ εἴρηται ἥδη· ἴσως γὰρ πᾶν συνεχὲς διαιρητόν. (13) Ἄει δὲ συγγενὲς τὸ μέτρον μεγεθῶν μὲν γὰρ μέγεθος, καὶ καθ' ἕκαστον μήκος μῆκος, πλάτους πλάτος, φωνῶν φωνή, βάρους βάρος, μονάδων μονάς. Οὕτω γὰρ δεῖ λαμβάνειν, ἀλλ' οὐχ ὅτι ἀριθμῶν ἀριθμός· καίτοι ἔδει, εἰ ὁμοίως· ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἀξιοῖ, ἀλλ' ὥσπερ εἰ μονάδων μονάδας ἀξιώσεις μέτρον ἀλλὰ μὴ μονάδα· ὁ δ' ἀριθμὸς πλῆθος μονάδων. (14) Καὶ τὴν ἐπιστήμην δὲ μέτρον τῶν πραγμάτων λέγομεν καὶ τὴν αἴσθησιν διὰ τὸ αὐτό, ὅτι γνωρίζομεν τι αὐταῖς, ἐπεὶ μετροῦνται μᾶλλον ἢ μετροῦσιν. Ἀλλὰ συμβαίνει ἡμῖν ὥσπερ ἂν εἰ ἄλλου ἡμᾶς μετροῦντος ἐγνωρίσαμεν πηλίκου ἐσμὲν τῷ τὸν πῆχυν ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῖν ἐπιβάλλειν. Πρωταγόρας δ' ἀνθρωπὸν φησι πάντων εἶναι μέτρον, ὥσπερ ἂν εἰ τὸν ἐπιστήμονα εἰπὼν ἢ τὸν αἰσθανόμενον· τούτους δ' ὅτι ἔχουσι δὲ μὲν αἴσθησιν ὁ δὲ ἐπιστήμην, ἃ φαμεν εἶναι μέτρα τῶν ὑποκειμένων. Οὐθὲν δὲ λέγων περιττὸν φαίνεται τι λέγειν. (15) Ὅτι μὲν οὖν τὸ ἐν εἶναι μάλιστα ἐστὶ κατὰ τὸ ὄνομα ἀφορίζοντι μέτρον τι, καὶ κυριώτατα τοῦ ποσοῦ, εἶτα τοῦ ποιοῦ, φανερόν. Ἔσται δὲ τοιοῦτον τὸ μὲν ἂν ἢ ἀδιαίρετον κατὰ τὸ ποσόν, τὸ δὲ ἂν κατὰ τὸ ποῖον· διόπερ ἀδιαίρετον τὸ ἐν ἢ ἀπλῶς ἢ ἢ ἐν.

sensum non contingit, hoc omnes mensuram, et humidorum et siccorum, et gravis et extensi faciunt : et tunc putant cognoscere quantum, quum per hanc mensuram sciant : atque etiam imotum simplici et velocissimo motu : minimum enim tempus hic habet. Quapropter in astrologia, tale unum, principium et mensura est. Motum enim æqualem et velocissimum eum qui est cæli, supponunt : ad quem ceteros judicant. Et in musica diesis, quia minimum. Et in voce, elementum. Et hæc omnia, ita unum quiddam, non ut commune quiddam unum, sed ut predictum est. (11) Non semper autem mensura numero unum est, verum aliquando plura : utputa dieses duæ, quæ non secundum auditum, sed in rationibus sunt. Et voces plures quibus mensuramus ; et diameter, duobus mensuratur ; et latus, et omnes magnitudines. (12) Sic igitur mensura omnium, unum est : quia cognoscimus ex quibus substantia est, aut secundum quantum, aut speciem dividentes. Et propterea unum indivisibile est, quia singulorum quorumcunque indivisibile est : non tamen omnia similiter indivisibilia sunt, ut pes, et unitas ; sed hoc quidem omnino, illud vero esse indivisibile secundum sensum vult, ut jam dictum est. Fortassis etenim omne continuum divisibile est. (13) Semper autem mensura, congenera est. Magnitudinum namque magnitudo, et secundum unumquodque, longitudinis longitudo, latitudinis latitudo, vocum vox, gravitatis gravitas, unitas unitatum. Ita enim accipere oportet, et non quod numerorum numerus. At oporteret, si similiter. Non tamen similiter censeat, sed ac si unitatum unitates, et non unitatem censeret esse mensuram. Numerus enim, unitatum est multitudo. (14) At scientiam quoque, et sensum, mensuram rerum dicimus esse, propterea quia per ea aliquid cognoscimus. Atqui mensurantur magis quam mensurant. Sed accidit nobis, ac si alio nos mensurante cognosceremus quantinam sumus, eo quod toties nobis cubitalis mensura admota est. Protagoras autem, hominem ait mensuram esse cunctorum : perinde ac si scientem, aut sentientem diceret. Istos autem, quia habent, ille quidem scientiam, hic vero sensum, quæ dicimus objectorum mensuras esse. Nihil itaque dicens doctum, aliquid dicere videtur. (15) Quod itaque unum esse, maxime secundum nomen si quis determinat, mensura quædam est, et maxime proprie quantitatis, deinde qualitatis, manifestum est. Tale autem erit, si hoc quidem secundum quantitatem, hoc vero secundum qualitatem indivisibile sit. Quare unum, aut simpliciter, aut prout est unum, indivisibile est.

CAP. II.

Κατὰ δὲ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν φύσιν ζητητέον ποτέρως ἔχει, καθάπερ ἐν τοῖς διαπορήμασιν ἐπιγλομεν τί τὸ ἐν ἐστὶ καὶ πῶς δεῖ περὶ αὐτοῦ λαβεῖν, πότερον ὡς οὐσίαις τινὸς οὐσίας αὐτοῦ τοῦ ἐνός, καθάπερ οἱ τες Πυθαγόρειοι φασὶ πρότερον καὶ Πλάτων ὕστερον, ἢ μᾶλλον ὑπόκειται τις φύσις, καὶ πῶς δεῖ γνωριμωτέρως λεχθῆναι καὶ μᾶλλον ὥσπερ οἱ περὶ φύσεως ἐκείνων γὰρ ὁ μὲν τις φιλίαν εἶναι φησὶ τὸ ἐν, ὁ δ' ἀέρα, ὁ δὲ τὸ ἄπειρον. Εἰ δὲ μηθὲν τῶν καθόλου δυνατὸν οὐσίαν

Secundum substantiam autem et naturam quonam modo se habeat, quaerendum est : quemadmodum in dubitationibus tractavimus, quidnam unum sit, et quomodo de eo opinari oporteat : utrum ut ipsum unum, substantia sit, quemadmodum Pythagorici dixerunt prius, et Plato posterius : an magis aliqua subjicitur natura, et quomodo oporteat notius dici, et an magis, sicuti Physici. Illorum enim quidam amicitiam ipsum unum ait esse, quidam aerem, quidam infinitum. Si autem nihil universalium possibile

εἶναι, καθάπερ ἐν τοῖς περὶ οὐσίας καὶ περὶ τοῦ ὄντος εἴρηται λόγοις, οὐδ' αὐτὸ τοῦτο οὐσίαν ὡς ἐν τι παρὰ τὰ πολλὰ δυνατὸν εἶναι (κοινὸν γάρ) ἀλλ' ἡ κατηγορημα μόνον, ὁῦλον ὡς οὐδὲ τὸ ἐν· τὸ γὰρ ὄν καὶ τὸ ἐν καθόλου κατηγορεῖται μάλιστα πάντων. (2) Ὡστε οὔτε τὰ γένη φύσεις γινέσθαι καὶ οὐσίαι χωρισταὶ τῶν ἄλλων εἰσίν, οὔτε τὸ ἐν γένος ἐνδέχεται εἶναι διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας δι' ἄσπερ οὐδὲ τὸ ὄν οὐδὲ τὴν οὐσίαν. (3) Ἐτι δ' ὁμοίως ἐπὶ πάντων ἀναγκαῖον ἔχειν· λέγεται δ' ἰσα-
10 χῶς τὸ ὄν καὶ τὸ ἐν· ὥστ' ἐπειπερ ἐν τοῖς ποιοῖς ἔστι τι τὸ ἐν καὶ τίς φύσις, ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ποσοῖς, ὁῦλον ὅτι καὶ ὄλωσ ζητητέον τί τὸ ἐν, ὥσπερ καὶ τί τὸ ὄν, ὡς οὐχ ἰκανὸν ὅτι τοῦτο αὐτὸ ἡ φύσις αὐτοῦ.
(4) Ἀλλὰ μὴν ἐν γε χρώμασιν ἔστι τι τὸ ἐν χρώμα, ὅλον
15 τὸ λευκόν, εἰ τὰ ἄλλα ἐκ τούτου καὶ τοῦ μέλανος φαίνεται γιγνώμενα, τὸ δὲ μέλαν στέρησις λευκοῦ, ὥσπερ καὶ φωτὸς σκότος· τοῦτο δ' ἔστι στέρησις φωτός. Ὡστ' εἰ τὰ ὄντα ἦν χρώματα, ἦν ἂν ἀριθμὸς τις τὰ ὄντα. Ἀλλὰ τίινω; ὁῦλον δὲ ὅτι χρωμάτων. Καὶ τὸ ἐν ἦν
20 ἂν τι ἐν, ὅλον τὸ λευκόν. (6) Ὅμοίως δὲ καὶ εἰ μέλη τὰ ὄντα ἦν, ἀριθμὸς ἂν ἦν, διέσεων μέντοι, ἀλλ' οὐκ ἀριθμὸς ἡ οὐσία αὐτῶν· καὶ τὸ ἐν ἦν ἂν τι οὐ ἡ οὐσία οὐ τὸ ἐν ἀλλὰ διέσις. Ὅμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν φθόγων στοιχείων ἂν ἦν τὰ ὄντα ἀριθμὸς, καὶ τὸ ἐν στοι-
25 χεῖον φωνῆεν· καὶ εἰ σχήματα εὐθύγραμμα, σχημάτων ἂν ἦν ἀριθμὸς, καὶ τὸ ἐν τὸ τρίγωνον. Ὅ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων γενῶν. (8) Ὡστ' εἴπερ καὶ ἐν τοῖς πάθεσι καὶ ἐν τοῖς ποιοῖς καὶ ἐν τοῖς ποσοῖς καὶ ἐν κινήσει ἀριθμῶν ὄντων καὶ ἐνός τινος ἐν ἅπασιν ὁ τε
30 ἀριθμὸς τινῶν καὶ τὸ ἐν τι ἐν, ἀλλ' οὐχὶ τοῦτο αὐτὸ αὐτοῦ ἡ οὐσία, καὶ ἐπὶ τῶν οὐσιῶν ἀνάγκη ὡσαύτως ἔχειν ὁμοίως γὰρ ἔχει ἐπὶ πάντων. (7) Ὅτι μὲν οὖν τὸ ἐν ἐν παντὶ γένει ἔστι τις φύσις, καὶ οὐθενὸς τοῦτο γ' αὐτὸ ἡ φύσις τὸ ἐν, φανερόν· ἀλλ' ὥσπερ ἐν χρώμασι
36 χρώμα ἐν ζητητέον αὐτὸ τὸ ἐν, οὕτω καὶ ἐν οὐσίαι οὐσίαν μίαν αὐτὸ τὸ ἐν. (8) Ὅτι δὲ ταῦτὸ σημαίνει πως τὸ ἐν καὶ τὸ ὄν, ὁῦλον τῶν τε παρακολουθεῖν ἰσαχῶς ταῖς κατηγορίαις καὶ μὴ εἶναι ἐν μηδεμιᾷ, ὅλον οὐτ' ἐν τῇ τί ἐστίν οὐτ' ἐν τῇ ποῖον, ἀλλ' ὁμοίως ἔχει ὥσπερ
40 τὸ ὄν, καὶ τῶν μὴ προσκατηγορεῖσθαι ἕτερόν τι τὸ εἶς ἄνθρωπος τοῦ ἀνθρώπου, ὥσπερ οὐδὲ τὸ εἶναι παρὰ τὸ τί ἢ ποῖον ἢ ποσόν, καὶ τὸ ἐν εἶναι τὸ ἐκάστῳ εἶναι.

CAP. III.

Ἀντίκειται δὲ τὸ ἐν καὶ τὰ πολλὰ κατὰ πλείους τρό-
45 πους, ὅν ἕνα τὸ ἐν καὶ τὸ πλῆθος ὡς ἀδιαίρετον καὶ διαίρετόν· τὸ μὲν γὰρ ἡ διηρημένον ἢ διαίρετόν πλῆθος τι λέγεται, τὸ δὲ ἀδιαίρετον ἢ μὴ διηρημένον ἐν. (2) Ἐπεὶ οὖν αἱ ἀντιθέσεις τετραχῶς, καὶ τούτων κατὰ στέρησιν λέγεται θάτερον, ἐναντία ἂν εἴη, καὶ οὔτε ὡς ἀντίφρασις οὔτε ὡς τὰ πρὸς τι λεγόμενα. Λέγεται δ' ἐκ
50 τοῦ ἐναντίου καὶ δηλοῦσθαι τὸ ἐν ἐκ τοῦ διαίρετοῦ τὸ ἀδιαίρετον διὰ τὸ μᾶλλον αἰσθητόν τὸ πλῆθος εἶναι καὶ τὸ διαίρετόν ἢ τὸ ἀδιαίρετον, ὥστε τῶν λόγων πρότερον

ἀποδεικτικὴ σοφία ἢ περὶ τὰ συμβεβηκότα, ἢ δὲ περὶ τὰ πρῶτα ἢ τῶν οὐσιῶν. (6) Ἄλλ' οὐδὲ περὶ τὰς ἐν τοῖς φυσικοῖς εἰρημένας αἰτίας τὴν ζητουμένην ἐπιστήμην θετέον. Οὔτε γὰρ περὶ τὸ οὐ ἔνεκεν· τοιοῦτον γὰρ τὰ γαθόν, τοῦτο δ' ἐν τοῖς πρακτοῖς ὑπάρχει καὶ τοῖς οὖσιν ἐν κινήσει· καὶ τοῦτο πρῶτον κινεῖ (τοιοῦτον γὰρ τὸ τέλος), τὸ δὲ πρῶτον κινήσαν οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς ἀκινήτοις. (8) Ὅλωσ δ' ἀπορίαν ἔχει πότερον ποτε περὶ τὰς αἰσθητὰς οὐσίας ἔστιν ἡ ζητουμένη νῦν ἐπιστήμη ἢ οὐ, περὶ δὲ τινὰς ἐτέρας. Εἰ γὰρ περὶ ἄλλας, ἢ περὶ τὰ εἶδη εἴη ἂν ἡ περὶ τὰ μαθηματικά. Τὰ μὲν οὖν εἶδη ἔτι οὐκ ἔστι, δῆλον. (7) Ὅμως δ' ἀπορίαν ἔχει, κὰν εἶναι τις αὐτὰ θῆ, διὰ τί ποτ' οὐχ ὡς περὶ ἐπὶ τῶν μαθηματικῶν, οὕτως ἔχει καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὧν ἔστιν εἶδη. Λέγω δ' ὅτι τὰ μαθηματικά μὲν μεταξύ τε τῶν εἰδῶν τιθέασιν καὶ τῶν αἰσθητῶν ὄν τριτά τινὰ παρὰ τὰ εἶδη τε καὶ τὰ δεῦρο· τρίτος δ' ἀνθρωπος οὐκ ἔστιν οὐδ' ἵππος παρ' αὐτόν τε καὶ τοὺς καθ' ἕκαστον. (8) Εἰ δ' αὖ μὴ ἔστιν ὡς λέγουσι, περὶ ποῖα θετέον πραγμα-
 20 τεύεσθαι τὸν μαθηματικόν; οὐ γὰρ δὴ περὶ τὰ δεῦρο· τοῦτων γὰρ οὐθέν ἔστιν ὄν αἱ μαθηματικαὶ ζητοῦσι τῶν ἐπιστημῶν. Οὐδὲ μὴν περὶ τὰ μαθηματικά ἡ ζητουμένη νῦν ἔστιν ἐπιστήμη· χωριστὸν γὰρ αὐτῶν οὐθέν. Ἄλλ' οὐδὲ περὶ τῶν αἰσθητῶν οὐσιῶν φθαρτα
 25 γάρ. (9) Ὅλωσ δ' ἀπορήσειε τις ἂν ποῖα ἔστιν ἐπιστήμη τὸ διαπορησάμεν περὶ τῆς τῶν μαθηματικῶν ὕλης. Οὔτε γὰρ τῆς φυσικῆς, διὰ τὸ περὶ τὰ ἔχοντα ἐν αὐτοῖς ἀρχὴν κινήσεως καὶ στάσεως τὴν τοῦ φυσικοῦ πᾶσαν εἶναι πραγματεῖαν, οὐδὲ μὴν τῆς σκοπούσης περὶ ἀπο-
 30 δεξέως τε καὶ ἐπιστήμης· περὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τὸ γένος τὴν ζήτησιν ποιεῖται. Λεῖπεται τοίνυν τὴν προκειμένην φιλοσοφίαν περὶ αὐτῶν τὴν σέψιν ποιεῖσθαι. (10) Διαπορήσειε δ' ἂν τις εἰ δεῖ θείναι τὴν ζητουμένην ἐπιστήμην περὶ τὰς ἀρχὰς τὰ καλούμενα ὑπὸ τινῶν
 35 στοιχεῖα· ταῦτα δὲ πάντες ἐνυπάρχοντα τοῖς συνθετοῖς τιθέασιν. (11) Μᾶλλον δ' ἂν δόξειε τῶν καθόλου δεῖν εἶναι τὴν ζητουμένην ἐπιστήμην· πᾶς γὰρ λόγος καὶ πᾶσα ἐπιστήμη τῶν καθόλου καὶ οὐ τῶν ἐσχάτων, ὡστ' εἴη ἂν οὕτω τῶν πρώτων γενῶν. Ταῦτα δὲ γίγνεται ἂν
 40 τὸ τε ὄν καὶ τὸ ἐν· ταῦτα γὰρ μάλιστα ἂν ὑποληφθεῖη περιέχειν τὰ ὄντα πάντα καὶ μάλιστα ἀρχαῖς εἰκέναι διὰ τὸ εἶναι πρῶτα τῆ φύσει· φθαρέντων γὰρ αὐτῶν συναναίρεται καὶ τὰ λοιπά· πάντα γὰρ ὄν καὶ ἐν. Ἢ δὲ τὰς διαφορὰς αὐτῶν ἀνάγκη μετέχειν εἰ θήσει τις
 45 αὐτὰ γένη, διαφορὰ δ' οὐδεμία τοῦ γένους μετέχει, ταῦτη δ' οὐκ ἂν δόξειε δεῖν αὐτὰ τιθέναι γένη οὐδ' ἀρχὰς. (12) Ἐτι δ' εἰ μᾶλλον ἀρχὴ τὸ ἀπλούστερον τοῦ ἤττον τοιοῦτου, τὰ δ' ἐσχάτα τῶν ἐκ τοῦ γένους ἀπλούστερα τῶν γενῶν (ἄτομα γάρ, τὰ γένη δ' εἰς εἶδη πλείω
 50 καὶ διαφέροντα διαιρεῖται), μᾶλλον ἂν ἀρχὴ δόξειε εἶναι τὰ εἶδη τῶν γενῶν. Ἢ δὲ συναναίρεται τοῖς γένεσι τὰ εἶδη, τὰ γένη ταῖς ἀρχαῖς εἰκοιε μᾶλλον· ἀρχὴ γὰρ τὸ συναναίρου. Τὰ μὲν οὖν τὴν ἀπορίαν ἔχοντα ταῦτα καὶ τοιαῦτ' ἔστιν ἕτερα.

sapientia est? nam demonstrativa quidem sapientia est ea quæ circa accidentia est; quæ autem circa ipsa prima, ea quæ substantialiarum est? (5) Ac nec circa causas, quæ in naturalibus dictæ sunt, quam quærimus, scientia ponenda est: neque enim circa ipsum cuius causa. Tale enim est bonum. Hoc vero in agendis, et iis quæ sunt in motu, existit. Et hoc primum movet (tale namque finis est); primum movens autem non est in immobilibus. (6) Et omnino dubitationem habet, utrum circa sensibiles substantias est, quæ nunc quaeritur scientia, an non, sed circa alias quasdam. Etenim si circa alias, aut circa species erit profecto, aut circa mathematica. Quod autem species non sint, manifestum est. (7) Attamen etiam si quis eas ponat esse, dubitationem habet cur non ita se habet de ceteris quorum species sunt, quemadmodum de mathematicis. Dico autem quod mathematica quidem media ponunt specierum et sensibillum esse, quasi tertia quedam præter species et ea quæ hic sunt: at tertius homo non est, nec equus, præter ipsum et particulares. (8) Quodsi non sunt ut dicunt, circa qualia statuendum est tractare mathematicum? non enim circa ea quæ hic sunt. Nihil enim horum tale est, quale mathematicæ scientiæ quaerunt. At vero nec circa mathematica est, quæ nunc quaeritur, scientia. Nihil enim horum separatim est. Verum nec sensibillum substantialium: corruptibiles namque sunt. (9) Et omnino dubitare aliquis possit qualisnam scientiæ sit, de mathematicorum materia dubitare. Nec enim physicæ, eo quod circa ea quæ in se principium motus et quietis habent, omnis physicæ intentio est: nec illius quæ de demonstratione et scientia tractat; circa namque id ipsum genus considerationem facit. Restat itaque, philosophiam propositam de hisce rebus tractare. (10) Dubitaverit autem quispiam profecto, si hæc, quæ quaeritur, scientia, ponenda sit circa principia quæ a quibusdam elementa vocantur: hæc autem omnes inesse compositis ponunt. (11) At magis videatur, universalium eam oportere esse, quæ quaeritur, scientia. Omnis enim ratio, et omnis scientia, universalium, non ultimorum est: quare sic erit utique primorum generum. Hæc autem sane fuerint ens, et unum. Hæc enim maxime putabuntur cuncta entia continere, et maxime principiis assimilari, eo quod natura prima sint. Corruptis namque eis, simul cetera quodque pereunt: omnia enim ens et unum. Quatenus autem necesse est ut differentia participent his, si quis hæc genera ponat, nulla vero differentia participat genere, hoc pacto non videatur ea genera ponere oportere, neque principia. (12) Item, si magis principium est, quod simplicius quam quod minus tale sit, ultima vero eorum, quæ ex genere sunt, simpliciora quam genera sint, (hæc enim individua sunt, genera vero in plures species et differentes dividuntur,) magis species quam genera videantur principium esse: quatenus vero species simul cum generibus pereunt, genera magis assimilantur principiis. Principium namque est, quod cointerimit. Hæc utique, et hujuscemodi alia, sunt quæ dubitationem habent.

CAP. II.

Ἔτι πότερον δεῖ τίθεναι τι παρὰ τὰ καθ' ἕκαστα ἢ οὐ, ἀλλὰ τούτων ἡ ζητούμενη ἐπιστήμη. Ἀλλὰ ταῦτα ἀπειρα. Ἔτι γὰρ μὴ παρὰ τὰ καθ' ἕκαστα γένη ἢ εἶδη ἐστίν· ἀλλ' οὐδετέρου τούτων ἡ ζητούμενη νῦν ἐπιστήμη. Διότι γὰρ ἀδύνατον τοῦτ', εἴρηται. Καὶ γὰρ ὄλωσ ἀπορίαν ἔχει πότερον δεῖ τινὰ ὑπολαβεῖν οὐσίαν εἶναι χωριστὴν παρὰ τὰς αἰσθητάς οὐσίας καὶ τὰ δεῦρο, ἢ οὐ, ἀλλὰ ταῦτ' εἶναι τὰ ὄντα καὶ περὶ ταῦτα τὴν σοφίαν ὑπάρχειν. Ζητεῖν μὲν γὰρ εἰκόκαμεν ἄλλην τινὰ, καὶ τὸ προκείμενον τοῦτ' ἐστὶν ἡμῖν, λέγω δὲ τὸ ἰδεῖν εἴ τι χωριστὸν καθ' αὐτὸ καὶ μηδενὶ τῶν αἰσθητῶν ὑπάρχον. (2) Ἔτι δ' εἴ παρὰ τὰς αἰσθητάς οὐσίας ἐστὶ τις ἑτέρα οὐσία, παρὰ ποίας τῶν αἰσθητῶν δεῖ τίθεναι ταύτην εἶναι; τί γὰρ μᾶλλον παρὰ τοὺς ἀνθρώπους ἢ τοὺς ἵππους ἢ τῶν ἄλλων ζώων θήσει τις αὐτὴν ἢ καὶ τῶν ἀψύχων ὄλωσ; Ἔτι γὰρ μὴ ἴσας ταῖς αἰσθηταῖς καὶ φθαρταῖς οὐσίαις αἰδίους ἑτέρας κατασκευάζειν ἑκτός τῶν εὐλόγων δοξοῖεν ἂν πίπτειν. (3) Εἴ δὲ μὴ χωριστὴ τῶν σωματικῶν ἡ ζητούμενη νῦν ἐστὶν ἀρχή, τίνα ἂν τις ἄλλην μᾶλλον θεῖη τῆς ὕλης; αὕτη γὰρ μὴ ἐνεργεῖα μὲν οὐκ ἐστὶ, δυνάμει δ' ἐστὶν. Μᾶλλον τ' ἂν ἀρχὴ κυριωτέρα ταύτης δοξοῖεν εἶναι τὸ εἶδος καὶ ἡ μορφή· τοῦτο δὲ φθαρτόν, ὥσθ' ὄλωσ οὐκ ἐστὶν αἰδίου οὐσία χωριστὴ καὶ καθ' αὐτήν. Ἀλλ' ἀτοπον· εἰκοι γὰρ καὶ ζητεῖται σχεδὸν ὑπὸ τῶν χαριεστάτων ὡς οὐσά τις ἀρχὴ καὶ οὐσία τοιαυτῆ· πῶς γὰρ ἔσται τάξις μὴ τινος ὄντος αἰδίου καὶ χωριστοῦ καὶ μένοντος; (4) Ἔτι δ' εἴπερ ἐστὶ τις οὐσία καὶ ἀρχὴ τοιαυτὴ τὴν φύσιν ὅταν νῦν ζητοῦμεν, καὶ αὕτη μία πάντων καὶ ἡ αὐτὴ τῶν αἰδίων τε καὶ φθαρτῶν, ἀπορίαν ἔχει διὰ τί ποτε τῆς αὐτῆς ἀρχῆς οὐσης τὰ μὲν ἐστὶν αἰδία τῶν ὑπὸ τῆς ἀρχῆς, τὰ δ' οὐκ αἰδία· τοῦτο γὰρ ἀτοπον. (5) Εἴ δ' ἄλλη μὲν ἐστὶν ἀρχὴ τῶν φθαρτῶν, ἄλλη δὲ τῶν αἰδίων, εἴ μὲν αἰδίου καὶ ἡ τῶν φθαρτῶν, ὁμοίως ἀπορήσομεν· διὰ τί γὰρ οὐκ αἰδίου τῆς ἀρχῆς οὐσης καὶ τὰ ὑπὸ τῆς ἀρχῆς αἰδία; φθαρτῆς δ' οὐσης ἄλλη τις ἀρχὴ γίγνεται ταύτης κακείνης ἑτέρα, καὶ τοῦτ' εἰς ἀπειρον πρόεισιν. (6) Εἴ δ' αὖ τις τὰς δοκούσας μάλιστα ἀρχὰς ἀκινήτους εἶναι, τό τε ὄν καὶ τὸ ἐν θήσει, πρῶτον μὲν εἴ μὴ τὸδε τι καὶ οὐσίαν ἑκάτερον αὐτῶν σημαίνει, πῶς ἔσονται χωριστὰ καὶ καθ' αὐτάς; τοιαύτας δὲ ζητοῦμεν τὰς αἰδίου τε καὶ πρῶτας ἀρχὰς. Εἴ γὰρ μὴ τὸδε τι καὶ οὐσίαν ἑκάτερον αὐτῶν δηλοῖ, πᾶντ' ἐστὶν οὐσία τὰ ὄντα· κατὰ πάντων γὰρ τὸ ὄν κατηγορεῖται, κατ' ἑνὶν δὲ καὶ τὸ ἐν. Οὐσίαν δ' εἶναι πάντα τὰ ὄντα ψεῦδος. (7) Ἔτι δὲ τοῖς τὴν πρῶτην ἀρχὴν τὸ ἐν λέγουσι καὶ τοῦτ' οὐσίαν, ἐκ δὲ τοῦ ἐνός καὶ τῆς ὕλης τὸν ἀριθμὸν γεννώσι πρῶτον, καὶ τοῦτον οὐσίαν φάσκουσιν εἶναι, πῶς ἐνδέχεται τὸ λεγόμενον ἀληθὲς εἶναι; τὴν γὰρ δυάδα καὶ τῶν λοιπῶν ἕκαστον ἀριθμῶν τῶν συνθέτων πῶς ἐν δεῖ νοῆσαι; περὶ τοῦτου γὰρ οὔτε λέγουσιν οὐδὲν οὔτε ῥάδιον εἰπεῖν. Εἴ γὰρ μὴ γραμμὰς ἢ τὰ τούτων ἐχόμενα (λέγω δ' ἐπιφανείας τὰς

Item utrum ponendum est quicquam præter particularia, an non, sed horum est, quæ quæritur, scientia. At hæc infinita sunt. Quæ quidem præter singularia sunt, aut genera, aut species sunt: neutrius autem horum, quæ quæritur, scientia est. Cur enim hoc impossibile sit, dictum est. Etenim omnino hæsitacionem habet, utrum arbitrandum sit, aliquam separatam substantiam præter sensibiles substantias, et has, quæ hic sunt, an non, sed illa esse entia, et circa illa sapientiam versari. Quærere namque videmur aliam quandam, et hoc est nobis propositum. Dico autem videre si quid per se separabile sit, et in nullo sensibilibus existens. (2) Item, si præter sensibiles substantias est aliqua alia substantia, præter quales sensibiles ea ponenda est? Cur enim magis præter homines, quam præter equos, aut alia animalia, aut omnino etiam inanimata ponat aliquis eam? At his sensibilibus et corruptibilibus substantiis alias sempiternas æquales ponere, profecto extra rationem cadere videatur. (3) Quodsi id quod nunc quæritur principium, non est a corporibus separabile, quod aliud magis quam materiam quis ponet? At hæc, actu quidem non est, potentia vero est. Magis itaque ac principalius eâ videatur esse principium, species et forma. Verum hæc corruptibilis est. Quare omnino non est perpetua substantia, separabilis et per se. Sed hoc inconueniens est. Videtur namque esse et a cultissimis quæritur, tanquam sit aliquid principium, ac talis substantia. Quo namque pacto ordo erit, non existente aliquo perpetuo, separato, ac permanente? (4) Item, si est aliqua substantia, et principium naturæ talæ, quale nunc quærimus, et hoc omnibus unum et idem, perpetuis atque corruptibilibus, dubitationem habet, cur quum idem principium sit, quædam, quæ sub illo principio sunt, æterna sint, quædam non. Hoc enim inconueniens est. (5) At si aliud quidem corruptibilium principium, aliud æternorum est: si etiam corruptibilium æternorum est, similiter dubitabimus: cur enim principio æterno existente, non sint æterna, quæ sub principio sunt? corruptibili vero existente, aliud quoddam hujus principium fit, et illius aliud, et hoc in infinitum procedet. (6) Quodsi quis rursus, quæ maxime videntur immobilia principia esse, ens et unum ponat, primo quidem nisi hoc quid et substantiam utrumque eorum significet, quomodo separabilia, et per se ipsa erunt? talia namque prima et æterna principia quærimus. Quodsi substantiam, et hoc quid, utrumque eorum significet, omnia entia substantiæ sunt, quum de omnibus ens prædicetur, de quibusdam vero etiam unum: cuncta vero entia substantiam esse, falsum est. (7) Item illis, qui primum principium ipsum unum aiunt, et hoc substantiam esse ex uno vero, et materia, primo numerum generant, et hunc substantiam esse dicunt, quomodo contingit verum esse quod dicitur? dualitatem namque, et ceterorum compositorum numerorum unumquemque, quonam modo unum intelligere oportet? De hoc enim nec dicunt aliquid, nec ut dicant, facile est. Si qui vero lineas, aut quæ has sequuntur (dico autem pri-

πρώτας) θήσεται τις ἀρχάς, ταῦτα δ' οὐκ εἰσὶν οὐσαὶ χωρισταί, τομαὶ δὲ καὶ διαίρεσεις αἱ μὲν ἐπιφανειῶν αἱ δὲ σωμάτων, αἱ δὲ στιγμαὶ γραμμῶν, ἔτι δὲ πέρατα τῶν αὐτῶν τούτων· πάντα δὲ ταῦτα ἐν ἄλλοις ὑπάρχει καὶ χωριστὸν οὐδὲν ἔστιν. (8) Ἐτι πῶς οὐσίαν ὑπολαβεῖν εἶναι δεῖ τοῦ ἐνός καὶ στιγμαῆς; Οὐσίας μὲν γὰρ πάσης γένεσις ἔστι, στιγμαῆς δ' οὐκ ἔστιν· διαίρεσις γὰρ ἢ στιγμαῆς. (9) Παρέχει δ' ἀπορίαν καὶ τὸ πᾶσαν μὲν ἐπιστήμην εἶναι τῶν καθόλου καὶ τοῦ τοιοῦδί, τὴν δ' οὐσίαν μὴ τῶν καθόλου εἶναι, μᾶλλον δὲ τότε τι καὶ χωριστόν, ὥστ' εἰ περὶ τὰς ἀρχάς ἔστιν ἐπιστήμη, πῶς δεῖ τὴν ἀρχὴν ὑπολαβεῖν οὐσίαν εἶναι; (10) Ἐτι πότερον ἔστι τι παρὰ τὸ σύνολον ἢ οὐ; λέγου δὲ τὴν ὕλην καὶ τὸ μετὰ ταύτης. Εἰ μὲν γὰρ μή, τὰ γ' ἐν ὕλῃ φθαρτὰ πάντα. Εἰ δ' ἔστι τι, τὸ εἶδος ἂν εἴη καὶ ἢ μορφή. Τοῦτ' οὖν ἐπὶ τίνων ἔστι καὶ ἐπὶ τίνων οὐ, χαλεπὸν ἀφορίσαι· ἐπ' ἐνίων γὰρ δῆλον οὐκ ὄν χωριστὸν τὸ εἶδος, οἷον οἰκίας. (11) Ἐτι πότερον αἱ ἀρχαὶ εἶδει ἢ ἀριθμῶ αἱ αὐταί; εἰ γὰρ ἀριθμῶ, πάντ' ἔσται ταῦτα.

mas superficies), principia esse ponat, hæc non sunt substantiæ separabiles, verum decisiones et divisiones, illæ quidem superficierum, hæc vero corporum : puncta vero linearum sunt, et etiã ipsarum earundem termini : hæc autem omnia in aliis sunt, et nihil separabile est. (8) Item, quonam modo arbitrandum sit, unius et puncti substantiam esse? Omnis namque substantiæ generatio est; puncti vero, minime. Punctum enim divisio est. (9) Præbet autem dubitationem hoc etiã, quod omnis quidem scientia universalium est, et ejus quod tale est : substantiam vero non esse universalium, sed magis ipsum hoc quid, et separabile. Quare si scientia circa principia est, quonam modo arbitrandum sit, principium substantiam esse? (10) Item, utrum est aliquid præter cunctum (dico autem materiam, et quod cum ea est), an non? Nam si non est, quæ in materia sunt, omnia corruptibilia sunt. Quodsi est aliquid, species, et forma profecto fuerit. Hoc itaque, in quibus est, in quibusve non est, difficile determinare est. In quibusdam enim manifestum est non esse speciem separabilem, utputa domo. (11) Item, principia utrum specie, an numero eadem sunt? Si enim numero unum, omnia erunt eadem.

CAP. III.

Ἐπεὶ δ' ἔστιν ἡ τοῦ φιλοσόφου ἐπιστήμη τοῦ ὄντος ἢ ὄν καθόλου καὶ οὐ κατὰ μέρος, τὸ δ' ὄν πολλαχῶς καὶ οὐ καθ' ἓνα λέγεται τρόπον· εἰ μὲν οὖν ὁμωνύμως κατὰ δὲ κοινὸν μὴθέν, οὐκ ἔστιν ὑπὸ μίαν ἐπιστήμην (οὐ γὰρ ἐν γένος τῶν τοιοῦτων), εἰ δὲ κατὰ τι κοινόν, εἴη ἂν ὑπὸ μίαν ἐπιστήμην. (2) Ἐοικε δὲ τὸν εἰρημέων λέγεσθαι τρόπον καθάπερ τότε ἰατρικὸν καὶ ὑγιεινόν· καὶ γὰρ τούτων ἐκάτερον πολλαχῶς λέγομεν. Λέγεται δὲ τοῦτον τὸν τρόπον ἕκαστον τῶ τὸ μὲν πρὸς τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην ἀνάγεσθαι πῶς, τὸ δὲ πρὸς ὑγίειαν τὸ δ' ἄλλως, πρὸς ταῦτο δ' ἕκαστον. Ἰατρικὸς γὰρ λόγος καὶ μαχαίριον λέγεται τῶ τὸ μὲν ἀπὸ τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμης εἶναι, τὸ δὲ ταύτῃ χρήσιμον. Ὁμοίως δὲ καὶ ὑγιεινόν· τὸ μὲν γὰρ ὅτι σημαντικὸν ὑγείας, τὸ δ' ὅτι ποιητικόν. Ὁ δ' αὐτὸς τρόπος καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν. (3) Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὸ ὄν ἅπαν λέγεται· τῶ γὰρ τοῦ ὄντος ἢ ὄν πάθος ἢ ἔξις ἢ διάθεσις ἢ κίνησις ἢ τῶν ἄλλων τι τῶν τοιοῦτων εἶναι λέγεται ἕκαστον αὐτῶν ὄν. (4) Ἐπεὶ δὲ παντὸς τοῦ ὄντος πρὸς ἐν τι καὶ κοινόν ἢ ἀναγωγή γίγνεται, καὶ τῶν ἐναντιώσεων ἕκαστη πρὸς τὰς πρώτας διαφορὰς καὶ ἐναντιώσεις ἀναθήσεται τοῦ ὄντος, εἴτε πλῆθος καὶ ἐν εἴθ' ὁμοιότης καὶ ἀνομοιότης αἱ πρῶται τοῦ ὄντος εἰσὶ διαφοραί, εἴτ' ἄλλαι τινές· ἔστωσαν γὰρ αὗται τεθεωρημέναι. (5) Διαφέρει δ' οὐθὲν τὴν τοῦ ὄντος ἀναγωγήν πρὸς τὸ ὄν ἢ πρὸς τὸ ἐν γίνεσθαι. Καὶ γὰρ εἰ μὴ ταῦτὸν ἄλλο δ' ἔστιν, ἀντιστρέφει γε· τὸ τε γὰρ ἐν καὶ ὄν πῶς, τὸ τε ὄν ἐν. (6) Ἐπεὶ δ' ἔστι τὰ ἐναντία πάντα τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς ἐπιστήμης θεωρησαί, λέγεται δ' ἕκαστον αὐτῶν κατὰ στέρησιν, καίτοι γ' ἕνια ἀπορήσειε τις ἂν πῶς λέγεται κατὰ στέρησιν, ὃν ἔστιν ἀνά μέσον τι, καθάπερ ἀδίκου καὶ δικαίου, περὶ πάντα δὲ τὰ τοιαῦτα τὴν στέρησιν δεῖ τιθέναι, μὴ τοῦ ὄλου

Quum autem philosophi scientia sit entis, prout ens, universaliter, et non secundum partem; ens vero multipliciter, et non secundum unum modum dicitur: si æquivoce, et non secundum aliquid commune dicitur, non est sub una scientia. Talium enim non est unum genus. Quodsi secundum aliquod commune, erit utique sub una scientia. (2) Videtur igitur prædicto modo dici, quemadmodum medicativum, et salubre. Etenim utrumque horum multipliciter dicitur. Dicitur autem hoc modo unumquodque eorum, eo quod hoc quidem ad medicandi scientiam quodammodo referatur, hoc vero ad sanitatem, hoc vero aliter, unumquodque vero ad idem. Medicativus namque sermo, et cultellus, dicitur eo quod ille quidem a medicandi scientia est, hic vero ei utilis. Similiter et salubre: hoc enim, quia sanitatis significativum; hoc vero, quoniam factivum. Idem autem modus etiam de ceteris est. (3) Eodem igitur modo etiam omne ens dicitur. Eo namque, quod entis prout ens est, passio, aut habitus, aut dispositio, aut motus, aut aliquid hujuscemodi sit, dicitur ens unumquodque eorum. (4) Quum autem omnis entis ad unum quid et commune reductio fiat, contrarietatum quoque singulæ ad primas differentias et contrarietates entis reducentur, sive multitudo et unum, sive similitudo et dissimilitudo primæ sunt entis differentiæ, sive aliquæ aliæ: sint autem hæc speculatione perceptæ. (5) Nihil autem interest, ad ens, vel ad unum, entis reductionem fieri. Etenim si non idem, sed aliud sit, attamen convertitur. Et ipsum enim unum quodammodo ens, et ipsum ens, unum est. (6) Quum autem unius et ejusdem scientiæ sit cuncta contraria speculari, unumquodque autem horum secundum privationem dicitur, — licet de quibusdam, quorum aliquid intermedium est, quemadmodum justus, et injustus, dubitaret quispiam quonam modo secundum privationem dicantur: circa hæc igitur omnia priva-

λόγου, τοῦ τελευταίου δὲ εἶδους· ὅσον εἰ ἔστιν ὁ δίκαιος καθ' ἑξιν τινὰ πειθαρχικός τοῖς νόμοις, οὐ πάντως ὁ ἀδίκος ἔσται τοῦ ὅλου στερούμενος λόγου, περὶ δὲ τὸ πείθεσθαι τοῖς νόμοις ἐκλείπων πῆ, καὶ ταύτη ἡ στερήσις ὑπάρξει αὐτῷ. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. (7) Καθάπερ δ' ὁ μαθηματικός περὶ τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως τὴν θεωρίαν ποιεῖται (περιελών γὰρ πάντα τὰ αἰσθητὰ θεωρεῖ, ὅσον βάρος καὶ κούφότητα καὶ σκληρότητα καὶ τούναντιόν, ἔτι δὲ καὶ θερμότητα καὶ ψυχρότητα καὶ τὰς ἄλλας αἰσθητὰς ἐναντιώσεις, μόνον δὲ καταλείπει τὸ ποσὸν καὶ συνεχές, τῶν μὲν ἐφ' ἑν τῶν δ' ἐπὶ δύο τῶν δ' ἐπὶ τρία, καὶ τὰ πάθη τὰ τούτων ἢ ποσὰ ἔστι καὶ συνεχῆ, καὶ οὐ καθ' ἕτερόν τι θεωρεῖ, καὶ τῶν μὲν τὰς πρὸς ἄλληλα θέσεις σκοπεῖ καὶ τὰ ταύταις ὑπάρχοντα, τῶν δὲ τὰς συμμετρίας καὶ ἀσυμμετρίας, τῶν δὲ τοὺς λόγους, ἀλλ' ὁμοῦς μίαν πάντων καὶ τὴν αὐτὴν τίθεμεν ἐπιστήμην τὴν γεωμετρικὴν), τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἔχει καὶ περὶ τὸ δν. (8) Τὰ γὰρ τούτω συμβεβηκότα καθ' ὅσον ἔστιν ὄν, καὶ τὰς ἐναντιώσεις αὐτοῦ ἢ ὄν, οὐκ ἄλλως ἐπιστήμης ἢ φιλοσοφίας θεωρῆσαι. Τῇ φυσικῇ μὲν γὰρ οὐχ ἢ ὄντα, μᾶλλον δ' ἢ κινήσεως μετέχει, τὴν θεωρίαν τις ἀπονεύμειεν ἄν. Ἡ γὰρ μὲν διαλεκτικὴ καὶ ἡ σοριστικὴ τῶν συμβεβηκότων μὲν εἰσι τοῖς οὖσι, οὐχ ἢ ὄντα, οὐδὲ περὶ τὸ δν αὐτὸ καθ' ὅσον ὄν ἔστιν. Ὡστε λείπεται τὸν φιλόσοφον, καθ' ὅσον ὄν' ἔστιν, εἶναι περὶ τὰ λεγόμενα θεωρητικόν. (9) Ἐπεὶ δὲ τό τε δν ἅπαν καθ' ἑν τι καὶ κοινὸν λέγεται πολλαχῶς λεγόμενον, καὶ τάναντί τὸν αὐτὸν τρόπον (εἰς τὰς πρώτας γὰρ ἐναντιώσεις καὶ διαφορὰς τοῦ ὄντος ἀνάγεται), τὰ δὲ τοιαῦτα δυνατὸν ὑπὸ μίαν ἐπιστήμην εἶναι, διαλύοιτ' ἂν ἡ κατ' ἀρχὰς ἀπορία λεγθεῖσα, λέγω δ' ἐν ἢ διηπορεῖτο πῶς ἔσται πολλῶν καὶ διαφορῶν ὄντων τῷ γένει μία τις ἐπιστήμη.

tionem, non totius rationis, sed ultimæ speciei : utputa si justus est, est secundum habitum quandam legibus obtemperans, non erit omnino non-justus tota ratione privatus, circa vero obedientiam legum deficiens aliquatenus, et ob hoc ei privatio inerit. Eodem autem modo et de ceteris. (7) Quemadmodum vero mathematicus circa abstracta speculatur (tollendo namque omnia sensibilia, ita speculatur : utputa gravitatem et levitatem, et durtiitatem, et contrarium, item caliditatem et frigiditatem, et ceteras sensibiles contrarietates; solum vero relinquit quantum et continuum, horum quidem ad unum, horum vero ad duo, horum autem ad tria, et passiones eorum prout quanta et continua sunt, neque ad aliquid aliud speculatur, et horum quidem situs ad invicem considerat, et ea quæ eis insunt, horum vero commensurationes et incommensurationes, horum autem rationes : attamen unam omnium et eandem scientiam ponimus geometriam) : eodem modo etiam circa ens se habet. (8) Quæ enim ei, prout ens est, accidunt, et ejus, prout ens, contrarietates, non est alterius scientiæ quam philosophiæ speculari. Physiçæ namque speculationem de eis, non prout entia, imo prout motu participant, attribueri queat quispiam. Dialectica vero, et sophistica, de iis quæ accidunt quidem entibus, sunt, verum non prout entia sunt, nec circa ipsum ens prout ens est. Unde restat philosophum esse circa prædicta speculativum, prout ea entia sunt. (9) Quum vero et omne ens secundum unum quid et commune dicatur multipliciter dictum, contraria quoque eodem modo (ad primas namque contrarietates et differentias entis reducuntur), hujusmodi vero possibile sit sub una scientia esse, solvetur profecto dubitatio a principio dicta : dico autem eam, in qua dubitabatur, quoniam modo multorum et genere differentium una quædam scientia erit.

CAP. IV.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ μαθηματικὸς χρῆται τοῖς κοινῶς ἰδίως, καὶ τὰς τούτων ἀρχὰς ἂν εἴη θεωρῆσαι τῆς πρώτης φιλοσοφίας. Ὅτι γὰρ ἀπὸ τῶν ἴσων ἴσων ἀφαιρέθέντων ἴσα τὰ λειπόμενα, κοινὸν μὲν ἔστιν ἐπὶ πάντων τῶν ποσῶν, ἡ μαθηματικὴ δ' ἀπολαβοῦσα περὶ τὸ μέρος τῆς οἰκείας ὕλης ποιεῖται τὴν θεωρίαν, ὅσον περὶ γραμμὰς ἢ γωνίας ἢ ἀριθμούς ἢ τῶν λοιπῶν τι ποσῶν, οὐχ ἢ ὄντα ἀλλ' ἢ συνεχῆς αὐτῶν ἕκαστον ἐφ' ἑν ἢ δύο ἢ τρία· ἡ δὲ φιλοσοφία περὶ τῶν ἐν μέρει μὲν, ἢ τούτων ἕκαστον συμβεβηκεν, οὐ σκοπεῖ, περὶ τὸ δν δ' ἢ ὄν τῶν τοιούτων ἕκαστον θεωρεῖ. (2) Τὸν αὐτὸν δ' ἔχει τρόπον καὶ περὶ τὴν φυσικὴν ἐπιστήμην τῇ μαθηματικῇ· τὰ συμβεβηκότα γὰρ ἡ φυσικὴ καὶ τὰς ἀρχὰς θεωρεῖ τὰς τῶν ὄντων ἢ κινούμενα καὶ οὐχ ἢ ὄντα. Ἦν δὲ πρώτην εἰρήκαμεν ἐπιστήμην τούτων εἶναι καθ' ὅσον ὄντα τὰ ὑποκείμενά ἔστιν, ἀλλ' οὐχ ἢ ἕτερόν τι. Διὸ καὶ ταύτην καὶ τὴν μαθηματικὴν ἐπιστήμην μέρη τῆς σοφίας εἶναι θετόν.

Quoniam vero mathematicus iis quæ communia sunt sibi accommodatis propriisque factis utitur; horum quoque principia speculari, primæ philosophiæ profecto erit. Quod enim ab æqualibus, demptis æqualibus, æqualia sunt quæ restant, commune quidem in omnibus quantis est : Mathematica vero sibi sumens, circa quandam suæ materiæ partem speculatur, ut circa lineas, aut angulos, aut numeros, aut aliquid ceterorum quantorum : non tamen prout entia, sed prout unumquodque horum ad unum, vel duo, vel tria continuum est. Philosophia vero de particularibus quidem, prout unicuique horum aliquid accidit, non considerat; circa ens vero prout ens, unumquodque horum speculatur. (2) Eodem autem modo circa naturalem etiam scientiam se habet, quo circa mathematicam. Physica namque, accidentia, et principia entium, prout moventur, et non prout entia sunt, speculatur. Primam vero scientiam horum diximus esse, prout ipsa subjecta entia sunt, sed non prout aliquid aliud. Propter quod et illam, et mathematicam scientiam, sapientiæ partes esse ponendum est.

CAP. V.

Ἔστι δέ τις ἐν τοῖς οὖσιν ἀρχὴ περὶ ἣν οὐκ ἔστι διευθεῖσθαι, τούναντιον δ' ἀναγκαῖον δεῖ ποιεῖν, λέγω δὲ ἀληθεύειν, οἷον ὅτι οὐκ ἐνδέχεται τὸ αὐτὸ καθ' ἓνα καὶ τὸν αὐτὸν χρόνον μὴ εἶναι, καὶ τὰλλα τὰ τοῦτον αὐτοῖς ἀντικειμένα τὸν τρόπον. (2) Καὶ περὶ τῶν τοιοῦτων ἀπλῶς μὲν οὐκ ἔστιν ἀπόδειξις, πρὸς τόνδε δ' ἔστιν. Οὐ γὰρ ἔστιν ἐκ πιστοτέρας ἀρχῆς αὐτοῦ τούτου ποιήσασθαι τὸν συλλογισμόν, δεῖ δὲ γ', εἴπερ ἔσται τὸ ἀπλῶς ἀποδειχθῆναι. (3) Πρὸς δὲ τὸν λέγοντα τὰς ἀντικειμένας φάσεις τῷ δεικνύντι διότι ψευδὸς ληπτέον τι τοιοῦτον ὁ ταῦτο μὲν ἔσται τῷ μὴ ἐνδέχεσθαι ταῦτο εἶναι καὶ μὴ εἶναι καθ' ἓνα καὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, μὴ ὁξεῖ δ' εἶναι ταῦτόν· οὕτω γὰρ μόνως ἂν ἀποδειχθῆι πρὸς τὸν φάσκοντα ἐνδέχεσθαι τὰς ἀντικειμένας φάσεις ἀληθεύεσθαι κατὰ τοῦ αὐτοῦ. (4) Τὸς δὲ μέλλοντας ἀλλήλοισι λόγου κοινωνήσειν δεῖ τι συνιέναι αὐτῶν· μὴ γιγνομένου γὰρ τούτου πῶς ἔσται κοινωνία τούτοις πρὸς ἀλλήλους λόγου; Δεῖ τοίνυν τῶν ὀνομάτων ἕκαστον εἶναι γινώριμον καὶ δηλοῦν τι, καὶ μὴ πολλὰ, μόνον δ' ἓν· ἂν δὲ πλείω σημαίη, φανερὸν ποιεῖν ἐφ' ὃ φέροι τούνομα τούτων. (5) Ὁ δὲ λέγων εἶναι τοῦτο καὶ μὴ εἶναι, τοῦτο ὅ φησιν οὐ φησιν, ὡσθ' ὃ σημαίνει τούνομα τοῦτ' οὐ φησι σημαίνειν τοῦτο δ' ἀδύνατον. Ὡστ' εἴπερ σημαίνει τι τὸ εἶναι τὸδε, τὴν ἀντίφρασιν ἀδύνατον ἀληθεύειν κατὰ τοῦ αὐτοῦ. (6) Ἐτι δ' εἴ τι σημαίνει τούνομα καὶ τοῦτ' ἀληθεύεται, δεῖ τοῦτ' ἐξ ἀνάγκης εἶναι· τὸ δ' ἐξ ἀνάγκης ὃν οὐκ ἐνδέχεται ποτε μὴ εἶναι· τὰς ἀντικειμένας ἄρα οὐκ ἐνδέχεται φάσεις ἀληθεύειν κατὰ τοῦ αὐτοῦ. (7) Ἐτι δ' εἰ μὴ θὲν μάλλον ἢ φάσις ἢ ἀπόφασις ἀληθεύεται, ὃ λέγων ἄνθρωπον ἢ οὐκ ἄνθρωπον οὐθὲν μάλλον ἀληθεύσει. Δόξειε δὲ καὶ οὐκ ἴππον εἶναι φάσκων τὸν ἄνθρωπον ἢ μάλλον ἢ οὐκ ἴπτον ἀληθεύειν ἢ οὐκ ἄνθρωπον, ὥστε καὶ ἴππον φάσκων εἶναι τὸν αὐτὸν ἀληθεύσει· τὰς γὰρ ἀντικειμένας ὁμοίως ἦν ἀληθεύειν. Συμβαίνει τοίνυν τὸν αὐτὸν ἄνθρωπον εἶναι καὶ ἴππον ἢ τῶν ἄλλων τι ζώων. (8) Ἀπόδειξις μὲν οὖν οὐδεμία τούτων ἔστιν ἀπλῶς, πρὸς μέντοι τὸν ταῦτα τιθέμενον ἀπόδειξις. Ταχέως δ' ἂν τις καὶ αὐτὸν τὸν Ἡράκλειτον τοῦτον ἐρωτήσας τὸν τρόπον ἠνάγκασεν ὁμολογεῖν μηδέποτε ἀντικειμένας φάσεις δυνατόν εἶναι κατὰ τῶν αὐτῶν ἀληθεύεσθαι· νῦν δ' οὐ συνελὶ ἑαυτοῦ τί ποτε λέγει, ταύτην ἔλαβε τὴν ὁδόν. (9) Ὁλως δ' εἰ τὸ λεγόμενον ὑπ' αὐτοῦ ἔστιν ἀληθές, οὐδ' ἂν αὐτὸ τοῦτο εἴη ἀληθές, λέγω δὲ τὸ ἐνδέχεσθαι τὸ αὐτὸ καθ' ἓνα καὶ τὸν αὐτὸν χρόνον εἶναι τε καὶ μὴ εἶναι. Καθάπερ γὰρ καὶ διηρημένων αὐτῶν οὐθὲν μάλλον ἢ κατάφασις ἢ ἀπόφασις ἀληθεύεται, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τοῦ συναμφοτέρου καὶ τοῦ συμπεπλεγμένου καθάπερ μιᾶς τινὸς καταφάσεως οὐσης οὐθὲν μάλλον ἢ ἀπόφασις ἢ τὸ ὅλον ὡς ἐν καταφάσει τιθέμενον ἀληθεύεται. (10) Ἐτι γ' εἰ μὴθὲν ἔστιν ἀληθὺς καταφῆσαι, καὶ αὐτὸ τοῦτο

Est autem aliquod in entibus principium, circa quod falsum esse non licet, sed necesse est semper contrarium facere, dico autem verum dicere : utputa, quod non contingit idem secundum unum et idem tempus esse et non esse : et cetera eodem, atque hæc, modo invicem opposita. (2) Et de his talibus simpliciter quidem demonstratio non est, ad aliquem autem est. Non est enim ex certiore principio syllogismum ipsius ejusdem facere, sed ita oportet, si quidem licebit simpliciter demonstrare. (3) Ad illum vero, qui dicit locutiones oppositas de eodem simul esse veras, accipiendum est ab eo qui monstrat hoc falsum esse, aliquid tale, quod idem erit quidem eo quod non contingit secundum unum et idem tempus idem esse et non esse, non autem appareat idem esse. Sic enim solummodo demonstratur ad eum, qui dicat, oppositas locutiones de eodem verificari. (4) Qui autem sermonem invicem communicaturi sunt, oportet ut aliquatenus invicem intelligant : hoc enim non factu, quomodo erit eis invicem sermonis communicatio? Oportet igitur nominum unumquodque notum esse, et aliquid significare, nec multa, sed unum solum : si plura significet, manifestare ad quod eorum nomen fert. (5) Qui igitur dicit esse hoc et non esse, hoc ipsum, quod omnino esse dicit, non dicit : quare id, quod nomen significat, id ipsum non significare dicit : hoc autem impossibile est. Unde si quidem significat aliquid, hoc scilicet esse hoc, impossibile est contradictionem de eodem verificari. (6) Item, si nomen aliquid significat, et hoc verificatur, oportet hoc necessario esse. Quod vero necessario est, non contingit aliquando non esse. Oppositas ergo non est possibile locutiones de eodem verificari. (7) Item, si nihil magis affirmatio quam negatio verificatur : qui dicit hominem, vel non-hominem, nihilo magis verum dicit. Attamen videri potest, quodsi hominem non-equum esse dicat, aut magis aut non minus verum dicere, quam si non-hominem. Unde etiam si eundem dicit equum esse, verum dicit : oppositas enim similiter erit veras esse. Accidit igitur, eundem, et hominem, et equum esse, aut ceterorum animalium aliquod. (8) Harum sane nulla est simpliciter demonstratio ; verum ad eum, qui hæc ponit, demonstratio est. Facile autem et ipsum illum Heraclitum quispiam hoc modo interrogans, concedere cogeret, nunquam possibile esse oppositas locutiones de eodem verificari. Nunc vero quum se ipsum, quidnam diceret, non intelligeret, hanc opinionem habuit. (9) Simpliciter autem, si hoc, quod ab eo dicitur, verum est, nec hoc ipsum verum erit : scilicet (inquam) quod contingit idem secundum unum et idem tempus esse et non esse : quemadmodum enim et ipsi divisivi nihilo magis affirmatio quam negatio verificatur, eodem modo simul utroque, ac complexo, ac si una quaedam affirmatio esset, nihilo magis negatio quam totum tanquam in affirmatione positum verificabitur. (10) Item, si nihil est vere asserere, id etiam ipsum falsum erit dicere, assertionem nullam veram esse.

ψεύδος εἶη τὸ φάναι μηδεμίαν ἀληθῆ κατάφασιν ὑπάρχειν. Εἰ δ' ἔστι τι, λύοιτ' ἂν τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν τὰ τοιαῦτα ἐνισταμένων καὶ παντελῶς ἀναιρούντων τὸ διαλέγεσθαι.

Quodsi aliquid sit, solvetur profecto quod ab illis dicitur, qui ad hujuscemodi instantiam faciunt, et qui totaliter ipsum disputare perimunt.

CAP. VI.

5 Παρὰ πλῆσιον δὲ τοῖς εἰρημένοις ἔστι καὶ τὸ λεγθῆν ὑπὸ τοῦ Πρωταγόρου· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔφη πάντων χρημάτων εἶναι μέτρον ἀνθρώπου, οὐδὲν ἕτερον λέγων ἢ τὸ δοκοῦν ἐκάστῳ τοῦτο καὶ εἶναι παγίως. Τούτου δὲ γιγνομένου τὸ αὐτὸ συμβαίνει καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι, καὶ κακὸν καὶ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ τᾶλλα τὰ κατὰ τὰς ἀντικειμένας λεγόμενα φάσει, διὰ τὸ πολλάκις τοισδὶ μὲν φαίνεσθαι τὸδε εἶναι καλὸν τοισδὶ δὲ τούναντίον, μέτρον δ' εἶναι τὸ φαινόμενον ἐκάστῳ. (2) Λύοιτο δ' ἂν αὕτη ἡ ἀπορία θεωρήσασι πόθεν ἡ ἀρχὴ τῆς
10 ὑπολήψεως ταύτης. Ἔοικε γὰρ ἐνίοις μὲν ἐκ τῆς τῶν φυσιολόγων δόξης γεγενῆσθαι, τοῖς δ' ἐκ τοῦ μὴ ταῦτα περὶ τῶν αὐτῶν ἀπαντας γινώσκειν, ἀλλὰ τοισδὶ μὲν ἡδὺ τὸδε φαίνεσθαι τοισδὶ δὲ τούναντίον. Τὸ γὰρ μηθὲν ἐκ μὴ ὄντος γίνεσθαι πᾶν δ' ἐξ ὄντος, σχεδὸν
20 ἀπάντων ἔστι κοινὸν δόγμα τῶν περὶ φύσεως. (3) Ἐπεὶ οὖν οὐ λευκὸν γίγνεται λευκοῦ τελέως ὄντος καὶ οὐδαμῆ μὴ λευκοῦ, νῦν δὲ γεγενῆσθαι μὴ λευκὸν γίγνοιτ' ἂν ἐκ μὴ ὄντος λευκοῦ τὸ γιγνόμενον (μὴ) λευκόν· ὥστε ἐκ μὴ ὄντος γίγνοιτ' ἂν κατ' ἐκεῖνους, εἰ μὴ
25 ὑπῆρχε μὴ λευκὸν τὸ αὐτὸ καὶ λευκόν. (4) Οὐ χαλεπὸν δὲ διαλύειν τὴν ἀπορίαν ταύτην· εἴρηται γὰρ ἐν τοῖς φυσικοῖς πῶς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος γίγνεται τὰ γινόμενα καὶ πῶς ἐξ ὄντος. Τὸ γε μὴν ὁμοίως προσέχειν ταῖς δόξαις καὶ ταῖς φαντασίαις τῶν πρὸς αὐτοὺς διαμυ-
30 φισθητόντων εὐθὺς· δῆλον γὰρ ὅτι τοὺς ἐτέρους αὐτῶν ἀνάγκη διεψεύσθαι. Φανερόν δὲ τοῦτ' ἐκ τῶν γιγνομένων κατὰ τὴν αἴσθησιν· οὐδέποτε γὰρ τὸ αὐτὸ φαίνεται τοῖς μὲν γλυκὺ τοῖς δὲ τούναντίον, μὴ διεφθαρμένων καὶ λελωθῆμένων τῶν ἐτέρων τὸ αἰσθητόν
25 καὶ κριτήριον τῶν λεγθέντων χυμῶν. Τούτου δ' ὄντος τοιοῦτου τοὺς ἐτέρους μὲν ὑποληπτέον μέτρον εἶναι, τοὺς δ' ἐτέρους οὐχ ὑποληπτέον. (5) Ὅμοίως δὲ τοῦτο λέγω καὶ ἐπὶ ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ, καὶ καλοῦ καὶ αἰσχροῦ, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων. Οὐθὲν γὰρ διαφέρει
10 τοῦτ' ἀξιοῦν ἢ τὰ φαινόμενα τοῖς ὑπὸ τὴν ὄψιν ὑποβάλλουσι τὸν δάκτυλον καὶ ποιοῦσιν ἐκ τοῦ ἐνὸς φαίνεσθαι δύο, δύο τ' εἶναι διὰ τὸ φαίνεσθαι τοσαῦτα καὶ πάλιν ἐν· τοῖς γὰρ μὴ κινουσι τὴν ὄψιν ἐν φαίνεται τὸ ἐν. (6) Ὅλως δ' ἀποπον ἐκ τοῦ φαίνεσθαι τὰ δεῦρο
45 μεταβάλλοντα καὶ μηδέποτε διαμέοντα ἐν τοῖς αὐτοῖς, ἐκ τούτου περὶ τῆς ἀληθείας τὴν κρίσιν ποιῆσθαι. Δεῖ γὰρ ἐκ τῶν αἰεὶ κατὰ ταῦτα ἐχόντων καὶ μηδεμίαν μεταβολὴν ποιουμένων τὰληθῆς θηρεύειν. (7) Τοιαῦτα δ' ἔστι τὰ κατὰ τὸν κόσμον· ταῦτα γὰρ οὐχ ὅτε μὲν
50 τοιαδὲ πάλιν δ' ἄλλοια φαίνεται, ταῦτα δ' αἰεὶ καὶ μεταβολῆς οὐδεμιᾶς κοινωοῦντα. (8) Ἐτι δ' εἰ κίνησις ἔστι καὶ κινουμένον τι, κινεῖται δὲ πᾶν ἐκ τινος καὶ εἰς τι

Simile autem dictis est etiam quod a Protagora dictum est et ille namque omnium rerum mensuram hominem siebat esse, nihil aliud dicens, nisi quod id, quod unicuique apparet, hoc etiam indubitato esse. Hoc autem posito, idem accidit esse et non esse, et malum et bonum esse, et cetera, quæ secundum oppositas locutiones dicuntur: propterea quod plerumque his quidem hoc apparet, istis vero contrarium esse bonum; mensuram autem esse, quod unicuique appareat. (2) Solvetur autem hæc dubitatio, viso unde hujus opinionis principium venerit. Videtur etenim quibusdam quidem ex physicorum opinione sumptum esse principium; quibusdam vero ex eo, quod non omnes eadem de eisdem cognoscant, sed quibusdam hoc appareat delectabile, quibusdam contrarium. Nihil enim ex non-ente fieri, omne vero ex ente, fere omnium physicorum est dogma. (3) Quum igitur non fiat album ex perfecte albo et minime non-albo, fiat ex non-ente albo illud quod fit album: quare fiat ex non-ente secundum illos, si non erat idem album et non album. (4) Non est autem difficile hanc dubitationem solvere. Dictum est enim in Naturalibus, quomodo ex non-ente, et quomodo ex ente fiant, quæ fiunt. At similiter utrisque opinionibus ac phantasiis eorum, qui sibi ex adverso addubitant, attendere, stolidum est. Manifestum est enim quod alteros eorum necesse est falsum dicere. Hoc etiam ex illis patet, quæ secundum sensum fiunt: nunquam enim idem quibusdam dulce, quibusdam contrarium apparet, non corruptis et læsis alteris organo sensus et judicativo prædictorum saporum. Hoc autem ita se habente, alteros quidem putandum mensuram esse, alteros vero minime. (5) Similiter autem et de bono et malo, et pulchro et turpi, et ceteris hujuscemodi, dico. Nam non ponere esse, nisi ea quæ apparent, nihil differt ab iis qui digitum visui supponentes, ex uno duo apparere faciunt, ac duo esse putant (propterea quod tot apparent) et rursus unum: illis namque qui visum non movent, unum apparet, quod unum est. (6) Simpliciter autem inconveniens est ex eo quod præsentia videntur mutabilia et nunquam in eisdem permanentia, ex hoc de veritate judicare. Oportet enim ex eis quæ semper similiter se habent, nullamque mutationem faciunt, veritatem venari. (7) Talia vero sunt corpora cælestia: hæc enim non quandoque videntur talia, rursus autem alia apparent, verum semper eadem, nullius mutationis participantia. (8) Præterea, si motus est et aliquid motum, omne vero ex aliquo et in aliquod movetur, oportet

δεῖ ἄρα τὸ κινούμενον εἶναι ἐν ἐκείνῳ ἐξ οὗ κινήσεται
 καὶ οὐκ εἶναι ἐν αὐτῷ, καὶ εἰς τοῦδι κινεῖσθαι καὶ γίγνε-
 σθαι ἐν τούτῳ, τὸ δὲ κατὰ τὴν ἀντίφρασιν μὴ ἀληθεύσθαι
 κατ' αὐτούς. (9) Καὶ εἰ κατὰ τὸ ποσὸν συνεχῶς τὰ
 6 δεῦρο βρεῖ καὶ κινεῖται, καὶ τις τοῦτο θεῖη καίπερ οὐκ
 ἀληθές ὄν, διὰ τί κατὰ τὸ ποιόν οὐ μένει; Φαίνονται
 γὰρ οὐχ ἥκιστα τὰ κατὰ τὰς ἀντιφράσεις ταύτου κατη-
 γορεῖν ἐκ τοῦ τὸ ποσὸν ὑπειληφέναι μὴ μένειν ἐπὶ τῶν
 σωματίων διὰ τὸ καὶ εἶναι τετράπληχον τὸ αὐτὸ καὶ οὐκ
 11 εἶναι. Ἡ δ' οὐσία κατὰ τὸ ποιόν, τοῦτο δὲ τῆς ὠρι-
 σμένης φύσεως, τὸ δὲ ποσὸν τῆς ἀορίστου. (10) Ἔτι διὰ
 τί προστάττοντος τοῦ ἱατροῦ τοῦδι τὸ σιτίον προσενέγκα-
 σθαι προσφέρονται; τί γὰρ μάλλον τοῦτο ἄρτος ἐστὶν
 ἢ οὐκ ἐστίν; ὥστε οὐθὲν ἂν διέχοι φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν.
 15 Νῦν δ' ὡς ἀληθεύοντες περὶ αὐτοῦ καὶ ὄντος τοῦ προστα-
 χθέντος σιτίου τούτου προσφέρονται τοῦτο. Καίτοι
 γ' οὐκ ἔδει μὴ διαμενούσης παγίως μηδεμιᾶς φύσεως ἐν
 τοῖς αἰσθητοῖς, ἀλλ' αἰεὶ πασῶν κινουμένων καὶ βρουσῶν.
 (11) Ἔτι δ' εἰ μὲν ἀλλοιούμεθα αἰεὶ καὶ μηδέποτε διαμέ-
 20 νομεν οἱ αὐτοί, τί καὶ θαυμαστόν ἐστι μηδέποθ' ἡμῖν ταῦτά
 φαίνεται καθάπερ τοῖς κάμνουσιν; καὶ γὰρ τούτοις διὰ
 τὸ μὴ ὁμοίως διακεῖσθαι τὴν ἔξιν καὶ θθ' ὑγίαινον, οὐχ
 ὅμοια φαίνεται τὰ κατὰ τὰς αἰσθήσεις, αὐτὰ μὲν οὐδε-
 25 μιάς διὰ γὰρ τοῦτο μεταβολῆς κοινωοῦντα τὰ αἰσθητά,
 αἰσθήματα δ' ἕτερα ποιῶντα τοῖς κάμνουσι καὶ μὴ
 ταῦτά. (12) Τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἔχειν καὶ τῆς εἰρη-
 μένης μεταβολῆς γιγνομένης ἴσως ἀναγκαῖόν ἐστιν.
 Εἰ δὲ μὴ μεταβάλλομεν ἀλλ' οἱ αὐτοὶ διατελοῦμεν ὄν-
 30 τες, εἴη ἂν τι μένον. (13) Πρὸς μὲν οὖν τοὺς ἐκ λόγου
 τὰς εἰρημένους ἀπορίας ἔχοντας οὐ βράδιον διαλύσαι μὴ
 τιθέντων τι καὶ τούτου λόγον μηκέτι ἀπαιτούντων·
 οὕτω γὰρ πᾶς λόγος καὶ πᾶσα ἀπόδειξις γίγνεται· μη-
 θὲν γὰρ τιθέντες ἀναιροῦσι τὸ διαλέγεσθαι καὶ διωκ-
 35 ῶς λόγον. Ὡστε πρὸς μὲν τοὺς τοιοῦτους οὐκ ἔστι λό-
 γος, πρὸς δὲ τοὺς διαποροῦντας ἐκ τῶν παραδεδομένων
 ἀποριῶν βράδιον ἀπαντᾶν καὶ διαλύειν τὰ ποιῶντα τὴν
 ἀπορίαν ἐν αὐτοῖς. Δῆλον δ' ἐκ τῶν εἰρημένων.
 (14) Ὡστε φανερόν ἐκ τούτων ὅτι οὐκ ἐνδέχεται τὰς
 40 ἀντικειμένους φάσεις περὶ ταύτου καθ' ἕνα χρόνον ἀλη-
 θεύειν, οὐδὲ τὰ ἐναντία, διὰ τὸ λέγεσθαι κατὰ στέρη-
 σιν πᾶσαν ἐναντιότητα. Δῆλον δὲ τοῦτ' ἐπ' ἀρχὴν
 τοὺς λόγους ἀναλύουσι τοὺς τῶν ἐναντιῶν. (15) Ὅμοίως
 δ' οὐδὲ τῶν ἀνά μέσον οὐθὲν ὁλόντε κατηγορεῖσθαι
 45 καθ' ἐνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ. Λευκοῦ γὰρ ὄντος τοῦ ὑπο-
 κειμένου λέγοντες αὐτὸ εἶναι οὔτε λευκὸν οὔτε μέλαν
 ψευσόμεθα· συμβαίνει γὰρ εἶναι λευκὸν αὐτὸ καὶ μὴ
 εἶναι· θάτερον γὰρ τῶν συμπελεγμένων ἀληθεύσεται
 κατ' αὐτοῦ, τοῦτο δ' ἐστὶν ἀντίφρασις τοῦ λευκοῦ.
 (16) Οὔτε δὴ καθ' Ἡράκλειτον ἐνδέχεται λέγοντας
 50 ἀληθεύειν, οὔτε κατ' Ἀναξαγόραν. Εἰ δὲ μή, συμβή-
 σεται τάναντία τοῦ αὐτοῦ κατηγορεῖν· ὅταν γὰρ ἐν
 παντὶ φῆ παντός εἶναι μοῖραν, οὐθὲν μάλλον εἶναι φησι
 γλυκὺ ἢ πικρὸν ἢ τῶν λοιπῶν ὅποιαν οὖν ἐναντιώσεων,
 εἴπερ ἐν ἅπαντι πᾶν ὑπάρχει μὴ δυνάμει μόνον

tet igitur quod movetur, esse in eo ex quo movebitur, et non
 esse in altero, et ad hoc moveri, ac esse in eo, at contradi-
 ctionem non verificari secundum eos. (9) Ac si secundum
 quantum presentia fluunt et moventur, et hoc aliquis po-
 nat, quamvis verum non sit, cur secundum quale non ma-
 nent? Videntur autem haud minime ea quæ secundum
 contradictiones sunt, de eodem prædicare, ex eo quod pu-
 tant quantum in corporibus non manere, propterea quod
 idem et quattuor cubitorum est, et non est : substantia vero
 secundum quale : hoc enim determinatæ naturæ : quantum
 vero, indeterminatæ est. (10) Item cur, quum hunc ci-
 bum præcipiat medicus, sumunt? quid namque magis hoc
 panis quam non-panis sit? quare nihil differat comedere vel
 non comedere. Nunc vero tanquam verum tenentes circa
 id ipsum, et hoc vere cibo existente, qui præceptum fuit,
 sumunt illum. Atqui non oportebat, quum nulla natura in
 sensibilibus firmiter maneat, sed omnes semper fluant ac mo-
 veantur. (11) Item, si semper quidem alteremur, et nun-
 quam iidem permaneamus, quid mirum si nunquam nobis
 eadem apparent, quemadmodum etiam ægrotis? Etenim
 his, eo quod non similiter dispositus habitus eorum sit, ut
 quum sani erant, non ea apparent similia, quæ sunt secun-
 dum sensus : quum ipsa quidem sensibilia nullam mutatio-
 nem propter hoc participant, diversas tamen ægrotis et non
 easdem sensationes faciunt. (12) Eodem igitur modo for-
 tasse necesse est se habere, si dicta mutatio fit. Quodsi
 non mutamur, sed iidem permaneamus, sit aliquid profecto
 permanens. (13) Ad eos igitur, qui ratiocinando prædictas
 dubitationes habent, non est facile dissolvere, si nihil po-
 nant, nec hujus orationem quaerant. Hoc enim modo
 omnis oratio omnisque demonstratio fit. Si enim nihil
 ponunt, ipsum disputare, et omnino orationem perimunt.
 Quare ad hos quidem non est sermo : ad illos vero, qui
 hesitant ex jam traditis dubitationibus, facile est obviare,
 et ea dissolvere quæ faciunt in eis dubitationem : ut ex præ-
 dictis patet. (14) Quare manifestum est ex his, quod non
 est possibile locutiones oppositas de eodem, uno et eodem
 tempore verificari, nec ipsa contraria : quum omnis contra-
 rietas secundum privationem dicatur. Hoc autem pate-
 bit, resolventibus ad principium rationes contrariorum.
 (15) Similiter nec mediourum quicquam possibile est de uno
 et eodem prædicari. Si enim album sit aliquid subjectum,
 dicentes illud nec nigrum nec album esse, falsum dicemus :
 accidet enim illud album esse, et non esse : alterum enim
 complexorum de eo verificabitur; hoc autem est, albi
 contradictio. (16) Neque igitur secundum Heraclitum di-
 centibus, vera dicere contingit, neque secundum Anaxa-
 goram. Aliter accidet, contraria de eodem prædicari.
 Quum enim in omni re dicat omnis rei partem esse, non
 magis dicit esse dulce, quam amarum, aut quamcunque
 ceterarum contrarietatum, si omnia quidem non potentia
 solum in omni, verum etiam actu et sejunctim insunt.

ἀλλ' ἐνεργεία καὶ ἀποκεκριμένον. (17) Ὅμοίως δὲ οὐδὲ πάσας ψευδεῖς οὐδ' ἀληθεῖς τὰς φάσεις δυνατόν εἶναι, δι' ἄλλα τε πολλὰ τῶν συναχθέντων ἂν δυσχερῶν διὰ ταύτην τὴν θέσιν, καὶ διότι ψευδῶν μὲν οὐσῶν 6 πασῶν οὐδ' αὐτὸ τοῦτο τις φάσκων ἀληθεύσει, ἀληθῶν δὲ ψευδεῖς εἶναι πάσας λέγων οὐ ψεύσεται.

(17) Similiter autem nec omnes locutiones falsas, nec veras possibile est esse, tum propter alias multas difficultates, quæ ob hanc positionem evenirent, tum etiam, quoniam si cunctæ falsæ sint, nec quum hoc ipsum aliquis dicet, verum dicet : si autem veræ, quum omnes falsas dicet, non falsum dicet.

CAP. VII.

Πᾶσα δ' ἐπιστήμη ζητεῖ τινὰς ἀρχὰς καὶ αἰτίαις περὶ ἕκαστον τῶν ὑφ' αὐτὴν ἐπιστητῶν, ὡς ἰατρικῆ καὶ γυμναστικῆ καὶ τῶν λοιπῶν ἕκαστη τῶν ποιητικῶν καὶ μαθηματικῶν. Ἐκάστη γὰρ τούτων περιγραφειμένη τι γένος αὐτῆ περὶ τοῦτο πραγματεύεται ὡς ὑπάρχον καὶ ὄν, οὐχ ἧ' ὅν, ἀλλ' ἕτερα τὶς αὐτῆ παρὰ ταύτας τὰς ἐπιστήμας ἐστὶν ἐπιστήμη. (2) Τῶν δὲ λεχθειῶν ἐπιστημῶν ἕκαστη λαβοῦσα πῶς τὸ τί 15 ἐστὶν ἐν ἑκάστῳ γένοι πειρᾶται δεικνύουσι τὰ λοιπὰ μαλακώτερον ἢ ἀκριβέστερον. Λαμβάνουσι δὲ τὸ τί ἐστὶν αἱ μὲν διὰ τῆς αἰσθήσεως, αἱ δ' ὑποτιθέμεναι· διὸ καὶ δῆλον ἐκ τῆς τοιαύτης ἐπαγωγῆς ὅτι τῆς οὐσίας καὶ τοῦ τί ἐστὶν οὐκ ἔστιν ἀποδείξις. (3) Ἐπεὶ δ' ἐστὶ 20 τις ἡ περὶ φύσεως ἐπιστήμη, δῆλον ὅτι καὶ πρακτικῆς ἕτερα καὶ ποιητικῆς ἔσται. Ποιητικῆς μὲν γὰρ ἐν τῷ ποιοῦντι καὶ οὐ τῷ ποιουμένῳ τῆς κινήσεως ἡ ἀρχή, καὶ τοῦτ' ἐστὶν εἴτε τέχνη τις εἴτ' ἄλλη τις δύναμις. Ὅμοίως δὲ καὶ τῆς πρακτικῆς οὐκ ἐν τῷ πρακτῶ, μᾶλλον δ' ἐν 25 τοῖς πράττουσιν ἢ κίνησις. Ἡ δὲ τοῦ φυσικοῦ περὶ τὰ ἔχοντ' ἐν ἑαυτοῖς κινήσεως ἀρχὴ ἐστὶν. (4) Ὅτι μὲν τοίνυν οὔτε πρακτικὴν οὔτε ποιητικὴν ἀλλὰ θεωρητικὴν ἀναγκαῖον εἶναι τὴν φυσικὴν ἐπιστήμην, δῆλον ἐκ τούτων· εἰς ἐν γὰρ τὶ τούτων τῶν γενῶν ἀνάγκη πί- 30 πτειν αὐτήν. Ἐπεὶ δὲ τὸ τί ἐστὶν ἀναγκαῖον ἕκαστη πῶς τῶν ἐπιστημῶν εἰδέναι καὶ τούτω χρῆσθαι ἀρχῆ, δεῖ μὴ λαμβάνειν πῶς δριστεῖον τῷ φυσικῷ καὶ πῶς ὁ τῆς οὐσίας λόγος λεπτερός, πότερον ὡς τὸ σιμὸν ἢ μᾶλλον ὡς τὸ κοῖλον. Τούτων γὰρ ὁ μὲν τοῦ σιμοῦ λόγος 35 μετὰ τῆς ὕλης λέγεται τῆς τοῦ πράγματος, ὁ δὲ τοῦ κοίλου χωρὶς τῆς ὕλης· ἡ γὰρ σιμότης ἐν βινί γίγνεται, διὸ καὶ ὁ λόγος αὐτῆς μετὰ ταύτης θεωρεῖται· τὸ σιμὸν γὰρ ἐστὶ βίς κοίλη. Φανερόν οὖν ὅτι καὶ σαρκὸς καὶ ὀφθαλμοῦ καὶ τῶν λοιπῶν μορίων μετὰ τῆς ὕλης αἰεὶ 40 τὸν λόγον ἀποδοτέον. (5) Ἐπεὶ δ' ἐστὶ τις ἐπιστήμη τοῦ ὄντος ἧ' ὄν καὶ χωριστόν, σκοπεῖτον πότερον ποτε τῇ φυσικῇ τὴν αὐτὴν θετέον ταύτην εἶναι ἢ μᾶλλον ἕτεραν. Ἡ μὲν οὖν φυσικὴ περὶ τὰ κινήσεως ἔχοντ' ἀρχὴν ἐν αὐτοῖς ἐστίν, ἡ δὲ μαθηματικὴ θεωρητικὴ μὲν 45 καὶ περὶ μένοντά τις αὐτῆ, ἀλλ' οὐ χωριστά. Περὶ τὸ χωριστόν ἄρα ὄν καὶ τὸ ἀκίνητον ἕτερα τούτων ἀμφοτέρων τῶν ἐπιστημῶν ἐστὶ τις, εἴπερ ὑπάρχει τις οὐσία τοιαύτη, λέγω δὲ χωριστὴ καὶ ἀκίνητος, ὅπερ πειρασόμεθα δεικνύουσι. Καὶ εἴπερ ἐστὶ τις τοιαύτη 50 φύσις ἐν τοῖς οὐσίον, ἐνταῦθ' ἂν εἴη που καὶ τὸ θεῖον, καὶ αὐτῆ ἂν εἴη πρώτη καὶ κυριωτάτη ἀρχή. (6) Δῆλον τοίνυν ὅτι τρία γένη τῶν θεωρητικῶν ἐπιστημῶν

Omnis autem scientia circa unumquodque eorum quæ sub ea scibilia sunt, principia quædam et causas quærit : ut medicativa, et exercitativa, ac singulæ effectivarum, et mathematicarum. Harum etenim unaqueque circa quoddam circumscriptum genus, tanquam existens et ens, non tamen prout ens est, tractat : sed hæc alia quædam scientia præter illas scientias est. (2) Dictarum vero scientiarum unaqueque accipiens aliquo modo ipsum quid est in unoquoque genere, cetera vel debilius vel exactius conatur ostendere. Accipiunt autem ipsum quid est quædam per sensum, quædam supponentes. Unde ex hac inductione patet, substantiæ, et ipsius quid est, demonstrationem non esse. (3) Quum autem sit aliqua de natura scientia, patet quod et a practica, et ab effectiva diversa erit. Effectivæ namque, in faciente, non in eo quod fit, motus principium est : et hoc aut ars quædam, aut alia vis est. Similiter et practicæ, non in eo quod agitur, sed magis in agentibus motus est : physica vero scientia, circa ea quæ in se ipsis habent motus principium, est. (4) Quod itaque neque practicam, neque effectivam, sed speculativam esse naturalem scientiam necesse sit, ex his patet : in unum namque horum genus eam cadere necesse est. Quum vero unicuique scientiarum necesse sit aliquo modo ipsum quid est scire, et hoc ut principio uti, oportet non latere quonam modo definiendum physico sit, quoque modo substantiæ ratio sumenda sit : utrum ut simum, an magis ut concavum. Horum enim simi quidem ratio una cum materia rei dicitur ; concavi vero, absque materia : simitas namque in naso fit, et ideo ratio quoque ejus cum eo dicitur. Simum enim est nasus concavus. Manifestum est igitur, etiam carnis, et oculi, ceterarumque partium rationem cum materia semper reddendam esse. (5) Quum autem quædam sit entis scientia prout ens et separabile est, considerandum est utrum eandem cum physica ponendum sit, an magis aliam. Physica sane circa ea est, quæ motus principium in se ipsis habent : mathematica vero speculativa quidem est ; et hæc quædam circa manentia, non tamen separabilia. Circa separabile igitur ens et immobile, alia præter has ambas scientia est, si aliqua quidem talis substantia est : dico autem separabilis et immobilis : quod tentabimus ostendere. Et si qua talis in entibus natura est, illic fere etiam divinitas erit, et hoc erit primum et principale principium. (6) Patet igitur tria genera speculativarum esse scientiarum, physicam, mathematicam, theologicam.

ἐστί, φυσική, μαθηματική, θεολογική. (7) Βέλτιστον μὲν οὖν τὸ τῶν θεωρητικῶν ἐπιστημῶν γένος, τούτων δ' αὐτῶν ἡ τελευταία λεγθεῖσα· περὶ τὸ τιμιώτατον γὰρ ἐστὶ τῶν ὄντων, βελτίων δὲ καὶ χείρων ἐκάστη λέγεται κατὰ τὸ οἰκείον ἐπιστητόν. (8) Ἀπορήσει δ' ἂν τις πότερον ποτε τὴν τοῦ ὄντος ἢ τὴν ἐπιστήμην καθόλου δεῖ θεῖναι ἢ οὐ. Τῶν μὲν γὰρ μαθηματικῶν ἐκάστη περὶ ἓν τι γένος ἀφωρισμένον ἐστίν, ἡ δὲ καθόλου κοινή περὶ πάντων. (9) Εἰ μὲν οὖν αἱ φυσικαὶ οὐσίαι πρῶται τῶν ὄντων εἰσὶ, καὶ ἡ φυσικὴ πρώτη τῶν ἐπιστημῶν εἴη· εἰ δ' ἔστιν ἑτέρα φύσις καὶ οὐσία χωριστὴ καὶ ἀκίνητος, ἑτέραν ἀνάγκη καὶ τὴν ἐπιστήμην αὐτῆς εἶναι καὶ προτέραν τῆς φυσικῆς καὶ καθόλου τῷ προτέραν.

(7) Optimum igitur speculatarum quidem scientiarum genus : harum vero ipsarum ea quæ ultimo dicta est : circa namque honorabilissimum entium est. Unaquæque vero melior aut deterior dicitur secundum proprium scibile. (8) Dubitaverit autem quispiam, utrum entis prout ens est, scientiam universaliter ponere oporteat, an non. Mathematicarum etenim unaquæque circa unum quoddam determinatum genus est ; universalis vero communis de omnibus est. (9) Si itaque naturales substantiæ, primæ sint entium, ipsa quoque naturalis scientia, prima scientiarum erit. Quodsi alia natura atque substantia separabilis et immobilis est, necesse est ut scientia quoque ejus alia sit, et naturali prior, et universe, quia prior.

CAP. VIII.

Ἐπεὶ δὲ τὸ ἀπλῶς ὄν κατὰ πλείους λέγεται τρόπους, ὧν εἷς ἐστὶν ὁ κατὰ συμβεβηκὸς λεγόμενος, σκοπεῖται πρῶτον περὶ τοῦ οὕτως ὄντος. (2) Ὅτι μὲν οὖν οὐδεμία τῶν παραδεδομένων ἐπιστημῶν πραγματεύεται περὶ τὸ συμβεβηκὸς, ὁδλον· οὔτε γὰρ οἰκοδομικὴ σκοπεῖ τὸ συμβεβηκόμενον τοῖς τῆ οἰκίᾳ χρῆστένοις, ὅσον εἰ λυπηρῶς ἢ τούναντίον οἰκήσουσιν, οὐθ' ὑφαντικὴ οὔτε σκυτοτομικὴ οὔτε ὀφιοποικὴ. Τὸ δὲ καθ' αὐτὴν ἴδιον ἐκάστη τούτων σκοπεῖ τῶν ἐπιστημῶν μόνον· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ οἰκείον τέλος. Οὐδὲ μουσικὸν καὶ γραμματικόν, οὐδὲ τὸν ὄντα μουσικὸν ὅτι γενόμενος γραμματικὸς τὰ ἀμφοτέρω ἅμα ἐστὶ, πρότερον οὐκ ὦν, ὁ δὲ μὴ αἰεὶ ὄν ἐστίν, ἐγένετο τοῦτο, ὡσθ' ἅμα μουσικὸς ἐγένετο καὶ γραμματικὸς, τοῦτο [δὲ] οὐδεμία ζητεῖ τῶν δηλογομένων οὐσῶν ἐπιστημῶν πλην ἡ σοφιστικὴ· περὶ τὸ συμβεβηκὸς γὰρ αὕτη μόνη πραγματεύεται, διὸ Πλάτων οὐ κακῶς εἶρηκε φήσας τὸν σοφιστὴν περὶ τὸ μὴ ὄν διατρίβειν. (3) Ὅτι δ' οὐδ' ἐνδεχόμενον ἐστὶν εἶναι τοῦ συμβεβηκὸτος ἐπιστήμην, φανερόν ἐστι πειραθεῖσιν ἰδεῖν τί ποτ' ἐστὶ τὸ συμβεβηκὸς. Πᾶν δὲ φαμεν εἶναι τὸ μὲν αἰεὶ καὶ ἐξ ἀνάγκης (ἀνάγκης δ' οὐ τῆς κατὰ τὸ βίαιον λεγομένης, ἀλλ' ἡ χρώμεθα ἐν τοῖς κατὰ τὰς ἀποδείξεις), τὸ δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὸ δ' οὐθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οὐτ' αἰεὶ καὶ ἐξ ἀνάγκης ἀλλ' ὅπως ἔτυχεν· ὅσον ἐπὶ κυνὶ γένοιτ' ἂν ψυχός, ἀλλὰ τοῦτ' οὐθ' ὡς αἰεὶ καὶ ἐξ ἀνάγκης οὐθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίγνεται, συμβαίη δὲ ποτ' ἂν. Ἔστι δὲ τὸ συμβεβηκὸς ὁ γίγνεται μὲν, οὐκ αἰεὶ δ' οὐδ' ἐξ ἀνάγκης οὐδ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ. (4) Τί μὲν οὖν ἐστὶ τὸ συμβεβηκὸς, εἴρηται· διότι δ' οὐκ ἐστὶν ἐπιστήμη τοῦ τοιούτου, ὁδλον· ἐπιστήμη μὲν γὰρ πᾶσα τοῦ αἰεὶ ὄντος ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, τὸ δὲ συμβεβηκὸς ἐν οὐδετέρῳ τούτων ἐστίν. (5) Ὅτι δὲ τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς ὄντος οὐκ εἰσὶν αἰτίαι καὶ ἀρχαὶ τοιαῦται οἰκίπερ τοῦ καθ' αὐτὸ ὄντος, ὁδλον· ἐστὶ γὰρ ἅπαντ' ἐξ ἀνάγκης. Εἰ γὰρ τότε μὲν ἐστὶ τοῦδε ὄντος, τότε δὲ τοῦδε, τοῦτο δὲ μὴ ὅπως ἔτυγεν ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης, ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ καὶ οὗ τοῦτ' ἦν αἴτιον ἕως τοῦ τελευταίου λεγομένου αἰτιατοῦ· τοῦτο δ' ἦν κατὰ συμ-

Quum autem simpliciter ens pluribus esse modis dicatur, quorum unus est, qui secundum accidens dicitur esse, primo de ente hoc pacto considerandum est. (2) Quod igitur nulla scientiarum, quæ traditæ sunt, circa accidens versetur, patet. Nec enim ars ædificatoria quidam illis, qui usuri sunt domo, accidet, considerat; utputa si anxie vel e contrario habitabunt: neque textura, neque sutura. Quod vero proprium sibi ipsi est, id solum unaquæque istarum scientiarum considerat. Hoc autem finis proprius est: neque quatenus musicum et grammaticum: nec quod is, qui musicus est, factus est grammaticus, simul ambo erit, quum prius non esset. Quod autem, quum non semper esset, est, hoc fiebat: quare simul musicus et grammaticus fiebat: hoc nulla earum quæ certæ scientiæ sunt, quærit, præter sophisticam: hæc enim sola circa accidens versatur. Quare non male Plato ait, quum dixit sophisticam circa non-ens immorari. (3) Quod autem nec sit possibile accidentis scientiam esse, manifestum erit, si videre conabimur quidam accidentis sit. Omne itaque dicimus, quoddam quidem semper et ex necessitate esse (ex necessitate autem non eam dico, quæ secundum violentiam dicitur, sed qua in demonstrationibus utimur), quoddam vero ut plurimum, quoddam autem nec ut plurimum, nec semper et ex necessitate, sed ut contingit: utputa sub Cane fiat frigus: sed hoc nec ut semper et ex necessitate, nec ut plurimum fit, quandoque tamen accidat. Accidens ergo est, quod fit quidem, non semper tamen, nec ex necessitate, nec ut plurimum. (4) Quid itaque accidens sit, dictum est: cur vero non sit hujuscemodi rei scientia, patet. Omnis namque scientia, ejus est, quod semper aut ut plurimum est: accidens vero in neutro horum est. (5) Quod autem entis secundum accidens non sint causæ et principia talia, qualia per se entis, manifestum est. Essent enim omnia ex necessitate. Nam si hoc existente, hoc erit, et hoc existente, hoc, (atque id, non ut contingit, sed ex necessitate,) illud quoque ex necessitate erit, cujus hoc causa erat, usque ad ultimum dictum causatum. Hoc vero se-

βεβηκός, ὥστ' ἐξ ἀνάγκης ἅπαντ' ἔσται· καὶ τὸ ὀποτέρως ἔτυχε καὶ τὸ ἐνδέχασθαι καὶ γίνεσθαι καὶ μὴ παντελῶς ἐκ τῶν γινομένων ἀναίρειται. Κἂν μὴ ὄν δὲ ἀλλὰ γιγνόμενον τὸ αἴτιον ὑποτεθῆ, ταῦτα συμβήσεται· πᾶν γὰρ ἐξ ἀνάγκης γενήσεται. Ἡ γὰρ αὔριον ἐκλειψίς γενήσεται ἂν τὸδε γένηται, τοῦτο δ' ἂν ἑτερόν τι, καὶ τοῦτ' ἂν ἄλλο· καὶ τοῦτον δὴ τὸν τρόπον ἀπὸ πεπερασμένου χρόνου τοῦ ἀπὸ τοῦ νῦν μέγχι αὔριον ἀφαιρουμένου χρόνου ἤξει ποτὲ εἰς τὸ ὑπάρχον. Ὡστ' ἔπει 10 τοῦτ' ἔστιν, ἅπαντ' ἐξ ἀνάγκης τὰ μετὰ τοῦτο γενήσεται, ὥστε πάντα ἐξ ἀνάγκης γίνεσθαι. (6) Τὸ δ' ὡς ἀληθές ὄν καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός τὸ μὲν ἔστιν ἐν συμπλοκῇ τῆς διανοίας καὶ πάθος ἐν ταύτῃ· διὸ περὶ μὲν τὸ οὕτως ὄν οὐ ζητοῦνται αἱ ἀρχαί, περὶ δὲ τὸ ἐξω 15 ὄν καὶ χωριστόν· τὸ δ' οὐκ ἀναγκαῖον ἀλλ' ἀόριστον, λέγει δὲ τὸ κατὰ συμβεβηκός· τοῦ τοιοῦτου δ' ἄτακτα καὶ ἀπειρα τὰ αἴτια. (7) Τὸ δὲ ἕνεκά του ἐν τοῖς φύσει γιγνόμενοις ἢ ἀπὸ διανοίας ἔστιν. Τύχη δ' ἔστιν ἔταν τι τούτων γένηται κατὰ συμβεβηκός. Ὡσπερ 20 καὶ ὄν ἔστι τὸ μὲν καθ' αὐτὸ τὸ δὲ κατὰ συμβεβηκός, οὕτω καὶ αἴτιον. Ἡ τύχη δ' αἴτιον κατὰ συμβεβηκός ἐν τοῖς κατὰ προαίρεσιν τῶν ἕνεκά του γιγνόμενοις. Διὸ περὶ ταῦτο τύχη καὶ διάνοια· προαίρεσις γὰρ οὐ χωρὶς διανοίας. (8) Τὰ δ' αἴτια ἀόριστα ἄρ' ὄν ἂν 25 γένοιτο τὰ ἀπὸ τύχης· διὸ ἀδελγὸς ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ καὶ αἴτιον κατὰ συμβεβηκός, ἀπλῶς δ' οὐθενός. Ἀγαθὴ δὲ τύχη καὶ κακὴ ἔταν ἀγαθὸν ἢ φαῦλον ἀποβῆ· εὐτυχία δὲ καὶ δυστυχία περὶ μέγεθος τούτων. (9) Ἐπεὶ δ' οὐθὲν κατὰ συμβεβηκός πρότερον τῶν καθ' αὐτό, 30 οὐδ' ἄρ' αἴτια. Εἰ ἄρα τύχη ἢ τὸ αὐτόματον αἴτιον τοῦ οὐρανοῦ, πρότερον νοῦς αἴτιον καὶ φύσις.

cundum accidens erat : quare ex necessitate omnia erunt : et prorsus de entibus auferetur tum quod ad utrumlibet se habet, tum ipsum contingere et fieri, et non fieri. At et si causa non ut ens, sed ut ea, quæ sit, supponatur, eadem accident. Omne namque ex necessitate fiet. Etenim crastina eclipsis fiet, si hoc fiat : hoc vero, si aliud quiddam : et hoc, si aliud : et hoc itaque modo, si ab eo tempore finito, quod a nunc est usque cras, dematur tempus, deveniet aliquando ad existens. Quare quum hoc sit, cuncta quæ sequuntur, ex necessitate profecto fient : unde ex necessitate omnia fient. (6) Quod autem ut verum et quod secundum accidens est ens, quoddam est in mentis complexione, et passio in ea : quare circa illud, quod ita est ens, non quaeruntur principia, verum circa id quod extra et separabile ens est. Quoddam vero non necessarium, sed infinitum : dico autem quod secundum accidens est. Hujus vero inordinatæ et infinitæ causæ sunt. (7) Ipsum vero alicujus gratia, in eis est quæ a natura aut a mente fiunt. Fortuna vero est, quum aliquid horum secundum accidens fiat. Quemadmodum enim et ens quoddam per se, quoddam secundum accidens est, ita et causa. Fortuna vero secundum accidens causa est in eis quæ secundum electionem alicujus gratia fiunt. Quare circa idem fortuna et mens : electio namque absente mente non est. (8) Causæ vero quibus ea fiunt quæ a fortuna sunt, indeterminate sunt : quare humanæ cogitationi incerta et per accidens causa est, simpliciter vero nullius. Bona vero fortuna et mala dicitur, quum bonum aliquid aut malum evenerit : fors fortuna vero, et infortunium, circa magnitudines horum. (9) Quum autem nihil secundum accidens prius iis sit, quæ secundum se sunt, nec igitur causæ. Si itaque fortuna aut casus cæli causa est, prior, mens et natura, causa erit.

CAP. IX.

Ἔστι δὲ τὸ μὲν ἐνεργεῖα μόνον, τὸ δὲ δυνάμει, τὸ δὲ δυνάμει καὶ ἐνεργεῖα, τὸ μὲν ὄν, τὸ δὲ ποσόν, τὸ δὲ τῶν λοιπῶν. Οὐκ ἔστι δὲ κίνησις παρὰ τὰ πράγματα· 35 μεταβάλλει γὰρ αἰεὶ κατὰ τὰς τοῦ ὄντος κατηγορίας. Κοινὸν δ' ἐπὶ τούτων οὐθέν ἐστιν, ὁ οὐδ' ἐν μιᾷ κατηγορίᾳ. Ἐκαστον δὲ διχῶς ὑπάρχει πᾶσιν, οἷον τὸ τόδε· τὸ μὲν γὰρ μορφή αὐτοῦ, τὸ δὲ στέρησις· καὶ κατὰ τὸ ποῖόν τὸ μὲν λευκόν τὸ δὲ μέλαν, καὶ κατὰ τὸ ποσόν τὸ 40 μὲν τέλειον τὸ δ' ἀτελέες, καὶ κατὰ φερόν τὸ μὲν ἄνω τὸ δὲ κάτω, ἢ κοῦφον καὶ βαρῦ. (2) Ὡστε κινήσεως καὶ μεταβολῆς τοσαῦτ' εἶδη ὅσα τοῦ ὄντος. Διηρημένου δὲ καθ' ἕκαστον γένος τοῦ μὲν δυνάμει τοῦ δ' ἐντελεχείᾳ, τὴν τοῦ δυνάμει, ἢ τοιοῦτόν ἐστιν, ἐνεργεῖαν 45 λέγω κίνησιν. Ὅτι δ' ἀληθῆ λέγομεν, ἐνθένδε δῆλον· ἔταν γὰρ τὸ οἰκοδομητόν, ἢ τοιοῦτον αὐτὸ λέγομεν εἶναι, ἐνεργεῖα ἢ, οἰκοδομεῖται, καὶ ἔστι τοῦτο οἰκοδομησις. Ὁμοίως μάθησις, ἰατρεισις καὶ κύλισις, βάδισις, ἀλσις, γήρασις, ἄδρυνσις. (3) Συμβαίνει δὲ κινεῖσθαι 50 ἔταν ἢ ἐντελέχεια ἢ αὐτὴ καὶ οὔτε πρότερον οὐδ' ὕστερον. Ἡ δὲ τῶν δυνάμει ὄντος ἐντελέχεια, ἔταν ἐντελεχείᾳ ὄν ἐνεργῆ ἢ αὐτὸ ἢ ἄλλο ἢ κινήτόν, κίνησις ἔστιν.

Est autem hoc quidem, actu solum; illud vero, potentia; hoc autem, potentia et actu : hoc quidem, ens; illud vero, quantum; hoc autem, ceterorum aliquid. Non est autem motus præter res : mutatur enim semper secundum entis prædicationes. Commune autem nihil in his, quod non sit in ulla prædicatione. Unumquodque vero dupliciter omnibus inest, velut hoc. Nam hoc ut forma, hoc vero ut privatio : ac secundum qualitatem, hoc album, illud nigrum : secundum quantitatem, hoc perfectum, illud imperfectum : secundum lationem, hoc sursum, illud deorsum, aut leve et grave. (2) Quare motus et mutationis tot sunt species, quot entis. Quum autem unumquodque genus in actum et potentiam dividatur, actum ejus quod potentia est, prout tale est, dico esse motum. Quod autem vera dicimus, hinc constat : quum enim ædificabile, prout tale esse ipsum dicimus, actu est, ædificatur, atque hoc est ædificatio. Similiter eruditio, curatio, voluntatio, ambulatio, saltatio, senescentia, ac increscentia. (3) Accidit autem moveri, quum actus hic fuerit, et neque prius, neque posterius. Actus igitur ejus, quod est potentia, quum actu ens agat, aut ipsum, aut aliud, prout mo-

λέγω δὲ τὸ ἦ ὧδε· ἔστι γὰρ ὁ χαλκὸς δυνάμει ἀνδριάς· ἀλλ' ὅμως οὐχ ἡ τοῦ χαλκοῦ ἐντελέχεια, ἢ χαλκός, κίνησις ἔστιν. Οὐ γὰρ ταῦτον χαλκῶ εἶναι καὶ δυνάμει τινί, ἐπεὶ εἰ ταῦτον ἦν ἀπλῶς κατὰ τὸν λόγον,
 5 ἦν ἂν ἡ τοῦ χαλκοῦ ἐντελέχεια κίνησις τις. Οὐκ ἔστι δὲ ταῦτό. (4) Δῆλον δ' ἐπὶ τῶν ἐναντιῶν· τὸ μὲν γὰρ δύνασθαι υγιαίνειν καὶ δύνασθαι κάμνειν οὐ ταῦτόν (καὶ γὰρ ἂν τὸ υγιαίνειν καὶ τὸ κάμνειν ταῦτόν ἦν), τὸ δ' ὑποκείμενον καὶ υγιαίνειν καὶ νοσοῦν, εἴθ' ὑγρότης
 10 εἴθ' αἷμα, ταῦτόν καὶ ἔν. Ἐπεὶ δ' οὐ ταῦτόν, ὥσπερ οὐδὲ χρῶμα ταῦτόν καὶ ὁρατόν, ἢ τοῦ δυνατοῦ ἢ δυνατὸν ἐντελέχεια κίνησις ἔστιν. (5) Ὅτι μὲν οὖν ἔστιν αὕτη, καὶ ὅτι συμβαίνει τότε κινεῖσθαι ὅταν ἡ ἐντελέχεια ἢ αὕτη, καὶ οὐτε πρότερον οἴθ' ὑστερον, δῆλον.
 15 Ἐνδέχεται γὰρ ἕκαστον ὅτε μὲν ἐνεργεῖν ὅτε δὲ μὴ, ὡς τὸ οἰκοδομητὸν ἢ οἰκοδομητόν, καὶ ἡ τοῦ οἰκοδομητοῦ ἐνεργεῖα ἢ οἰκοδομητόν, οἰκοδόμησις ἔστιν. Ἡ γὰρ τούτου ἔστιν ἡ οἰκοδόμησις ἢ ἐνεργεῖα ἢ οἰκία. Ἄλλ' ὅταν οἰκία ἦ, οὐκέτι οἰκοδομητὸν ἔσται· οἰκοδομεῖται
 20 δὲ τὸ οἰκοδομητόν. Ἀνάγκη ἄρα οἰκοδόμησιν τὴν ἐνεργεῖαν εἶναι, ἢ δ' οἰκοδόμησις κίνησις τις. Ὅ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων κινήσεων. (6) Ὅτι δὲ καλῶς εἴρηται, δῆλον ἐξ ὧν οἱ ἄλλοι λέγουσι περὶ αὐτῆς, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ῥᾶδιον εἶναι διορίσαι ἄλλως αὐτήν. Οὕτε
 25 γὰρ ἐν ἄλλῳ τις γένει δύναιτ' ἂν θεῖναι αὐτήν. Δῆλον δ' ἐξ ὧν λέγουσιν οἱ μὲν ἑτερότητα καὶ ἀνισότητα καὶ τὸ μὴ ὂν, ὧν οὐθὲν ἀνάγκη κινεῖσθαι. (7) Ἄλλ' οὐδ' ἡ μεταβολὴ οὐτ' εἰς ταῦτα οὐτ' ἐκ τούτων μᾶλλον ἢ ἐκ τῶν ἀντικειμένων. Αἴτιον δὲ τοῦ εἰς ταῦτα τιθέναι ὅτι ἀόριστόν τι δοκεῖ εἶναι ἡ κίνησις, τῆς δ' ἑτέρας συστοιχίας
 30 αἱ ἀρχαὶ διὰ τὸ στερητικαὶ εἶναι ἀόριστοι· οὕτε γὰρ τὸδε οὐτε τοιόνδε οὐδεμία αὐτῶν οὐτε τῶν λοιπῶν κατηγοριῶν. (8) Τοῦ δὲ δοκεῖν ἀόριστον εἶναι τὴν κίνησιν αἴτιον ὅτι οὐτ' εἰς δύναμιν τῶν ὄντων οὐτ' εἰς ἐνεργεῖαν ἔστι θεῖναι
 35 αὐτήν· οὐτε γὰρ τὸ δυνατόν ποσόν εἶναι κινεῖται ἐξ ἀνάγκης, οὐτε τὸ ἐνεργεῖα ποσόν, ἢ τε κίνησις ἐνεργεῖα μὲν εἶναι δοκεῖ τις, ἀτελής δέ· αἴτιον δ' ὅτι ἀτελής τὸ δυνατόν οὐ ἔστιν ἐνεργεῖα. (9) Καὶ διὰ τοῦτο χαλεπὸν αὐτὴν λαβεῖν τί ἐστιν· ἢ γὰρ εἰς στέρησιν ἀνάγκη θεῖναι ἢ εἰς
 40 δύναμιν ἢ εἰς ἐνεργεῖαν ἀπλήν, ταύτων δ' οὐθὲν φαίνεται ἐνδεχόμενον. Ὡστε λείπεται τὸ λεχθὲν εἶναι καὶ ἐνεργεῖαν καὶ μὴ ἐνεργεῖαν τὴν εἰρημένην, ἰδεῖν μὲν χαλεπὴν ἐνδεχομένην δ' εἶναι. (10) Καὶ ὅτι ἔστιν ἡ κίνησις ἐν τῷ κινήτῳ, δῆλον· ἐντελέχεια γὰρ ἔστι τούτου ὑπὸ τοῦ κινήτου. Καὶ ἡ τοῦ κινήτου ἐνεργεῖα οὐκ ἄλλη ἔστιν· δεῖ μὲν γὰρ εἶναι ἐντελέχειαν ἀμφοῖν· κινήτικὸν μὲν γὰρ ἔστι τῷ δύνασθαι, κινουῦν δὲ τῷ ἐνεργεῖν. Ἄλλ' ἔστιν ἐνεργητικὸν τοῦ κινήτου, ὡσθ' ὁμοίως μία· ἢ ἀμφοῖν ἐνεργεῖα, ὡσπερ τὸ αὐτὸ διάστημα ἐν
 50 πρὸς δύο καὶ δύο πρὸς ἓν, καὶ τὸ ἀναντες καὶ τὸ κάταντες, ἀλλὰ τὸ εἶναι οὐχ ἓν. Ὅμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ κινουμένου καὶ κινουμένου.

bile, motus est. Dico autem prout, sic : nam æs potentiâ est statua, non tamen actus æris prout æs, motus est. Non enim idem est æs esse, et aliquam potentiam. Nam si idem esset simpliciter secundum rationem, esset profecto æris actus, motus quidam : at non est idem. (4) Quod in contrariis patet. Siquidem posse sanari posseque ægro-tare, non est idem. Alioqui et sanari et ægrotare idem foret. Subjectum vero, quod et sanabile et ægrotabile est, sive humor sive sanguis, unum idemque est. Quum non sit igitur idem, sicut nec color ac visibile idem est, constat motum esse actum rei possibilis, prout possibilis est. (5) Quod igitur ipse est, et quod tunc contingit moveri, quum actus hoc sit, et quod nec ante nec post, manifestum est. Nam contingit, unumquodque aliquando quidem operari, aliquando minime : velut ædificabile, prout ædificabile ; et ædificabilis prout ædificabilis actus, ædificatio est. Aut enim hujus actus est ædificatio, aut domus. At ubi domus sit, non ultra ædificabile erit. Ædificatio vero ejus est, quod ædificabile est. Necessè itaque, ædificatio-nem, actum esse : ædificatio vero, motus quidam est. Eademque in ceteris motibus ratio est. (6) Quod vero hæc sint recte dicta, ex his quoque constat, quæ alii de ipso referunt : tum ex eo, quod non facile est ipsum aliter definire. Nec enim licebit cuiquam in alio genere eum collocare. Ac patet ex iis etiam quæ alii protulerunt, quidam alterita-tem, inæqualitatem, et ipsum non-ens, quorum nul-lum necesse est moveri. (7) At neque mutatio in hæc, neque ex his potius quam ex oppositis est. Causa vero, propter quam in his motum statuerunt, ea est, quod indefinitum quiddam videtur esse motus : alterius vero coor-dinationis principia, utpote privativa, indefinita sunt. Nam nec hoc quid, nec tale, nec aliorum prædicamentorum ullum, ipsorum est. (8) Quod vero motus indefinitus esse videatur, ea est causa, quod neque inter ea quæ sunt pot-entia entia, nec quæ secundum actum, ponere ipsam est. Nec enim quod potest quantum esse, moveri necessarium est, nec actu quantum. Ac motus, actus quidem aliquis esse videtur, quanquam imperfectus : causa vero est, quod imperfectum est possibile, cujus actus est. (9) Quamobrem difficile est ipsum comprehendere, quidnam sit. Nam aut in privationem necessario reponetur, aut in potentiam, aut in actum simplicem. Horum autem nullum videtur contingere posse. Superest igitur quod dictum est, esse et actum, et non-actum, qui dictus est : qui etsi difficilis cognitu sit, tamen contingit esse. (10) Simul et illud perspicuum est, motum esse in moto : actus enim ejus est a motivo. Neque alius est motivi actus : oportet enim utriusque actum esse. Nam motivum est, eo quod possit ; movens vero, eo quod operetur. Verum activum, est ipsis mobilis. Eodem itaque modo unus utriusque actus, quemadmodum eadem distantia ad duo unius, et ad unum duorum, ascensus quo-que ac descensus : at esse, non est unum. Ita etiam in movente, et in eo quod movetur.

CAP. X.

Τὸ δ' ἄπειρον ἢ τὸ ἀδύνατον διελθεῖν τῶ μὴ περ-
 κέναι διέναι, καθάπερ ἡ φωνὴ ἀόρατος, ἢ τὸ διέξοδον
 ἔχον ἀτελεύτητον, ἢ δὲ μόλις, ἢ δὲ περὺκος ἔχειν μὴ ἔχει
 διέξοδον ἢ πέρας· ἐτι προσθήσει ἢ ἀραιρίσει ἢ ἀμφοι.
 6 Χωριστὸν μὲν δὴ αὐτό τι ὄν, αἰσθητὸν δ' οὐχ οἶόντ'
 εἶναι. Εἰ γὰρ μήτε μέγεθος ἐστι μήτε πλῆθος, οὐσία
 δ' αὐτὸ τὸ ἄπειρον καὶ μὴ συμβεβηκός, ἀδιαίρετόν ἐστι·
 τὸ γὰρ διαιρετόν ἢ μέγεθος ἢ πλῆθος. Εἰ δὲ ἀδιαίρε-
 τον, οὐκ ἄπειρον, εἰ μὴ καθάπερ ἡ φωνὴ ἀόρατος.
 10 Ἄλλ' οὐχ οὕτω λέγουσιν οὐδ' ἡμεῖς ζητοῦμεν, ἀλλ' ὡς
 ἀδιέξοδον. (3) Ἔτι πῶς ἐνδέχεται καθ' αὐτὸ εἶναι ἄπει-
 ρον, εἰ μὴ καὶ ἀριθμὸς καὶ μέγεθος, ὧν πάθος τὸ ἄπει-
 ρον; (4) Ἔτι εἰ κατὰ συμβεβηκός, οὐκ ἂν εἴη στοι-
 χεῖον τῶν ὄντων ἢ ἄπειρον, ὥσπερ οὐδὲ τὸ ἀόρατον τῆς
 15 διαλέκτου, καίτοι ἡ φωνὴ ἀόρατος. (6) Καὶ ὅτι οὐκ
 ἐστιν ἐνεργεία εἶναι τὸ ἄπειρον, ὄηλον. Ἔσται γὰρ
 ὁτιοῦν αὐτοῦ ἄπειρον μέρος τὸ λαμβανόμενον· τὸ γὰρ
 ἀπείρω εἶναι καὶ ἄπειρον ταῦτό, εἴπερ οὐσία τὸ ἄπειρον
 καὶ μὴ καθ' ὑποκειμένου· ὥστε ἡ ἀδιαίρετον, ἢ εἰς
 20 ἄπειρα διαιρετόν, εἰ μεριστόν. Πολλὰ δ' εἶναι τὸ αὐτὸ
 ἀδύνατον ἄπειρα· ὥσπερ γὰρ ἀέρος ἀήρ μέρος, οὕτως
 ἄπειρον ἀπείρου, εἰ ἐστιν οὐσία καὶ ἀρχή. Ἀμεριστόν
 ἄρα καὶ ἀδιαίρετον. (6) Ἄλλ' ἀδύνατον τὸ ἐντελεγεῖα
 ὄν ἄπειρον· ποσὸν γὰρ εἶναι ἀνάγκη. Κατὰ συμβε-
 25 βηκός ἄρα ὑπάρχει. Ἄλλ' εἰ οὕτως, εἴρηται ὅτι οὐκ
 ἐνδέχεται εἶναι ἀρχὴν ἀλλ' ἐκείνο ὅν συμβέβηκε, τὸν
 ἀέρα ἢ τὸ ἄρτιον. (7) Αὐτὴ μὲν οὖν ἡ ζήτησις καθό-
 λου· ὅτι δ' ἐν τοῖς αἰσθητοῖς οὐκ ἐστιν, ἐνθένδε ὄηλον.
 Εἰ γὰρ σώματος λόγος τὸ ἐπιπέδοις ὠρισμένον, οὐκ εἴη
 30 ἂν ἄπειρον σῶμα οὐτ' αἰσθητὸν οὐτε νοητόν, οὐδ' ἀρι-
 θμὸς ὡς κειωρισμένους καὶ ἄπειρος· ἀριθμητὸν γὰρ
 δὲ ἀριθμὸς ἢ τὸ ἔχον ἀριθμόν. (8) Φυσικῶς δὲ ἐκ τῶνδε
 ὄηλον· οὐτε γὰρ σύνθετον οἶόντ' εἶναι οὐθ' ἀπλοῦν.
 Σύνθετον μὲν γὰρ οὐκ ἐστὶ σῶμα, ἐπεὶπερ πεπεράνται
 35 τῶ πλῆθει τὰ στοιχεῖα. Δεῖ γὰρ ἰσάζειν τάναντία καὶ
 μὴ εἶναι ἐν αὐτῶν ἄπειρον· εἰ γὰρ ὁπωσιῶν λείπεται
 ἢ θατέρου σώματος δύναμις, φθαρήσεται ὑπὸ τοῦ ἀπεί-
 ρου τὸ πεπερασμένον. (9) Ἐκαστον δ' ἄπειρον εἶναι
 ἀδύνατον· σῶμα γὰρ ἐστι τὸ πάντῃ ἔχον διάστασιν,
 40 ἄπειρον δὲ τὸ ἀπεράντως διεστηκός, ὥστε τὸ ἄπειρον
 σῶμα πάντῃ ἐστὶ ἄπειρον. (10) Οὐδὲ ἐν δὲ καὶ ἀπλοῦν
 ἐνδέχεται τὸ ἄπειρον εἶναι σῶμα, οὐθ' ὡς λέγουσι τινες
 παρὰ τὰ στοιχεῖα ἐξ οὗ γεννώσι ταῦτα (οὐκ ἐστι γὰρ
 τὸ τοιοῦτο σῶμα παρὰ τὰ στοιχεῖα· ἅπαντα γὰρ ἐξ
 45 ὧν ἐστὶ καὶ διαλύεται εἰς ταῦτα, οὐ φαίνεται δὲ τοῦτο
 παρὰ τὰ ἀπλᾶ σώματα), οὐδὲ πῦρ οὐδ' ἄλλο τι τῶν
 στοιχείων οὐθέν. Χωρὶς γὰρ τοῦ ἄπειρον εἶναι τὰ αὐτῶν
 ἀδύνατον τὸ ἅπαν, ἂν ἢ πεπερασμένον, ἢ εἶναι ἢ γί-
 γνεσθαι ἐν τὰ αὐτῶν, ὥσπερ Ἡράκλειτός φησιν ἅπαντα
 50 γίνεσθαι ποτε πῦρ. (11) Ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ
 τοῦ ἐνός, δὲ ποιοῦσι παρὰ τὰ στοιχεῖα οἱ φυσικοί. Πᾶν
 γὰρ μεταβάλλει ἐξ ἐναντίου, οἶον ἐκ θερμοῦ εἰς ψυχρόν.

Infininitum vero est, aut quod impossibile est pertransire,
 eo quod non sit aptum permeari; quemadmodum vox in-
 visibilis: aut quod transitum habet inconsummabilem, aut
 quod vix, aut quod natura aptum est habere, nequaquam
 tamen transitum aut finem habet. Item, secundum appo-
 sitionem, aut ablationem, aut ambo. (2) Separatum sane
 ipsum quum sit, sensibus percipi impossibile est. Nam si
 nec magnitudo, nec multitudo est, sed infinitum ipsum
 substantia est et non accidens, indivisibile erit: siquidem
 divisibile aut magnitudo aut multitudo est. Quodsi est in-
 divisibile, non est infinitum, nisi quemadmodum vox invi-
 sibilis est. Verum nec sic aiunt, nec nos sic querimus, sed
 tanquam impermeabile. (3) Præterea quonam modo con-
 tinget esse per se ipsum infinitum, si nec numerus, nec
 magnitudo sit, quorum infinitum passio est? (4) Præterea,
 si secundum accidens, non esset sane rerum elementum
 prout infinitum, sicuti nec invisibilitas locutionis, tametsi
 vox invisibilis est. (5) Quod autem infinitum non potest
 esse actu, patet: erit namque quæque pars ejus infinita,
 quæ accipitur. Nam infinito esse, atque infinitum, idem:
 si quidem infinitum substantia, et non de subjecto sit. Aut
 igitur indivisibile, aut per infinita divisibile, si partibile est.
 Verum multa infinita, idem esse impossibile est. Quem-
 admodum enim aeris aer pars est ita et infinitum infiniti,
 si substantia et principium est. Impartibile igitur, et indi-
 visibile est. (6) Verum hoc impossibile, actu esse ens infi-
 nitum. Necessarium enim quantum esse. Secundum acci-
 dens igitur existit. At hoc modo, dictum est non posse
 principium esse, verum id potius, cui accidit, aerem, vel
 par. (7) Sed hæc inquisitio universalis est. Quod vero
 in sensibilibus non est, hinc constat: nam si est corporis
 ratio hoc, esse superficiei definitum, non sane fuerit infi-
 nitum corpus, nec intelligibile, nec sensibile. Ceterum
 nec numerus ita est, tanquam separatus, atque infinitus:
 quippe quum numerus, aut quod habeat numerum, nume-
 rabile sit. (8) Quodsi physice potius contemplerur, ex his
 patet: neque enim compositum, neque simplex poterit esse.
 Compositum namque non erit corpus, si finita quidem sunt
 multitudine elementa. Oportet namque contraria æquari,
 nec esse unum eorum infinitum. Nam si quantumvis in-
 ferior sit alterius corporis virtus, corrumpetur finitum ab
 infinito. (9) Nec possibile est unumquodque esse infinitum,
 si corpus quidem est, quod undecumque habet dimensio-
 nem: infinitum vero quod infinite distat: quare infinitum
 corpus, undecumque infinitum erit. (10) Nec vero unum
 et simplex contingit infinitum esse corpus: nec (ut quidam
 aiunt) præter elementa, unde hæc generant (tale namque
 corpus præter elementa, non est: nam cuncta ex quibus
 sunt, in ea etiam resolvuntur: hoc vero non videtur, præ-
 ter simplicia corpora); neque ignis, neque aliud ullum ele-
 mentorum: etenim absque eo, quod aliquod horum infini-
 tum est, impossibile est, universum, etsi finitum sit, aut esse
 aut fieri aliquod eorum unum: ut Heraclitus dicit, omnia
 quandoque ignem fieri. (11) Eadem ratio et de uno est,
 quod faciunt præter elementa physici. Omne enim ex con-
 trario in contrarium, velut ex calido in frigidum transit.

(12) Ἐτι τὸ αἰσθητὸν σῶμα ποῦ, καὶ ὁ αὐτὸς τόπος δλον καὶ μορίου, ὅσον τῆς γῆς. Ὡστ' εἰ μὲν δημοσιδές, ἀκίνητον ἔσται ἢ αἰεὶ οἰσθήσεται. Τοῦτο δὲ ἀδύνατον· τί γὰρ μᾶλλον κάτω ἢ ἄνω ἢ δπουοῦν; ὅσον εἰ βῶλος εἴη, 5 ποῦ αὐτὴ κινήσεται ἢ μενεῖ; ὁ γὰρ τόπος αὐτῆς τοῦ συγγενοῦς σώματος ἄπειρος. Καθέξει οὖν τὸν δλον τόπον; καὶ πῶς; τίς οὖν ἡ μονὴ καὶ ἡ κίνησις; ἢ πανταχοῦ μενεῖ; οὐ κινήσεται ἄρα. Ἡ πανταχοῦ κινήσεται; οὐκ ἄρα στησεται. (13) Εἰ δ' ἀνόμοιον τὸ πᾶν, ἀνόμοιοι καὶ οἱ τόποι, καὶ πρῶτον μὲν οὐχ ἔν τὸ σῶμα τοῦ παντὸς ἄλλ' ἢ τῷ ἄπτεισθαι, εἴτα ἢ πεπερασμένα ταῦτ' ἔσται ἢ ἄπειρα εἶδει. Πεπερασμένα μὲν οὖν οὐχ οἶόντε· ἔσται γὰρ τὰ μὲν ἄπειρα τὰ δ' οὐ, εἰ τὸ πᾶν ἄπειρον, ὅσον πῦρ ἢ ὕδωρ· φθορὰ δὲ τὸ τοιούτον τοῖς ἐναντιοῖς. 10 Εἰ δ' ἄπειρα καὶ ἄπλᾶ, καὶ οἱ τόποι ἄπειροι καὶ ἔσται ἄπειρα τὰ στοιχεῖα· εἰ δὲ τοῦτ' ἀδύνατον καὶ οἱ τόποι πεπερασμένοι, καὶ τὸ πᾶν ἀνάγκη πεπεράνθαι. (14) Ὡς δ' ἀδύνατον ἄπειρον εἶναι σῶμα καὶ τόπον τοῖς σώμασιν, εἰ πᾶν σῶμα αἰσθητὸν ἢ βάρος ἔχει ἢ κουφότητα. 20 Ἡ γὰρ ἐπὶ τὸ μέσον ἢ ἄνω οἰσθήσεται, ἀδύνατον δὲ τὸ ἄπειρον ἢ πᾶν ἢ τὸ ἤμισυ ὀποτεροῦν πεπονηθῆναι· πῶς γὰρ διελεῖς; ἢ πῶς τοῦ ἀπείρου ἔσται τὸ μὲν κάτω τὸ δ' ἄνω, ἢ ἔσχατον καὶ μέσον; (15) Ἐτι πᾶν σῶμα αἰσθητὸν ἔν τόπῳ, τόπου δὲ εἶδη ἔξ, ἀδύνατον δ' ἔν τῷ 25 ἀπείρῳ σώματι ταῦτ' εἶναι. Ὡς δ' εἰ ἀδύνατον τόπον ἄπειρον εἶναι, καὶ σῶμα ἀδύνατον· τὸ γὰρ ἔν τόπῳ ποῦ, τοῦτο δὲ σημαίνει ἢ ἄνω ἢ κάτω ἢ τῶν λοιπῶν τι, τούτων δ' ἕκαστον πέρασ τι. Τὸ δ' ἄπειρον οὐ ταῦτον ἔν μεγέθει καὶ κινήσει καὶ χρόνῳ ὡς μία τις φύσις, ἀλλὰ τὸ ὕστερον λέγεται κατὰ τὸ πρότερον, ὅσον κίνησις 30 κατὰ τὸ μέγεθος ἐφ' οὗ κινεῖται ἢ ἀλλοιοῦται ἢ αὔξεται, χρόνος δὲ διὰ τὴν κίνησιν.

(12) Item, corpus sensibile alicubi est, idemque totius ac partis locus, velut terræ : quare si uniforme sit, aut immobile erit, aut semper feretur. Hoc vero impossibile est. Quid enim deorsum potius, quam sursum aut usquam? velut si gleba sit, quo hæc movebitur, aut ubi manebit? Locus enim congeni corporis illius, infinitus est. Continebit igitur totum locum? et quomodo? Quæ igitur mansio, motusque ejus? An ubique manebit? Non movebitur ergo. An ubique movebitur? Non ergo stabit. (13) Quodsi univ-
ersum dissimile sit, loca quoque dissimilia erunt. Ac primum quidem non unum universi corpus, nisi tactu : deinde aut finita erunt hæc, aut infinita specie. Finita quidem, impossibile est : nam quædam infinita erunt, quædam minime, si totum infinitum sit, velut ignis, aut aqua. Ac tale erit corruptio contrariis. Quodsi infinita ac simplicia, loca quoque infinita, atque erunt infinita elementa. Quod si est impossibile, locaque finita sunt, totum etiam necessario finitum erit. (14) Et omnino impossibile infinitum esse corpus et locum corporibus : si omne quidem corpus sensibile, aut gravitatem habet, aut levitatem. Aut enim ad medium, aut sursum movebitur. Verum impossibile, infinitum aut totum, aut medium, alterum utrum passum esse. Quo enim modo dividet? aut quo pacto infiniti hoc quidem sursum fuerit, hoc vero deorsum, aut extremum aut medium? (15) Item, omne corpus sensibile est in loco; loci vero species sex : in corpore vero infinito hæc esse non possunt. Et simpliciter, si impossibile est locum infinitum esse, corpus quoque, impossibile est. Quod enim in loco est, id alicubi est. Hoc vero aut sursum, aut deorsum, aut aliquid ceterorum significat, quorum unumquodque terminus quidam est. Infinitum vero non idem in magnitudine, motu et tempore, tanquam una quædam natura, sed ipsum posterius secundum prius dicitur : velut motus, secundum magnitudinem super quam fit motus, aut augmentatio : tempus vero propter motum.

CAP. XI.

Μεταβάλλει δὲ τὸ μεταβάλλον τὸ μὲν κατὰ συμβε-
ηχός, ὡς τὸ μουσικὸν βαδίζειν, τὸ δὲ τῷ τούτου τι με-
ταβάλλειν ἄπλῶς λέγεται μεταβάλλειν, ὅσον ὄσα κατὰ 25
μέρη· ὑγιάζεται γὰρ τὸ σῶμα, ὅτι ὁ ὀφθαλμός. (2) Ἐστὶ δὲ τι δ καθ' αὐτὸ πρῶτον κινεῖται, καὶ τοῦτ' ἔστι τὸ καθ' αὐτὸ κινήτῳ. Ἐστὶ δὲ [τι] καὶ ἐπὶ τοῦ κινουήτος ὡσαύτως· κινεῖ γὰρ τὸ μὲν κατὰ συμβεηχός τὸ δὲ κατὰ 40
μέρος τὸ δὲ καθ' αὐτό· ἔστι δὲ τι τὸ κινουήν πρῶτον· ἔστι δὲ τι τὸ κινουήμενον, ἔτι ἔν ᾧ χρόνῳ καὶ ἐξ οὗ καὶ εἰς δ.
(3) Τὰ δ' εἶδη καὶ τὰ πάθη καὶ ὁ τόπος, εἰς ἃ κινουήν-
ται τὰ κινουήμενα, ἀκίνητά ἐστιν, ὅσον ἐπιστήμη καὶ
θερμότης· ἔστι δ' οὐχ ἡ θερμότης κίνησις ἀλλ' ἡ θερμαν-
σις. Ἡ δὲ μὴ κατὰ συμβεηχός μεταβολὴ οὐκ ἔν ἄπα-
σιν ὑπάρχει, ἀλλ' ἔν τοῖς ἐναντιοῖς καὶ μεταξὺ καὶ ἔν 45
ἀντιφάσει. Τοῦτου δὲ πίστις ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς. (4) Με-
ταβάλλει δὲ τὸ μεταβάλλον ἢ ἐξ ὑποκειμένου εἰς ὑπο-
κειμένον, ἢ οὐκ ἐξ ὑποκειμένου εἰς ὑποκειμένον, ἢ ἐξ
50 ὑποκειμένου εἰς οὐκ ὑποκειμένον, ἢ οὐκ ἐξ ὑποκειμένου
εἰς ὑποκειμένον. Λέγῳ δὲ ὑποκειμένον τὸ καταφάσει
δηλούμενον. (5) Ὡστ' ἀνάγκη τρεῖς εἶναι μεταβολάς·

Permutatur vero, quod permutatur, hoc quidem secundum accidens, veluti quum dicimus musicum ambulare : illud vero, eo quod ejus quippiam mutetur, simpliciter dicitur mutari : ut quæ secundum partem dicuntur. Sanatur namque corpus, quoniam oculus. (2) Est præterea aliquid, quod per se primum movetur, et hoc est per se mobile. Est item demovente quoque eodem modo. Movet namque quoddam per accidens, quoddam secundum partem, quoddam per se. Est rursus aliquid, quod primo movet : et est aliquid quod movetur. Item tempus, in quo : ac præterea, ex quo : deum, ad quod. (3) Species vero passionisque, ac locus, ad quæ moventur mota, ea immota sunt; veluti scientia, et calor. Est vero motus, non caliditas, sed calefactio. Mutatio autem non per accidens, haudquaquam in omnibus est, sed in contrariis, ac mediis, atque etiam in contradictione. Cujus rei fides in inductione est. (4) Mutatur autem, quod mutatur, aut ex subjecto in subjectum, aut ex non-subjecto in subjectum, aut ex subjecto in non subjectum, aut ex non-subjecto in subjectum. Aio autem subjectum, quod affirmatione explanatur. (5) Quare

ἡ γὰρ ἐξ οὐχ ὑποκειμένου εἰς μὴ ὑποκειμένου οὐκ ἔστι μεταβολή· οὔτε γὰρ ἐναντία οὔτε ἀντίφασίς ἐστίν, ὅτι οὐκ ἀντίθεσις. Ἡ μὲν οὖν οὐκ ἐξ ὑποκειμένου εἰς ὑποκειμένου κατ' ἀντίφασιν γένεσις ἐστίν, ἡ μὲν ἀπλῶς ἀπλῆ, ἡ δὲ τινὸς τίς· ἡ δ' ἐξ ὑποκειμένου εἰς μὴ ὑποκειμένου φθορά, ἡ μὲν ἀπλῶς ἀπλῆ, ἡ δὲ τινὸς τίς. (6) Εἰ δὴ τὸ μὴ ὄν λέγεται πλεοναχῶς, καὶ μήτε τὸ κατὰ σύνθεσιν ἢ διαίρεσιν ἐνδέχεται κινεῖσθαι, μήτε τὸ κατὰ δύναμιν τὸ τῷ ἀπλῶς ὄντι ἀντικείμενον· τὸ γὰρ μὴ λευκὸν ἢ μὴ ἀγαθὸν ὁμοῦ ἐνδέχεται κινεῖσθαι κατὰ συμβεβηκός (εἴη γὰρ ἂν ἄνθρωπος τὸ μὴ λευκόν), τὸ δ' ἀπλῶς μὴ τὸδε οὐδαμῶς· ἀδύνατον γὰρ τὸ μὴ ὄν κινεῖσθαι· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὴν γένεσιν κίνησιν εἶναι· γίνεται γὰρ τὸ μὴ ὄν. Εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα κατὰ συμβεβηκός γίνεται, ἀλλ' ὁμοῦ ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι ὑπάρχει τὸ μὴ ὄν κατὰ τοῦ γιγνομένου ἀπλῶς. Ὅμοιος δὲ καὶ τὸ ἡρεμεῖν. (7) Ταῦτά τε δὴ συμβαίνει δυσχερῆ, καὶ εἰ πᾶν τὸ κινούμενον ἐν τόπῳ, τὸ δὲ μὴ ὄν οὐκ ἔστιν ἐν τόπῳ· εἴη γὰρ ἂν που. Οὐδὲ δὴ ἡ φθορὰ κίνησης· ἐναντίον γὰρ κινήσει κίνησις ἢ ἡρεμία, φθορὰ δὲ γενέσει. (8) Ἐπεὶ δὲ πᾶσα κίνησις μεταβολή τις, μεταβολαὶ δὲ τρεῖς αἰ εἰρημέται, τούτων δ' αἰ κατὰ γένεσιν καὶ φθορὰν οὐ κινήσεις, αὗται δ' εἰσὶν αἰ κατ' ἀντίφασιν, ἀνάγκη τὴν ἐξ ὑποκειμένου εἰς ὑποκειμένου κίνησιν εἶναι μόνην. Τὰ δ' ὑποκείμενα ἢ ἐναντία ἢ μεταξύ· καὶ γὰρ ἡ στέρησις κείσθω ἐναντίον, καὶ δηλοῦται καταφάσει, ὅσον τὸ γυμνὸν καὶ νωδὸν καὶ τὸ μέλαν.

necesse est, tres mutationes esse. Illa enim, quæ ex non-subjecto in non-subjectum non est mutatio : nec enim contraria, neque contradictio est, quia neque oppositio. Mutatio igitur ex non-subjecto in subjectum secundum contradictionem, generatio est : quæ quidem simpliciter, simplex ; quæ vero cujusdam, quædam : at quæ de subjecto in non-subjectum, corruptio : quæ simpliciter, simplex ; quæ cujusdam, quædam. (6) Si itaque non-ens multifariam dicitur, et nec quod secundum compositionem aut divisionem dicitur, moveri contingit, nec item quod secundum potentiam, quod oppositum esse ei quidem, quod simpliciter est : (non album enim aut non bonum, contingit nihilo minus secundum accidens moveri : esse namque homo potest, non album) : quod vero simpliciter non hoc, id nequaquam. Nam impossibile est, non-ens moveri. Si igitur hoc, et generationem motum esse : fit enim non-ens. Nam si vel maxime secundum accidens fit, attamen verum est dicere de eo quod simpliciter fit, quod est non-ens. Eodem modo igitur et quiescere. (7) Hæc itaque omnia accidunt absurda, si quicquid movetur, in loco est ; non-ens vero in loco non est : esset enim usquam. Nec corruptio igitur motus. Si quidem motui motus aut quies contrarium est : corruptio vero generationi est contraria. (8) At quum omnis motus, mutatio quædam sit, mutationes vero tres, quæ dictæ sunt, harum vero, quæ secundum generationem et corruptionem, minime sint motus, (sunt autem illæ secundum contradictionem,) necesse est ex subjecto in subjectum mutationem solam, motum esse. Subjecta vero aut contraria, aut media : nam privatio contrarium esse ponatur, quandoquidem et affirmatione declaratur, velut nudum, cæcum et nigrum.

CAP. XII.

Εἰ οὖν αἱ κατηγορίαι διήρηνται οὐσία, ποιότητα, τὸν τόπῳ, τῷ ποιεῖν ἢ πάσχειν, τῷ πρὸς τι, τῷ ποσῷ, ἀνάγκη τρεῖς εἶναι κινήσεις, ποιού, ποσοῦ, τόπου· κατ' οὐσίαν δ' οὐ διὰ τὸ μηθὲν εἶναι οὐσία ἐναντίον, οὐδὲ τοῦ πρὸς τι· ἔστι γὰρ θατέρου μηθὲν μεταβάλλοντος μὴ ἀληθεύεσθαι θατέρου μηθὲν μεταβάλλον, ὥστε κατὰ συμβεβηκός ἢ κίνησις αὐτῶν. (2) Οὐδὲ ποιούντος καὶ πάσχοντος, ἢ κινούντος καὶ κινουμένου, ὅτι οὐκ ἔστι κινήσεως κίνησις οὐδὲ γενέσεως γένεσις, οὐδ' ὁμοῦ μεταβολῆς μεταβολή. Διχῶς γὰρ ἐνδέχεται κινήσεως εἶναι κίνησιν, ἢ ὡς ὑποκειμένου, ὅσον ὁ ἄνθρωπος κινεῖται ὅτι ἐκ λευκοῦ εἰς μέλαν μεταβάλλει, ὥστε οὕτω καὶ ἡ κίνησης ἢ θερμαίνεται ἢ ψύχεται ἢ τόπον ἀλλάττει ἢ αὐξεται. Τοῦτο δὲ ἀδύνατον· οὐ γὰρ τῶν ὑποκειμένων τι ἢ μεταβολή. Ἡ τῷ ἑτερόν τι ὑποκειμένου ἐκ μεταβολῆς μεταβάλλειν εἰς ἄλλο εἶδος, ὅσον ἄνθρωπον ἐκ νόσου εἰς υγίειαν. Ἄλλ' οὐδὲ τοῦτο δυνατόν πλην κατὰ συμβεβηκός. Πᾶσα γὰρ κίνησις ἐξ ἄλλου εἰς ἄλλο ἐστὶ μεταβολή, καὶ γένεσις καὶ φθορὰ ὡσαύτως· πλην αἰ μὲν εἰς ἀντικείμενα ὡδὶ ἢ ὡδὶ οὐ κινήσεις. Ἄμα οὖν μεταβάλλει ἐξ υγίας εἰς νόσον, καὶ ἐξ αὐτῆς ταύτης τῆς μεταβολῆς εἰς ἄλλην. (3) Δῆλον δὴ ὅτι ἂν νοσήσῃ, μεταβεβηκός ἐσται εἰς ὅποιον οὖν (ἐνδέχεται γὰρ ἡρεμεῖν) καὶ ἔτι εἰς μὴ τὴν τυχοῦσαν ἀεὶ· κακείνη ἐκ τινος

Si igitur prædicamenta, substantiâ, qualitate, loco, facere, pati, ad aliquid, et quantitate dividuntur, tres esse motus necesse est, qualis, quanti, et loci : secundum vero substantiam minime, propterea quod substantiæ nihil contrarium est, nec ejus quod ad aliquid. Fit enim altero non mutato, non verificetur alterum nullatenus mutatum : quare secundum accidens, horum motus erit. (2) Nec præterea agentis aut patientis, neque omnino moti ac moventis : quum non sit motionis motus, nec generationis generatio, nec denique mutationis mutatio. Bifariam enim contingit motionis motum esse. Nam aut tanquam subjecti : ut homo movetur, quia ex albo in nigrum mutatur. Quare sic etiam motus aut calefit, aut frigidit, aut loco transfertur, aut crescit. Id vero impossibile est, quum motus non sit aliquid subjectorum. Aut eo, quod aliud quoddam subjectum, ex mutatione in aliam speciem mutetur : ut homo ex morbo in sanitatem. At nec hoc possibile, præterquam per accidens. Omnis namque motus in aliud ex alio mutatio est : et generatio item ac corruptio eodem modo : verumtamen quæ ex oppositis sic, aut sic, non sunt motus : alioqui simul ex sanitate in morbum mutatur, atque ex ea ipsa mutatione in aliam. (3) Constat itaque, quod, quum agrotaverit, in quamvis mutatus erit (continget enim quiescere) ; ac præter ea non semper in quamcunque : et illa quoque ex aliquo

εἰς τι ἄλλο ἔσται, ὡςθ' ἡ ἀντικειμένη ἔσται ὑγιάνσις· ἀλλὰ τῷ συμβεβηκέναι, ὅσον ἐξ ἀναμνήσεως εἰς λήθην μεταβάλλει, ὅτι ὅ ὑπάρχει ἐκεῖνο μεταβάλλει ὅτε μὲν εἰς ἐπιστήμην ὅτε δὲ εἰς ὑγίειαν. (4) Ἐπι εἰς ἄπειρον βραδιεῖται, εἰ ἔσται μεταβολῆς μεταβολὴ καὶ γενέσεως γένεσις. Ἀνάγκη δὴ καὶ τὴν προτέραν, εἰ ἡ ὑστέρ· ὅσον εἰ ἡ ἀπλὴ γένεσις ἐγένετο ποτε, καὶ τὸ γινόμενον ἀπλῶς ἐγένετο, ὥστε οὕτω ἦν γινόμενον ἀπλῶς, ἀλλὰ τι γινόμενον γινόμενον. Εἰ δὴ καὶ τοῦτ' ἐγένετο ποτε, ὥστ' οὐκ ἦν πω τότε γινόμενον. (6) Ἐπεὶ δὲ τῶν ἀπείρων οὐκ ἔστι τι πρῶτον, οὐκ ἔσται τὸ πρῶτον, ὥστ' οὐδὲ τὸ ἐχόμενον. Οὕτε γίνεσθαι οὖν οὔτε κινεῖσθαι οἴοντε οὔτε μεταβάλλειν οὐθέν. (6) Ἐπι τοῦ αὐτοῦ κίνησις ἢ ἐναντία καὶ ἡρέμησις, καὶ γένεσις καὶ φθορά. Ὡστε τὸ γινόμενον ὅταν γένηται γινόμενον, τότε φθείρεται· οὔτε γὰρ εὐθὺς γινόμενον οὐδ' ὑστερον εἶναι γὰρ δεῖ τὸ φθειρόμενον. (7) Ἐπι δεῖ ὕλην ὑπεῖναι τῷ γιγνομένῳ καὶ μεταβάλλοντι. Τίς οὖν ἔσται, ὥσπερ τὸ ἀλλοιωτὸν σῶμα ἢ ψυχῇ, οὕτω τί τὸ γινόμενον κίνησις ἢ γένεσις; καὶ ἔτι τί εἰς δ κινούνται; δεῖ γὰρ εἶναι τὴν τοῦδε ἐκ τοῦδε εἰς τὸδε κίνησιν μὴ κίνησιν. Πῶς οὖν; οὐ γὰρ ἔσται μάθησις τῆς μαθήσεως, ὥστ' οὐδὲ γένεσις γενέσεως. (8) Ἐπεὶ δ' οὐτ' οὐσίας οὔτε τοῦ πρὸς τι οὔτε τοῦ ποιεῖν καὶ πάσχειν, λείπεται κατὰ τὸ ποῖον καὶ ποσὸν καὶ τόπον κίνησιν εἶναι· τούτων γὰρ ἐκάστῳ ἐναντιώσις ἔστιν. Λέγω δὲ τὸ ποῖον οὐ τὸ ἐν τῇ οὐσίᾳ (καὶ γὰρ καὶ ἡ διαφορά ποῖόν) ἀλλὰ τὸ παθητικόν, καθ' ὃ λέγεται πάσχειν ἢ ἀπαθεῖ εἶναι. (9) Τὸ δὲ ἀκίνητον τὸ τε ὄλιον ἀδύνατον κινήθηναί καὶ τὸ μόλις ἐν χρόνῳ πολλῷ ἢ βραδέως ἀρχόμενον, καὶ τὸ πεφυκὸς μὲν κινεῖσθαι καὶ δυνάμενον, μὴ κινούμενον δὲ ὅτε πέφυκε καὶ οὕ καὶ ὡς· ὃ καλῶ ἡρεμεῖν τῶν ἀκινήτων μόνον· ἐναντίον γὰρ ἡρεμία κινεῖται, ὥστε στέρησις ἀν εἴη τοῦ δεκτικοῦ.

10. Ἄμα κατὰ τόπον ὅσα ἐν ἐνὶ τόπῳ πρῶτον, καὶ χωρὶς ὅσα ἐν ἄλλῳ. Ἄπτεσθαι δὲ ὧν τὰ ἄκρα ἄμα. Μεταξὺ δ' εἰς δ πέφυκε πρότερον ἀφικνεῖσθαι τὸ μεταβάλλον ἢ εἰς δ ἔσχατον μεταβάλλει κατὰ φύσιν [τὸ] συνεχῶς μεταβάλλον. Ἐναντίον κατὰ τόπον τὸ κατ' εὐθεῖαν ἀπέχον πλείστον. (11) Ἐξῆς δὲ οὐ μετὰ τὴν ἀρχὴν ὄντος, θέσει ἢ εἶδει ἢ ἄλλως πως ἀφορισθέντος, μὴθὲν μεταξὺ ἔστι τῶν ἐν ταῦτῳ γένει καὶ οὐδ' ἐφεξῆς ἔστιν, ὅσον γραμμαὶ γραμμῆς ἢ μονάδες μονάδος ἢ ολικίας οικίας. Ἄλλο δ' οὐθὲν κωλύει μεταξὺ εἶναι· τὸ γὰρ ἐξῆς τινὸς ἐφεξῆς καὶ ὑστερόν τι· οὐ γὰρ τὸ ἐν ἐξῆς τῶν δύο, οὐδ' ἡ νομηγία τῆς δευτέρας. Ἐχόμενον δὲ δ' ἀν ἐξῆς δν ἀπτηται. (12) Ἐπεὶ δὲ πᾶσα μεταβολὴ ἐν τοῖς ἀντικειμένοις, ταῦτα δὲ τὰ τ' ἐναντία καὶ ἀντιφασίς, ἀντιφάσεως δ' οὐθὲν ἀνὰ μέσον, ὅτλον ὡς ἐν τοῖς ἐναντίοις τὸ μεταξὺ. (13) Τὸ δὲ συνεχῆς ὥσπερ ἐχόμενον τι ἢ ἀπτόμενον. Λέγω δὲ συνεχῆς ὅταν ταῦτὸ γένηται καὶ ἐν τὸ ἐκατέρω πέρασι εἰς ἀπτονται καὶ συνεχονται, ὥστε ὅτλον δεῖ τὸ συνεχῆς ἐν τούτοις ἐξ ὧν εἰ τι πέφυκε γίνεσθαι κατὰ τὴν σύναψιν. (14) Καὶ ὅτι

in aliud quiddam erit. Quare opposita erit convalescentia. Verum ex accidenti, ut ex reminiscencia in oblivionem mutatur, quia id, cui inest, quandoque in scientiam, quandoque in sanitatem mutatur. (4) In infinitum præterea procedet, si mutationis mutatio, et generationis generatio fuerit. Necessè igitur et priorem fore, si posterior fuerit : ut si simplex aliquando fiebat generatio, illud quoque, quod fiebat, simpliciter fiebat : quare nondum erat quod simpliciter fiebat, sed quod fit aliquid quod jam fiebat. Si igitur hoc etiam aliquando fiebat, ergo nondum erat, quod tunc fiebat. (5) Quum vero in infinitis non sit aliquid primum, non erit primum : quomobrem neque consequens erit. Nec fieri igitur nec moveri, nec mutari quicquam, possibile est. (6) Eiusdem præterea erit motus contrarius, atque quies, generatioque et corruptio. Quare quod fit, quom factum fuerit quod fit, tunc corrumpitur. Nec enim statim, quum fiat, nec post. Nam esse opus est, quod corrumpitur. (7) Item necesse est materiam subesse ei quod fit et mutatur. Quænam igitur erit, sicut alterabile corpus, aut anima, ita quiddam quod fit, motus, aut generatio? et præterea quid illud in quod moventur. Nam opus est aliquid hujus ex hoc in hoc, quod motus non est, esse motum. Quoniam igitur modo? non enim erit doctrina doctrinæ, quare neque generatio generationis. (8) Quum vero neque substantiæ nec ad aliquid, neque faciendi, ac patiendi, superest secundum quale, et quantum, et ubi, motum dumtaxat esse : quandoquidem in horum singulis contrarietas est. Quale autem dico, non quod in substantia (siquidem etiam differentia, quale est), verum passivum quale, quo dicitur res aut pati aut impassibilis esse. (9) Immobile autem est, et quod omnino impossibile est moveri, et quod in multo tempore vix movetur, aut quod tarde incipit : et quod natum quidem est moveri, non possit autem, quando natum est, et ubi, et quomodo : quod sane inter immobilia solum voco quiescere : contraria enim quies motui. Quare privatio erit susceptivi.

10. Simul secundum locum esse dicuntur, quæ in uno loco primo sunt; et separata, quæ in diverso. Tangi autem, quorum extrema sunt simul. Medium, in quod natum est prius venire, quod mutatur, quam ad quod ullimum mutatur, secundum naturam continue mutatur. Contrarium secundum locum, quod secundum rectam lineam plurimum distat. (11) Consequens est, cujus principium sequentis, aut situ, aut specie, aut alio quodam modo definiti, nihil est medium eorum quæ in eodem genere sunt, et cujus consequens est : velut linea linearæ, aut unitas unitatis, aut domus ipsius domus : aliud vero medium esse, nihil prohibet. Consequens namque, alicujus consequens, ac quoddam posterius est. Non enim unum consequens duorum; neque novilunium, consequens secundæ. Attiguum vero, quod consequens tangit. (12) Ceterum quum omnis mutatio in oppositis sit, hæc vero contraria, ac contradictio, contradictionis vero nihil medium sit : constat quod medium in contrariis est. (13) Continuum vero, quod attiguum, aut tangens est. Dico autem continuum, quum idem fiunt atque unus utriusque termini, quibus tangunt et se continuant. Quare patet in his esse continuum, ex quibus unum quiddam natum est secundum contactum fieri. (14) Et quod consequens primum sit,

πρώτων τὸ ἐφεξῆς, ὀθλον· τὸ γὰρ ἐξῆς οὐκ ἄπτεται, τοῦτο δ' ἐφεξῆς· καὶ εἰ συνεχές, ἄπτεται, εἰ δ' ἄπτεται, οὕτω συνεχές. Ἐν ὅς δὲ μὴ ἔστιν ἀφή, οὐκ ἔστι σύμψυσις ἐν τούτοις. Ὡς οὐκ ἔστι στιγμή μονάδι 5 ταύτων· ταῖς μὲν γὰρ ὑπάρχει τὸ ἄπτεσθαι, ταῖς δ' οὐ, ἀλλὰ τὸ ἐφεξῆς· καὶ τῶν μὲν μεταξύ τι, τῶν δ' οὐ.

constat. Consequens namque non tangit : hoc vero consequens est ; et si continuum est, tangit. Quodsi tangit, nondum continuum est. In quibus vero non est tactus, in his non est coherentia. Quare non est punctum idem unitati. Nam illorum est tactio, harum vero minime, sed consequenter : et illorum quidem est aliquid intermedium, harum vero minime.

LIBER XI.

CAP. I.

Περὶ τῆς οὐσίας ἡ θεωρία· τῶν γὰρ οὐσιῶν αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ αἰτία ζητοῦνται. Καὶ γὰρ εἰ ὡς ὅλον τι τὸ πᾶν, ἡ οὐσία πρώτον μέρος· καὶ εἰ τῷ ἐφεξῆς, κἄν οὕτω 10 πρώτον ἡ οὐσία, εἴτα τὸ ποιόν, εἴτα τὸ ποσόν. Ἄμα δ' οὐδ' ὄντα ὡς εἰπεῖν ἀπλῶς ταῦτα, ὅλον ποιότητες καὶ κινήσεις, ἧ καὶ τὸ οὐ λευκὸν καὶ τὸ οὐκ εὐθύ· λέγομεν γοῦν εἶναι καὶ ταῦτα, ὅλον ἔστιν οὐ λευκόν. (2) Ἐτι οὕθεν τῶν ἄλλων χωριστόν. Μαρτυροῦσι δὲ 15 καὶ οἱ ἀρχαῖοι ἔργω· τῆς γὰρ οὐσίας ἐξήτουν ἀρχὰς καὶ στοιχεῖα καὶ αἰτία. Οἱ μὲν οὖν νῦν τὰ καθόλου οὐσίας μᾶλλον τιθέασιν· τὰ γὰρ γένη καθόλου, ἃ φασιν ἀρχὰς καὶ οὐσίας εἶναι μᾶλλον διὰ τὸ λογικῶς ζητεῖν· οἱ δὲ πάλαι τὰ καθ' ἕκαστον, ὅλον πῦρ καὶ γῆν, ἀλλ' οὐ τὸ 20 κοινὸν σῶμα. (3) Οὐσίαι δὲ τρεῖς, μία μὲν αἰσθητή, ἧς ἡ μὲν αἰδῖος ἡ δὲ φθαρτή, ἣν πάντες ὁμολογοῦσιν, ὅλον τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῷα, ἧ δ' αἰδῖος, ἧς ἀνάγκη τὰ στοιχεῖα λαθεῖν, εἴτε ἐν εἴτε πολλά· ἄλλη δὲ ἀκίνητος, καὶ ταύτην τινὲς εἶναι φασὶ χωριστήν, οἱ μὲν εἰς 25 δύο διαιροῦντες, οἱ δὲ εἰς μίαν φύσιν τιθέντες τὰ εἶδη καὶ τὰ μαθηματικά, οἱ δὲ τὰ μαθηματικά μόνον τούτων. Ἐκτείναι μὲν δὴ φυσικῆς (μετὰ κινήσεως γάρ), αὕτη δ' ἐτέρας, εἰ μηδεμίαν αὐτοῖς ἀρχὴ κοινή.

Speculatio nobis de substantia est, siquidem substantiarum principia et causae quaeruntur. Etenim sive ut totum aliquid universum est, substantia, prima pars est : sive pro serie categoriarum, hoc quoque modo primum est substantia, deinde quale, postea quantum. At simul (ut ita dicam) nec entia sunt ista simpliciter, verum qualitates, et motus : si non, sunt etiam non album, et non rectum. Dicimus namque haec quoque esse, veluti, est non album. (2) Praeterea, ceterorum nullum separabile est. At hoc idem re ipsa testantur antiquiores : quippe qui principia, elementa, et causas substantiae quaerebant. Recentiores vero universalialia magis ponunt esse substantias. Genera namque universalialia sunt, quae asserunt magis principia atque substantias esse, propterea quod logice quaerunt : antiquiores vero, singularialia (ut ignem et terram), non autem corpus commune. [II.] (3) Verum substantiae tres sunt : una quidem sensibilis, quam omnes concedunt, partim corruptibilis, veluti plantae, et animalia ; partim sempiterna, cuius elementa, sive unum, sive multa sint, accipere necesse est : alia immobilis, quam aliqui separabilem aiunt esse ; quidam in duo dividentes, quidam in unam ponentes naturam, tam species, quam mathematica ; quidam ex his mathematica solum. Illae itaque philosophiae naturalis ; cum motu namque sunt : ista autem alterius est, si nullum eis commune principium est.

CAP. II.

Ἡ δ' αἰσθητὴ οὐσία μεταβλητή. Εἰ δ' ἡ μεταβολὴ 30 ἐκ τῶν ἀντικειμένων ἢ τῶν μεταξύ, ἀντικειμένων δὲ μὴ πάντων (οὐ λευκὸν γὰρ ἢ φωνή) ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐναντίου, ἀνάγκη ὑπεῖναι τι τὸ μεταβάλλον εἰς τὴν ἐναντίωσιν· οὐ γὰρ τὰ ἐναντία μεταβάλλει. (2) Ἐτι τὸ μὲν ὑπομένει, τὸ δ' ἐναντίον οὐχ ὑπομένει· ἔστιν ἄρα τι τρίτον 35 παρὰ τὰ ἐναντία, ἡ ὕλη. Εἰ δὲ αἱ μεταβολαὶ τέτταρες, ἧ κατὰ τὸ τί ἢ κατὰ τὸ ποῖον ἢ ποσὸν ἢ ποῦ, καὶ γένεσις μὲν ἢ ἀπλή καὶ φθορὰ ἢ κατὰ τόδε, αὐξήσις δὲ καὶ φθίσις ἢ κατὰ τὸ ποσόν, ἀλλοιώσις δὲ ἢ κατὰ τὸ πάθος, φθορὰ δὲ ἢ κατὰ τόπον, εἰς ἐναντιώσεις ἂν εἶεν 40 τὰς καθ' ἕκαστον αἱ μεταβολαί. Ἀνάγκη δὲ μεταβάλλειν τὴν ὕλην δυναμένην ἅμφω. (3) Ἐπεὶ δὲ διττὸν τὸ ὄν, μεταβάλλει πᾶν ἐκ τοῦ δυνάμει ὄντος εἰς τὸ ἐνεργείᾳ ὄν, ὅλον ἐκ λευκοῦ δυνάμει εἰς τὸ ἐνεργείᾳ λευκόν· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπ' αὐξήσεως καὶ φθίσεως· ὥστε οὐ μόνον 45 κατὰ συμβεβηκὸς ἐνδέχεται γίνεσθαι ἐκ μὴ ὄντος, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὄντος γίγνεται πάντα, δυνάμει μέντοι ὄν-

Sensibilis vero substantia, mutabilis est. Si itaque ex oppositis, aut mediis mutatio sit, oppositis vero non omnibus (album enim non ex voce), verum ex contrario, necesse est aliquid subesse, quod in contrarietatem mutetur : non enim contraria transmutantur. (2) Praeterea hoc quidem permanet, contrarium vero non permanet. Est igitur aliquid tertium praeter contraria, ipsa materia. Si itaque transmutationes sunt quattuor, aut secundum ipsum quid, aut secundum quale, aut quantum, aut ubi ; ac generatio simplex et corruptio, quae secundum hoc quid fit, augmentatio et diminutio, quae secundum quantum, alteratio, quae secundum passionem, latio vero, quae secundum locum : profecto in contrarietates in unoquoque mutationes sunt. Necesse est igitur mutari materiam, quae ambo possit. (3) Quum autem duplex sit ens, ut ex potentia albo, in actu album. Eodem autem modo et de augmentatione, et diminutione. Quare non solum per accidens ex non-ente fieri contingit, sed etiam ex ente omnia fiunt, verum potentia quidem

τος, ἐκ μὴ ὄντος δὲ ἐνεργείᾳ. Καὶ τοῦτ' ἐστὶ τὸ Ἀναξαγόρου ἐν (βέλτιον γὰρ ἢ ἁποῦ πάντα) καὶ Ἐμπεδοκλέους τὸ μίγμα καὶ Ἀναξίμανδρου· καὶ ὡς Δημόκριτός φησιν, ἦν ἁποῦ πάντα, δυνάμει, ἐνεργείᾳ δ' οὐ· ὥστε
 5 τῆς ὕλης ἂν εἶεν ἡμιμένοι. (4) Πάντα δ' ὕλην ἔχει ὅσα μεταβάλλει, ἀλλ' ἑτέραν· καὶ τῶν αἰδίων ὅσα μὴ γεννητὰ κινητὰ δὲ φορᾷ, ἀλλ' οὐ γεννητῆν, ἀλλὰ πόθεν ποῖ. (5) Ἀπορήσειε δ' ἂν τις ἐκ ποίου μὴ ὄντος ἡ γένεσις τριγῶς γὰρ τὸ μὴ ὄν. Εἰ δὴ τί ἐστὶ δυνάμει,
 10 ἀλλ' ἁμῶς οὐ τοῦ τυχόντος, ἀλλ' ἕτερον ἐξ ἑτέρου. Οὐδ' ἰκανὸν ὅτι ἁποῦ πάντα χρήματα· διαφέρει γὰρ τῇ ὕλει, ἐπεὶ διὰ τί ἄπειρα ἐγένετο ἀλλ' οὐχ ἓν; ὁ γὰρ νοῦς εἷς, ὥστ' εἰ καὶ ἡ ὕλη μία, ἐκεῖνο ἐγένετο ἐνεργείᾳ οὐ ἢ ὕλη ἦν δυνάμει. (6) Τρία δὲ τὰ αἰτία καὶ τρεῖς
 15 αἱ ἀρχαί, δύο μὲν ἡ ἐναντιώσεις, ἧς τὸ μὲν λόγος καὶ εἶδος τὸ δὲ στέρησις, τὸ δὲ τρίτον ἡ ὕλη.

ente, actu vero ex non-ente. El hoc est Anaxagoræ unum (melius namque hoc quam Cuncta simul), et mistura Empedoclis ac Anaximandri: et, ut Democritus ait, « simul omnia erant » potentiâ quidem, actu vero minime: quare materiam tetigerunt. (4) Cuncta vero quæcumque mutantur, materiam habent, sed diversam: atque ipsorum sempiternorum quæcumque non sunt generabilia, sed latrone mobilia; attamen non generabilem, sed unde, quo. (5) Dubitare vero quispiam possit, ex quo non-ente generatio fiat: tripliciter enim non-ens dicitur. Si igitur quippiam est potentiâ, tamen non ex quocumque generatur, sed alterum ex altero. Nec id sufficit, quod simul omnes res erant, quia differunt materia. Cur enim infinita facta fuissent, et non unum? quum quidem intellectus unus sit: quare si materia una, illud actu fuisset factum, quod potentiâ erat ipsa materia. (6) Tres itaque causæ, et tria principia; duo quidem ipsa contrarietas, cuius hoc quidem ratio et species, hoc vero privatio; tertium vero materia.

CAP. III.

Μετὰ ταῦτα ὅτι οὐ γίνεταί οὔτε ἡ ὕλη οὔτε τὸ εἶδος, λέγω δὲ τὰ ἔσχατα. Πᾶν γὰρ μεταβάλλει τι καὶ ὑπό τινας καὶ εἰς τι. Ὑπ' οὐ μὲν, τοῦ πρώτου κινου-
 20 τος· ὁ δὲ, ἡ ὕλη· εἰς δὲ, τὸ εἶδος. Εἰς ἄπειρον οὖν εἶσιν, εἰ μὴ μόνον ὁ χαλκὸς γίνεταί στρογγύλος, ἀλλὰ καὶ τὸ στρογγύλον ἢ ὁ χαλκὸς· ἀνάγκη δὴ στήναι.
 (2) Μετὰ ταῦτα ὅτι ἐκάστη ἐκ συνωνύμου γίνεταί οὐσία· τὰ γὰρ φύσει οὐσίαι καὶ τᾶλλα. Ἡ γὰρ τέχνη
 25 ἡ φύσει γίνεταί ἢ τύχῃ ἢ τῶν αὐτομάτῳ. Ἡ μὲν οὖν τέχνη ἀρχὴ ἐν ἄλλῳ, ἡ δὲ φύσις ἀρχὴ ἐν αὐτῷ· ἀνθρωπος γὰρ ἀνθρωπον γεννᾷ· αἱ δὲ λοιπαὶ αἰτίαι στερήσεις τούτων.
 (3) Οὐσίαι δὲ τρεῖς, ἡ μὲν ὕλη τότε τι οὐσα τῷ φαίνεσθαι (ὅσα γὰρ ἐστὶν ἀπῆ καὶ μὴ συμφύσει,
 30 ὕλη καὶ ὑποκείμενον), ἡ δὲ φύσις καὶ τότε τι, εἰς ἦν, καὶ ἕξις τις· ἐτι τρίτη ἡ ἐκ τούτων ἡ καθ' ἕκαστα, εἶον Σωκράτης ἢ Καλλιᾶς. (4) Ἐπὶ μὲν οὖν τινῶν τὸ τότε τι οὐκ ἐστὶ παρὰ τὴν συνθέτην οὐσίαν, οἷον οἰκίας τὸ
 35 εἶδος, εἰ μὴ ἡ τέχνη· οὐδ' ἐστὶ γένεσις καὶ φθορὰ τούτων, ἀλλ' ἄλλον τρόπον εἰσὶ καὶ οὐκ εἰσὶν οἰκία τε ἢ ἄνευ ὕλης καὶ ὑγίεια καὶ πᾶν τὸ κατὰ τέχνην· ἀλλ' εἴπερ, ἐπὶ τῶν φύσει. Διὸ δὴ οὐ κακῶς ὁ Πλάτων εἶπε ὅτι εἰδῆ ἐστὶν ὅποσα φύσει, εἴπερ ἐστὶν εἶδη ἄλλα τούτων, οἷον πῦρ, σάρξ, κεφαλή. Ἄπαντα γὰρ ὕλη ἐστὶ,
 40 καὶ τῆς μάλιστα οὐσίας ἡ τελευταία. (5) Τὰ μὲν οὖν κινουῦντα αἰτία ὡς προγεγενημένα ὄντα, τὰ δ' ὡς ὁ λόγος ἄμα. Ὅτε γὰρ ὑγιαίνει ὁ ἀνθρωπος, τότε καὶ ἡ ὑγεία ἐστὶν, καὶ τὸ σῆμα τῆς χαλκῆς σφαιράς ἄμα καὶ ἡ χαλκῆ σφαῖρα. Εἰ δὲ καὶ ὑστερόν τι ὑπομένει,
 45 σκεπτέον· ἐπ' ἐνίων γὰρ οὐθὲν κωλύει, οἷον εἰ ἡ ψυχὴ τοιοῦτον, μὴ πᾶσα ἀλλ' ὁ νοῦς· πᾶσαν γὰρ ἀδύνατον ἴσως. (6) Φανερόν δὲ ὅτι οὐθὲν δεῖ διὰ γε ταῦτ' εἶναι τὰς ἰδέας· ἀνθρωπος γὰρ ἀνθρωπον γεννᾷ, ὁ καθ' ἕκαστον τὸν τινά. Ὅμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν τεχνῶν· ἡ γὰρ
 50 ἰατρικὴ τέχνη ὁ λόγος τῆς ὑγείας ἐστίν.

Post hæc ostendendum est, quod neque materia fit, neque forma: dico autem, extrema. Omne enim, quod transmutatur, aliquid est, et ab aliquo in aliquod transmutatur. Ab aliquo quidem, primo movente: quod vero, materia: in quod autem, formam. In infinitum itaque procedet, si non solum æs rotundum fiat, verum ipsum rotundum, aut æs: quare necesse est stare. (2) Deinde dicendum quod quælibet substantia ab univoco fit. Substantiæ enim sunt, quæ sunt naturâ, atque alia: aut enim arte, aut natura, aut fortuna, aut casu fiunt: sed ars quidem, principium in alio; natura vero, principium in ipso. Homo namque hominem generat. Ceteræ causæ privationes horum sunt. (3) Substantiæ vero, tres: una, materia, quæ hoc quid est secundum apparentiam (quæcumque enim tactu, non coadhærentiâ sunt, materia et subjectum sunt); altera vero, natura et hoc quid, et quidam habitus ad quem. Tertia item, quæ ex his, quæ singularis est: ut Socrates, aut Callias. (4) In aliquibus igitur hoc quid non est præter compositam substantiam (ut domus forma, nisi ab ipsa arte); nec est generatio aut corruptio eorum, verum alio modo sunt, et non sunt, tum domus, quæ absque materia, tum sanitas, et omne quod secundum artem est: sed si quidem sunt, in iis sunt quæ natura fiunt. Propter quod non male Plato dixit quod species sive ideæ eorum sunt, quæ natura sunt: si quidem species sunt diversæ ab his, qualia ignis, caro, caput. Cuncta namque materia sunt, et maxime ejus substantiæ, quæ est ultima. (5) Causæ itaque moventes, tanquam antea ortæ existunt: quæ vero ut ratio, simul sunt. Quum enim sanus est homo, tunc etiam sanitas est: et forma æneæ sphæræ simul est atque ænea sphæra. Si autem aliquid etiam posterius permaneat, considerandum est. In quibusdam enim, nihil prohibet: veluti si anima tale sit non omnis, sed intellectus: omnem namque fortassis impossibile est. (6) Manifestum itaque est quod præter hæc certe non oportet ideas esse. Homo namque hominem generat, singularis aliquem. Similiter etiam in artibus. Medendi enim ars, ratio sanitatis est.

CAP. IV.

Τὰ δ' αἰτία καὶ αἱ ἀρχαὶ ἄλλα ἄλλων ἔστιν ὥς, ἔστι δ' ὥς, ἂν καθόλου λέγῃ τις καὶ κατ' ἀναλογίαν, ταῦτὰ πάντων. Ἀπορήσειε γὰρ ἂν τις πότερον ἕτεραι ἢ αἱ αὐτὰ ἀρχαὶ καὶ στοιχεῖα τῶν οὐσιῶν καὶ τῶν πρὸς τι, καὶ καθ' ἑκάστην δὴ τῶν κατηγοριῶν ὁμοίως. Ἄλλ' ἀτοπον εἰ ταῦτὰ πάντων· ἐκ τῶν αὐτῶν γὰρ ἔσται τὰ πρὸς τι καὶ ἡ οὐσία. (2) Τί οὖν τοῦτ' ἔσται; παρὰ γὰρ τὴν οὐσίαν καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατηγορούμενα οὐθέν ἐστι κοινόν. Πρώτερον δὲ τὸ στοιχεῖόν ἢ ὧν ἐστὶ στοιχεῖον· ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἡ οὐσία στοιχεῖον τῶν πρὸς τι, οὐδὲ τούτων οὐθέν τῆς οὐσίας. (3) Ἐτι πῶς ἐνδέχεται πάντων εἶναι ταῦτὰ στοιχεῖα; οὐθέν γὰρ οἶόντ' εἶναι τῶν στοιχείων τῶ ἐκ τῶν στοιχείων συγχειμένω τὸ αὐτό, οἷον τῶ BA τὸ B ἢ A. Οὐδὲ δὴ τῶν νοητῶν στοιχείων ἔστιν, οἷον τὸ ἐν ἢ τὸ ὄν· ὑπάρχει γὰρ ταῦθ' ἑκάστην καὶ τῶν συνθέτων. Οὐθέν ἀρ' ἔσται αὐτῶν οὐτ' οὐσία οὔτε πρὸς τι· ἀλλ' ἀναγκαῖον. Οὐκ ἔστιν ἀρα πάντων ταῦτὰ στοιχεῖα. (4) Ἡ ὥσπερ λέγομεν, ἔστι μὲν ὥς, ἔστι δ' ὥς οὐ, οἷον ἴσως τῶν αἰσθητῶν σωματίων ὥς μὲν εἶδος τὸ θερμόν καὶ ἄλλον τρόπον τὸ ψυχρόν ἢ στέρησις, ὕλη δὲ τὸ δυνάμει ταῦτα πρῶτον καθ' αὐτό, οὐσία δὲ ταῦτά τε καὶ τὰ ἐκ τούτων ὧν ἀρχαὶ ταῦτα, ἢ εἰ τι ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ γίγνεται ἐν, οἷον σὰρξ ἢ ὄστυν· ἕτερον γὰρ ἀνάγκη ἐκείνων εἶναι τὸ γενόμενον. (5) Τούτων μὲν οὖν ταῦτα στοιχεῖα καὶ ἀρχαὶ, ἄλλων δ' ἄλλα, πάντων δὲ οὕτω μὲν εἰπεῖν οὐκ ἔστιν, τῶ ἀνάλογον δέ, ὥσπερ εἰ τις εἴποι ὅτι ἀρχαὶ εἰσι τρεῖς, τὸ εἶδος καὶ ἡ στέρησις καὶ ἡ ὕλη. Ἄλλ' ἕκαστον τούτων ἕτερον περὶ ἕκαστον γένος ἐστίν, οἷον ἐν χρώματι λευκόν, μέλαν, ἐπιφάνεια, φῶς, σκότος, ἀήρ· ἐκ δὲ τούτων ἡμέρα καὶ νύξ. (6) Ἐπεὶ δὲ οὐ μόνον τὰ ἐνυπάρχοντα αἰτία, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐκτός οἷον τὸ κινεῖν, δῆλον ὅτι ἕτερον ἀρχὴ καὶ στοιχεῖον, αἰτία δ' ἀμφοῖν· καὶ εἰς ταῦτα διαιρεῖται ἡ ἀρχή· τὸ δ' ὥς κινεῖν ἢ ἰστάν ἀρχή τις καὶ οὐσία. Ὡστε στοιχεῖα μὲν κατ' ἀναλογίαν τρία, αἰτίαι δὲ καὶ ἀρχαὶ τέτταρες· ἄλλο δ' ἐν ἄλλω, καὶ τὸ πρῶτον αἰτιον ὥς κινεῖν ἄλλο ἄλλω. Ὑγίεια, νόσος, σώμα· τὸ κινεῖν ἰατρική. Εἶδος, ἀταξία τοιαδί, πλῆθοι· τὸ κινεῖν οἰκοδομική. (Καὶ εἰς ταῦτα διαίρεται ἡ ἀρχή.) (7) Ἐπεὶ δὲ τὸ κινεῖν ἐν μὲν τοῖς φυσικοῖς ἀνθρώποις ἀνθρωπος, ἐν δὲ τοῖς ἀπὸ διανοίας τὸ εἶδος ἢ τὸ ἐναντίον, τρόπον τινα τρία αἰτία ἂν εἴη, ὡδὲ δὲ τέτταρα. Ὑγίεια γάρ πως ἢ ἰατρική, καὶ οἰκίας εἶδος ἢ οἰκοδομική, καὶ ἀνθρωπος ἀνθρωπον γενεῖ· ἔτι παρὰ ταῦτα ὥς τὸ πρῶτον πάντων κινεῖν πάντα.

Causæ vero, atque principia, quodam quidem modo alia aliorum sunt, quodam vero modo, si quis universaliter dicat et secundum analogiam, omnium eadem. Dubitare namque quispiam possit, utrum alia, an eadem principia et elementa substantiarum sint, et eorum quæ ad aliquid sunt: et eodem modo in quolibet prædicamento. At absurdum est, si omnium eadem sunt: ex eisdem enim erit ad aliquid et substantia. (2) Quid igitur hoc erit? præter enim substantiam, et cetera, quæ prædicantur, nihil commune est. Prius autem elementum est, quam ea quorum est elementum. At vero nec substantia, eorum quæ ad aliquid sunt, elementum est: nec aliquid horum, substantiæ. (2) Item quomodo continget, omnium eadem esse elementa? Nullum enim elementorum idem potest esse, ei quod ex elementis componitur: veluti ipsi βx , ipsum β , aut ipsum α . Neque sane ullum intellectualium, ut unum vel ens, elementum est: hæc enim unicuique etiam compositorum insunt. Nullum igitur eorum, neque substantia, nec ad aliquid erit. At necessarium est. Non sunt ergo omnium eadem elementa. (4) Aut (ut diximus) quodammodo quidem sunt, quodam modo vero non: veluti fortassis corporum sensibilium, calidum tanquam species, et alio modo frigidum, ut privatio; materia vero, quod primo per se potentia hæc erat: substantiæ vero, tum hæc, tum ea ex iis quorum hæc principia sunt, aut si quid ex frigido et calido fit unum, ut caro, aut os: nam necesse profecto est aliud ab his esse illud quod factum est. (5) Horum itaque eadem elementa atque principia sunt, alia vero aliorum: omnium vero ita quidem dicere non est, sed analogice: quemadmodum si quis dicat, quod principia sunt tria, species, privatio et materia. Verum unumquodque horum, circa unumquodque genus aliud est: ut in coloribus album, nigrum, superficies, lumen, tenebræ, aer: ex his vero, dies et nox. (6) Quum vero non illæ solum, quæ insunt, causæ sint, verum etiam ex iis quæ extrinsecus sunt, illud quod movet; patet quod aliud est principium, aliud elementum, ambo vero causæ sunt: et principium in hæc dividitur. Quod autem ut movens vel sistens est, principium quoddam et substantia est. Quare elementa quidem analogice tria, causæ vero atque principia quattuor: aliud vero in alio, et prima [factiva] causa, ut movens, in alio alia: sanitas, morbus, corpus; horum movens, ars medendi: forma, inordinatio talis, lateres: horum movens, ædificativa. (7) Quum autem movens, in naturalibus quidem homo homini, in iis vero quæ a mente fiunt, ipsa species vel contrarium sit, modo quodam tres profecto causæ erunt, alio vero modo quattuor. Sanitas namque, quodammodo est ars medendi: et ædificativa, species domus: et homo hominem generat: præter hæc item cuncta movens, tanquam omnium primum.

CAP. V.

Ἐπει δ' ἐστὶ τὰ μὲν χωριστὰ τὰ δ' οὐ χωριστὰ, οὐσίαι ἐκεῖνα. Καὶ διὰ τοῦτο πάντων αἷτια ταῦτα, ὅτι τῶν οὐσιῶν ἄνευ οὐκ ἔστι τὰ πάθη καὶ αἱ κινήσεις. Ἐπειτα ἐστὶ ταῦτα ψυχή ἴσως καὶ σῶμα, ἢ νοῦς καὶ ὄρεξις καὶ σῶμα. (2) Ἐτι δ' ἄλλον τρόπον τῷ ἀνάλογον ἀρχαὶ αἱ αὐταί, ὅσον ἐνέργεια καὶ δύναμις· ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἄλλα τε ἄλλοις καὶ ἄλλως. Ἐν ἐνόις μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ ὅτε μὲν ἐνέργεια ἐστὶν ὅτε δὲ δύναμις, ὡς οἶνος ἢ σὰρξ ἢ ἄνθρωπος. (2) Πίπτει δὲ καὶ ταῦτα εἰς τὰ εἰρημένα αἷτια. Ἐνέργεια μὲν γὰρ τὸ εἶδος, ἐὰν ἢ χωριστόν, καὶ τὸ ἐξ ἄμφοιν, στέρησις δὲ ὡς σκοτός ἢ κάμων, δύναμις δὲ ἢ ὕλη· τοῦτο γὰρ ἐστὶ τὸ δυνάμενον γίνεσθαι ἄμψω. (4) Ἄλλως δ' [ἢ] ἐνέργεια καὶ δύναμις διαφέρει, ὧν μὴ ἐστὶν ἡ αὐτὴ ὕλη, ὧν οὐκ ἐστὶ τὸ αὐτὸ εἶδος ἀλλ' ἕτερον, ὡς περ ἄνθρωπον αἷτιον τὰ τε στοιχεῖα, πῦρ καὶ γῆ ὡς ὕλη, καὶ τὸ ἴδιον εἶδος καὶ εἴ τι ἄλλο ἐξω, ὡς ὁ πατήρ, καὶ παρὰ ταῦτα ὁ ἥλιος καὶ ὁ λοῦξος κύκλος, οὔτε ὕλη ὄντα οὐτ' εἶδος οὔτε στέρησις οὔτε ὁμοειδές, ἀλλὰ κινουῦντα. (5) Ἐτι δὲ ὁρᾶν δεῖ ὅτι τὰ μὲν καθόλου ἐστὶν εἰπεῖν, τὰ δ' οὐ. Πάντων δὲ πρῶται ἀρχαὶ τὸ ἐνέργεια πρῶτον τοδί, καὶ ἄλλο ὁ δύναμις. Ἐκεῖνα μὲν οὖν τὰ καθόλου οὐκ ἐστὶν. Ἀρχὴ γὰρ τὸ καθ' ἕκαστον τῶν καθ' ἕκαστον ἄνθρωπος μὲν γὰρ ἀνθρώπου καθόλου· ἀλλ' οὐκ ἐστὶν οὐθείς, ἀλλὰ Πηλεὺς Ἀχιλλεύς, σοῦ δὲ ὁ πατήρ, καὶ τοδί τὸ Β τοῦδὲ τοῦ ΒΑ, ὅπως δὲ τὸ Β τοῦ ἀπλῶς ΒΑ. (6) Ἐπειτα εἶδη τὰ τῶν οὐσιῶν· ἄλλα δὲ ἄλλων αἷτια καὶ στοιχεῖα, ὡς περ ἐλέγχθη, τῶν μὴ ἐν ταῦτῃ γένει, χρωμάτων, ψόφων, οὐσιῶν, ποσότητος, πλὴν τῷ ἀνάλογον· καὶ τῶν ἐν ταῦτῃ εἶδει ἕτερα, οὐκ εἶδει, ἀλλ' ὅτι τῶν καθ' ἕκαστον ἄλλο ἢ τε σὴ ὕλη καὶ τὸ κινήσαν καὶ τὸ εἶδος καὶ ἡ ἐμή, τῷ καθόλου δὲ λόγῳ ταῦτα. (7) Τὸ δὲ ζητεῖν τίνες ἀρχαὶ αἱ στοιχεῖα τῶν οὐσιῶν καὶ πρὸς τι καὶ ποιῶν, πρότερον αἱ αὐταὶ ἢ ἕτεροι, δῆλον ὅτι πολλαχῶς τε λεγομένων ἐστὶν ἐκάστου, διαιρεθέντων δὲ οὐ ταῦτά ἀλλ' ἕτερα, πλὴν ὡδὶ καὶ πάντων. (8) Ὡδὶ μὲν ταῦτά (ἢ) τῷ ἀνάλογον, ὅτι ὕλη, εἶδος, στέρησις, τὸ κινουῦν, καὶ ὡδὶ τὰ τῶν οὐσιῶν αἷτια ὡς αἷτια πάντων, ὅτι ἀναιρεῖται ἀναιρουμένων. Ἐτι τὸ πρῶτον ἐντελεχεία. Ὡδὶ δὲ ἕτερα πρῶτα ὅσα τὰ ἐναντία, ἃ μῆτε ὡς γένη λέγεται μῆτε πολλαχῶς λέγεται· καὶ εἴ τι ὕλαι. Τίνες μὲν οὖν αἱ ἀρχαὶ τῶν αἰσθητῶν καὶ πόσα, καὶ πῶς αἱ αὐταὶ καὶ πῶς ἕτεροι, εἰρηται.

Quum autem quaedam separabilia, quaedam inseparabilia sint, illa sunt substantiæ: propter quod hæc, omnium causæ sunt: siquidem absque substantiis passiones et motus non sunt. Deinde hæc erunt, anima fortassis, et corpus, aut intellectus, appetitus, et corpus. (2) Item alio modo, analogice principia sunt eadem, ut actus, et potentia: verum hæc etiam in aliis alia, et alio modo sunt. In quibusdam enim idem quandoque actu, quandoque potentia est: ut vinum, aut caro, aut homo. (3) At hæc etiam in prædictas causas cadunt. Actu namque est species, si separabilis sit, et quod ex ambobus (*concretum*): privatio autem, ut tenebræ, aut agrotans: potentia vero materia. Hoc namque est quod ambo fieri potest. (4) Aliter autem quam actu potentiaque differunt, quorum non eadem materia est, quorum non eadem species, sed diversa est: veluti hominis causa, elementa, ignis et terra, ut materia, et propria species, et si quid aliud extrinsecus est, ut pater: et præter hæc, sol et obliquus circulus, quæ nec materia, nec species, nec privatio, nec ejusdem speciei sunt, verum moventia. (5) Præterea videre oportet quod quaedam est universaliter dicere, quædam minime. Omnium itaque prima principia, quod actu primum hoc, et aliud, quod potentia. At illa, quæ universaliter dicimus, non sunt. Singulare namque, principium eorum est quæ singularia sunt: homo enim hominis universalis, profecto nullus est; verum Peleus Achillis, tui autem pater; et hoc quidem β sit ipsius β α, et ipsum β omnino ipsius β α simpliciter. (6) Deinde videndæ species quæ substantiarum sunt: aliæ autem aliorum causæ et elementa, ut dictum est eorum quæ non in eodem genere sunt, colorum, sonorum, substantiarum, quantitatis, nisi eo quod analogon: eorum quoque, quæ in eadem specie sunt diversa, non specie, sed quoniam singularium aliud, et tua materia, et quod movet, et species, ac mea materia: universali vero ratione, eadem. (7) Quæstio igitur quænam principia sive elementa substantiarum, ad aliquid, et qualitatatum sint, utrum eadem an diversa, patet quod, quum multipliciter dicuntur, uniuscujusque sunt: at si dividantur, non eadem, sed diversa, nisi quod aliquo modo vel cunctorum sunt eadem. (8) Sic igitur analogice eadem: quia materia, species, privatio, movens. Ac illo modo substantiarum causæ, quasi omnium causæ sunt: quia peremptis, perimuntur. Præterea, quod primum, actu est. Illo vero modo, diversa prima, quot sunt contraria, quæ nec ut genera, neque multipliciter dicuntur: item et materiæ. Quæ itaque sensibilibus principia sint et quot, quove modo eadem, et quo diversa, dictum est.

CAP. VI.

Ἐπει δ' ἦσαν τρεῖς οὐσίαι, δύο μὲν αἱ φυσικαὶ, μία δ' ἡ ἀκίνητος, περὶ ταύτης λεκτέον, ὅτι ἀνάγκη εἶναι τινα αἷτιον οὐσίαν ἀκίνητον. Αἴ τε γὰρ οὐσίαι πρῶται τῶν ὄντων, καὶ εἰ πᾶσαι φθαρταί, πάντα φθαρτά. (2) Ἄλλ' ἀδύνατον κίνησιν ἢ γενέσθαι ἢ φθαρῆναι· αἱ γὰρ ἦν. Οὐδὲ χρόνον· οὐ γὰρ οἶοντε τὸ πρότερον καὶ

Quum vero tres sint substantiæ, duæ quidem naturales, alia autem immobilis, de hac est dicendum, quod necesse est perpetuam aliquam et immobilem substantiam esse. Etenim substantiæ primæ entium sunt: et si cunctæ corruptibiles, omnia corruptibilia sunt. (2) At impossibile est, aut generari motum, aut corrumpi: nam semper erat. Neque tempus: quum non sit possibile prius et posterius

ὕστερον εἶναι μὴ ὄντος χρόνου. Καὶ ἡ κίνησις ἀρα
 οὕτω συνεχῆς ὡσπερ καὶ ὁ χρόνος· ἡ γὰρ τὸ αὐτὸ ἢ
 κινήσεώς τι πάθος. Κίνησις δ' οὐκ ἐστὶ συνεχῆς
 ἀλλ' ἢ κατὰ τόπον, καὶ ταύτης ἡ κύκλω. (α) Ἄλλὰ
 μὴν εἴ ἐστὶ κινήτικὸν ἢ ποιητικὸν, μὴ ἐνεργοῦν δέ τι,
 οὐκ ἐστὶ κίνησις· ἐνδέχεται γὰρ τὸ δύναμιν ἔχον μὴ
 ἐνεργεῖν. Οὐθὲν ἀρα ὄφελος οὐδ' ἐὰν οὐσίας ποιήσω-
 μεν αἰδίοις, ὡσπερ οἱ τὰ εἶδη, εἰ μὴ τις δυναμένη
 ἐνέσται ἀρχὴ μεταβάλλειν. (β) Οὐ τοίνυν οὐδ' αὐτῆ
 ἰκανή, οὐδ' ἄλλη οὐσία παρὰ τὰ εἶδη· εἰ γὰρ μὴ ἐνε-
 γήσει, οὐκ ἐστὶ κίνησις. Ἔτι οὐδ' εἰ ἐνεργήσει, ἢ
 δ' οὐσία αὐτῆς δύναμις· οὐ γὰρ ἐστὶ κίνησις αἰδίου·
 ἐνδέχεται γὰρ τὸ δύναμιε ὄν μὴ εἶναι. Δεῖ ἀρα εἶναι
 ἀρχὴν τοιαύτην ἧς ἡ οὐσία ἐνεργεῖται. (γ) Ἔτι τοίνυν
 ταύτας δεῖ τὰς οὐσίας εἶναι ἀνευ ὕλης. Αἰδίου γὰρ
 δεῖ, εἰ πέρ γε καὶ ἄλλο τι αἰδίου. Ἐνεργεῖα ἀρα.
 Καίτοι ἀπορία· δοκεῖ γὰρ τὸ μὲν ἐνεργοῦν πᾶν δύ-
 νασθαι, τὸ δὲ δυνάμενον οὐ πᾶν ἐνεργεῖν, ὥστε πρό-
 τερον εἶναι τὴν δύναμιν. Ἄλλὰ μὴν εἰ τοῦτο, οὐθὲν
 ἐστὶ τῶν ὄντων· ἐνδέχεται γὰρ δύνασθαι μὲν εἶναι
 μήπω δ' εἶναι. (δ) Καίτοι εἰ ὡς λέγουσιν οἱ θεολόγοι
 οἱ ἐκ νυκτος γεννώντες, ἢ ὡς οἱ φυσικοὶ τῆν ὁμοῦ πάντα
 χρήματά φασι, τὸ αὐτὸ ἀδύνατον. Πῶς γὰρ κινήθη-
 σεται, εἰ μὴθὲν ἐστὶ ἐνεργεῖα αἰτίον; οὐ γὰρ ἢ γε ὕλη
 κινήσει αὐτὴ ἐκτυτήν, ἀλλὰ τεκτονική, οὐδὲ τὰ ἐπιμη-
 νια οὐδ' ἢ γῆ, ἀλλὰ τὰ σπέρματα καὶ ἡ γονή. (ε) Διὸ
 ἐνοιο ποιοῦσιν αἰεὶ ἐνεργεῖαν, οἷον Λεύκιππος καὶ Πλά-
 των· αἰεὶ γὰρ εἶναι φασὶ κίνησιν· ἀλλὰ διὰ τί καὶ τίνα οὐ
 λέγουσιν, οὐδὲ ὠδί, οὐδὲ τὴν αἰτίαν. Οὐθὲν γὰρ ὡς
 εἴτuche κινεῖται, ἀλλὰ δεῖ τι αἰεὶ ὑπάρχειν, ὡσπερ νῦν
 φύσει μὲν ὠδί, βίαι δὲ ἢ ὑπὸ νῦν ἢ ἄλλου ὠδί. Εἴτα
 ποία πρώτη; διαφέρει γὰρ ἀμήχανον ὄσον. (σ) Ἄλλὰ
 μὴν οὐδὲ Πλάτωνι γε οἰόντες λέγειν ἦν οἰεται ἐνίοτα
 ἀρχὴν εἶναι, τὸ αὐτὸ ἐαυτὸ κινεῖν· ὕστερον γὰρ καὶ
 ἀμα τῶ οὐρανῷ ἡ ψυχῇ, ὡς φησίν. (ζ) Τὸ μὲν δὲ
 δύναμιν οἰεσθαι ἐνεργεῖας πρότερον ἐστὶ μὲν ὡς καλῶς,
 ἐστὶ δ' ὡς οὐ· εἴρηται δὲ πῶς. Ὅτι δ' ἐνεργεῖα
 πρότερον, μαρτυρεῖ Ἀναξαγόρας (ὁ γὰρ νοῦς ἐνεργεῖα)
 καὶ Ἐμπεδοκλῆς φιλίαν καὶ νεῖκος, καὶ οἱ αἰεὶ λέγον-
 τες κίνησιν εἶναι, ὡσπερ Λεύκιππος. (η) Ὡστ' οὐκ
 ἦν ἀπειρον χρόνον χάος ἢ νύξ, ἀλλὰ ταῦτά αἰεὶ ἢ πε-
 ριόδῳ ἢ ἄλλως, εἴπερ πρότερον ἐνεργεῖα δυνάμεως.
 Εἰ δὲ τὸ αὐτὸ αἰεὶ περιόδῳ, δεῖ τι αἰεὶ μένειν ὡσαύτως
 ἐνεργοῦν. Εἰ δὲ μέλλει γένεσις καὶ φθορὰ εἶναι, ἄλλο
 δεῖ εἶναι αἰεὶ ἐνεργοῦν ἄλλως καὶ ἄλλως. Ἀνάγκη ἀρα
 ὠδί μὲν καθ' αὐτὸ ἐνεργεῖν, ὠδί δὲ καθ' ἄλλο· ἤτοι
 ἀρα καθ' ἕτερον ἢ κατὰ τὸ πρῶτον. Ἀνάγκη δὲ κατὰ
 τοῦτο· πάλιν γὰρ ἐκεῖνο αὐτῷ τε αἰτίον χάειν.
 (θ) Οὐκοῦν βέλτιον τὸ πρῶτον· καὶ γὰρ αἰτίον ἦν
 ἔκεινο τοῦ αἰεὶ ὡσαύτως, τοῦ δ' ἄλλως ἕτερον· τοῦ
 δ' αἰεὶ ἄλλως ἀμω δηλονότι. Οὐκοῦν οὕτως καὶ
 ἔχουσιν αἰ κινήσεις. Τί οὖν ἄλλας δεῖ ζητεῖν ἀρχάς;

esse, tempore non existente. Et motus sane ita continuus
 est, sicuti et tempus. Aut enim idem, aut quædam ipsius
 motus passio est. Motus vero non est continuus, præter
 eum qui secundum locum, et hujus is qui circularis est.
 (3) At vero si motivum aut effectivum est, non autem ope-
 rans aliquid, non est motus. Possibile namque est non
 operari, quod potentiam habeat. Nulla igitur utilitas erit,
 ne si quidem perpetuas substantias faciamus, quemadmo-
 dum qui faciunt species, nisi aliquid principium insit, quod
 mutare possit. (4) Non igitur vel illa sufficiat, nec
 alia substantia præter species. Nam si non operabitur,
 motus non erit. Nec item si operabitur quidem, substan-
 tia vero ejus potentia sit : non enim erit perpetuus motus.
 Quod enim potentia est, contingit non esse. Oportet igitur
 esse tale principium, cujus substantia actus sit. (5) Item
 has oportet esse substantias absque materia : sempiternas
 enim esse oportet, si aliquid quidem æternum est. Actu
 igitur sunt. Atqui dubitatio est : nam omne quidem agens,
 posse quoque videtur, potens vero non omne, agere : quare
 potentia erit prior. Verum si hoc ita sit, nihil entium
 erit. Contingit enim posse quidem esse, nondum vero esse.
 (6) At si ut theologi, qui ex nocte cuncta generant; sive,
 ut physici dicunt, omnes res simul erant : idem impossibile
 erit. Quo namque modo movebuntur, si nulla erit actu
 causa? Non enim certe materia se ipsam movebit, verum
 opifex virtus : neque menstrua, neque terra, verum se-
 mina atque humanum semen. (7) Propter quod quidam
 faciunt semper actum, velut Leucippus, et Plato, quum
 semper esse motum dicant : cur vero, non aiunt, nec cur
 sic, nec causam. Nihil enim susque deque movetur, sed
 oportet semper ut aliquid præexistat : sicuti nunc, na-
 tura quidem hoc modo; vi etiam aut ab intellectu, aut
 ab aliquo alio, hoc modo. Deinde quisnam primus est?
 differt enim quammaxime. (8) At neque Platoni possi-
 bile est dicere id, quod quandoque putat principium esse,
 id quod se ipsum movet : posterior enim et pariter cælo
 est anima, ut ait. (9) Arbitrari itaque potentiam actu
 priorem, quodam modo quidem bene est, quodam modo
 vero minime. Dictum autem est, quo modo. Quod au-
 tem actus sit prior, testatur Anaxagoras (intellectus nam-
 que actu est), et Empedocles amicitiam et contentionem
 ponens, et qui semper esse motum aiunt, ut Leucippus.
 (10) Quare non erat circitio chaos, aut nox, verum
 semper eadem aut circitio, aut aliter, si actus quidem
 prior est potentia. Jam si semper idem circitio, oportet
 ut aliquid semper similiter operando permaneat. Quodsi
 futura est generatio et corruptio, aliud semper esse oportet
 operans aliter et aliter. Necessè igitur est hoc quidem modo,
 illud secundum se operari, hoc vero secundum aliud.
 Aut igitur secundum diversum, aut secundum primum.
 Necessè igitur est ut secundum hoc : hoc namque rur-
 sus et sibi et illi causa est. (11) Dignius ergo est, quod
 primum est : hoc namque, ut semper similiter se habeat,
 causa erat; ut vero aliter, aliud : ut autem semper aliter,
 ambo scilicet. Patet igitur quod motus quoque ita se ha-
 bent. Cur igitur alia quarere oportet principia?

CAP. VII.

Ἐπει δ' οὕτω τ' ἐνδέχεται, καὶ εἰ μὴ οὕτως, ἐκ
 νυκτὸς ἔσται καὶ ἡμέρας πάντων καὶ ἐκ μὴ ὄντος,
 λυοῖτ' ἂν ταῦτα, καὶ ἔστι τι αἰεὶ κινούμενον κίνησιν
 ἀπαυστον, αὐτὴ δ' ἡ κύκλω· καὶ τοῦτο οὐ λόγῳ μόνον
 5 ἀλλ' ἔργῳ ὁτλον. Ὡστ' αἰδῖος ἂν εἴη ὁ πρῶτος οὐ-
 ρανός. Ἔστι τοίνυν τι καὶ ὁ κινεῖ. Ἐπει δὲ τὸ
 κινούμενον καὶ κινῶν καὶ μέσον, τοίνυν ἔστι τι ὁ οὐ
 κινούμενον κινεῖ, αἰδῖον καὶ οὐσία καὶ ἐνέργεια οὐσα.
 [VII.] (2) Κινεῖ δὲ ὡδε τὸ ὄρεκτόν, καὶ τὸ νοητὸν κινεῖ
 10 οὐ κινούμενον. Τούτων τὰ πρῶτα τὰ αὐτά. Ἐπιθυμη-
 τὸν μὲν γὰρ τὸ φαινόμενον καλόν, βουλητὸν δὲ πρῶτον
 τὸ ὄν καλόν. Ὁρεγόμεθα δὲ διότι δοκεῖ μᾶλλον ἢ
 δοκεῖ διότι ὄρεγόμεθα. Ἀρχὴ γὰρ ἡ νόησις. (3) Νοῦς
 δὲ ὑπὸ τοῦ νοητοῦ κινεῖται, νοητὴ δὲ ἡ ἑτέρα συστοι-
 15 χία καθ' αὐτήν· καὶ ταύτης ἡ οὐσία πρώτη, καὶ ταύ-
 τής ἡ ἀπλή καὶ καθ' ἐνέργειαν. Ἔστι δὲ τὸ ἐν καὶ
 τὸ ἀπλοῦν οὐ τὸ αὐτό· τὸ μὲν γὰρ ἐν μέτρον σημαίνει,
 τὸ δὲ ἀπλοῦν πῶς ἔχον αὐτό. (4) Ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ
 καλὸν καὶ τὸ δι' αὐτὸ αἰρετὸν ἐν τῇ αὐτῇ συστοιχίᾳ·
 20 καὶ ἔστιν ἀριστον αἰεὶ ἢ ἀνάλογον τὸ πρῶτον. Ὅτι
 δ' ἔστι τὸ οὐ ἕνεκα ἐν τοῖς ἀκινήτοις, ἢ διαίρεσις δη-
 λοῖ. Ἔστι γὰρ τινι τὸ οὐ ἕνεκα, ὧν τὸ μὲν ἔστι τὸ
 δ' οὐκ ἔστι. Κινεῖ δὲ ὡς ἐρώμενον, κινούμενον δὲ
 τᾶλλα κινεῖ. (5) Εἰ μὲν οὖν τι κινεῖται, ἐνδέχεται
 25 καὶ ἄλλως ἔχειν. Ὡστ' εἰ φορὰ ἢ πρώτη [καὶ] ἐνέρ-
 γεια ἔστιν, ἢ κινεῖται, ταύτη (δὲ) ἐνδέχεται ἄλλως
 ἔχειν, κατὰ τόπον, καὶ εἰ μὴ καθ' οὐσίαν. Ἐπει
 δ' ἔστι τι κινῶν αὐτὸ ἀκίνητον ὄν, ἐνέργεια ὄν, τοῦτο
 οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως ἔχειν οὐδαμῶς. Φορὰ γὰρ ἢ
 30 πρώτη τῶν μεταβολῶν, ταύτης δὲ ἡ κύκλω· ταύτην
 δὲ τοῦτο κινεῖ. Ἐξ ἀνάγκης ἄρα ἔστιν ὄν· καὶ ἢ
 ἀνάγκη, καλῶς, καὶ οὕτως ἀρχή. Τὸ γὰρ ἀναγκαῖον
 τοσαυταῶς, τὸ μὲν βία ὅτι παρὰ τὴν ὁρμήν, τὸ δὲ οὐ
 ὄν ἄνευ τὸ εὔ, τὸ δὲ μὴ ἐνδεχόμενον ἄλλως ἀλλ' ἀπλῶς.
 35 Ἐκ τοιαύτης ἄρα ἀρχῆς ἠρτῆται ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ φύσις.
 (6) Διαγωγὴ δ' ἔστιν ὅλα ἢ ἀρίστη μικρὸν χρόνον ἡμῖν·
 οὕτω γὰρ αἰεὶ ἐκείνῳ ἔστιν (ἡμῖν μὲν γὰρ ἀδύνατον),
 ἐπει καὶ ἡδονὴ ἢ ἐνέργεια τούτου· καὶ διὰ τοῦτο ἐγρή-
 γορσις, αἰσθησις, νόησις ἥδιστον, ἐλπίδες δὲ καὶ μνη-
 40 μαι διὰ ταῦτα. Ἡ δὲ νόησις ἢ καθ' αὐτήν τοῦ
 καθ' αὐτὸ ἀρίστου, καὶ ἡ μάλιστα τοῦ μάλιστα. Αὐ-
 τὸν δὲ νοεῖ ὁ νοῦς κατὰ μετάληψιν τοῦ νοητοῦ· νοητὸς
 γὰρ γίνεταί θιγγάνων καὶ νοῦν, ὥστε ταῦτον νοῦς καὶ
 νοητόν. Τὸ γὰρ δεκτικὸν τοῦ νοητοῦ καὶ τῆς οὐσίας
 45 νοῦς. Ἐνεργεῖ δὲ ἔχων ὥστ' ἐκείνῳ μᾶλλον τούτου ὁ
 δοκεῖ ὁ νοῦς θεῖον ἔχειν, καὶ ἡ θεωρία τὸ ἥδιστον καὶ
 ἀριστον. (7) Εἰ οὖν οὕτως εὔ ἔχει, ὡς ἡμεῖς ποτέ, ὁ
 θεὸς αἰεὶ, θαυμαστόν· εἰ δὲ μᾶλλον, ἔτι θαυμασιώτερον.
 Ἐχει δὲ ὡδί. Καὶ ζωὴ δὲ γε ὑπάρχει· ἢ γὰρ νοῦ
 50 ἐνέργεια ζωὴ, ἐκείνος δὲ ἢ ἐνέργεια· ἐνέργεια δὲ ἢ
 καθ' αὐτήν ἐκείνου ζωὴ ἀρίστη καὶ αἰδῖος. (8) Φα-
 μὲν δὲ τὸν θεὸν εἶναι ζῶον αἰδῖον ἀριστον, ὥστε ζωὴ

Quum vero et ita contingat, et si non sic, ex nocte et
 simul omnibus, et ex non-ente erunt, hæc profecto sol-
 ventur: et aliquid, quod semper incessabili motu move-
 tur; hic vero, circularis est. Et hoc non solum ratione,
 verum etiam opere patet. Quare æternum est profecto pri-
 mum cælum. Est igitur aliquid etiam, quod movet. Quum
 vero id, quod movetur, et movet, medium sit, est etiam
 aliquid, quod non motum movet, quod æternum, substan-
 tia, et actus est. [VII.] (2) Movet autem hunc in modum id
 quod appetibile est, et quod est intelligibile, ita movet, ut
 ipsum non moveatur: horum prima, eadem: namque expet-
 ibile id est quod pulchrum apparet; quod autem voluntate
 expetibile primum, id est quod omnino pulchrum: expeti-
 mus autem magis, quia pulchrum videtur, quam pulchrum
 videtur, quia expetimus. Principium enim intellectio.
 (3) Intellectus autem ab intelligibili cietur, at intelligibile
 aliam seriem per se et propriam efficit, atque hujus, sub-
 stantia prima, ejusque illa quæ simpliciter constat, et actu.
 Est vero unum et simplex non idem: nam unum mensuram
 significat, simplex vero habitudinem quandam rei ipsius.
 (4) At vero, quod pulchrum et quod per se expetibile, in
 eadem serie: et est optimum semper, vel proportione, id
 quod primum. Quod vero in immotis est id cuius causa, di-
 visio declarat: est enim id quod cuius causa, quorum al-
 terum est, alterum non est. Movet autem ceu id quod ama-
 tur: motum autem cetera movet. (5) At si quid movetur,
 contingit aliter se habere. Quare si latio prima actus est,
 quo movetur, hoc modo sane contingit aliter se habere,
 secundum locum, quamvis non secundum substantiam.
 Quum autem aliquid sit movens, ipsum immobile existens,
 actu ens, hoc nullo modo contingit aliter se habere. Latio
 namque prima mutationum est: hujus autem, quæ circularis
 est: hanc autem illud movet. Ex necessitate itaque est
 ens: et prout necessitas, bene est. Et sic principium. Nam
 necessarium toties dicitur, quoddam vi, quia præter in-
 clinationem; quoddam, sine quo non bene esset: quoddam,
 quod non aliter contingit se habere, sed simpliciter est.
 A tali ergo principio tum cælum, tum natura dependet.
 (6) Vita vero, qualis nobis pauco tempore, optima illi est:
 siquidem ita semper illud est (at nobis id impossibile est),
 quoniam etiam delectatio actus hujus est. Et ob hoc vi-
 gilatio, sensus, intellectio, maxime delectabile est; spes
 autem, ac memoria, propter hæc. Ipsa vero intellectio
 secundum se, ejus est quod secundum se optimum est:
 et quæ maxime est, ejus quod maxime est. Se ipsum vero
 intellectus intelligit assumptione intelligibilis. Intelligibi-
 lis namque fit attingens et intelligens, ita ut idem intelle-
 ctus et intelligibile sit. Susceptivum enim intelligibilis est
 substantiæ est intellectus. Operatur autem, intelligibile
 habens. Quare istud magis, quam illud, est id divinum
 quod intellectus videtur habere: et speculatio optimum
 et maxime delectabile est. (7) Si igitur ita bene se habet
 Deus semper ut nos aliquando, admirabile est: quodsi
 magis, admirabilis est. At ita se habet. Ceterum vita
 quoque ita inexistit: siquidem intellectus operatio, vita
 est: ille vero, est actus: actus vero per se, illius vita opti-
 ma et perpetua est. (8) Dicimus autem, Deum, sempiternum optimumque animans esse. Quare vita, et avum

και αὐὸν συνεχῆς και ἀίδιος ὑπάρχει τῷ θεῷ· τοῦτο γὰρ ὁ θεός. (9) Ὅσοι δὲ ὑπολαμβάνουσιν, ὡσπερ οἱ Πυθαγόρειοι και Σπεύσιππος, τὸ κάλλιστον και ἀριστον μὴ ἐν ἀρχῇ εἶναι, διὰ τὸ και τῶν φυτῶν και τῶν ζῶων τὰς ἀρχὰς αἰτία μὲν εἶναι, τὸ δὲ καλὸν και τέλειον ἐν τοῖς ἐκ τούτων, ὡς ὀρθῶς οἴονται. Τὸ γὰρ σπέρμα ἐξ ἐτέρων ἐστὶ πρότερον τελείων, και τὸ πρῶτον οὐ σπέρμα ἐστίν, ἀλλὰ τὸ τέλειον· οἷον πρότερον ἄνθρωπον ἂν φαίη τις εἶναι τοῦ σπέρματος, οὐ τὸν ἐκ τούτου γενομένον, ἀλλ' ἕτερο· ἐξ οὗ τὸ σπέρμα. (10) Ὅτι μὲν οὖν ἔστιν οὐσία τις ἀίδιος και ἀκίνητος και κεχωρισμένη τῶν αἰσθητῶν, φανερόν ἐκ τῶν εἰρημένων. Δείδειται δὲ και ὅτι μέγεθος οὐθὲν ἔχειν ἐνδέχεται ταύτην τὴν οὐσίαν, ἀλλ' ἀμερῆς και ἀδιαίρετός ἐστιν. Κινεῖ γὰρ τὸν ἄπειρον χρόνον, οὐθὲν δ' ἔχει δύναμιν ἄπειρον πεπερασμένον. Ἐπεὶ δὲ πᾶν μέγεθος ἢ ἄπειρον ἢ πεπερασμένον, πεπερασμένον μὲν διὰ τοῦτο οὐκ ἂν ἔχοι μέγεθος, ἄπειρον δ' ὅτι ὅλως οὐκ ἔστιν οὐθὲν ἄπειρον μέγεθος. (11) Ἀλλὰ μὴν και ὅτι ἀπαθὲς και ἀναλλοίωτον· πᾶσαι γὰρ αἱ ἀλλαι κινήσεις ὑστεραὶ τῆς κατὰ τόπον. Ταῦτα μὲν οὖν δῆλα διότι τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

CAP. VIII.

Πότερον δὲ μίαν θετέον τὴν τοιαύτην οὐσίαν ἢ πλείους, και πόσας, δεῖ μὴ λανθάνειν, ἀλλὰ μεμνησθαι και τὰς τῶν ἄλλων ἀποφάσεις, ὅτι περὶ πλήθους οὐθὲν εἰρήκασιν, ὅ τι και σαφὲς εἰπεῖν. Ἡ μὲν γὰρ περὶ τὰς ἰδέας ὑπόληψις οὐδεμίαν ἔχει σκέψιν ἰδίαν· ἀριθμοὺς γὰρ λέγουσι τὰς ἰδέας οἱ λέγοντες ἰδέας, περὶ δὲ τῶν ἀριθμῶν ὅτε μὲν ὡς περὶ ἀπείρων λέγουσιν, ὅτε δὲ ὡς μέχρι τῆς δεκάδος ὀρισμένον· δι' ἣν δ' αἰτίαν τοσοῦτον τὸ πλήθος τῶν ἀριθμῶν, οὐθὲν λέγεται μετὰ σπουδῆς ἀποδεικτικῆς. (2) Ἡμῖν δ' ἐκ τῶν ὑποκειμένων και διωρισμένων λεκτέον. Ἡ μὲν γὰρ ἀρχὴ και τὸ πρῶτον τῶν ὄντων ἀκίνητον και καθ' αὐτὸ και κατὰ συμβεβηκότος, κινουὺν δὲ τὴν πρώτην ἀίδιον και μίαν κίνησιν. Ἐπεὶ δὲ τὸ κινούμενον ἀνάγκη ὑπὸ τινος κινεῖσθαι, και τὸ πρῶτον κινουὺν ἀκίνητον εἶναι καθ' αὐτό, και τὴν ἀίδιον κίνησιν ὑπὸ ἀίδιου κινεῖσθαι και τὴν μίαν ὑφ' ἑνός, δρῶμεν δὲ παρὰ τὴν τοῦ παντός τὴν ἀπλήν φορᾶν, ἣν κινεῖν φαιμέν τὴν πρώτην οὐσίαν και ἀκίνητον, ἄλλας φορὰς οὐσας τὰς τῶν πλανήτων ἀίδιους (ἀίδιον γὰρ και ἄστατον τὸ κύκλω σώμα· δείδειται δ' ἐν τοῖς φυσικοῖς περὶ τούτων), ἀνάγκη και τούτων ἐκάστην τῶν φορῶν ὑπ' ἀκινήτου τε κινεῖσθαι καθ' αὐτό και ἀίδιου οὐσίας. (3) Ἡ τε γὰρ τῶν ἀστρων φύσις ἀίδιος οὐσία τις οὐσα, και τὸ κινουὺν ἀίδιον και πρότερον τοῦ κινουμένου, και τὸ πρότερον οὐσίας οὐσίαν ἀναγκασίον εἶναι. (3) Φανερόν τοίνυν ὅτι τοσαύτας τε οὐσίας ἀναγκαῖον εἶναι τὴν τε φύσιν ἀίδιους και ἀκινήτους καθ' αὐτὰς και ἄνευ μεγέθους, διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν πρότερον. Ὅτι μὲν οὖν εἰσὶν οὐσίαι, και τούτων τίς πρώτη και δευτέρα κατὰ τὴν αὐτὴν τάξιν ταῖς φοραῖς τῶν

continuum et æternum Deo inest. Hoc enim est Deus. (9) Quicumque vero, ut Pythagorici et Speusippus, putant optimum et pulcherrimum non esse in principio, eo quod plantarum quoque ac animalium principia, causæ quidem sunt, bonum vero et perfectum in iis esse, quæ ex his sunt, non recte putant. Sperma namque ex aliis prioribus perfectis est, neque sperma primum est, sed quod perfectum est : veluti hominem dixerit quispiam priorem spermate esse, non illum, qui eo generatur, sed alium, ex quo ipsum sperma est. (10) Quod itaque est quædam æterna immobilisque substantia, et a sensibilibus separata, constat ex dictis. Ostensum autem est etiam quod nec ullam magnitudinem possibile est hanc substantiam habere, verum impartibilis indivisibilisque est. Nam infinito tempore movet : nihil vero finitum infinitam potentiam habet. Quum vero omnis magnitudo aut infinita, aut finita sit, finitam quidem propter hoc non haberet magnitudinem; infinitam vero, sed omnino nulla est infinita magnitudo. (11) At vero etiam quod principium impassibile et immutabile est; omnes namque reliqui motus posteriores eo sunt, qui secundum locum est. Et quidem hæc, propter quid hoc se habeant modo, dilucida sunt.

Utrum autem una sit ponenda talis substantia, an plures, et quot, non oportet nos latere, sed meminisc quoque aliorum sententias, quod de pluralitate nihil quod dictum clarum sit, protulerunt. De ideis namque opinio nullam accommodatam sibi considerationem habet. Numeros namque dicunt ideas, qui dicunt ideas esse : de numeris vero quandoque ut de infinitis loquuntur, quandoque tanquam usque ad denarium determinatis : qua vero de causa tanta numerorum pluralitas sit, nihil cum diligentia demonstrativa dicitur. (2) Nobis vero ex præsuppositis atque determinatis dicendum est. Principium enim, ac primum entium, tum per se tum per accidens immobile est : movens autem, primo, sempiterno, et uno motu. Quum vero quod movetur, necesse sit ab aliquo moveri, primumque movens immobile per se esse, ac motum æternum ab æterno moveri, et unum, ab uno; videmusque præter simplicem lationem totius, quam dicimus primam substantiam et immobilem movere, ceteras etiam lationes, quæ errantium sunt, sempiternas esse (sempiternum namque et irrequiescibile est circulare corpus : monstratum autem est de his in Physicis) : necesse est harum quoque lationum unamquamque a per se immobili et æterna substantia moveri. Nam et stellarum natura, perpetua substantia quædam existens; et quod movet, perpetuum, et prius est moto; et quod prius substantiæ est, substantia sit necesse est. (3) Constat itaque, necesse esse, tot substantias esse natura perpetuas et per se immobiles, ac absque magnitudine, ob causam prius dictam. Quod igitur substantiæ sunt, et harum quænam prima, quæve secunda, secundum eum ordinem, quem et lationes siderum habent, patet. (4) Plu-

ἄστρον, φανερόν. (4) Τὸ δὲ πλῆθος ἤδη τῶν φορῶν ἐκ τῆς οἰκειοτάτης φιλοσοφίας τῶν μαθηματικῶν ἐπιστημῶν δεῖ σκοπεῖν, ἐκ τῆς ἀστρολογίας· αὕτη γὰρ περὶ οὐσίας αἰσθητῆς μὲν αἰδίου δὲ ποιεῖται τὴν θεωρίαν, αἱ δ' ἄλλαι περὶ οὐδεμιᾶς οὐσίας, οἷον ἢ τε περὶ τοῦ ἀριθμοῦ καὶ τὴν γεωμετρίαν. (5) Ὅτι μὲν οὖν πλείους τῶν φερομένων αἱ φοραί, φανερόν τοῖς καὶ μετρίως ἡμιμένοις· πλείους γὰρ ἕκαστον φέρεται μίᾳ τῶν πλανωμένων ἄστρον. Πόσαι δ' αὐταὶ τυγχάνουσιν οὐσαι, νῦν μὲν ἡμεῖς ἀ λέγουσι τῶν μαθηματικῶν τινὲς ἐνόοις χάριν λέγομεν, ὅπως ἢ τι τῆ διανοία πλῆθος ὠρισμένον ὑπέλαβεῖν· τὸ δὲ λοιπὸν τὰ μὲν ζητούντας αὐτοὺς δεῖ, τὰ δὲ πυθανομένους παρὰ τῶν ζητούντων, ἂν τι φαίνεται παρὰ τὰ νῦν εἰρημένα τοῖς ταῦτα πραγματευομένοις, φιλεῖν μὲν ἀμφοτέρους, πείθεσθαι δὲ τοῖς ἀκριβεστέροις. (6) Εὐδόξος μὲν οὖν ἡλίου καὶ σελήνης ἑκατέρου τὴν φορὰν ἐν τρισὶν ἐτίθετ' εἶναι σφαιραῖς, ὧν τὴν μὲν πρώτην τὴν τῶν ἀπλανῶν ἄστρον εἶναι, τὴν δὲ δευτέραν κατὰ τὸν διὰ μέσων τῶν ζῳδίων, τὴν δὲ τρίτην κατὰ τὸν λελοξωμένον ἐν τῷ πλάτει τῶν ζῳδίων· ἐν μείζονι δὲ πλάτει λελοξῶσθαι καθ' ὃν ἢ σελήνη φέρεται ἢ καθ' ὃν ἢ ἥλιος. Τῶν δὲ πλανωμένων ἄστρον ἐν τέτταρσιν ἑκάστου σφαιραῖς, καὶ τούτων δὲ τὴν μὲν πρώτην καὶ δευτέραν τὴν αὐτὴν εἶναι ἐκείνας (τὴν τε γὰρ τῶν ἀπλανῶν τὴν ἀπάσας φέρουσαν (εἶναι) καὶ τὴν ὑπὸ ταύτῃν τεταγμένην καὶ κατὰ τὸν διὰ μέσων τῶν ζῳδίων τὴν φορὰν ἔχουσαν κοινήν ἀπασῶν εἶναι), τῆς δὲ τρίτης ἀπάντων τοὺς πόλους ἐν τῷ διὰ μέσων τῶν ζῳδίων εἶναι, τῆς δὲ τετάρτης τὴν φορὰν κατὰ τὸν λελοξωμένον πρὸς τὸν μέσον ταύτης· εἶναι δὲ τῆς τρίτης σφαιράς τοὺς πόλους τῶν μὲν ἄλλων ἰδίων, τοὺς δὲ τῆς Ἀφροδίτης καὶ τοῦ Ἑρμοῦ τοὺς αὐτούς. (7) Κάλλιππος δὲ τὴν μὲν θέσιν τῶν σφαιρῶν τὴν αὐτὴν ἐτίθετο Εὐδόξῳ, τοῦτ' ἐστὶ τῶν ἀποστημάτων τὴν τάξιν, τὸ δὲ πλῆθος τῶ μὲν τοῦ Διὸς καὶ τῶ τοῦ Κρόνου τοὺς αὐτοὺς ἀπεδίδου, τῶ δ' ἡλίου καὶ τῶ σελήνης δύο ἦετο εἶ προσθετάς εἶναι σφαιράς, τὰ φαινόμενα εἰ μέλλει τις ἀποδώσειν, τοῖς δὲ λοιποῖς τῶν πλανήτων ἑκάστῳ μίαν. (8) Ἀναγκαῖον δὲ, εἰ μὲν λουσι συντεθεῖσαι πᾶσαι τὰ φαινόμενα ἀποδώσειν, καθ' ἕκαστον τῶν πλανωμένων ἑτέρας σφαιράς μιᾶ ἑλάττονας εἶναι τὰς ἀνελιττούσας καὶ εἰς τὸ αὐτὸ ἀποκαθιστάσας τῇ θέσει τὴν πρώτην σφαιρὰν αἰε τοῦ ὑποκάτω τεταγμένου ἄστρον· οὕτω γὰρ μόνως ἐνδέχεται τὴν τῶν πλανητῶν φορὰν ἀπαντα ποιεῖσθαι. (9) Ἐπεὶ οὖν ἐν αἷ μὲν αὐτὰ φέρεται σφαιραῖς αἱ μὲν ὀκτώ αἱ δὲ πέντε καὶ εἰκοσὶν εἶσιν, τούτων δὲ μόνας οὐ δεῖ ἀνελιχθῆναι ἐν αἷ τὸ κατωτάτω τεταγμένον φέρεται, αἱ μὲν τὰς τῶν πρώτων δύο ἀνελιττούσαι εἰς ἔσσονται, αἱ δὲ τὰς τῶν ὑστερον τετάρτων ἑκαδέκα, ὅ δὲ ἀπασῶν ἀριθμὸς τῶν φεροσῶν καὶ τῶν ἀνελιττούσῶν ταύτας πεντήκοντά τε καὶ πέντε. Εἰ δὲ τῇ σελήνῃ τε καὶ τῷ ἡλίῳ μὴ προστεθῆη τις ἢ εἰπομεν κινήσεις, αἱ πᾶσαι σφαιραῖ εἰσονται ἐπτά τε καὶ τεσσαράκοντα.

ralitatem vero lationem ex peculiarissima philosophiæ mathematicarum scientiarum, videlicet ex astronomia, considerandum est : hæc enim de substantia sensibili quidem at sempiterna speculatur ; ceteræ vero de nulla quidem substantia, veluti quæ circa numeros, atque quæ circa geometriam. (5) Et quidem quod plures sint eorum quæ feruntur, lationes, manifestum etiam est iis qui parum attigerunt : pluribus enim, quam una, errantium astrorum unumquodque fertur. Quot vero hæc sint, de eo nunc quidem nos ea, quæ quidam mathematicorum aiunt, intelligendi gratia dicimus, et ut aliquam determinatam mente pluralitatem percipiamus. Deinceps quædam quidem nos ipsos quærere decet, quædam autem a quærentibus sciscitari, si quid præter ea quæ nunc dicta sunt, iis videatur, qui circa hæc versantur : diligere quidem utrosque, adhærere vero certioribus. (6) Eudoxus igitur solis et lunæ, utriusque lationem in tribus posuit sphaeris esse : quarum primam quidem eam esse, quæ non-errantium stellarum ; secundam vero, secundum orbem per medium zodiacum ; tertiam porro secundum eum, qui in latitudine zodiaci obliquatur : in majori autem latitudine obliquari eum, secundum quem luna fertur, quam secundum quem sol. Errantium vero stellarum uniuscujusque in quattuor sphaeris : quarum primam quidem, et secundam, eandem illis esse (etenim quæ non-errantium est, illam quæ omnes fert, et eam, quæ sub ipsa ordinata est, ac quæ secundum zodiacum lationem habet, communem omnibus esse) ; tertiam vero omnium polos in eo orbe per medium zodiacum esse ; quartæ autem lationem, secundum eum qui obliquatus ad medium ejus est : esse vero tertię sphaeræ polos aliarum quidem proprios, Veneris autem, et Mercurii, eosdem. (7) At Callippus, situm quidem sphaerarum eundem Eudoxo ponebat, hoc est, distantiarum ordinem ; pluralitatem etiam stellæ quidem Jovis, ac Saturni, eandem illi attribuebat : soli vero et lunæ binas adhuc putabat sphaeras addendas esse, si quis eorum, quæ sensibilibiter apparent, causas assignare debeat ; ceteris vero errantium, unicuique unam. (8) Necessè vero esse, si debent omnes simul positæ, eorum quæ apparent, rationem reddere, secundum unamquamque errantium alteras sphaeras, una pauciores esse, quæ revolvant, et ad idem positione semper primam ejus astri sphaeram, quod inferius ordinatum est, constituent : hoc enim modo solum contingit ut illa omnia errantium lationem efficiant *et explicent*. (9) Quum igitur in quibus ipsa quidem feruntur sphaeris, hæc quidem octo, hæc vero viginti quinque sint, harum sane illas solas non oportet revolvi, in quibus fertur quod infime ordinatum est : quæ quidem duarum primarum sphaeras revolvunt, sex erunt ; quæ vero posteriorum quattuor, sedecim : cunctarum vero numerus, tum earum quæ ferunt, tum quæ revolvunt eas, quinquaginta quinque. Quodsi lunæ et soli non addat aliquis, quos diximus, motus, omnes sphaeræ erunt septem

(10) Τὸ μὲν οὖν πλῆθος τῶν σφαιρῶν ἔστω τοσοῦτον, ὥστε καὶ τὰς οὐσίας καὶ τὰς ἀρχὰς τὰς ἀκινήτους καὶ τὰς αἰσθητὰς τοσαύτας εὐλογον ὑπολαβεῖν· τὸ γὰρ ἀναγκαῖον ἀφείσθω τοῖς ἰσχυροτέροις λέγειν. Εἰ δὲ μὴδεμίαν οἶόντ' εἶναι φορὰν μὴ συντείνουσαν πρὸς ἀστρου φορὰν, ἔτι δὲ πᾶσαν φύσιν καὶ πᾶσαν οὐσίαν ἀπαθῆ καὶ καθ' αὐτὴν τοῦ ἀρίστου τετυγχευῖαν τέλους εἶναι δεῖ νομίσαι, οὐδεμία ἂν εἴη παρὰ ταύτας ἑτέρα φύσις, ἀλλὰ τοῦτον ἀνάγκη τὸν ἀριθμὸν εἶναι τῶν οὐσιῶν. Εἴτε γὰρ εἰσιν ἑτεραι, κινοῖεν ἂν ὡς τέλος οὔσαι φορᾶς. Ἄλλ' εἶναι γε ἄλλας φορὰς ἀδύνατον παρὰ τὰς εἰρημένους. Τοῦτο δ' εὐλογον ἐκ τῶν φερομένων ὑπολαβεῖν. (11) Εἰ γὰρ πᾶν τὸ φέρον τοῦ φερομένου χάριν πέφυκε καὶ φορὰ πᾶσα φερομένου τινός ἐστιν, οὐδεμία φορὰ αὐτῆς ἂν ἕνεκα εἴη οὐδ' ἄλλης φορᾶς, ἀλλὰ τῶν ἀστρων ἕνεκα. Εἰ γὰρ ἔσται φορὰ φορᾶς ἕνεκα, καὶ ἐκείνην ἑτέρου δεήσει χάριν εἶναι· ὥστ' ἐπειδὴ οὐχ οἶόντε εἰς ἀπειρον, τέλος ἔσται πάσης φορᾶς τῶν φερομένων τι θείων σωμάτων κατὰ τὸν οὐρανόν. (12) Ὅτι δὲ εἷς οὐρανός, φανερόν. Εἰ γὰρ πλείους οὐρανοὶ ὡσπερ ἄνθρωποι, ἔσται εἶδει μία ἢ περὶ ἕκαστον ἀρχή, ἀριθμῶ δέ γε πολλαί. Ἄλλ' ὅσα ἀριθμῶ πολλά, ὕλην ἔχει· εἷς γὰρ λόγος καὶ ὁ αὐτὸς πολλῶν, οἷον ἀνθρώπου, Σωκράτης δὲ εἷς. Τὸ δὲ τί ἦν εἶναι οὐκ ἔχει ὕλην τὸ πρῶτον· ἐντελέχεια γάρ· Ἐν ἄρα καὶ λόγῳ καὶ ἀριθμῶ τὸ πρῶτον κινῶν ἀκίνητον ὄν· καὶ τὸ κινούμενον ἄρα αἰεὶ καὶ συνεχῶς ἐν μόνον· εἷς ἄρα οὐρανός μόνος. (13) Παραδέδοται δὲ παρὰ τῶν ἀρχαίων καὶ παμπάλαιων ἐν μύθου σχήματι καταλειμμένα τοῖς ὕστερον ὅτι θεοὶ τί εἰσιν οὗτοι καὶ περιέχει τὸ θεῖον τὴν ὄλην φύσιν. Τὰ δὲ λοιπὰ μυθικῶς ἤδη προσῆχται πρὸς τὴν πειθῶ τῶν πολλῶν καὶ πρὸς τὴν εἰς τοὺς νόμους καὶ τὸ συμφέρον χρῆσιν· ἀνθρωποειδέες τε γὰρ τούτους καὶ τῶν ἄλλων ζῶων ὁμοίους τισὶ λέγουσι, καὶ τούτους ἑτέρα ἀκόλουθα καὶ παραπλήσια τοῖς εἰρημένοις. Ὡν εἰ τις χωρίσας αὐτὸ λάθοι μόνον τὸ πρῶτον, ὅτι θεοὺς ᾤοντο τὰς πρώτας οὐσίας εἶναι, θείως ἂν εἰρησθαι νομίσειεν, καὶ κατὰ τὸ εἶκος πολλαίαις εὐρημένους εἰς τὸ δυνατόν ἐκάστης καὶ τέχνης καὶ φιλοσοφίας καὶ πάλιν φειρομένων καὶ ταύτας τὰς δόξας ἐκείνων οἷον λείψανα περισεῦσθαι μέχρι τοῦ νῦν. Ἡ μὲν οὖν πάτριος δόξα καὶ ἡ παρὰ τῶν πρώτων ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῖν φανερά μόνον.

et quadraginta. (10) Pluralitas itaque sphaerarum [latium?] tanta sit. Quare substantias quoque et principia tum immobilia tum sensibilia, tot rationabiliter arbitrandum est esse : quod enim necessarium est, relinquatur potentioribus dicendum. Quodsi nullam lationem possibile est esse, quæ non ordinetur ad lationem stellæ, omnem item naturam, omnemque substantiam impassibilem, et per se, arbitrari oportet optimum sortitam finem esse, nulla profecto præter has alia natura erit, sed hunc necesse est numerum substantiarum esse. Si etenim aliæ sunt, utique movebunt, quum lationis finis sint. Sed esse alias lationes præter dictas, impossibile est : hoc autem ex iis quæ feruntur, rationabile est accipere. (11) Si enim omne, quod fert, ejus gratia quod fertur, suapte natura est, omnisque latio alicujus, quod fertur, est, nulla latio sui gratia erit profecto, nec alterius lationis, verum stellarum causa. Si namque latio lationis causa erit, illam quoque oportebit aliarum gratia esse. Quare quum non sit processus in infinitum, finis omnis lationis erit divinorum corporum aliquod, quæ in cælo feruntur. (12) Quod autem cælum est unum, manifestum est : si enim plures essent cæli, ut homines, principium uniuscujusque erit specie unum, numero multa. At quæcumque multa numero, materiam habent : una etenim et eadem multorum ratio est, veluti hominis; Socrates vero, unus. Ipsum vero quid erat esse primum, non habet materiam, quum actus sit. Unum ergo tum ratione, tum numero, primum movens immobile ens est : id etiam igitur, quod semper continuoque movetur : unum ergo tantum cælum est. (13) Tradita autem sunt quedam a majoribus nostris et admodum antiquis, ac in fabulæ figura posterioribus relicta, quod hi dii sint, universamque naturam divinum contineat. Cetera vero fabulose jam ad multitudinis persuasionem, et ad legum, ac ejus quod conferat, opportunitatem, illata sunt : hominiformes namque ac aliorum animalium nonnullis similes eos dicunt, ac alia consequentia et similia iis quæ dicta sunt : quorum si quis ipsum solum primum separando accipiat, quod deos arbitrabantur primas substantias esse, divine profecto dictum putabit : et (ut verisimile est) sæpius quaque arte et philosophia, quoad possibile fuit, inventa, corruptaque rursus, has illorum opiniones, quasi quasdam reliquias, nunc usque salvatas esse. Patria itaque ac primorum opinio in tantum modo nobis manifesta sit.

CAP. IX.

15 Τὰ δὲ περὶ τὸν νοῦν ἔχει τινὰς ἀπορίας· δοκεῖ μὲν γὰρ εἶναι τῶν φαινομένων θειότατον, πῶς δ' ἔχων τοιοῦτος ἂν εἴη, ἔχει τινὰς δυσκολίας. Εἴτε γὰρ μηθὲν νοεῖ, τί ἂν εἴη τὸ σεμνόν; ἀλλ' ἔχει ὡσπερ ἂν εἰ δ καθεύδων· εἴτε νοεῖ, τούτου δ' ἄλλο κύριον (οὐ γὰρ 20 ἐστὶ τοῦτο ὃ ἐστὶν αὐτοῦ ἢ οὐσία νόησις, ἀλλὰ δύναμις), οὐκ ἂν ἢ ἀρίστη οὐσία εἴη· διὰ γὰρ τοῦ νοεῖν τὸ τίμιον αὐτῷ ὑπάρχει. (2) Ἐτι δὲ εἴτε νοῦς ἢ οὐσία

Ea vero, quæ circa Mentem sunt, quasdam dubitationes habent. Videtur enim eorum quæ apparent, mens quid divinissimum esse. Quo vero modo se habens talis erit, difficultates quasdam habet. Sive enim nihil intelligat, sed ita se habeat, ut dormiens, quidnam præcellens erit? Sive intelligat, hujus vero aliud sit principale (non enim id quod est ejus substantia, intellectio erit, sed potentia), profecto non erit optima substantia : siquidem eo quod intelligit, ei honorabilitas incst. (2) Præterea, sive mens, sive in-

αὐτοῦ εἶτε νόσις ἐστι, τί νοεῖ; ἢ γὰρ αὐτὸς αὐτὸν ἢ ἕτερόν τι. Καὶ εἰ ἕτερόν τι, ἢ τὸ αὐτὸ ἀεὶ ἢ ἄλλο. Πότερον οὖν διαφέρει τι ἢ οὐθὲν τὸ νοεῖν τὸ καλὸν ἢ τὸ τυχόν; ἢ καὶ ἄτοπον τὸ διανοεῖσθαι περὶ ἐνίων; δῆλον
 5 τοίνυν ὅτι τὸ θειότατον καὶ τιμιώτατον νοεῖ, καὶ οὐ μεταβάλλει· εἰς χεῖρον γὰρ ἢ μεταβολή, καὶ κίνησις τις ἦδη τὸ τοιοῦτον. (3) Πρῶτον μὲν οὖν εἰ μὴ νόσις ἐστὶν ἀλλὰ δύναμις, εὐλόγον ἐπίπονον εἶναι τὸ συνεχές αὐτῷ τῆς νόσεως. Ἐπειτα δῆλον ὅτι ἄλλο τι ἂν εἴη
 10 τὸ τιμιώτερον ἢ ὁ νοῦς, τὸ νοούμενον. Καὶ γὰρ τὸ νοεῖν καὶ ἡ νόσις ὑπάρξει καὶ τὸ χεῖριστον νοοῦντι. Ὡστ' εἰ φευκτὸν τοῦτο (καὶ γὰρ μὴ δρᾶν ἕνια κρεῖττον ἢ δρᾶν), οὐκ ἂν εἴη τὸ ἀριστον ἢ νόσις. Αὐτὸν ἄρα νοεῖ, εἴπερ ἐστὶ τὸ κράτιστον, καὶ ἐστὶν ἡ νόσις νοή-
 15 σεως νόσις. (4) Φαίνεται δ' ἀεὶ ἄλλου ἢ ἐπιστήμη καὶ ἡ αἴσθησις καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ διάνοια, αὐτῆς δ' ἐν παρέργῳ. Ἐτι εἰ ἄλλο τὸ νοεῖν καὶ τὸ νοεῖσθαι, κατὰ πότερον αὐτῷ τὸ εὖ ὑπάρχει; οὐδὲ γὰρ ταῦτό τὸ εἶναι νοήσει καὶ νοουμένῳ. (5) Ἡ ἐπ' ἐνίων ἢ ἐπιστήμη τὸ
 20 πρᾶγμα· ἐπὶ μὲν τῶν ποιητικῶν ἀνευ ὕλης ἢ οὐσίας καὶ τὸ τί ἦν εἶναι, ἐπὶ δὲ τῶν θεωρητικῶν ὁ λόγος τὸ πρᾶγμα καὶ ἡ νόσις. Οὐχ ἑτέρου οὖν ὄντος τοῦ νοουμένου καὶ τοῦ νοῦ, ὅσα μὴ ὕλην ἔχει, τὸ αὐτὸ ἔσται, καὶ ἡ νόσις τῷ νοουμένῳ μία. (6) Ἐτι δὲ λείπεται
 25 ἀπορία, εἰ σύνθετον τὸ νοούμενον μεταβάλλοι γὰρ ἂν ἐν τοῖς μέρεσι τοῦ ὅλου. Ἡ ἀδιαιρέτων πᾶν τὸ μὴ ἔχον ὕλην. Ὡσπερ γὰρ ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, [ἢ] ὁ γε τῶν συνθέτων, ἔχει ἐν τινὶ χρόνῳ (οὐ γὰρ ἔχει τὸ εὖ ἐν τῷδὲ ἢ ἐν τῷδὲ, ἀλλ' ἐν ὅλῳ τινὶ τὸ ἀριστον, ὃν ἄλλο
 30 τι), οὕτως δὴ ἔχει αὐτῆς ἡ νόσις τὸν ἅπαντα αἰῶνα.

tellectio ejus substantia sit, quid intelligit? aut enim ipsa ee ipsam, aut aliquid aliud. Quodsi aliud, aut idem semper, aut aliud. Utrum autem differt aliquid, an nihil, intelligere bonum, vel quodcumque? An vero de quibusdam ipsam etiam cogitare absurdum est? Manifestum itaque est quod illud quod intelligit, divinissimum honorabilissimumque est, neque mutatur: in deterius namque mutatio fieret, ac motus aliquis hujusmodi jam esset. (3) Primo igitur, si non est intellectio, sed potentia, rationabile est, laboriosam ei continuationem intelligendi esse: deinde dilucidum, quod aliquid aliud honorabilius esset, quam mens, id scilicet quod intelligitur. Et intelligere profecto, ac intellectio, et quod pessimum intelligenti inerat. Quare si fugiendum hoc sit (etenim quedam melius est non videre, quam videre), non sane fuerit, quod optimum, intellectio. Se ipsam ergo intelligit, si est quidem quod optimum est: et est intellectio, intellectionis intellectio. (4) At videtur semper alterius esse, tum scientia, tum sensus, et opinio, ac mens: sin vero ipsius, fortuito et obiter. Si aliud. præterea intelligere, aliud intelligi sit, secundum utrum horum inest ei bene esse? quandoquidem non est idem intellectioem esse, et intellectum. (5) An in quibusdam scientia est ipsa res? in effectivis quidem absque materia res est substantia et ipsum quid erat esse; in speculativis vero ratio, et intellectio. Quum igitur non sit diversum ab eo quod intelligitur, intellectus, in iis quacumque non habent materiam, idem erunt, ac intellectio una cum eo quod intelligitur. (6) Item restat dubitatio, utrum compositum sit, quod intelligitur. Mutaretur etenim in partibus totius. At omne non habens materiam, indivisibile est. Nam quemadmodum humanus intellectus, licet composita cogitans, se in aliquo tempore habet (non enim asequitur bonum in hoc, aut in hoc, verum in toto quodam, quod optimum est, aliud ab ipso existens), sic ipsa sui ipsius intellectio, per totum æternum se habet.

CAP. X.

Ἐπισκεπτέον δὲ καὶ ποτέρως ἔχει ἢ τοῦ ὅλου φύσις τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἀριστον, πότερον χειρισμένον τι καὶ αὐτὸ καθ' αὐτό, ἢ τὴν τάξιν; ἢ ἀμφοτέρως ὥσπερ
 35 στρατεύμα. Καὶ γὰρ ἐν τῇ τάξει τὸ εὖ καὶ ὁ στρατηγός, καὶ μᾶλλον οὗτος· οὐ γὰρ οὗτος διὰ τὴν τάξιν ἀλλ' ἐκείνη διὰ τοῦτόν ἐστιν. Πάντα δὲ συντέτακται πῶς, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως, καὶ πλωτὰ καὶ πτηνὰ καὶ φυτὰ καὶ οὐχ οὕτως ἔχει ὥστε μὴ εἶναι θατέρῳ πρὸς θάτερον
 40 μῆθέν, ἀλλ' ἐστὶ τι· πρὸς μὲν γὰρ ἐν ἅπαντα συντέτακται· ἀλλ' ὥσπερ ἐν οἰκίᾳ τοῖς ἐλευθέροις ἥκιστα ἔξεστιν ὁ τι ἐτυχε ποιεῖν, ἀλλὰ πάντα ἢ τὰ πλείστα τέτακται, τοῖς δὲ ἀνδραπόδοις καὶ τοῖς θηρίοις μικρόν τὸ εἰς τὸ κοινόν, τὸ δὲ πολλὸ ὁ τι ἐτυχεν τοιαύτη γὰρ
 45 ἐκάστου ἀρχὴ αὐτῶν ἢ φύσις ἐστίν. Λέγω δ' οἷον εἰς γε τὸ διακριθῆναι ἀνάγκη ἅπασιν ἔλθειν, καὶ ἄλλα οὕτως ἐστὶν ἂν κοινωνεῖ ἅπαντα εἰς τὸ ὅλον. (2) Ὅσα δὲ ἀδύνατα συμβαίνει ἢ ἄτοπα τοῖς ἄλλως λέγουσι, καὶ ποῖα οἱ χαριεστέρως λέγοντες, καὶ ἐπὶ ποίῳ ἐλάχιστα
 50 ἔσται ἀπορία, δεῖ μὴ λαθάνειν. Πάντες γὰρ ἐξ ἐναντίων ποιοῦσι πάντα. Οὕτε δὲ τὸ πάντα οὕτε τὸ ἐξ ἐναντίων ὀρθῶς, οὐτ' ἐν ὅσοις τὰ ἐναντία ὑπάρχει, πῶς

Perscrutandum autem etiam hoc, quonam modo natura universi habeat ipsum bonum, et ipsum optimum: utrum separatum quiddam, et ipsum per se, an ipso ordine, an utroque modo; quemadmodum exercitus. Etenim in ordine est ejus bene esse, et dux ipse, atque magis hic: non enim hic propter ordinem, verum ordo propter ipsum est. Cuncta autem coordinata quodam modo sunt, verum non similiter, et natantia, et volatilia, et plantæ: nec ita se habent, ut sit ullum alteri ad alterum; sed sunt ad quippiam; ad unum namque coordinata sunt omnia: verum quemadmodum in domo liberis quidem minime licet quodcumque facere, sed omnia, aut plurima, his ordinata sunt; mancipis vero, et bestiis parum quod ad commune conferat, sed ut plurimum quodcumque contingit: tale namque principium cujusque eorum, natura est: dico autem quod necesse est omnia in mutuum quidem discrimen venire; et alia ita sunt communiter omnia conferentia ad universum servandum. (2) Quæcumque vero impossibilia, sive absurda aliter dicentibus accidunt, quæve dicunt gratiosius dicentes, ac in quibus minime dubitationes sunt, non decet nos latere: omnes namque ex contrariis omnia faciunt. At non recte « omnia », neque « ex contrariis » dicunt; neque, quibus contraria insunt, quonam modo ex contrariis

etiam ab eis, qui sic dicunt, utrum numerus infinitus, an finitus sit : erat namque, ut apparet, multitudo quoque finita, ex qua et uno sunt unitates finitæ : aliudque est ipsa multitudo, multitudoque infinita : qualis itaque multitudo, et unum, est elementum? (11) Similiter autem de puncto quoque aliquis quæreret, ac elemento, ex quo faciunt magnitudines. Non enim unum solum punctum hoc est. Ceterorum igitur unumquodque punctorum ex quonam? non enim ex quadam dimensione, ipsoque puncto. (12) At vero nec partes divisibiles esse contingit partes dimensionis, quemadmodum multitudinis, ex quibus unitates : numerus namque ex indivisibilibus componitur, magnitudines vero minime. Hæc itaque omnia ceteraque similia manifestant quod impossibile est numerum ac magnitudines separatas esse. (13) Præterea, quod ipsi primi de numeris discordant, signum est, ipsas res, quum non sint veræ, ipsis præbere confusionem. Quidam enim, qui mathematica tantum faciunt præter sensibilia, quum viderent difficultatem atque fictionem circa species, destiterunt a numero ideali, ac mathematicum fecerunt; quidam vero, quum species simul et numeros facere vellent, neque viderent quonam modo, si quis hæc principia ponat, mathematicus numerus præter idealem esset, eundem idealem ac mathematicum numerum fecerunt ratione : quum re ipsa jam sublatus sit mathematicus; proprias enim et non mathematicas suppositiones dicunt. (14) Qui vero primus species esse, et numeros esse species, et mathematica esse posuit, rationabiliter separavit. Quare accidit omnes secundum quid recte dicere, omnino vero non recte. Ac ipsi etiam fatentur non eadem, sed contraria dicentes. (15) Causa vero est, quod suppositiones atque principia falsa sunt. Difficile autem est, ut ait Epicharmus, ex non bene præsuppositis bene dicere. Quum primum enim aliquid dicitur, confestim apparet non bene dictum. (16) Sed de numeris quidem sufficiant, quæ dubitata et quæ determinata sunt : cuicumque namque persuasum est, magis ei ex pluribus persuasum fuerit : ut autem illi persuadeatur, cui non est persuasum, nihilo magis. [XII.] De primis vero principis, primisque causis, et elementis, quæcumque quidem dicunt qui de sola sensibili substantia determinant, quædam in Naturalibus dicta sunt, quædam non sunt præsentis tractationis. Quæcumque vero aiunt qui dicunt præter sensibiles esse alias substantias, consequens est dictis speculati. (17) Quum igitur quidam ideas ac numeros tales esse dicant, elementaque eorum, elementa principiaque entium esse, considerandum de his, quid, et quonam modo dicant. Verum qui numeros tantum, et hos mathematicos faciunt, posterius examinandi sunt : eorum autem, qui ponunt ideas, simul quispian et modum profecto viderit, et dubitationem, quæ de eis fit : simul namque universales substantias faciunt ideas, et rursus ut separatas, et singularium. (18) Hæc vero quod non contingant, dubitatum est prius. Causa vero eis, qui

εἰς ταῦτον τοῖς λέγουσι τὰς ἰδέας καθόλου, ὅτι τοῖς αἰσθητοῖς οὐ τὰς αὐτὰς οὐσίας ἐποίουν. (19) Τὰ μὲν οὖν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς καθ' ἕκαστα ρεῖν ἐνόμιζον καὶ μένειν οὐθὲν αὐτῶν, τὸ δὲ καθόλου παρὰ ταῦτα εἶναι
 5 τε καὶ ἕτερον τι εἶναι. Τοῦτο δ', ὥσπερ ἐν τοῖς ἐμπροσθεν ἐλέγομεν, ἐκίνησε μὲν Σωκράτης διὰ τοὺς δρισμούς, οὐ μὴν ἐχώρισέ γε τῶν καθ' ἕκαστον· καὶ τοῦτο ὁρθῶς ἐνόησεν οὐ χωρίσας. Δηλοῖ δὲ ἐκ τῶν ἔργων·
 10 ἄνευ μὲν γὰρ τοῦ καθόλου οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη λαβεῖν, τὸ δὲ χωρίζειν αἰτίον τῶν συμβαινόντων δυσχερῶν περὶ τὰς ἰδέας ἔστιν. (20) Οἱ δ' ὡς ἀναγκαῖον, εἴπερ ἔσονταί τινες οὐσίαι παρὰ τὰς αἰσθητάς καὶ βεβούσας, χωριστάς εἶναι, ἄλλας μὲν οὐκ ἔχον, ταύτας δὲ τὰς καθόλου λεγομένας ἐξέθεσαν, ὥστε συμβαίνειν σχεδὸν τὰς αὐτὰς φύσεις εἶναι τὰς καθόλου καὶ τὰς καθ' ἕκαστον. Αὕτη μὲν οὖν αὐτὴ καθ' αὐτῆν εἶη τις ἂν
 15 δυσχέρεια τῶν εἰρημένων.

universales ideas dicunt, ut eas in idem conjungant, fuit, quia sensibilibus non faciebant easdem substantias. (19) Singularia etenim, quæ in sensibilibus, fluere putabant, nec aliquid horum manere; universale autem præter hæc tum esse, tum aliud quid esse. Hoc autem, ut antea dicebamus, movit quidem Socrates propter definitiones, non tamen a singularibus separavit: et hoc recte intellexit, non separans. Constat autem ex operibus: etenim absque universalibus quidem non est accipere sapientiam; separare autem, causa difficultatum, quæ circa ideas accidit, est. (20) Quidam vero, tanquam necessarium sit, si substantiæ quedam præter sensibiles et fluentes erunt, separatas esse, (alias quidem non habebant,) eas sane, quæ universales dicuntur, attulerunt: ut fere accidat, easdem naturas universales ac particulares esse. At hæc ipsa per se ipsam erit difficultas eorum, de quibus dictum est.

CAP. X.

Ὁ δὲ καὶ τοῖς λέγουσι τὰς ἰδέας ἔχει τινὰ ἀπορίαν καὶ τοῖς μὴ λέγουσιν, καὶ κατ' ἀρχὰς ἐν τοῖς διαπορήμασιν ἐλέχθη πρότερον, λέγωμεν νῦν. Εἰ μὲν γὰρ
 20 τις μὴ θήσει τὰς οὐσίας εἶναι κευχωρισμένας, καὶ τὸν τρόπον τοῦτον ὡς λέγεται τὰ καθ' ἕκαστα τῶν ὄντων, ἀναιρήσει τὴν οὐσίαν, ὡς βουλόμεθα λέγειν· ἂν δὲ τις θῆ τὰς οὐσίας χωριστάς, πῶς θήσει τὰ στοιχεῖα καὶ τὰς ἀρχὰς αὐτῶν; (2) Εἰ μὲν γὰρ καθ' ἕκαστον καὶ μὴ καθόλου, τσαῦτ' ἔσται τὰ ὄντα ὅσα περ τὰ στοιχεῖα, καὶ οὐκ ἐπιστητὰ τὰ στοιχεῖα. Ἔστωσαν γὰρ αἱ μὲν ἐν τῇ φωνῇ συλλαβαὶ οὐσίαι, τὰ δὲ στοιχεῖα αὐτῶν
 25 στοιχεῖα τῶν οὐσιῶν· ἀνάγκη δὴ τὸ ΒΑ ἐν εἶναι καὶ ἐκάστην τῶν συλλαβῶν μίαν, εἴπερ μὴ καθόλου καὶ τῶ εἶδει αἱ αὐταί, ἀλλὰ μία ἐκάστη τῶ ἀριθμῶ καὶ τότε τι καὶ μὴ δμώνυμον, ἔτι δ' αὐτὸ ὃ ἔστιν ἐν ἕκαστον τιθέασιν. (3) Εἰ δ' αἱ συλλαβαί, οὕτω καὶ ἐξ ὧν εἰσὶν· οὐκ ἔσται ἄρα πλεῖον ἄλλα ενός, οὐδὲ τῶν ἄλλων στοιχείων οὐθὲν κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ὄνπερ οὐδὲ τῶν ἄλλων
 30 συλλαβῶν ἢ αὐτῇ ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ. Ἀλλὰ μὴν εἰ τοῦτο, οὐκ ἔσται παρὰ τὰ στοιχεῖα ἕτερα ὄντα, ἀλλὰ μόνον τὰ στοιχεῖα. Ἔτι δὲ οὐδ' ἐπιστητὰ τὰ στοιχεῖα· οὐ γὰρ καθόλου, ἢ δ' ἐπιστήμη τῶν καθόλου. (4) Δηλον δ' ἐκ τε τῶν ἀποδείξεων καὶ τῶν δρισμῶν· οὐ γὰρ γίνεται συλλογισμὸς ὅτι τότε τὸ τρίγωνον δύο ὀρθαῖς, εἰ μὴ πᾶν τρίγωνον δύο ὀρθαῖς, οὐδ' ὅτι ὀδὶ ὁ ἄνθρωπος ζῶον, εἰ μὴ πᾶς ἄνθρωπος ζῶον. (5) Ἀλλὰ μὴν εἴγε καθόλου αἱ ἀρχαὶ ἢ καὶ αἱ ἐκ τούτων οὐσίαι
 40 καθόλου, ἔσται μὴ οὐσία πρότερον οὐσίας· τὸ μὲν γὰρ καθόλου οὐκ οὐσία, τὸ δὲ στοιχεῖον καὶ ἢ ἀρχὴ καθόλου· πρότερον δὲ τὸ στοιχεῖον καὶ ἢ ἀρχὴ ὧν ἀρχὴ καὶ στοιχειῶν ἔστιν. (6) Ταῦτα τε δὴ πάντα συμβαίνει εὐλόγως, ὅταν ἐκ στοιχείων τε ποιῶσι τὰς ἰδέας καὶ
 50 παρὰ τὰς τὸ αὐτὸ εἶδος ἐχούσας οὐσίας καὶ ἰδέας ἐν τι ἀζιωσῶν εἶναι κευχωρισμένον. Εἰ δὲ μὴθὲν κωλύει ὥσπερ ἐπὶ τῶν τῆς φωνῆς στοιχείων πολλὰ εἶναι τὰ

Quod vero et iis qui dicunt ideas, et iis qui non dicunt, aliquam dubitationem habet, quod et a principio in dubitationibus dictum est prius, jam dicamus. Nam si quis substantias non ponat esse separatas, et hoc modo sicut entium singularia dicuntur, perimet substantiam, quemadmodum dicere volumus. Quodsi quis substantias separatas ponat, quomodo principia earum et elementa ponet? (2) Si singulare namque, et non universale, tot erunt entia, quot elementa, neque scibilia erunt elementa. Sint etenim syllabæ quidem, quæ in voce sunt, substantiæ; elementa vero earum, elementa substantiarum: necesse igitur est B A et unamquamque syllabarum unam esse, si non universaliter quidem et specie eadem, sed una numero unaquæque, et hoc quid, nec æquivocum; item, ipsum quod est unumquodque, unum ponunt. (3) Quodsi syllabæ, ita illa quoque, ex quibus sunt: non erunt igitur plura A quam unum, nec aliorum elementorum ullum secundum eandem rationem, secundum quam nec aliarum syllabarum eadem altera et altera. At vero si hoc, præter elementa non erunt alia entia, sed solum elementa. Item, nec erunt scibilia elementa, quum non sint universalialia, scientialia vero universalium sit. (4) Constat vero ex demonstrationibus ac definitionibus: non enim fit syllogismus, quod hic triangulus duobus rectis æqualis, nisi quod omnis duobus rectis; nec quod hic homo animal, nisi quod omnis homo animal. (5) At vero si principia universalialia sunt, aut etiam substantiæ, quæ ex his fiunt, universales sunt, erit non substantia prior substantiâ. Universale namque non est substantia: elementum vero, et principium, universale est. Est autem elementum et principium, prius iis quibus principium et elementum est. (6) Hæc itaque omnia rationabiliter accidunt, tum quum ex elementis ideas faciunt, tum quum præter eas ideas substantiasque, quæ eandem speciem habent, unum quid separatum esse censent. Quodsi nihil prohibet, quemadmodum in vocis elementis multa A, multaque B esse, nihil

ἄλλα καὶ τὰ βῆτα καὶ μὴθὲν εἶναι παρὰ τὰ πολλὰ αὐτὸ ἄλλα καὶ αὐτὸ βῆτα, ἔσονται ἕνεκά γε τούτου ἄπειροι αἱ ὁμοίαι συλλαβαί. (7) Τὸ δὲ τὴν ἐπιστήμην εἶναι καθόλου πᾶσαν, ὥστε ἀναγκαῖον εἶναι καὶ τὰς τῶν ὄντων ἀρχὰς καθόλου εἶναι καὶ μὴ οὐσίας χειρισμένας, ἔχει μὲν μάλιστα ἀπορίαν τῶν λεγόντων, οὐ μὴν ἀλλ' ἔστι μὲν ὡς ἀληθές τὸ λεγόμενον, ἔστι δ' ὡς οὐκ ἀληθές. Ἡ γὰρ ἐπιστήμη, ὥσπερ καὶ τὸ ἐπίστασθαι, ζιττῶν, ὣν τὸ μὲν δυνάμει, τὸ δὲ ἐνεργείᾳ. (8) Ἡ μὲν οὖν δύναμις ὡς ὕλη (τοῦ) καθόλου οὐσα καὶ ἀόριστος τοῦ καθόλου καὶ ἀόριστου ἐστίν, ἡ δ' ἐνεργεία ὀρισμένη καὶ ὀρισμένου τῶδε τι οὐσα τοῦδὲ τινος. Ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς ἡ ὄψις τὸ καθόλου χρῶμα ὄρα, ὅτι τῶδε τὸ χρῶμα δ' ὄρα χροῖά ἐστιν, καὶ δ' θεωρεῖ δ' γραμματικός, τῶδε τὸ ἄλλα ἄλλα· ἐπεὶ ἐὶ ἀνάγκη τὰς ἀρχὰς καθόλου εἶναι, ἀνάγκη καὶ τὰ ἐκ τούτων καθόλου, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀποδείξεων. Εἰ δὲ τούτο, οὐκ ἔσται χωριστὸν οὐθὲν οὐδ' οὐσία. Ἀλλὰ δῆλον ὅτι ἔστι μὲν ὡς ἡ ἐπιστήμη καθόλου, ἔστι δ' ὡς οὐ.

que præter multa ipsa A ipsaque B esse, erunt ob hoc infinitæ similes syllabæ. (7) Quod autem omnis scientia universalium sit, adeo ut necesse sit, tum entium principia universalia esse, tum non esse separatas substantias, hoc plus quam alia prædicta maxime dubitationem habet : at quodam quidem modo verum, quod dicitur, est ; quodam autem modo non verum. Scientia namque, sicut et ipsum scire, duplex est : quorum aliud potentiâ, aliud actu est. (8) Potentia igitur, quum sit tanquam materia universalis ac indefinita, universalis indefinitique est ; actus vero determinatus, et determinati, quum hoc quid, huiusque alicujus sit. Verum per accidens videt visus colorem universalem, eo quod hic color, quem videt, color est ; et quod grammaticus speculatur, hoc alpha, alpha est. Nam si necesse est principia universalia esse, necesse est ea quoque, quæ ex his sunt, universalia esse, quemadmodum in demonstrationibus est : quod quidem si ita est, nihil erit separatum, neque substantia. Sed constat quod quodam modo quidem scientia universalis est, quodam modo autem minime.

LIBER XIII.

CAP. I.

20 Περὶ μὲν οὖν τῆς οὐσίας ταύτης εἰρήσθω τσαῦτα, πάντες δὲ ποιῶσι τὰς ἀρχὰς ἐναντίας, ὥσπερ ἐν τοῖς φυσικοῖς, καὶ περὶ τὰς ἀκινήτους οὐσίας ὁμοίως. Εἰ δὲ τῆς τῶν ἀπάντων ἀρχῆς μὴ ἐνδέχεται πρότερόν τι εἶναι, ἀδύνατον ἂν εἴη τὴν ἀρχὴν ἕτερόν τι οὐσαν εἶναι 25 ἀρχὴν, ὅσον εἴ τις λέγοι τὸ λευκὸν ἀρχὴν εἶναι οὐχ ἢ ἕτερον ἀλλ' ἢ λευκόν, εἶναι μέντοι καθ' ὑποκειμένου, καὶ ἕτερόν τι ὄν λευκὸν εἶναι· ἐκεῖνο γὰρ πρότερον ἔσται. (2) Ἀλλὰ μὴ γίγνεται πάντα ἐξ ἐναντίων ὡς ὑποκειμένου τινός· ἀνάγκη ἄρα μάλιστα τοῖς ἐναντίοις 30 τοῦθ' ὑπάρχειν. Ἄει ἀρα πάντα τὰναντία καθ' ὑποκειμένου, καὶ οὐθὲν χωριστόν. Ἄλλ' ὥσπερ καὶ φαίνεται, οὐθὲν οὐσία ἐναντίον, καὶ ὁ λόγος μαρτυρεῖ. Οὐθὲν ἄρα τῶν ἐναντίων κυρίως ἀρχὴ πάντων ἀλλ' ἕτερα. (3) Οἱ δὲ τὸ ἕτερον τῶν ἐναντίων ὕλην ποιῶσιν, οἱ μὲν τῷ ἐνὶ τῷ ἴσῳ τὸ ἄνισον, ὡς τοῦτο τὴν τοῦ 35 πλήθους οὐσαν φύσιν, οἱ δὲ τῷ ἐνὶ τὸ πλῆθος. Ἐννῶνται γὰρ οἱ ἀριθμοὶ τοῖς μὲν ἐκ τῆς τοῦ ἀνίτου δυάδος τοῦ μεγάλου καὶ μικροῦ, τῷ δ' ἐκ τοῦ πλῆθους, ὑπὸ τῆς τοῦ ἐνός ἐξ οὐσίας ἀμφοῖν· καὶ γὰρ ὁ τὸ ἄνισον καὶ 40 ἐν λέγων τὰ στοιχεῖα, τὸ δ' ἄνισον ἐκ μεγάλου καὶ μικροῦ δυάδα, ὡς ἐν ὄντα τὸ ἄνισον καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν λέγει, καὶ οὐ διορίζει ὅτι λόγῳ ἀριθμῷ δ' οὐ. (4) Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς ἀρχὰς ἄς στοιχεῖα καλοῦσιν, οὐ καλῶς ἀποδιδοῦσιν, οἱ μὲν τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν λέγοντες μετὰ τοῦ ἐνός, τρία ταῦτα στοιχεῖα τῶν ἀριθμῶν, τὰ μὲν δύο ὕλην, τὸ δ' ἐν τὴν μορφήν, οἱ δὲ τὸ πολὺ καὶ ὀλίγον, ὅτι τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν μεγέθους οἰκειότερα τὴν φύσιν, οἱ δὲ τὸ καθόλου μάλλον ἐπὶ τούτων τὸ ὑπερέχον καὶ τὸ ὑπερχόμενον. (5) Διαφέρει

De hac itaque *dubitatione* tot dicta sint. Omnes vero, quemadmodum in naturalibus, similiter etiam circa immobiles substantias, principia contraria faciunt. Si autem omnium rerum principio non potest prius aliquid esse, impossibile erit profecto principium aliquid aliud existens, principium esse : veluti si quis dicat album esse principium, non prout aliud, sed prout album, esse tamen in subjecto, et aliquid aliud existens, album esse : illud enim sane prius erit. (2) At vero cuncta ex contrariis fiunt, tanquam quodam subjecto. Necesse ergo est, maxime hoc contrariis inesse. Semper igitur cuncta contraria de subjecto sunt, et nullum est separabile. Ceterum, quemadmodum et apparet, et ratio testatur, nihil substantiæ contrarium est : nullum ergo contrariorum omnium proprie principium est, sed alterum est. (3) Quidam vero alterum contrariorum materiam faciunt ; quidam, uni scilicet æquali inæquale, quasi hoc natura multitudinis sit ; quidam, uni multitudinem. Generantur enim numeri a quibusdam ex dualitate inæqualis, magno ac parvo ; a quodam ex dualitate : ambobus tamen ab substantia unius. Etenim qui inæquale et unum dicit elementa, inæquale vero ex magno et parvo dualitatem, tanquam unum sint, inæquale et magnum et parvum dicit, nec determinat quod ratione, numero vero minime. (4) At vero principia etiam, quæ elementa vocant, non bene assignant, quum quidam magnum et parvum pariter cum uno, hæc tria numerorum elementa dicunt, duo quidem materiam, unum vero formam ; quidam vero multum et paucum : quia magnum et parvum magnitudini magis secundum naturam peculiariora sunt ; alii autem, quod magis universale in his, excedens et excessum. (5) At nullum istorum aliquid dif-

δὲ τούτων οὐθὲν ὡς εἰπεῖν πρὸς ἓνα τῶν συμβαινόντων, ἀλλὰ πρὸς τὰς λογικὰς μόνον δυσχερείας, ἅς φυλάττονται διὰ τὸ καὶ αὐτοὶ λογικὰς φέρειν τὰς ἀποδείξεις. Πλὴν τοῦ αὐτοῦ γελόγου ἐστὶ τὸ ὑπερέχον καὶ τὸ ὑπερ-
 5 ἐχόμενον εἶναι ἀρχὰς ἀλλὰ μὴ τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν, καὶ τὸν ἀριθμὸν πρότερον τῆς δυνάδεω ἐκ τῶν στοιχειῶν-καθόλου γὰρ ἀμφοτέρω μᾶλλον ἐστίν. Νῦν δὲ τὸ μὲν λέγουσι τὸ δ' οὐ λέγουσιν. (6) Οἱ δὲ τὸ ἕτερον καὶ τὸ ἄλλο πρὸς τὸ ἐν ἀντιτιθεάσιν, οἱ δὲ πλῆθος καὶ τὸ ἐν.
 10 Εἰ δ' ἐστίν, ὡς περ βούλονται, τὰ ὄντα ἐξ ἐναντίων, τῷ δὲ ἐνὶ ἢ οὐθὲν ἐναντίον, ἢ εἰπερ ἄρα μέλλει, τὸ πλῆθος, τὸ δ' ἀνίσον τῷ ἴσῳ καὶ τὸ ἕτερον τῷ ταύτῳ καὶ τὸ ἄλλο αὐτῷ, μάλιστα μὲν οἱ τὸ ἐν τῷ πλῆθει ἀντιτιθέντες ἔχονται τινος δόξης, οὐ μὴν οὐδ' οὗτοι ἱκανῶς.
 15 ἔσται γὰρ τὸ ἐν ὀλίγον· πλῆθος μὲν γὰρ ὀλιγότῳ, τὸ δὲ πολλὸν τῷ ὀλίγῳ ἀντίκειται. (7) Τὸ δ' ἐν ὅτι μέτρον σημαίνει, φανερόν. Καὶ ἐν παντὶ ἐστὶ τι ἕτερον ὑποκείμενον, ὅσον ἐν ἀρμονίᾳ δίσσις, ἐν δὲ μεγέθει δάκτυλος ἢ πὺξ ἢ τι τοιούτων, ἐν δὲ βῦμοις βᾶσις ἢ συλλαβὴ· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν βάρει σταθμὸς τις ὀρισμένως ἐστίν· καὶ κατὰ πάντων δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐν μὲν τοῖς ποιοῖς ποῖόν τι, ἐν δὲ τοῖς ποσοῖς ποσόν τι. Καὶ ἀδιείρητον τὸ μέτρον, τὸ μὲν κατὰ τὸ εἶδος, τὸ δὲ πρὸς τὴν αἴσθησιν, ὡς οὐκ ὄντος τινὸς τὸ ἐνὸς καθ' αὐτὸ
 20 οὐσίας. (8) Καὶ τοῦτο κατὰ λόγον· σημαίνει γὰρ τὸ ἐν ὅτι μέτρον πλῆθος τινός, καὶ δ' ἀριθμὸς ὅτι πλῆθος μεμετρημένον καὶ πλῆθος μέτρων. Διὸ καὶ εὐλόγως οὐκ ἐστὶ τὸ ἐν ἀριθμὸς· οὐδὲ γὰρ τὸ μέτρον μέτρα, ἀλλ' ἀρχὴ καὶ τὸ μέτρον καὶ τὸ ἐν. Δεῖ δὲ αἰεὶ τὸ αὐτὸ τι ὑπάρχειν πᾶσι τὸ μέτρον, ὅσον εἰ ἵππος τὸ μέτρον, ἵππος, καὶ εἰ ἄνθρωπος, ἄνθρωπος· εἰ δ' ἄνθρωπος καὶ ἵππος καὶ θεός, ζῷον ἴσως, καὶ δ' ἀριθμὸς αὐτῶν ἔσται ζῷον· εἰ δ' ἄνθρωπος καὶ λευκὸν καὶ βαδίζον, ἥκιστα μὲν ἀριθμὸς τούτων διὰ τὸ ταύτῳ πάνθ' ὑπάρ-
 35 χειν καὶ ἐνὶ κατὰ τὸν ἀριθμὸν, ὅμως δὲ γενῶν ἔσται δ' ἀριθμὸς δ' τούτων, ἢ τινος ἄλλης τοιαύτης προσηγορίας. (9) Οἱ δὲ τὸ ἀνίσον ὡς ἐν τι, τὴν δυνάδα δὲ ἀόριστον ποιοῦντες μεγάλου καὶ μικροῦ, πόρρω λίαν τῶν δοκούντων καὶ δυνατῶν λέγουσιν· πάθη τε γὰρ ταῦτα
 40 καὶ συμβεβηκότα μᾶλλον ἢ ὑποκείμενα τοῖς ἀριθμοῖς καὶ τοῖς μεγεθεσὶν ἐστί, τὸ πολλὸν καὶ ὀλίγον ἀριθμοῦ, καὶ μέγα καὶ μικρὸν μεγέθους, ὡς περ ἄρτιον καὶ περιττόν, καὶ λείον καὶ τραγύ, καὶ εὐθὺ καὶ καμπύλον.
 (10) Ἐτι δὲ πρὸς ταύτῃ τῇ ἀμαρτίᾳ καὶ πρὸς τὴν ἀνάγκη
 45 εἶναι τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν καὶ ὅσα τοιαῦτα· τὸ δὲ πρὸς τι πάντων ἥκιστα φύσις τις ἢ οὐσία τῶν κατηγοριῶν ἐστὶ, καὶ ὑστέρω τοῦ ποιοῦ καὶ ποσοῦ· καὶ πάθος τι τοῦ ποσοῦ τὸ πρὸς τι, ὡς περ ἐλέχθη, ἀλλ' οὐχ ὕλη, εἰ τι ἕτερον καὶ τῷ ὅλως κοινῶ πρὸς τι καὶ τοῖς
 50 μέρεσιν αὐτοῦ καὶ εἰδεσιν. Οὐθὲν γὰρ ἐστίν οὔτε μέγα οὔτε μικρόν, οὔτε πολλὸν οὔτε ὀλίγον, οὐθ' ὅλως πρὸς τι, δ' οὐχ ἕτερον τι ὄν πολλὸν ἢ ὀλίγον ἢ μέγα ἢ μικρὸν ἢ πρὸς τι ἐστίν. (11) Σημεῖον δ' ὅτι ἥκιστα οὐσία τις καὶ ὄν τι τὸ πρὸς τι τὸ μόνον μὴ εἶναι γένεσιν αὐτοῦ μηδὲ φθο-

fert (ut ita dicam) quoad quædam eorum quæ accidunt, nisi ad logicas tantum difficultates, a quibus cavent, propterea quod alii quoque logicas afferunt demonstrationes. Ejusdem tamen rationis est excedens et excessum, at non magnum et parvum, principia esse, ac numerum dualitate priorem ex elementis ponere: ambo namque magis universalis sunt. At nunc illud quidem dicunt, hoc vero minime. (6) Quidam vero alterum, et aliud, ad unum opponunt; alii autem multitudinem et unum. Si igitur entia (ut volunt) ex contrariis sunt, uni vero aut nihil contrarium, aut, si quidem est, multitudo est, inæquale vero æquali, et alterum eidem, atque aliud ipsi: maxime quidem illi qui unum opponunt multitudini, aliqua specie veritatis nituntur; neque tamen vel hi sufficienter. Unum etenim tum erit paucum, quandoquidem multitudo paucitati, multum vero paucio opponitur. (7) Unum vero quod mensuram significet, manifestum est. Ac in cunctis est aliquid aliud suppositum, veluti in harmonia, diesis; in magnitudine, digitus, aut pes, aut aliquid simile; et in rhythmis, gradus, aut syllaba; similiter in gravitate, pondus aliquod determinatum est: ac eodem modo de omnibus, in qualitatibus, quale quid; in quantitatibus, quantum quid. Mensura enim est indivisibile, quædam secundum speciem, quædam secundum sensum, tanquam unum non sit aliqua per se substantia. (8) Et hoc rationabiliter: unum namque significat quod mensura cujusdam multitudinis est: ac numerus, multitudo mensurata, et multitudo mensurarum. Quare rationabiliter unum non est numerus: neque enim mensura, mensuræ; verum tam mensura quam unum principium est. Oportet autem ut mensura semper idem cum omnibus sit: veluti si sint equi, equus mensura; si homines, homo. Quodsi homo et equus ac Deus, animal fortassis, et numerus eorum animalia erit. Si autem homo et alium ambulans, minime quidem horum numerus est, eo quod eadem unique secundum numerum omnia insunt: at tamen numerus horum generum erit, aut alicujus alius similis appellationis. (9) Qui vero inæquale ut unum quid, dualitatem autem indeterminatam ex magno parvoque faciunt, vehementer longe tum ab apparentibus tum a possibilibus dicunt. Passiones namque magis hæc, et accidentia, quam subjecta numeris et magnitudinibus sunt. Multum namque et paucum numeri, ac magnum et parvum magnitudinis, sicuti par et impar, læve et asperum, rectum et curvum. (10) Præterea ad hunc errorem accedit quod necesse est, magnum et parvum, et quæcumque similia, ad aliquid (relativa) esse. Ad aliquid vero, minime prædicamentorum omnium natura quædam aut substantia est; ac posterior tum quali, tum quanto; et quædam quanti passio est Ad aliquid, ut dictum est, sed non materia, si quid aliud omnino communi ad aliquid est, partibusque ejus et speciebus. Nihil enim est nec magnum, nec parvum, nec multum, nec paucum, nec omnino ad aliquid, quod non aliquid aliud existens, multum aut paucum, aut magnum aut parvum, aut ad aliquid est. (11) Quod autem Ad aliquid, minime aliqua substantia, aut ens aliquod sit, signum est, quod ejus solum non est generatio, neque coc-

ρην μηδὲ κίνησιν, ὥσπερ κατὰ τὸ ποσὸν αὐξήσις καὶ φθίσις, κατὰ τὸ ποιὸν ἀλλοίωσις, κατὰ τόπον φορά, κατὰ τὴν οὐσίαν ἢ ἀπλῆ γένεσις καὶ φθορά. Ἄλλ' οὐ κατὰ τὸ πρὸς τι· ἀνευ γὰρ τοῦ κινήθῃναι ὅτε μὲν μειζον ὅτε δὲ ἕλαττον ἢ ἴσον ἔσται θατέρου κινήθέντος κατὰ τὸ ποσόν. (12) Ἀνάγκη τε ἐκάστου ὕλην εἶναι τὸ δυνάμει τοιοῦτον, ὥστε καὶ οὐσίας· τὸ δὲ πρὸς τι οὔτε δυνάμει οὐσία οὔτε ἐνεργεία. Ἄτοπον οὖν, μᾶλλον δὲ ἀδύνατον, τὸ οὐσίας μὴ οὐσίαν ποιεῖν στοιχείον καὶ 10 πρότερον· ὕστερον γὰρ πᾶσαι αἱ κατηγορίαι. (13) Ἔτι δὲ τὰ στοιχεῖα οὐ κατηγορεῖται καθ' ὧν στοιχεῖα, τὸ δὲ πολλὸν καὶ ὀλίγον καὶ χωρὶς καὶ ἅμα κατηγορεῖται ἀριθμοῦ, καὶ τὸ μακρὸν καὶ τὸ βραχὺ γραμμῆς, καὶ ἐπίπεδόν ἔστι καὶ πλατὺ καὶ στενόν. Εἰ δὲ ὅη καὶ ἔστι τι 15 πληθὺς οὗ τὸ μὲν αἰεὶ ὀλίγον, ὅσον ἡ δυάς (εἰ γὰρ πολὺ, τὸ ἐν ἂν ὀλίγον εἴη), καὶ πολλὸν ἀπλῶς εἴη, ὅσον ἡ δεκάς πολὺ, (καὶ) εἰ ταύτης μὴ ἔστι πλεῖον, ἢ τὰ μύρια. (14) Πῶς οὖν ἔσται οὕτως ἐξ ὀλίγου καὶ πολλοῦ ὁ ἀριθμῶς; ἢ γὰρ ἄμφω ἔδει κατηγορεῖσθαι ἢ μηδέτερον· νῦν 20 δὲ τὸ ἕτερον μόνον κατηγορεῖται.

ruptio, neque motus, quemadmodum secundum quantum est augmentatio et diminutio; secundum quale, alteratio; secundum locum, latio; secundum substantiam, simplex generatio et corruptio. At secundum Ad aliquid, minime. Absque enim quod moveatur, quandoque majus, quandoque minus, aut æquale erit, alterum secundum quantum moto. (12) Necessesse item est cujusque materiam esse, quod potentiâ tale est: quare etiam substantiæ est. Ad aliquid vero, neque potentiâ neque actu substantia est. Inconveniens itaque est, imo impossibile, substantiæ elementum facere non-substantiam, ac prius. Posteriora namque omnia prædicamenta sunt. (13) Item, elementa non prædicantur de iis quorum elementa sunt. Multum vero et paucum, seorsum et simul, prædicatur de numero, ac longum et breve, de linea, planumque et latum et strictum est. Quodsi qua multitudo est, cujus semper ipsum paucum sit, ut dualitas (nam si ea multum sit, unum profecto paucum erit), etiam multum simpliciter erit, veluti denarius multum, si eo nullum majorem esse statuunt, vel denique dena millia. (14) Quo igitur modo ita ex paucis multoque numerus erit? Aut enim ambo prædicari oportebat, aut neutrum: nunc vero alterum tantum prædicatur.

CAP. II.

Ἄπλως δὲ δεῖ σκοπεῖν, ἄρα δυνατόν τὰ αἰδία ἐκ στοιχείων συγκεῖσθαι; ὕλην γὰρ ἔξει· σύνθετον γὰρ πᾶν τὸ ἐκ στοιχείων. Εἰ τοίνυν ἀνάγκη, ἐξ οὗ ἔστιν, εἰ καὶ αἰεὶ ἔστι καὶ ἐν ἐγένετο, ἐκ τούτου γίνεσθαι, γίνε- 20 ται δὲ πᾶν ἐκ τοῦ δυνάμει ὄντος τοῦτο ὃ γίνεται (οὐ γὰρ ἂν ἐγίνετο ἐκ τοῦ ἀδυνάτου οὐδὲ ἦν), τὸ δὲ δυνατόν ἐνδέχεται καὶ ἐνεργεῖν καὶ μὴ, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα αἰεὶ ἔστιν ὁ ἀριθμῶς ἢ ὅτι οὐκ ἄλλο ὕλην ἔχον, ἐνδέχοιτ' ἂν μὴ εἶναι, ὥσπερ καὶ τὸ μίαν ἡμέραν ἔχον καὶ τὸ 30 ὅποσαοῦν ἔτη· εἰ δ' οὕτω, καὶ τὸ τοσοῦτον χρόνον οὗ μὴ ἔστι πέρας. (2) Οὐκ ἂν τοίνυν εἴη αἰδία, εἴπερ μὴ αἰδίων τὸ ἐνδεχόμενον μὴ εἶναι, καθάπερ ἐν ἄλλοις λόγοις συνέβη πραγματευθῆναι. Εἰ δ' ἔστι τὸ λεγόμενον νῦν ἀληθὲς καθόλου, ὅτι οὐδεμία ἔστιν αἰδία οὐσία 35 ἐάν μὴ ἢ ἐνεργεία, τὰ δὲ στοιχεῖα ὕλη τῆς οὐσίας, οὐδεμιᾶς ἂν εἴη αἰδίου οὐσίας στοιχεῖα ἐξ ὧν ἔστιν ἐνυπαρχόντων. (3) Εἰσὶ δὲ τινες οἱ δυάδα μὲν ἀόριστον ποιοῦσι τὸ μετὰ τοῦ ἐνὸς στοιχείον, τὸ δ' ἄριστον δυσχεραίνουσιν εὐλόγως διὰ τὰ συμβαίνοντα ἀδύνατα· οἷς 40 τοσαῦτα μόνον ἀφῆρηται τῶν δυσχερῶν, ὅσα διὰ τὸ ποιεῖν τὸ ἄριστον καὶ τὸ πρὸς τι στοιχεῖον ἀναγκαῖα συμβαίνει τοῖς λέγουσιν· ὅσα δὲ χωρὶς ταύτης τῆς δόξης, ταῦτα κάκεινοις ὑπάρχειν ἀναγκαῖον, ἐάν τε τὸν εἰδη- 45 τικὸν ἀριθμὸν ἐξ αὐτῶν ποιῶσιν, ἐάν τε τὸν μαθημα- 45 τικόν. (4) Πολλὰ μὲν οὖν τὰ αἰτία τῆς ἐπὶ ταῦτας τὰς αἰτίας ἔκτροπῆς, μάλιστα δὲ τὸ ἀπορῆσαι ἀρχαίως. Ἔδοξε γὰρ αὐτοῖς πάντ' ἔσεσθαι ἐν τὰ ὄντα, αὐτὸ τὸ ὄν, εἰ μὴ τις λύσει καὶ ὁμοσε βαδιεῖται τῷ Παρμενίδου λόγῳ

οὐ γὰρ μήποτε τοῦτο θαξ εἶναι μὴ ἔόντα,

50 ἀλλ' ἀνάγκην εἶναι τὸ μὴ ὄν δεῖξαι ὅτι ἔστιν· οὕτω γὰρ ἐκ τοῦ ὄντος καὶ ἄλλου τινὸς τὰ ὄντα ἔσεσθαι, εἰ πολλὰ

Considerandum autem est simpliciter, utrum possibile sit, æterna ex elementis componi: materiam namque habebunt. Omne namque, quod ex elementis est, compositum est. Si itaque necesse sit, ex quo quid est, sive semper sit, sive factum sit, ex hoc fieri, omne vero fiat ex eo, quod potentiâ est id quod fit (nec enim ex impossibili factum fuisset, nec esset); quod vero possibile est, contingit ut et agat, et non, etiamsi (quammaxime semper sit aut numerus aut quodcumque aliud materiam habens: contingat profecto non esse, haud secus et quod unum diem habet, et quod annos quocumque: si vero sic, etiam per tempus tantum, cujus non est terminus. (2) Non erunt ergo æterna; siquidem quod contingit non esse, non est æternum, quemadmodum in aliis libris tractatum est. Quodsi verum universaliter est quod nunc dicitur, nullam substantiam æternam esse, si non sit actu, elementa vero materia substantiæ sint: nullius profecto æternæ substantiæ elementa erunt, ex quibus inexistens fit. (3) Sunt autem quidam, qui dualitatem quidem indeterminatam una cum uno faciunt elementum; inæquale vero haud ab re spernunt, propter impossibilia, quæ eveniunt, a quibus tot solum de difficultatibus ademptæ sunt, quocumque necesse est illis accidere, qui inæquale et Ad aliquid faciunt elementum: quocumque vero præter hanc opinionem sunt, has illis quoque necesse est accidere, sive idealem numerum sive mathematicum ex eis faciunt. (4) Multæ igitur causæ sunt, quare in has causas delapsi sunt; maxime vero ea quæ ex antiquitate dubitatio venit. Videbatur namque eis omnia entia fore unum, scilicet ipsum ens, nisi quis solutionem afferat et obsistat Parmenidis rationi:

Nunquam enim hoc noscas, esse non ens;

verum necesse esse ostendere, quod non-ens sit. Hoc namque modo ex ente et aliquo alio entia fore, si multa

ἐστιν. (6) Καίτοι πρῶτον μὲν, εἰ τὸ ὄν πολλαχῶς (τὸ μὲν γὰρ ὅτι οὐσίαν σημαίνει, τὸ δ' ὅτι ποιόν, τὸ δ' ὅτι ποσόν, καὶ τὰς ἄλλας δὴ κατηγορίας), ποῖα οὖν τὰ ὄντα πάντα ἐν, εἰ μὴ τὸ μὴ ὄν ἔσται; πότερον αἱ οὐσίαι ἢ τὰ πάθη καὶ τὰ ἄλλα δὴ ὁμοίως ἢ ἅπαντα, καὶ ἔσται ἐν τὸ τότε καὶ τὸ τοιονδε καὶ τὸ τουσόνδε καὶ τᾶλλα ὅσα ὄν τι σημαίνει; Ἄλλ' ἄτοπον, μᾶλλον δὲ ἀδύνατον, τὸ μίαν φύσιν τινὰ γενομένην αἰτίαν εἶναι τοῦ τοῦ ὄντος τὸ μὲν τότε εἶναι, τὸ δὲ τοιονδε, τὸ δὲ τουσόνδε, τὸ δὲ ποῦ. (8) Ἐπειτα ἐκ ποίου μὴ ὄντος καὶ ὄντος τὰ ὄντα; πολλαχῶς γὰρ καὶ τὸ μὴ ὄν, ἐπειδὴ καὶ τὸ ὄν· καὶ τὸ μὲν μὴ ἀνθρώπων σημαίνει τὸ μὴ εἶναι τοδί, τὸ δὲ μὴ εὐθὺ τὸ μὴ εἶναι τοιονδί, τὸ δὲ μὴ τρίπληχου τὸ μὴ εἶναι τουσόνδι. (7) Ἐκ ποίου οὖν ὄντος καὶ μὴ ὄντος πολλὰ τὰ ὄντα; βούλεται μὲν δὴ τὸ ψευδός καὶ ταύτην τὴν φύσιν λέγει τὸ οὐκ ὄν, ἐξ ὅθ' καὶ τοῦ ὄντος πολλὰ τὰ ὄντα. Διὸ καὶ ἐλέγετο ὅτι δεῖ ψευδός τι υποθεσθαι, ὥσπερ καὶ οἱ γεωμέτραι τὸ ποδιαίαν εἶναι τὴν μὴ ποδιαίαν. (8) Ἀδύνατον δὲ ταῦθ' οὕτως ἔχειν. Οὔτε γὰρ οἱ γεωμέτραι ψευδός οὐθὲν υποτίθενται (οὐ γὰρ ἐν τῷ συλλογισμῷ ἢ πρότασις), οὐτ' ἐκ τοῦ οὕτω μὴ ὄντος τὰ ὄντα γίνεταί οὐδὲ φθείρεται· ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ μὲν κατὰ τὰς πτώσεις μὴ ὄν ἰσαχῶς ταῖς κατηγορίαις λέγεται, παρὰ τοῦτο δὲ τὸ ὄν ψευδός λέγεται μὴ ὄν καὶ τὸ κατὰ δύναμιν, ἐκ τούτου ἡ γένεσις ἐστίν, ἐκ τοῦ μὴ ἀνθρώπου δυνάμει δὲ ἀνθρώπου ἀνθρώπος, καὶ ἐκ τοῦ μὴ λευκοῦ λευκόν, ὁμοίως ἕαν τε ἐν τι γίνεταί ἕαν τε πολλὰ. (9) Φαίνεται δὲ ἡ ζήτησις πῶς πολλὰ τὸ ὄν τὸ κατὰ τὰς οὐσίας λεγόμενον· ἀριθμοὶ γὰρ καὶ μήκη καὶ σίματα τὰ γεννώμενά ἐστιν. Ἄτοπον δὴ τὸ ὅπως μὲν πολλὰ τὸ ὄν τὸ τί ἐστι ζητῆσαι, πῶς δὲ ἡ ποῖα ἢ ποσὰ, μὴ. Οὐ γὰρ δὴ ἡ οὐκ ἢ ἀόριστος αἰτία οὐδὲ τὸ μέγα καὶ τὸ μικρόν τοῦ δύο λευκὰ ἢ πολλὰ εἶναι χρώματα ἢ χυμοὺς ἢ σχήματα· ἀριθμοὶ γὰρ ἂν καὶ ταῦτα ἦσαν καὶ μονάδες. (10) Ἀλλὰ μὴν εἴ γε ταῦτ' ἐπηλήθον, εἶδον ἂν τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐν ἐκείνοις· τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ τὸ ἀνάλογον αἴτιον. Αὕτη γὰρ ἡ παρέχθαι αἰτία καὶ τοῦ τὸ ἀντικείμενον ζητούμενος τῷ ὄντι καὶ τῷ ἐνί, ἐξ ὅθ' καὶ τούτων τὰ ὄντα, τὸ πρὸς τι καὶ τὸ ἀνίσον υποθεῖναι, ὃ οὐτ' ἐναντίον οὐτ' ἀπόφασις ἐκείνων, μία τε φύσις τῶν ὄντων ὥσπερ καὶ τὸ τί καὶ τὸ ποιόν. (11) Καὶ ζητεῖν ἔδει καὶ τοῦτο, πῶς πολλὰ τὰ πρὸς τι ἀλλ' οὐχ ἐν. Νῦν δὲ πῶς μὲν πολλὰ μονάδες παρὰ τὸ πρῶτον ἐν ζητεῖται, πῶς δὲ πολλὰ ἀνίσον παρὰ τὸ ἀνίσον οὐκ ἔτι. Καίτοι χρῶνται καὶ λέγουσι μέγα μικρόν, πολὺ ὀλίγον, ἐξ ὧν οἱ ἀριθμοὶ, μακρὸν βραχύ, ἐξ ὧν τὸ μῆκος, πλατὺ στενόν, ἐξ ὧν τὸ ἐπίπεδον, βαθύ ταπεινόν, ἐξ ὧν οἱ ὄγκοι· καὶ ἐτι δὴ πλείω εἶδη λέγουσι τοῦ πρὸς τι. Τούτοις δὴ τί αἰτίον τοῦ πολλὰ εἶναι; (12) Ἀνάγκη μὲν οὖν, ὥσπερ λέγομεν, υποθεῖναι τὸ δυνάμει ὄν ἐκάστῳ· τοῦτο δὲ προσυπερφηγῆτο δὲ ταῦτα λέγων, τί τὸ δυνάμει τότε καὶ οὐσία, μὴ ὄν δὲ καὶ αὐτό, ὅτι τὸ πρὸς τι, ὥσπερ εἰ εἶπε τὸ ποιόν, ὃ οὐτε δυνάμει ἐστὶ τὸ ἐν ἢ τὸ ὄν, οὐτε ἀπόφασις

sunt. (5) Atqui primum quidem, si ens multipliciter dicitur (quoddam enim, quia substantiam significat; quoddam, quia quale; quoddam, quia quantum; et reliqua sane prædicamenta), qualia igitur omnia entia erunt unum, si non erit non-ens? utrum substantiæ, an passiones, et reliqua sane similiter, an cuncta, et erit unum hoc, et tale, et tantum, et alia quæcumque ens aliquid significant? At inconueniens est, imo vero impossibile, unam aliquam naturam factam esse causam quod entis sit quoddam hoc, quoddam tale, quoddam tantum, quoddam vero ubi. (6) Deinde ex quali non-ente ac ente entia? Multipliciter enim dicitur etiam non ens, quippe ens quoque. Etenim quod non-hominem significat, non esse hoc; quod non-rectum autem, non esse tale; quod non-tricubitum vero, non esse tantum. (7) Ex quali igitur ente et non-ente, multa entia erunt? Vult itaque falsum, et hanc naturam non-ens dicit, ex quo et ente multa entia. Quare dicebatur oportere aliquid falsum supponere, quemadmodum geometræ pedalem esse, quæ non sit pedalis. (8) At impossibile est hæc ita se habere. Neque enim geometræ ullum supponitur falsum (non enim in syllogismo propositio est); neque entia fiunt ex ita non-ente, neque corrumpuntur: verum quoniam non-ens quod secundum casus dicitur, æque ac prædicamenta dicitur, præter hoc autem non-ens dicitur quod ut falsum, ac id quod secundum potentiam, ex hoc generatio est, ex non-homine, potentiâ vero homine, homo; et ex non-albo, potentiâ vero albo, album. Similiter, siue unum quilibet, siue multa fiant. (9) Apparet autem quæstio, quomodo ens, quod secundum substantias dicitur, multa sit, quum profecto numeri, longitudines, et corpora, ea sint, quæ generantur. Inconueniens itaque est, quomodo quidem ens, quod quid est, multa sit, quærerere, non autem quomodo, aut qualia, aut quanta. Non enim indeterminata dualitas, nec magnum et parvum, causa est ut duo alba, aut multi colores, aut sapes, aut figuræ sint. Numeri namque hæc etiam erant, ac unitates. (10) At vero si hæc considerassent, vidissent profecto, quid etiam in eis causæ est: idem enim siue proportionalitas causa est. Hæc enim aberratio causa est etiam, quod quærentes enti et uni oppositum, ex quo et his entia facerent, Ad aliquid et inæquale supponerent, quod neque contrarium, neque negatio illorum est, sed una natura entium, quemadmodum quid, et quale. (11) Oportebat igitur hoc etiam quærerere, quoniam modo Ad aliquid multa esset, et non unum. Nunc vero quo quidem modo multæ unitates sint præter primum unum, quæritur: quomodo vero multa inæqualia, præter primum inæquale, minime. Quanquam utuntur, et dicunt magnum, parvum, multum, paucum, ex quibus numeri; longum, breve, ex quibus longitudo; latum, strictum, ex quibus planum; profundum, humile, ex quibus moles; et plures præterea species ejus dicunt, quod ad aliquid est. Quid igitur his causæ est ut multa sint? (12) Necesse itaque est, quemadmodum dicimus, unicuique supponere potentiâ ens. Nam et ille qui hæc dixerat, hoc quoque addidit, quid sit hoc potentia, ens etiam substantia; non-ens autem per se ipsum, videlicet quia ad aliquid: ac si diceret, tale, quod neque potentia est unum aut ens, neque unius aut entis negatio est,

τοῦ ἐνός οὐδὲ τοῦ ὄντος, ἀλλ' ἐν τι τῶν ὄντων πολὺ τε
 μᾶλλον, ὡσπερ ἐλέχθη, εἰ ἐξήτει τὸ πῶς πολλὰ τὰ ὄντα,
 μὴ τὰ ἐν τῇ αὐτῇ κατηγορίᾳ ζητεῖν, πῶς πολλὰ οὐσίαι
 ἢ πολλὰ ποιὰ, ἀλλὰ πῶς πολλὰ τὰ ὄντα· τὰ μὲν γὰρ οὐ-
 5 σίαι, τὰ δὲ πάθη, τὰ δὲ πρὸς τι. (13) Ἐπὶ μένουσιν τῶν
 ἄλλων κατηγοριῶν ἔχει τινὰ καὶ ἄλλην ἐπίστασιν πῶς
 πολλὰ· διὰ γὰρ τὸ μὴ χωριστὰ εἶναι τῷ τὸ ὑποκείμενον
 πολλὰ γίνεσθαι καὶ εἶναι ποιὰ τε πολλὰ εἶναι καὶ ποσά.
 Καίτοι δεῖ γέ τινα εἶναι ὕλην ἐκάστῳ γένει· πλήν χω-
 10 ριστῆν ἀδύνατον τῶν οὐσιῶν. Ἄλλ' ἐπὶ τῶν τὸδε τι
 ἔχει τινὰ λόγον, πῶς πολλὰ τὸ τὸδε τι, εἰ μὴ τι ἔσται
 καὶ τὸδε τι καὶ φύσις τις τοιαύτη. Αὕτη δὲ ἐστὶν ἐκεί-
 θεν μᾶλλον ἢ ἀπορία, πῶς πολλὰί ἐνεργεῖα οὐσίαι ἀλλ'
 οὐ μία. (14) Ἀλλὰ μὴν καὶ εἰ μὴ ταῦτόν ἐστι τὸ τὸδε
 15 καὶ τὸ ποσόν, οὐ λέγεται πῶς καὶ διὰ τί πολλὰ τὰ ὄντα,
 ἀλλὰ πῶς ποσὰ πολλὰ. Ὅ γὰρ ἀριθμὸς πᾶς ποσόν τι
 σημαίνει· καὶ ἡ μονάς, εἰ μὴ μέτρον, ὅτι τὸ κατὰ τὸ
 ποσόν ἀδιαίρετον. Εἰ μὲν οὖν ἕτερον τὸ ποσόν καὶ τὸ
 τί ἐστίν, οὐ λέγεται τὸ τί ἐστίν ἐκ τίνος οὐδὲ πῶς πολλὰ·
 20 εἰ δὲ ταῦτό, πολλὰς ὑπομένει δὲ λέγων ἐναντιώσεις.
 (15) Ἐπιστήσεις δ' ἂν τις τὴν σκέψιν καὶ περὶ τῶν ἀρι-
 θμῶν πῶθεν δεῖ λαθεῖν τὴν πίστιν ὡς εἰσιν. Τῷ μὲν
 γὰρ ἰδέας τιθεμένῳ παρέχονται τιν' αἰτίαν τοῖς οὐσιν,
 εἴπερ ἕκαστος τῶν ἀριθμῶν ἰδέα τις, ἢ δ' ἰδέα τοῖς
 25 ἄλλοις αἰτία τοῦ εἶναι ὃν δὴ ποτε τρόπον ἔστω γὰρ
 ὑποκείμενον αὐτοῖς τοῦτο. (16) Τῷ δὲ τοῦτον μὲν τὸν
 τρόπον οὐκ οἰομένῳ διὰ τὸ τὰς ἐνούσας δυσχερείας ὄρᾶν
 περὶ τὰς ἰδέας, ὥστε διὰ γε ταῦτα μὴ ποιεῖν ἀριθμούς,
 ποιῶντι δὲ ἀριθμὸν τὸν μαθηματικόν, πῶθεν τε χρῆ
 30 πιστεῦσαι ὡς ἐστὶ τοιοῦτος ἀριθμὸς, καὶ τί τοῖς ἄλλοις
 χρήσιμος; οὐθενὸς γὰρ οὔτε φησὶν ὁ λέγων αὐτὸν εἶναι,
 ἀλλ' ὡς αὐτὴν τινα λέγει καθ' αὐτὴν φύσιν οὔσαν, οὔτε
 φαίνεται ὢν αἰτίος· τὰ γὰρ θεωρήματα τῶν ἀριθμητι-
 κῶν πάντα καὶ κατὰ τὸν αἰσθητῶν ὑπάρξει, καθάπερ
 35 ἐλέχθη.

CAP. III.

Οἱ μὲν οὖν τιθέμενοι τὰς ἰδέας εἶναι καὶ ἀριθμούς
 αὐτὰς εἶναι κατὰ τὸ ἐκθεσιν ἐκάστου παρὰ τὰ πολλὰ
 λαμβάνειν, τὸ ἐν τι ἕκαστον πειρῶνται γε λέγειν πῶς
 καὶ διὰ τί ἐστίν. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπεὶ οὔτε ἀναγκαῖα
 40 οὔτε δυνατὰ ταῦτα, οὐδὲ τὸν ἀριθμὸν διὰ γε ταῦτα
 εἶναι λεχτέον. (2) Οἱ δὲ Πυθαγόρειοι διὰ τὸ ὄρᾶν πολλὰ
 τῶν ἀριθμῶν πάθη ὑπάρχοντα τοῖς αἰσθητοῖς σώμασιν,
 εἶναι μὲν ἀριθμούς ἐποίησαν τὰ ὄντα, οὐ χωριστοὺς δέ,
 ἀλλ' ἐξ ἀριθμῶν τὰ ὄντα. Διὰ τί δέ; ὅτι τὰ πάθη τὰ
 45 τῶν ἀριθμῶν ἐν ἀρμονίᾳ ὑπάρχει καὶ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ
 ἐν πολλοῖς ἄλλοις. (3) Τοῖς δὲ τὸν μαθηματικόν μόνον
 λέγουσιν εἶναι ἀριθμὸν οὐδὲν τοιοῦτον ἐνδέχεται λέγειν
 κατὰ τὰς ὑποθέσεις, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔσονται αὐτῶν αἱ ἐπι-
 στήμαι ἐλέγετο. Ἡμεῖς δὲ φανερὸν εἶναι, καθάπερ
 50 εἴπομεν πρότερον. Καὶ ὅλον ὅτι οὐ κερῶρισται
 τὰ μαθηματικά· οὐ γὰρ ἂν κερῶρισμένον τὰ πάθη
 ὑπῆρχεν ἐν τοῖς σώμασιν. (4) Οἱ μὲν οὖν Πυθαγόρειοι

verum unum quid entium est. At multo etiam magis, ut
 dictum est, si quaesivisset, quonam modo entia multa sint,
 non quæ sunt in eodem prædicamento, quomodo multæ
 substantiæ aut multa qualia, quærendo, verum quomodo
 multa entia. Quædam namque substantiæ, quædam pas-
 siones, quædam ad aliquid sunt. (13) In aliis igitur præ-
 dicamentis habet aliam etiam quandam considerationem,
 quonam modo multa sint. Etenim propterea quod non
 sunt separabilia, eo quod subjectum multa fit, et est, qua-
 lia quoque multa sunt, et quanta. Atqui oportet uni-
 cuique generi aliquam esse materiam, separabilem tamen
 a substantiis impossibile est. Sed in iis quæ hoc quid sunt
 habet quandam rationem, quomodo multa ipsum hoc
 quid sunt, si non quid erunt, et hoc quid, et quædam ta-
 lis natura. Hæc vero dubitatio illinc magis est, quomodo
 multæ actu substantiæ sint, sed non una. (14) At vero si
 non idem est hoc et quantum, non dicitur quomodo et cur
 entia multa sint, sed quomodo et quare multa quanta.
 Omnis namque numerus quantum quid significat; et unitas,
 si non est mensura, significat, aliquid secundum quan-
 tum indivisibile esse. Si igitur quantum, et quod quid est,
 alterum, non dicitur, quod quid est, ex quo, neque quo-
 modo multa. Si autem idem, multas sustinet contradi-
 ctiones, qui hæc dicit. (15) Insistere autem quispiam de
 numeris etiam considerationi possit, undenam sit acci-
 pienda fides quod sint. Apud eum namque qui ponit
 ideas, præbent quandam entibus causam: siquidem unus-
 quisque numerorum idea quædam est; idea autem ceteris
 ut sint, quomodocumque causa est. Sit enim hoc eis sup-
 positum. (16) Illi vero qui hoc quidem modo non putet,
 propterea quod videat difficultates, quæ circa ideas exsi-
 stunt, ita ut propter hæc eas non faciat numeros, facit
 vero numerum mathematicum, unde credendum est quod
 talis numerus sit, et ad quid ceteris utilis? Nullius namque
 nec ille ait, qui dicit eum esse, verum ut quandam ipsam
 per se existentem naturam esse dicit, nec apparet eum
 causam esse, quandoquidem omnia arithmeticonum theore-
 mata etiam de sensibilibus (ut dictum est) erunt.

κατὰ μὲν τὸ τοιοῦτον οὐθέν τι ἐνοχοί εἰσιν· κατὰ μέντοι τὸ ποιεῖν ἐξ ἀριθμῶν τὰ φυσικὰ σώματα, ἐκ μὴ ἐχόντων βάρος μηδὲ κοφύτητα ἔχοντα κοφύτητα καὶ βάρος, εἰκόσι περὶ ἄλλου οὐρανοῦ λέγειν καὶ σωματίων ἄλλ' οὐ τῶν αἰσθητῶν. Οἱ δὲ χωριστὸν ποιῶντες, οἷον ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν οὐκ ἔσται τὰ ἀξιώματα, ἀληθῆ δὲ τὰ λεγόμενα καὶ σαίνει τὴν ψυχῆν, εἶναι τε ὑπολαμβάνουσι καὶ χωριστὸν εἶναι· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ μεγέθη τὰ μαθηματικά. (6) Δῆλον οὖν ὅτι καὶ ὁ ἐναντιούμενος λόγος τάναντία ἔρει· καὶ ὁ ἄρτι ἠπορήθη λυτέον τοῖς οὕτω λέγουσι, διὰ τί οὐδαμῶς ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ὑπαρχόντων τὰ πάθη ὑπάρχει αὐτῶν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς. (6) Εἰσὶ δὲ τινες ὁ ἐκ τοῦ πέρατα εἶναι καὶ ἔσχατα τὴν σπιγμὴν μὲν γραμμῆς, ταύτην δ' ἐπιπέδου, τοῦτο δὲ τοῦ στερεοῦ, οἴονται εἶναι ἀνάγκην τοιαύτας φύσεις εἶναι. Δεῖ δὴ καὶ τοῦτον ὄραν τὸν λόγον, μὴ λίαν ἤμαλακός. Οὔτε γὰρ οὐσίαι εἰσὶ τὰ ἔσχατα ἀλλὰ μᾶλλον πάντα ταῦτα πέρατα, ἐπεὶ καὶ τῆς βαδίσεως καὶ ὅλων κινήσεως ἔστι τι πέρασ. Τοῦτ' οὖν ἔσται τόδε τι καὶ οὐσία τις. Ἄλλ' ἄτοπον. (7) Οὐ μὴν ἀλλὰ εἰ καὶ εἰσὶ, τῶνδε τῶν αἰσθητῶν ἔσονται πάντα· ἐπὶ τούτων γὰρ ὁ λόγος ἐρρηκεν. Διὰ τί οὖν χωριστὰ ἔσται; (8) Ἐτι δὲ ἐπιζητήσεται ἂν τις μὴ λίαν εὐχερῆς ὢν περὶ μὲν τοῦ ἀριθμοῦ παντὸς καὶ τῶν μαθηματικῶν τὸ μὴτὲν συμβάλλεσθαι ἀλλήλοισι τὰ πρότερα τοῖς ὑστερον· μὴ ὄντος γὰρ τοῦ ἀριθμοῦ οὐθέν τι τῶν μεγέθη ἔσται τοῖς τὰ μαθηματικά μόνον εἶναι φαινομένοις, καὶ τούτων μὴ ὄντων ἢ ψυχῆ καὶ τὰ σώματα τὰ αἰσθητά. (9) Οὐκ εἶκοι δ' ἡ φύσις ἐπεισοδιώδης οὕσα ἐκ τῶν φαινομένων, ὥσπερ μοχθηρὰ τραγωδία. Τοῖς δὲ τὰς ἰδέας τιθεμένοις τοῦτο μὲν ἐκφρεύει ποιῶσι γὰρ τὰ μεγέθη ἐκ τῆς ὕλης καὶ ἀριθμοῦ, ἐκ μὲν τῆς δυάδος τὰ μήκη, ἐκ τριάδος δ' ἴσως τὰ ἐπίπεδα, ἐκ δὲ τῆς τετράδος τὰ στερεὰ ἢ καὶ ἐξ ἄλλων ἀριθμῶν διαφέρει γὰρ οὐθέν. (10) Ἄλλὰ ταῦτά γε πότερον ἰδέαι ἔσονται, ἢ τίς ὁ τρόπος αὐτῶν, καὶ τί συμβάλλονται τοῖς οὖσιν; οὐθέν γάρ, ὥσπερ οὐδὲ τὰ μαθηματικά, οὐδὲ ταῦτα συμβάλλεται. Ἄλλὰ μὴν οὐδ' ὑπάρχει γε κατ' αὐτῶν οὐθέν θεώρημα, ἐὰν μὴ τις βούληται κινεῖν τὰ μαθηματικά καὶ ποιεῖν ἰδίας τινὰς δόξας. Ἔστι δ' οὐ χαλεπὸν ὁποιασοῦν ὑποθέσεις λαμβάνοντας μακροποιεῖν καὶ συνείρειν. (11) Οὗτοι μὲν οὖν ταύτη προσγλιγόμενοι ταῖς ἰδέαις τὰ μαθηματικά διαμαρτάνουσιν· οἱ δὲ πῶτοι δύο τοὺς ἀριθμοὺς ποιήσαντες, τὸν τε τῶν εἰδῶν καὶ τὸν μαθηματικῶν ἄλλον, οὐδαμῶς οὐτ' εἰρήκασιν οὐτ' ἔχιοιεν ἂν εἰπεῖν πῶς καὶ ἐκ τίνος ἔσται ὁ μαθηματικός. Ποιοῦσι γὰρ αὐτὸν μεταξὺ τοῦ εἰδητικοῦ καὶ τοῦ αἰσθητοῦ. (12) Εἰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ μεγάλου καὶ μικροῦ, ὁ αὐτὸς ἐκείνω ἔσται τῶν ἰδῶν, ἐξ ἄλλου δὲ τίνος μικροῦ καὶ μεγάλου· τὰ γὰρ μεγέθη ποιεῖ. Εἰ δ' ἕτερόν τι ἔρει, πλείω τὰ στοιχεῖα ἔρει· καὶ εἰ ἐν τι ἐκατέρου ἢ ἀρχῆς, κοινόν τι ἐπὶ τούτων ἔσται τὸ ἐν. Ζητητέον τε πῶς καὶ ταῦτα πολλὰ τὸ ἐν, καὶ ἅμα τὸν ἀριθμὸν γενέσθαι ἄλλως ἢ ἐξ ἑνός καὶ δυάδος ἀόριστου ἀδύνατον κατ' ἐκείνων. (13) Πάντα

lius culpabiles existunt : at secundum quod naturalia corpora ex numeris faciunt, ex non habentibus gravitatem vel levitatem, gravitatem et levitatem habentia, videntur de alio caelo, corporibusque aliis, non autem de sensibilibus, dicere. Qui vero faciunt separatam numerum, eo quod axiomata non sunt in sensibilibus, quodque vera sunt, quae dicuntur, et animae ablandiuntur, et esse existimant, et separatam numerum esse : similiter quoque et magnitudines mathematicas. (5) At dilucidum est quod etiam contraria oratio dicit contraria : et quod jam dubitatum est, solvendum ab illis hoc pacto sciscitantibus, quam ob causam, si nullatenus ea sensibilibus inait, passiones eorum in ipsis sensibilibus sint? (6) Sunt autem quidam, qui ex hoc, quod termini extremaeque sunt, punctum lineae, haec superficiei, ista solidi, putant debere tales naturas ex necessitate esse. Oportet igitur hanc quoque rationem considerare, nonne nimium debilis sit. Nec enim substantiae sunt extrema, imo omnia haec termini : quum et ambulationis, et omnino motus aliquis terminus sit. Hoc igitur erit hoc quid, et substantia quaedam. At absurdum est. (7) At vero etiamsi sunt, sensibilium horum omnia erunt : in his namque esse, ratio dixit. Cur igitur separata erunt? (8) Item, inquit quispiam, qui non admodum facilis sit ad credendum, de omni quidem numero, et mathematicis, hoc ipsum, quod nihil conferant invicem priora posterioribus. Nam vel non existente numero, nihilo minus magnitudines erunt illis qui mathematica solum esse aiunt : et his non existentibus, anima et corpora sensibilia erunt. (9) Ex his vero quae apparent, non videtur natura inconnexa, quemadmodum vitiosa tragedia. In eos vero, qui ponunt ideas, hoc quidem non cadit. Ex materia namque et numero faciunt magnitudines : ex binario quidem, longitudines ; ex ternario vero fortassis, plana ; ex quaternario, solida, aut ex aliis numeris : nihil enim interest. (10) Sed haec utrum erunt ideas? aut quis modus earum est, quidve conferunt entibus? Nihil profecto, quemadmodum neque mathematica, nec istae conferunt. At vero nec ullum theorema de eis est, nisi quis velit mathematica movere, ac proprias quasdam opiniones facere. Non est autem difficile, eos qui quascumque suppositiones sumunt, prolixum quippiam facere, atque connectere. (11) Hi quidem hoc modo mathematica ideis agglutinantes peccant. Primi autem qui duos numeros fecerunt, tum idealem tum alium mathematicum, nullo modo dixerunt, nec dicere habeant, quomodo vel ex quo mathematicus erit : faciunt enim eum medium inter idealem et sensibilem. (12) Si enim ex magno et parvo, idem erit ille qui idearum est : verum ex alio quodam magno et parvo magnitudines sane facit. Si autem aliud quoddam dicit, plura elementa dicit. Et si principium utriusque unum quid est, commune quid in his, id unum erit. At quaerendum est quomodo haec quoque multa unum sint. Et simul secundum illum, aliter quam ex uno et indeterminata dualitate, numerum fieri impossibile est. (13) Haec

δὴ ταῦτα ἀλογα, καὶ μάχεται καὶ αὐτὰ ἑαυτοῖς καὶ τοῖς εὐλόγοις, καὶ ἔοικεν ἐν αὐτοῖς εἶναι ὁ Σιμωνίδου μακρὸς λόγος γίγνεται γὰρ ὁ μακρὸς λόγος ὡσπερ ὁ τῶν δούλων, ὅταν μὴν ὑγιᾶς λέγωσιν. Φαίνεται δὲ καὶ αὐτὰ τὰ στοιχεῖα τὸ μέγα καὶ τὸ μικρὸν βοῶν ὡς ἐλκόμενα· οὐ δύναται γὰρ οὐδαμῶς γεννηῆσαι τὸν ἀριθμὸν ἀλλ' ἢ τὸν ἀπ' ἐνὸς διπλασιαζόμενον. (14) Ἄτοπον δὲ καὶ γένεσιν ποιεῖν αἰδίων ὄντων, μᾶλλον δ' ἐν τι τῶν ἀδυνάτων. Οἱ μὲν οὖν Πυθαγόρειοι πότερον οὐ ποιοῦσιν ἢ ποιοῦσι γένεσιν οὐθὲν δεῖ διατάξιν· φανερώς γὰρ λέγουσιν ὡς τοῦ ἐνὸς συσταθέντος, εἴτ' ἐξ ἐπιπέδων εἴτ' ἐκ χοιρῆς εἴτ' ἐκ σπέρματος εἴτ' ἐξ ὧν ἀποροῦσιν εἰπεῖν, εὐθύς τὸ ἐγγιστα τοῦ ἀπείρου ὅτι ἐλλεκτο καὶ ἐπεραίνετο ὑπὸ τοῦ πέρατος. (15) Ἄλλ' ἐπειδὴ κοσμοποιοῦσι καὶ φυσικῶς βούλονται λέγειν, δίκαιον αὐτοὺς ἐξετάζειν τι περὶ φύσεως, ἐκ δὲ τῆς νῦν ἀφείναι μεθόδου· τὰς γὰρ ἐν τοῖς ἀκινήτοις ζητοῦμεν ἀρχάς, ὥστε καὶ τῶν ἀριθμῶν τῶν τοιούτων ἐπισκεπτεόν τὴν γένεσιν.

itaque omnia irrationabilia sunt, ac ipsa sibi ipsis et rationi consentaneis pugnant. Videtur sane in eis esse longus Simonidis sermo: sit namque longus sermo, quemadmodum is qui servorum est, quum nihil sanum dicant. Ipsa quoque elementa magnum et parvum videntur clamare, quod extrahuntur: non possunt enim ullo modo generare numerum, nisi eum qui ab uno duplicatur. (14) Inconveniens etiam est, imo vel impossibile, generationem quoque eorum facere, quæ perpetua sint. Utrum autem Pythagorici faciant, an non faciant generationem, nihil opus est dubitare. Manifeste namque dicunt quod uno constituto sive ex planis, sive ex colore, sive ex semine, sive ex quibus non possunt clare dicere, confestim infinito propinquissimum trahebatur, terminabaturque a termino. (15) Verum quoniam de mundi factura ac naturaliter verba facere volunt, decens erat aliquid eos de natura investigare, a præsentis vero via discedere. Quærimus namque principia, quæ in immobilibus sunt. Quare etiam talium numerorum generationem considerare oportet.

CAP. IV.

Τοῦ μὲν οὖν περιττοῦ γένεσιν οὐ φασιν, ὡς δὴλον ὅτι τοῦ ἀρτίου οὐσης γενέσεως· τὸν δ' ἀρτίον πρῶτον ἐξ ἀνίσων τινῶν κατασκευάζουσι τοῦ μεγάλου καὶ μικροῦ ἰσασθέντων. Ἀνάγκη οὖν πρότερον ὑπάρχειν τὴν ἀνισότητα αὐτοῖς τοῦ ἰσασθῆναι. Εἰ δ' αἰεὶ ἦσαν ἰσασμένα, οὐκ ἂν ἦσαν ἄνισα πρότερον· τοῦ γὰρ αἰεὶ οὐκ ἔστι πρότερον οὐθέν. Ὅποτε φανερόν ὅτι οὐ τοῦ θεωρηῆσαι ἔνεκεν ποιοῦσι τὴν γένεσιν τῶν ἀριθμῶν. [IV.] (2) Ἐχει δ' ἀπορίαν καὶ εὐπορήσαντι ἐπιτιμησιν, πῶς ἔχει πρὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ καλὸν τὰ στοιχεῖα καὶ αἱ ἀρχαί, ἀπορίαν μὲν ταύτην πότερόν ἐστί τι ἐκείνων οἷον βουλόμεθα λέγειν αὐτὸ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ ἀριστον, ἢ οὐ, ἀλλ' ὑστερογενῆ. Παρὰ μὲν γὰρ τῶν θεολόγων ἔοικεν ἠμολογεῖσθαι τῶν νῦν τισίν, οἳ οὐ φασιν, ἀλλὰ προελθούσης τῆς τῶν ὄντων φύσεως καὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ καλὸν ἐμφαίνεσθαι. Τοῦτο δὲ ποιοῦσιν εὐλαβοῦμενοι ἀληθινὴν δυσχέριαν, ἢ συμβαίνει τοῖς λέγουσιν, ὡσπερ ἔνιοι, τὸ ἐν ἀρχῇ. (3) Ἔστι δ' ἢ δυσχέριεα οὐ διὰ τὸ τῇ ἀρχῇ τὸ εὐ ἀποδιδόναι ὡς ὑπάρχον, ἀλλὰ διὰ τὸ τὸ ἐν ἀρχῇ καὶ ἀρχὴν ὡς στοιχεῖον καὶ τὸν ἀριθμὸν ἐκ τοῦ ἐνός. Οἱ δὲ ποιηταὶ οἱ ἀρχαῖοι ταύτη ὁμοίως, ἢ βασιλεύειν καὶ ἀρχεῖν φασιν οὐ τοὺς πρώτους, οἷον νύκτα καὶ οὐρανὸν ἢ χάος ἢ ὠκεανόν, ἀλλὰ τὸν Δία. (4) Οὐ μὴν ἀλλὰ τούτοις μὲν διὰ τὸ μεταβάλλειν τοὺς ἀρχοντας τῶν ὄντων συμβαίνει τοιαῦτα λέγειν, ἐπεὶ οἱ γε μεμιγμένοι αὐτῶν (καὶ) τῶν μὴ μυθικῶς ἅπαντα λέγειν, οἷον Φερεκύδης καὶ ἔτεροί τινες, τὸ γεννησάντων πρῶτον ἀριστον τίθεσσι, καὶ οἱ Μάγοι, καὶ τῶν ὑστέρων δὲ σοφῶν, οἷον Ἐμπεδοκλῆς τε καὶ Ἀναξαγόρας, ὁ μὲν τὴν φιλίαν στοιχεῖον, ὁ δὲ τὸν νοῦν ἀρχὴν ποιήσας. Τῶν δὲ τὰς ἀκινήτους οὐσίας εἶναι λεγόντων οἱ μὲν φασιν αὐτὸ τὸ ἐν τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι· οὐσίαν μέντοι τὸ ἐν αὐτοῦ ὄντο εἶναι μάλιστα. Ἡ μὲν οὖν ἀπορία αὕτη, ποτέρως δεῖ λέγειν. (5) Θαυμαστόν

